FINNI JOHANNÆI

THEOL. DOCT. ET EPISCOPI DIOECESEOS SKALHOLTINÆ
IN ISLANDIA,

HISTORIA ECCLESIASTICA ISLANDIÆ,

EX

HISTORIIS, ANNALIBUS, LEGIBUS ECCLESIASTICIS, ALIISQVE RERUM SEPTENTRIONALIUM MONUMENTIS CONGESTA, ET CONSTITUTIONIBUS REGUM, BULLIS PONTIFICUM ROMANORUM, STATUTIS CONCILIORUM NATIONALIUM ET SYNODORUM PROVINCIALIUM, NEC NON ARCHIEPISCOPORUM ET EPISCOPORUM EPISTOLIS, EDICTIS ET DECRETIS MAGISTRATUUM, MULTISQVE PRIVATORUM LITTERIS ET INSTRUMENTIS, MAXIMAM PARTEM HACTENUS INEDITIS, ILLUSTRATA.

TOMUS III.

HAVNIÆ,
TYPIS ORPHANOTROPHII REGII
EXCUDIT GERHARDUS GIESE SALICATH,
MDCCLXXV.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ ISLANDIÆ

PERIODUS V.

A Reformatione Religionis, usqve ad annum 1630.

SECTIO I.

De Regibus & eorum Satrapis.

CAP. I.

De Friderico Secundo.

§. I.

Optimo patri Christiano Tertio successit haud degener filius Fridericus Secundus, natus 1 Julii 1534, qvi, cum ei Dania parentis nutu & auspiciis anno 1541, Scania & Jutia 1542, sed Norvegia 1547 homagium præstitisset; anno 1559, qvo Islandi in ejus verba jurarunt, thronum paternum ascendit; moxqve eodem anno a Nicolao Palladio d. 20 Augusti solenniter coronatus fuit. Anno 1559 Dithmarsos subjugavit, cum Svecis varia fortuna septennale bellum gessit, qvod gloriosa pace anno 1570. Stetini facta, finitum est. Anno 1562 arcis Fridericoburgensis, sed 1574 Coronæburgensis prima jecit fundamenta, & seqventibus annis paulatim exstruxit. Anno 1572. d. 20 Julii cum Sophia Mekleburgensi nuptias celebravit, cui postridie coronam imponi curavit. Anno 1580

poſt patrui Johannis ſenioris Ducis Holſatiæ mortem, hæreditate accepit Haderslebiam, Rensburgum, aliaqve Holſatiæ loca. Anno 1581 Ordinem Periſcelidis, ſeu ejusdem Inſignia, accepit, qvibus eum magna cum pompa Elizabetha Angliæ Regina indui curavit. Anno 1569 Hafniæ fundavit Communitatem, vulgo *Cloſter* dictam, in qva 120 Studioſi gratis ſuſtentarentur, ſed anno 1586 ſcholam Soröenſem, in qva 60 diſcipuli gratis alerentur & informarentur, fundavit; Scholæ autem Haderslebienſi 6000 imperiales legavit. Religionis Lutheranæ ſcrupuloſus fuit defenſor, unde *Formulam Concordiæ*, qvibusdam, eam aliqvid ſuſpecti continere, aut ſaltem Eccleſiæ paci non eſſe conducibilem, cauſantibus, rejecit, & Nicolaum Hemingium, ut Calvinianiſmi ſuſpectum, ab Academia removit Literarum & literatorum amantiſſimus fuit, unde etiam eo ad clavum ſedente regna eruditis, & omni artium & literarum genere, florebant. Islandis multa magnaqve præſtitit beneficia, nam Sacram Scripturam per Gudbrandum Epiſcopum Holenſem in ſermonem Islandicum translatam magnis impenſis imprimi curavit. Pauperibus Islandiæ Paſtoribus 300 imperialium ſtipendium ordinavit. Scholæ Skalholtenſi decimas ex Toparchiis Rangarvallenſi & Bardaſtrandenſi ſolvendas, Holenſi vero Skagfiordenſis & Ejafiordenſis Toparchiarum decimas reſtituit; Ut alia hic taceam, ſuo ordine alibi narranda, qvibus idcirco hic immorari neceſſe non eſt. Obiit optimus Rex in arce Antvorſkovenſi d. 4. Aprilis, anno 1588, ætatis 54, regiminis 29, ſepultus Roſkildiæ, die 5 Junii.

§. 2.

Conſtitutiones & Reſcripta hujus Regis, qvæ ad res eccleſiaſticas Islandiæ pertinent, ſunt ſeqventes: 1) De homagio Regi ſolvendo. 5 Martii 1559. 2) Confirmatio donationis Chriſtiani Tertii, qva decimæ ex Toparchiis Eyafiordenſi & Skagafiordenſi in uſus ſcholæ Holanæ conceduntur. 29 Martii 1560 (a). 3) Mandatum de lege contra delicta carnis conſcribenda. 29 Martii 1560 (b). 4) Ut templa cœnobialia qvæ ruinam minantur,

(a) Vid. ad finem Capitis Litr. A.

(b) Vid. ibid. Litr. B. Ab hac lege conſcribenda Epiſcopi Iſlandiæ ſe excuſabant, & negotium Profeſſoribus Univerſitatis Havnienſis committendum rogabant, qvare & Rex Univerſitati hac de re d. 15 Januarii 1561 ſcripſit.

minantur, minus capacia exſtruere liceat; & ne qvis hæreditatem in damnum cohæredum invadat. 29 Martii 1560. 5) De Thorbiörni Sigfuſis filii famulo, Halfdano Thorarini filio, qvi aggratiationem Chriſtiani Tertii, ob commiſſum præſente hero homicidium, nactus fuerat, qvam agnoſcere clerici recuſaverant, eo quod in literis aggratiationis non commemoraretur interfectum fuiſſe presbyterum. 7 Octobr. 1561. 6) De templo cathedrali Skalholtenſi reædificando, ne ejus prædia in hunc uſum vendantur. 20 Martii 1563 7) De prædiis templi Skalholtenſis in Toparchia Gullbringenſi ſitis, cum aliis ad coronam pertinentibus, permutandis. 20 Martii 1563. 8) De delictis carnis, & ut Ordinatio Eccleſiaſtica legis inſtar obſervetur. 20 Martii 1563 (a). 9) Præbendæ eccleſiaſticæ ex præſcripto Ordinationis conferantur. 27 Martii 1563 (b). 10) Inſtructio Paulo Stigoti data. 13 Aprilis 1565 (c). 11) Confirmatio conſtitutionis de delictis carnis, vulgo *Stóra-dóm.* 13 Aprilis 1565 (d). 12) Conceſſio decimarum de Toparchiis Rangarvallenſi & Bardaſtrandenſi in uſus ſcholæ Skalholtinæ. 13 Aprilis 1565 (e). 13) Inſtructio data Chriſtophoro Walkendorph. 29 Aprilis 1569 (f). 14) Ut Epiſcopi Walkendorphio prædiorum omnium ad propriam & ſacerdotum ſuſtentationem collatorum indicem tradant. 29 Aprilis 1569. 15) Ut villæ templi cathedralis ab Epiſcopo Olao Hiallti filio abalienatæ retractentur. 28 April. 1571. 16) De ſuſtentatione presbyterorum in diœceſi Holana 28 Aprilis 1571 (g). 17) Aliud

 ejusdem

(a) Vid. ad finem Capitis Litr. C.

(b) Vid. ibid. Litr. D.

(c) Vid. ibid. Litr. E.

(d) Hæc ad finem Verſionis Iſlandicæ Codicis Legum *Jonsbogen* Havn. 1765 impreſſa exſtat.

(e) Vid. ad calcem hujusce Capitis Litr. F.

(f) Hujus Inſtructionis unicus hicce Articulus res eccleſiaſticas tangit: " Efftherthii " ſkolemeſterne for nordenn beklager ſeg med ſinn wunderholdinnge icke ath kun-" de thiilkomme och ther fore icke lenngre ath wille bliffue ther paa landitt. Tha " paa thett ath ſcolenn maa bliffue wed macht holdit, och wngdomenn ſom wdi " lerdom och gudfröchtighedt ſkulle optuchtis, icke ſkall bliffue forſömmit, Tha " haffue wii befallit forſcreffnne ſcolemeſters beſollinge ath forbedre, och thermed " beſtille ſom ligeligt och rett kannd werre. "

(g) Vid. loc. ſupra cit. Litr. G.

ejusdem argumenti; 20 Martii 1573 (a). 18) Ut viri clerici ordinis, docti & eruditi, Præpositi constituantur in diœcesi Holana; 20 Martii 1573 (b). 19) Aliud ejusdem argumenti qvoad diœcesin Skalholtinam. 31 Januarii 1574. 20) Ne Studiosi aut alii honesta ambientes a peregre abeundo prohibeantur; 20 Martii 1573 (c). 21) De distributione stipendii Regii sacerdotibus in diœcesi Holensi concessi. 21 Martii 1575 (d) 22) De stipendio sacerdotibus diœceseos Skalholtinæ concesso; 19 Maji 1576 (e). 23) Delictorum gravissimorum rei, in templis cathedralibus absolvuntor. 19 Aprilis 1576 (f). 24) Adulterii rei a Præposito absolvuntor. 15 Maji, 1578 (g). 25) Privilegium Episcopo Gudbrando datum Biblia sacra in lingvam Islandicam translata edendi, & ut qvodvis templum unum Joachimicum in hoc opus conferat. 19 Aprilis 1579 (h). 26) Aliud similis argumenti, qvo Patroni templorum singulis templis unum horum Bibliorum exemplar coëmere jubentur. 22 April. 1579. 27) Ne prædia templi cathedralis abalienentur. 22 April. 1579. 28) Ut constitutio conscribatur, qvæ certa posthac norma sit, secundum qvam stipendium illud Regium inter sacerdotes distribuatur. 12 Maji 1579 (i). 29) Ut Buckholtius sacerdotibus stipendium hoc absqve tergiversatione numeret. 28 Febr. 1582 (k). 30) Literæ, qvibus Buckholtius & uterque Episcopus Havniam evocantur, ut varia gravamina, de stipendio imprimis sacerdotum, elevari possint. 7 Maji 1582 (l). 31) De Psalmis in sacris publicis canendis; 29 Aprilis 1585

(a) Vid. loc. cit. Litr. H.

(b) Vid. ibid. Litr. I.

(c) Vid. ibid. Litr. K.

(d) Loc. cit. Litr. L.

(e) Vid. ibid. Litr. M.

(f) Vid. ibid. Litr. N.

(g) Vid. loc. cit. Litr. O.

(h) Hoc Privilegium, unacum edicto seqventi impressum exstat ad caput Bibliorum Editionis Gudbrandianæ.

(i) Vid. ad calcem hujus Capitis Litr. P.

(k) Vid. ibid. Litr. Q.

(l) Harum literarum compendium *indices Cancellariæ Danicæ* tale habent: » Kongl. » Majsts breffve till the thvende Biskopper paa Island lydendis att efftherthi hans » Majst.

1585 (a). 32) De delictis carnis; 29 Aprilis 1585 (b). 33) Ut tertio & qvarto gradu cognatis conjugium contrahere permittatur; 29 Aprilis 1585. (c). 34) Literæ, qvibus Islandi *Articulos de Conjugio* legis instar observare jubentur; 2 Junii 1587. 35) Privilegium collectionem Psalmorum typis mandandi Episcopo Gudbrando concessum. 2 Junii 1587. 36) Antiqvatio juris asyli templorum; 2 Junii 1587 (d).

§. 3.

Primus a Friderico Secundo Islandiæ Satrapa datus fuit *Paulus Stigoti*, vir patruo Ottone Stigoti (e) multo melior, qvi ab anno 1554 Præ-

A 3 fecti

" Majst. haffver naadigst att talle med thenom om the penche som hans Majst. haffver naadigst bevillgett till fattige prestemend ther paa landit, att ther om engang for alle motte bliffve giort en god skick ther paa, hvor megett thill hver prest och hans effterkommere skulle forordnis; thissligest om hver anden urichtighed som ther kand vere, hvor udi prouister, prester eller andre giestlige personer ther paa landit kunde med rette haffve thenum att beklage, kunde engang for alle affskaffis; tha beder Kongl. Majst. thenum att the aldelis retter thenum effter att begiffve thenum med Johan Bockholt eller med the förste skiibe som ther löber fra landit, tagendis med thenum forseiglede copier aff hvis breffve som the haffve paa hvis penche, garder och jorder som aff Kongl. Majst. ere presterne tillagde. Sammeledis beder Kongl. Majst. thenum att the och thage hid med thenum en clar jordbog och register paa alt domkirchens godtz som liggendis er till kirckens bygning och ophold; thissligeste paa hvis godtz som liggendis er til superintendentens underholdning och besoldning; och i ligemaade paa hvis gotz som liggendis er till hvis beneficia som ther findis udi stigtet, och ther hoss theris naffn hvem the ere forlehnte, saa att Kongl. Majst ther aff nocksom kand forfare leyligheden, och att the tage her aldelis ingen forsömmelse fore, saa at the jo kommer hid med the förste skibe ther segler fra landitt. Udi thend gamble biscopis breff for synden maa indföris om saa er att hand er sielff saa skröbeligen att hand icke kand komme, tha maa hand frembsende en aff prouisterne i sitt sted med fuldmagtt. "

(a) Vid. ad finem hujus Cap. Lit. R.

(b) Vid. ibid. Litr. S.

(c) Vid. ibid. Litr. T.

(d) Vid. loc. cit. Litr. U.

(e) De hoc vid. supra Tom. 2. pag. 286. 289 sed cognationem ejus & Pauli evincit diploma de 5 Febr. 1565, qvo Rex cessionem fevdi Nordfiord, ab Ottone in favorem Pauli factam, confirmat.

fecti Vicarius Villæ Regiæ, & Toparchiæ Kialarnesensi præfuerat, sed cum a Canuto Steinonis codicillos officii (a) accepisset, totius Islandiæ Præfectum semet ipsum vocat in apochis Magno Jonæ & Eggerto Johannis 29. Junii & 2. Julii datis. Vir qvavis laude dignus, & a qvibusdam non immerito *Præsul Politicus* appellatus. Reformationem & rem Ecclesiasticam non scriptis tantum promovere sategit, sed præsens etiam propriis oculis res perlustravit, ut qvæcunqve a bono & recto deflectere animadverteret, ea corrigere, & in viam reducere posset. Primum itaqve anno 1561 iter per tractum borealem & diœcesin Holensem instituit, in qvo Munkathveraaæ diversans, d. 21 Julii abrogatorum festorum celebrationem. luminum coram simulacris accensionem, & alia ejusmodi severe prohibuit, decimas vero templis & Pastoribus accurate solvi jussit. Alterum iter hoc eodem anno per qvartam Occidentalem faciens, Midgardis in Stadarsveit die 10. Septembr., cum easdem ibidem deprehenderet prævaricationes, idem mandatum renovavit. Tertium ejus edictum datum est Bessastadis 21 Julii 1565, qvo omnes monet jubetqve, ut templa diebus festis freqventent, & verbum Dei sedulo audiant, discantqve, ni contumacium pænam exspectare & experiri velint. Ne qvis longitudinem viarum aut tale qvid causari posset, una cum Præsule aliisqve delegatis Bessastadis 1563 die 27 Septembr limites parœciarum per universam Toparchiam Snæfellsnesensem ordinavit. Eodem anno in foro Generali unacum Episcopis constitutionem de Pastorum emeritorum sustentatione condidit. Cum anno 1563 jussisset, ut incestuosi capite plecterentur, sed certam pœnam cuivis hujus criminis gradui non adscriberet, ut omnem hac de re tolleret hæsitationem, constitutionem, vulgo *Store-dómr*, in qva talium delictorum pœnæ accurate determinantur, condi curavit, utqve eadem in posterum rata esset, ipse anno 1564 Hafniam petiit, ejusqve confirmationem a Rege impetravit. Talem se rerum Ecclesiasticarum Inspectorem & Episcoporum collegam Paulus gessit, cui parem in Politicis fidem, justitiam, & vigilantiam ostendit; nam 1564 rem navalem in universo tractu Sudurnesensi ordinavit, qvæ constitutio hodiedum legis vim habet. Priores Satrapæ præturas, cœnobia, & redemturas, qvam carissime elocare certaverant, prout licitatores promittere voluerunt, qvo multi & semet & rem familiarem perdiderunt, Regio-

(a) De 28 die Martii 1560.

Regioqve ærario, cum præstando non essent, magnum subinde damnum attulerunt. Cui ille, certam cuivis redemturæ constituendo mercedem, utqve licitator vadem sisteret, postulando, prudenter obviam ivit, qvæ redemturarum taxatio magna ex parte adhuc valet. Anno 1562 d. 27. Sept. commutationem fecit prædiorum cum Gislao Episcopo, qva cathedræ Skalholtinæ opima & lucrosissima prædia Sudurnesensia abstulit, qvod jussu Regis fecit, aut fecisse videri voluit. Anno 1563 mortuo Davide Gudmundi ejus bona fisco Regio adjudicare voluit, sed acceptis 500 Joachimicis ab incepto destitit. Plura qvidem, sed minoris notæ, Pauli gesta enumerari possunt, eaqve omnia, aut saltem pleraqve, pietatem, prudentiam, & justitiam redolentia (a). Obiit optimus Satrapa Bessastadis 3 Maji 1566, sepultus in templo ante altare, ubi ingenti marmoreo cippo, cui parem Islandia nondum habet, insculptum est seqvens distichon:

Paulus Stigottus, Danorum ex sangvine clarus,
Justus, castus, amans Religionis, erat.

§. 4.

Stigotto successit *Henricus Krag*, qvi tam a Biörno de Skardsaa ad annum 1566, qvam ab Ormo Sturlæo Nomophylace in judicio Bessastadensi 1569, expresse vocatur frater Pauli, qvod si ita est, oportet fuisse ejus fratrem uterinum. Sed qvicqvid de eo verum sit, certe mortuo Paulo ejus vices capessivit, & Satrapæ munus gessit in foro Generali anno 1566, qvo exacto, Hafniam transnavigavit, totiusqve Islandiæ Præfectus a Friderico Secundo constitutus, anno 1567 reversus est; eiqve Rex 500 imperiales ab hæredibus Davidis accipere, hisqve perfectam & omnibus numeris absolutam suo suorumqve successorum nomine, apocham impertiri, mandavit (b); qvod an Kragius perfecerit, dubitari potest (c). Anno

(a) Conf. Sect. 2. cap. 1. §. 7. ut & Sect. 3. cap. 3. §. 7. 9. 15. 20. &c.

(b) Literæ datæ sunt 20 April. 1567, eodem die ac codicilli officii Kragio demandati.

(c) Statim anno seqventi de Kragio exauctorando, & alio ei sufficiendo, primo qvidem Matthia Scheel, qvi paulo post Præfecturam Bergensem nactus est, post de Cannuto Magni, consilia agitabantur. Ita enim Rex in Literis ad Petrum Oxe & Johannem Friis die 24 Martii, anno

Anno 1568 in Comitiis univerſalibus præſentem fuiſſe, ex *Annalibus Biörni Skardſaaënſis* colligi poteſt (a).

§. 5.

Henrico Krag ſubſtituitur *Chriſtophorus Walckendorffius*, vir primariæ nobilitatis & magnæ auctoritatis, qvi ſub Chriſtiano Tertio Aulicus aut Cubicularius, ſub Friderico Secundo Præfectus Gullandiæ, & poſtea Civitatis ac Arcis Bergenſis in Norvegia, ubi mercatorum Lubecenſium faſtum coërcuit; Exinde Senator Regni, deinceps unus qvatuor virorum, qvi, dum Chriſtianus Qvartus minorennis fuit, Regimini præfuerunt, tandemqve ſub Chriſtiano IV Aulæ Magiſter exſtitit. Hic in Islandiam ad expediendum varia negotia, qvæ a morte Stigoti inciderant, anno 1569 miſſus, omnia brevi ex voto perfecit. Nam ejus auſpiciis 1) Ormus Sturlæus Nomophylacis officium, Eggerto Johannis ablatum, recuperavit. 2) Falſam inter Jonam Sigismundi, & Biörgam Thorvaldi filiam, Gotſkalkum Epiſcopum obtendiſſe cognationem, ideoqve Jonæ multa prædia & alia bona expreſſiſſe Gudbrandus Thorlaci, Jonæ nepos, evicit, prædiaqve retractavit. 3) Controverſia Pauli Jonæ & Jonæ Martini de prædio Mödruvallenſi, aliisqve poſſeſſionibus, qvas Paulus uxori deberi contendit, ita diſcernebatur, ut Jonas qvidem cauſa caderet, ſed non eodem modo ac Paulus intenderat. 4) Similiter etiam controverſiam de prædio Stadarhol contra hæredes Davidis Gudmundini Paulus obtinuit. 5) Sententiam inter Thorbiörgam Ormi Sturlæi Nomophylacis uxorem & ejus cohæredes a Senatu Regni pronuntiatam promulgavit. 6) Ipſius Walkendorffii accuſatio, Regis nomine (ut videri volebat) contra Davidis hæredes, poſtliminio mota, qva omnes Davidis poſſeſſiones Regio fiſco adjudicare

anno 1568 datis: " Om Knud Mogennſen ſiönniſs oſs ſom förr gott were at hannd " bruges til Iſlannd for enn fogit, och att thett ſtrax i aar motte ſkee, thi thennd " ther er, thienn ther icke till. " Conf. Ejusd. ad eosdem Literæ die 21 Martii eodem anno ſcriptæ.

(a) Plura de noſtro vid. infra Cap. ſeqventi. Videtur hicce Henricus Krag, frater Stigotti fuiſſe idem ille Prætor Toparchiæ Snæfellsneſenſis, qvi duas ſententias judiciales Midgardis promulgavit, 1565 d. 7 Maji, & 1566 d. 1 Maji; eodem enim titulo (Ærlig og Velbyrdig), qvo Nobiles eo tempore condecorati fuerunt, inſignitur.

adjudicare postulavit, ipsius Regis judicio & decisioni permissa fuit, qvi anno sequenti eandem ita decidit, ut hæredes Regi 500 Joachimicos penderent, reliqva retinerent. Eggertum qvoqve Johannis Toparchiæ Isafiordensis Prætorem constituit, aut verius ejus constitutionem renovavit, nam Eggertus certe antea & dudum Toparcha Isafiordensis factus est; Qvæ constitutio singulare & sibi proprium habet, qvod Walkendorffius ei etiam Præpositi officium intra toparchiæ limites demandat, jubetqve ut caussas matrimoniales adhibitis sex judicibus, tribus clericis, & totidem laicis, discernat; Qvibus peractis, & Olao Bagge Præfecti vicario constituto, abiit; Qvæ posthac gessit celeberrimus vir, qvædam, ut persecutio Magni Heinsonii & celeberrimi Tychonis Brahe, vituperio non carent, qvædam vero, ut fundatio Collegii Walkendorffiani, magnam laudem merentur. Obiit nobilissimus vir anno 1601 2. Februarii.

§. 6.

Anno 1570 *Johannes Bucholt* Satrapæ titulo in provinciam venit, uti patet ex accusatione Petro Sartori intentata d. 2 Maji 1571; insimulat enim eum, qvod mortis caussa adolescenti exstiterit, qvem cum eo præterita hyeme Skalholtum miserit, qvodqve nocte nativitatis Domini, se in lecto cubantem male feriatus invaserit. Eodem anno Indridastadis in Skoradal die 22 Februarii de facinore Catharinæ Magni filiæ jus dixit, unde manifestum est errare Skardsaaënsem *Annalium* scriptorem, cum ejus adventum in Islandiam ad annum 1571 detrudat (a). Hoc vero anno Havniam petens Benedictum Petri suum vicarium reliqvit. Anno 1574 in Comitiis universalibus adfuit, sed 1576 Hafniam profectus esse videtur, nam 1577 die 3. Aprilis, Hafniæ scripta est Syngrapha Erici Arnæi, qva se intra proximum festum Michaëlis 300 Joachimicos Bucholtzio ob sua delicta

(a) Codicilli officii ejusdem scripti sunt die 5 Maji 1570, qvi dictorum veritatem satis evincunt. Videtur hic idem Johannes Buchholtius esse, cui Rex die 14 Maji 1569 249 imperiales ex proprio suo ærario numerari jussit, qvibus fidem liberaret Svecis, qvi eum ex captivitate sub hujus æris solvendi conditione dimiserant.

delicta numeraturum obligat (a). Anno 1577 in foro Generali Benedicto Petri jam mortuo litem movit, qvod ex ſuis poſſeſſionibus decimas non ſolviſſet, & qvod duas ſimul uxores habuiſſet, ſed 1578 Jacobus Majeri literas Walkendorffii adtulit, qvibus relicta Benedicti bona Hafniam transportare jubebatur, de qva cauſa judicum ſententia fuit, tantum bonorum in Islandia reſervari debere, qvantum ad ſolvendum omnia Benedicti nomina ſufficeret, reliqvam autem ex Regis ſententia retineret, & pro ſimultaneæ bigamiæ crimine ſatisfaceret. Anno 1581 in Comitiis univerſalibus præſens fuit, ut & ejus Vicarius Jacobus Johannis, ſimiliter etiam 1584 eodem enim anno, unacum utroqve Nomophylace, Pedariis Toparchiæ Mulenſis 6 Imperiales ſalarii loco attribuit, ſed 3 Joachimicorum multam, ſi comitia non adirent, indicit. Anno 1587 in Jonam Enari cœnobium Skridenſe contulit, idqve ejus factum, in priori officio ultimum fuiſſe videtur. Acta ejus ad rem Eccleſiaſticam pertinentia, præcipua ſunt: 1) Anno 1572 cum utroqve Epiſcopo Gislao & Gudbrando, de mediis Sacræ Cœnæ, ſeu panis & vini penuria in templis pauperioribus, conſtitutionem fecit. 2) Confirmatio conſtitutionum a Paulo Stigoto factarum data. 1576. 3) Epiſtola monitoria Paſtoribus Qvartæ Orientalis ſcripta, ut Epiſcopo obedientiam præſtent, ejusdemqve decimas colligant 4) Alia ad Paſtores, qvi opimas habent præbendas, ne omnia per Vicarios faciant, ipſi autem deſidiæ ſe tradant, decere magis ut pueros & adoleſcentes domi ſuæ informent, qvi ſuo tempore muneri Eccleſiaſtico præfici poſſent. data 1577. 5) Emancipatio prædiorum, qvæ Rex pauperrimis Sacerdotibus conceſſerat 1580. 6) Venia Gislao Epiſcopo

(a) Hanc ſummam Buchholtius reſtituere diplomate Regio juſſus eſt, qvod cum de perſona eccleſiaſtica agat, & prævaricationum Buchholtii ſpecimen exhibeat, hic inſerere alienum non putamus: " Friderich thend andenn &c. Vor gunſt tillforn. Viid " efftersom en ved naffn Erich Arnſen paa Iſland nogen thiid ſiden paa vore vegne " haffver optingitt till thig och mott udgiffve ccc daler for en preſt hand haffde fengſlit och ilde medfaret, beklagendis ſeg imod Iſlands loug udi ſamme ſag aff thig " att vere uforrit; *tha bede vii thig och ville att thu* legger ſamme *penche* fran thig " hand for thend ſag haffver udgiffvit, och ſiden foretager effter Iſlandts loug hanom for forneffnte ſag att thilthalle och forfölge ſaa wiidt thu med loug och rett " giore kand, thagendis endelig dom ther paa och ther effter vider theg att forholde " paa thet hand ſeg med billighed icke ſkall haffve att beklage. Actum Fredrichsborg, thend xiiij dag Maji Anno Domini 1582.

po data, ut ad ædificationem prædiorum cathedralium ſylvis Beneficiorum ſeu Præbendarum uti liceret 1581. Cum Gislao Epiſcopo amicitiam conſtanter coluit, ſed inter eum & Gudbrandum perpetuæ fere fuerunt inimicitiæ & ſimultates, qvarum præcipua cauſa fuit partim Epiſcopi ſæpius repetita qverela de penſione pauperum Paſtorum in diœceſi Holana, qvam Bucholtius ſolvere tergiverſabatur, ut ex Regiis Reſcriptis abunde patet (a); partim Bucholtzii cum Jona Nomophylace intima amicitia, qvem inter & Epiſcopum vatinianum ſemper fuit odium, ut alibi clarius dicendum veniet (b).

(a) Vid. ad finem Cap. Litr. H. P. Q. & ſupra pag. 4. 5.

(b) Varium noſtri genium monſtrare videntur tot mutationes conditionum, qvibus Præfecturam Iſlandicam obtinuit; nam præter primos codicillos officii ſupra a nobis pag. 9. memoratos, ſecundos die 30 Martii 1574 accepit, qvibus 2500 imperiales mercedis nomine ærario Regio inferre tenebatur. Tertios die 24 April. 1576 nactus eſt, ubi merces qvingentis imperialibus eſt aucta. Qvarti ſcripti ſunt die 7 Maji 1582, qvibus omnium redituum rationem reddere jubetur, ſed ſalarium ei condicitur triens omnium mulctarum, trecenti imperiales, & veſtimenta trium hominum, præterea ei Rex Diplomate poſtridie edito penſionem ducentorum imperialium qvotannis expendendam gratioſiſſime conceſſit. His codicillis retractatio bonorum eccleſiaſticorum abalienatorum ei injungitur, & ne qvem a peregre abeundo prohibeat, cavetur. Qvintum Diploma die 31 Januarii 1586 nactus eſt, qvo annuam 3600 imperialium mercedem ærario Regio, & ſtipendium præterea Regium pauperibus & Paſtoribus conceſſum erogare tenetur. Cumqve in his literis officii Præfecto Regio inſpectionem rerum eccleſiaſticarum conceptis verbis demandatam primum deprehendamus, articulum illum, ſubnectere lubet: " Forſkreffne Johan Buchholtt ſchall i tilkommendis " aar were plichtigh att forſchaffne ind vdi wortt Rentecammer en claar jordbog paa " ald landtzens wiſſe indkompſt, ſaa paa thett gieſtlige godtz, ſom paa thett anditt, " inthett vnderthagitt. Schal hand och vdi lige maade haffue tillſiun till preſternne " att the forholde thennom ſchickeligen och well bode i lerdom och leffnit epther " Ordinantzen. Och ther ſom ther tha findis en eller flere ſom leffuer wſchickeligen, tha ſchall forſkreffne Johan Bockholtt mett Superintendenten hoes huilcken " thett findis ſtraffue ther offuer ſom wedbör. Hand ſchall och lade haffue god " tillſiun till kierckerne ther paa landitt, att the byggis forbedris och holdis wed " machtt. Och huilke her vdi findis wuillig, the tha tallis till mett lougen och ſtaa " ther fore till rette. " Plura de Buchholtio Cap. ſeqv. & infra Sect. 4. cap. 2. adferemus.

§. 7.

Ultimis Friderici Secundi temporibus, in eo erat Rex prudentissimus, partim ut redemturas minores abrogaret, partim ut redituum omnium rationes ærario, admodiatione antiqvata, redderentur, Hinc anno 158 die 30 Maji Rex Buchholtio *Petrum Thomæum* fucceſſorem in Islandiam miſit, cui inventarium & inſtrumenta, Olao Bagge & Nomophylace Islandiæ auſtralis præſentibus, tradere Bucholtius altero edicto poſtridie ſcripto juſſus eſt; Qvo & die Islandis mandatum datum eſt, ut Thomæum pro competenti Præfecto agnoſcant. Hoc quoque titulo anno 1588 a Gudbrando Epiſcopo in literis ad clerum Skalholtinum de electione Epiſcopi, & Arna Giſlai filio in teſtimonio anno 1601 edito, ſalutatur. Sed, quod nobis conſtat, in officio Thomæus hicce nihil memorabile geſſit.

Litr. A.

Kongl. Majſt. bræff omm Skolenns fore Nordenn paa Island vnderholdinng, Actum Aarhwff thend xxix dag Martii Aar &c. Mdlix (*rectius* Lx).

Vii Frederich thennd anndenn &c. Giöre alle witterliigtt att effter thii wii forfare att Stormegtige högbornne förſte oc Herre, Her Chriſtiann thennd tredie, Danmarckis, Norgis, Wenndis oc Gottis Konninng &c. wor kiere Herre Fader hoglofflige ihugkommelſſe nogenn tyd ſydenn foreledenn hagde vdlagd kronnenns partt aff Tienndenn aff Oyefiord oc Skagefiord ſſyſſeler tiill ſkolenns vphold fore Nordenn paa wortt lannd Islannd liggenndis Tha haffwe wii aff wor ſynnderliig gunnſt oc naade, ſaa oc att ſkolenn theſſ ydermere kannd bliffue wed magtt, oc thee vnnge perſonner ſomm ther gannge tiill ſkole kunde theſſ bedre fannge theris vnnderholdinng, oc optucktes vdi Gwdtzs fryckt, Relligionnenn tiill byſtannd, vnndt oc tilladett, oc nu mett thette wortt obnne breff vnnde oc tillade att forſkreffne wor oc Kronens partt aff tienndenn aff forſkreffne ſſysler mue oc ſkulle were oc bliffue hoſſ forſkreffne ſchole fore Nordenn tiill ſaa lenge wii annderledis ther omm tiilſigenndis worder, dog ſaa att oſſ Elſkelige Hederlig manndth Her Olwff Hialtenſenn Superintendent ther ſammeſtedtzs ſkall aarligenn vppebere

bere famme tiennde, oc thennd fydenn att forwennde tiill fcholenns oc the fattige peblinngers nytte oc vnnderholdinng oc tiill inngtett anndett. Giffuit &c.

Regia Majeftas manu propria.

Litr. B.

Kongl. Majft. Miffiua tiill Her Oluff Hialtefenn oc Her Gilbertt Jonfenn Superintendenter paa Islannd. Actum Aarhvff thennd xxix Martii 1560.

Frederich thennd anndenn &c. Wor fynnerliig Gunnft tiilfornn, Wiider att wii forfare att ther fkall brugis mögenn ftoer vfkickelighett vnnder wore vnnderfotte ther paa wortt lannd Islannd mett Horerii oc anndenn vchriftelige oc vhörlige giernninnger, Tha paa thett att fynnd oc vnndfkab maa affleggis, oc folck faa mögett theff mere mue foraarfages att holde thennom aff Gudtzs fortörnelffe, bede wii etther oc wille ati mett thett förfte etther forefammble, oc giöre ther paa enn fkik oc Ordinantzs, huad ftraff thee ther fore fkulle lyde, fomm faadanne whörlige gierninnger bedriffue, oc thett fchriffteligenn forefatter, oc fydenn fkicker off thett tiill hennde, att wii thett vdi wortt naffnn oc vnnder wortt fegell kunnde lade vdgaa, oc forfkreffne wore vnnderfotte thennomm ther effther kunnde wyde att rette, Ther mett fkier wor wilge, oc forelade off ther wiffeligenn tiill.

Litr. C.

Kongl. Majfts breff fom vdgick om atfkillige lafter ketterii, hoer, oc andre, at fkulle ftraffis effter Receffen, fom efftherfölger:

Vii Frederich thend anden &c. Giör alle witterligt, at wii ere komen vdi forfaringe at ther vndertiden forekommer atfkillige fager, paa wort land Island, fom Islands loug aldelis inthet omformelder, oc ther offuer bedriffuis mange groffue lafter, med ketterii oc andet, fom ikke bliffuer ftraffet, fom thet feg burde; Sammeledis at thend geiflige ordinantzs, fom om Religionen er udgangit vdi mange ftycker, ther paa landit, icke fkal wed macht holdis: Thy wille wii at-ther om her eff-

 ther

ther ſaa holdis ſkal, at huilcke aff wore vnderſotte paa forſkreffne wort land Island ther bliffuer befundet effther thende dag vdi obenbare ketterii, ſkulle were vdſleger oc miſte liffuit, oc theris gotzs were forbrot til oſs oc kronen, oc therſom nogen anden merckelige ſager forekommer, enthen om hoerſager eller andet ſom ſtraffis bor, eller i andre maade, oc Islandzs loug ther om inthet melder eller forclares, tha ſkal ther om rettis oc dömmis effther Receſſen ſom her udi Rigit vdgangit er: Wille wii oc at Superintendenterne ther paa landet ſkulle met fliid ther offuer holde, at thend geiſlige ordinans bliffuer wed magt holdet effther ſom thend vduiſſer och indholder. Bedindiſs oc biudendiſs ther fore wore Lensmand paa forſkreffne wort land Island, thend ſom nu er eller her effther komendiſs worder, ſammeledis laugmend oc laugrettis ther ſammeſteds, atti haffue flittig indſeende met, att thette wort breff aldelis bliffuer wed magt holdet, oc ther emod icke giöris, vnder thend ſtraff ſom wedbör. Dat. Frederichsborg, thend xx dag Martii aar &c. MDLxiii.

Litr. D.

Kongl. Majſts breff ſom vdgick at Sognepreſtene paa Island ſkulle annamme Collatzs paa theris ſogne aff Lensmanden effther ordinantzen ſom efftherfölger:

Vii Frederich thend anden &c. Giöre witterligt at wii ere komne vdi forfaringe at nar nogen Sognepreſt paa wort land Island tilſkickis til nogit ſogen, tha ſkeer thet icke efftherſom thend geiſlige ordinantzs ther om formelder, ſaa ſkal ther oc were nogen ſynderlige geiſlige beneficier ſom preſterne til theris vnderholdinge ere met forſörgit, huilcke Superintendenterne her til alene thenom forlent haffuer, oc wor lensmand ther ſammeſteds effther ſom tilbörligt er icke bliffuer ther om beſögt, oc er befröctindiſs at ther icke ſaa retteligen methandlis ſkal ſom thet ſeg bör: Thy wille wii at her effther ſaa holdis ſkal, at nar nogen preſt til nogit ſogen tilſkickis, tha ſkal ther met i alle maade effther forſkreffne ordinantze handlis, oc ſame preſt at anname paa hans ſogen breff oc collatzs aff wor lensmand efftherſom forſkreffne ordinantzs ther om widere formelder. Datum Kiöbnehaffn thend xxvii Martii aar &c. MDlxiii.

Litr.

Litr. E.

Erinde oc beſtillinge, ſom wii Frederich thend anden met Gudz naade &c. haffue befalit off elſkelige Pouell Stiſſen, wor mand thiener oc embitzmand paa wortt land Island, paa wore wegne ther ſameſtedz att wdrette.

Först effthcrthi wii forfare att ther findis hoff Cloſterne paa forſkreffne wort land Island, allehande ornamenter, ſom intett brugis, men till vnötte borttuendis oc forderffuis, Tha haffue wii befalit forſkreffne Pouell Stiſſen alle ſaadane ornamenter at ſkulle beſickte, oc ſaa mögit ſom ther aff till kirckethieniſten behoff giöris, ſkall hand lade bliffue hoſs kircken, huad offuer er, ſkall hand mue anname til wor oc kronens gaard, oc ther aff hielpe andre fattige kircker, ſom bröſt haffuer for ornamenter oc thett ſiiden före till clart oc gott Regenſkaff.

Sameledis forfare wii, att hoſs en part Cloſterne ther ſameſtedz findis ſtore Inuentaria huor aff wii ingen fordeell eller gaffn haffue, oc ſame Cloſtre well met mindre kunde behielpis, tha haffue wii befalit forſkreffne Pouell Stiſſen, ſig att ſkulle begiffue till alle forſkreffne Cloſtre, oc ther offuer ſee huad for Inuentarium ther er hoſs huert beſynderligt, oc huor ther findis mere end behoff giöris, ſkall hand thett paa wore wegne till ſig anname, oc oſs till beſte forunde, oc thet ſiiden mett clare regiſter före till gott regenſkaff.

Thesligeſte er oſs till widindis wordet, att Superintendenterne paa wort land Island, for landzens leilighedz ſkyld icke kunde viſitere alle kircker huer vdi ſitt ſtifftt, vdi itt aar, men vdi ſomme fierding icke komme vden huer tredie eller huer fierde aar, Tha paa thett att ther maa haffues flitig tilſiun mett, ſaa att Guds hellige aar rent oc vforfalſket predickis oc leris oc i alle maade maa haffue framgang oc kirckethieniſten maa effther ordinantzen wed macht holdis, haffue wii beuilgett att Superintendenterne mett wor lensmand ther ſameſtedz mue tilſkicke oc forordinere en prouest eller officiall vdi huert fierdinge ſom vdi Superintendenternes franwerelſſe vdi alle kirckerne i ſame fierding ſkall haffue flitig opſeende, att altingiſt holdis vdi en retſkaffen chriſtelig oc god ſkick effther ſom forſkreffne thend geiſlige ordinantz indholder oc vduiſer,

vduiser, oc effcherthi ofs er beret, att Superintendenten met wor lensmandz raad, ther famestedz, alrede haffuer tilskicket, her Jon Loptzon att skulle were officiall vdi Westfiorden oc till hans bolig oc werelser skall mue haffue ett domkirckens beneficium, wed naffn Waadzfiord, mett sin tilliggelse, Tha haffue wii thet saa naadigst beuilgett, oc skall thend prest forskreffne Wadzfiord nu besidder, thett wiige effcherthi hand icke er god for same befalinge att forestaae, oc wor lensmand hannom ett andet beneficium egien att forlene.

Sameledis formercke wii ocsaa att Dade Bunde Gudmundssons gotz aff wore fogitther ther paa Island skall were arresterit, for nogen sager hannom war tillagt, oc same Dade Bunde Gudmundsson, nu er död oc affgangen, Tha er wii tillfredz, att samme arrest egien maa löffgiffuis, oc wor lensmand forskreffne Pouell Stissen paa wore wegne, att maa mett hans arffinge same sager afftinge, for en skiellig pendinge oc skall forskreffne Pouell Stissen, i the oc andre maade wiide oc ramme wort gaffn oc beste, som wii hannom tiltroer, Dat. Lund thend xiii dag Aprilis anno &c. Mdlxv.

Litr. F.[1]

Skolen for synden paa Island fick Kongl. Majst Breff paa nogen tiinde, saa liudendis.

Giöre alle wittherligt, att wii aff wor synderlig Gunst oc naade, saa oc paa thet Skolen for synden paa wort land Island, saa möget thess bedre maa wed macht holdis, oc haffue sin ophold, oc unge personer ther samestedz kunde leris oc optuchtis vdi Gudz fryckt, oc bogelige konster, haffue wndt oc tilladt, oc nu mett thette wort obne breff wnde oc tillade, att wore oc kronens tiender, aff Rangerwalde oc Bardestrande Sysseler, maa her effter were oc bliffue till same skole oc opberis till Skolens ophold oc icke till andet, till saa lenge wii anderledis ther om tilsigendis worder, Cum Inhibitione solita. Dat. Lund 13 Aprilis Anno 1565.

Litr.

Litr. G.

Vi Friderich thend anden &c. Helſe Ether Oſs Elſkelige Johan Bucholdt, vor mand, tienner oc befalingsmand paa vort Land Island, oc Hederlig Mand Hr. Gudbrand Thorlakſen Superintendent udi Hole Stigt der ſamme Stæds, med Gud oc vor Naade; Wiider at wii ere komne udi forfaring hvorledis Sognepræſterne udi forneſnte Hole Stigte meget ſkulle være forarmede oc hverken ere med bekvemmelige Boliger eller nödtorftige Underholdninge forſörgede. Thi bede wii ether oc befale, at I med thet allerförſte forfare hvorleedis oc i hvad maade forneſnte Sogneprefter i Hole Stigt beſt kunde blive ved wereſſer oc woninger forſörget, for dennem der nu ere, oc theres Epterkommere. Sammeledes hafve wii bevilget, at forneſnte Sogneprefter hvilke ſom fattige oc nödtörftige ere til hielp til theris Underholdning aarligen at mue bekomme af Modrevalle Cloſter i Hörgardal et Hundrede Daller, hvilke I ſamtlig paa wore weigne ſkulle ſkipte oc uddeele imellom forneſnte fattige oc nodtorſtige Sognepræſter, oc naar I ſaa om theres Boeliger oc verelſe, ſaa oc forneſnte penninge uddeelt oc ſkift haffver oc alting der med Ordentlig giort oc beſtilt, at I da det under Eders ſamtlig Segel, Skriftlig forfatter, oc oſs tilſkicker. Siden wille wi ther paa lade udgaa vort breff, ſaa thet altid therepter maa oc ſkal blifve holdet. Thermed giör I vor willige oc befaling, thi tager ther ingen forſömmelſe fore. Giffvet paa vort Slott Frederichsborg thend 28. Aprilis Anno 1571.

Under vort Signet.

FRIDERICH.

Litr. H.

Tiill Johon Bochholt och Her Gudbrand Torlachſen Superintendent udi Hole ſtiigt paa Islandt ut Seqvitur.

Viider at efther ſom vii forgangen 71 Aar lod tiill ether udgange vort obne breff om the preſter udi Hole ſtiigtt ſom hverken med bolige eller underholdning er ſorſörgett, att i ther om med thett allerförſte ſkulle forfare hvorledis oc udi hvad maade ſamme Sogneprefter beſt kunde bliffve med bekvemme voninger oc bolige forſörgitt. ſammeledis bevilgitt vi udi ſamme vort breff, att ſorneffnte Sognepreſte hvilche fattige

oc vedtörffvendis er thiill hielp tiill theris underholdinge aarligen mue bekomme aff Mödervalde Closters affgiifftt itt hundrett daler, hvilcke i samptligen emellum forschreffne fattige och nöttörfftige prester skulle dele och schiiffte; Oc naar i saa om theris bolige oc verrelsse haffver offverveygett, saa oc forn. penche uddeltt oc alting derom ordentlig giortt oc bestillett; schulle i thett samptligen under ethers segell udi schriifft lade forfatte oc thiill ofs lade forschiicke, saa wille wi ther paa giffve wortt breff att ther saa althiid ther effther holdis schulle som samme vort breff viider formelder; Tha forsare vii att endnu aff vor befalning inchet er udrett, giiffvis oc tiillkiende att thu Johan Buchholt thig haffver ladett fornemme att forn. fattige Prester intett skulle haffve aff forn. itt hundredte Daler aff Mödernevelde Closter, men att vi ther om anderledis skulle vere tiill sindtz saa wiide wii ofs icke att befinde att wii ther paa haffver giortt nogen forordning, ey helder tiig befallett ther anderledis att bestille; wiille therfor att forn. wor forordning schall gaa for siig; bedendis ether endnu samptligen oc wiille att i alting med forn. sognepreſter effther forskreffne vortt breffs liudelsse forhandler oc forn. pencke uddeler, oc thett effther som för er rörtt udi schrifft under ethers seygell forfatter oc tiill ofs forschicker, saa viille vii ther om lade vort breff udgaa, att thett her effther saa maa och schall bliffve holdet, ther med &c. Actum Skanderborg 20 Martii Anno 1573.

Litr. I.

Her Gudbrand Torlaksen Superintendent vdi Hole stigt paa Island, fick breff om lerde mend tiil provester at sette vt sequitur:

Wii Frederich &c. Giöer alle witterligtt att effitherthi wii ere kommen vdi forfaringe att paa wort land Island vdi Holestigtt skall findis stor vskiickelighed med prouester saa att ther med inthett holdis effther ordinantzen, men Syslemendene, som aldelis ulerde ere nu bruges tiill thennd befalninge. Tha paa thett alting med religionen saa meget thes flittiigere bedre oc sckickeligere maa tiill gange oc inthett ther offuer skulle bliffue forsömitt. Wille wii att Superintendenten ther vdi stigtett ofs elskelig, hederlig mand Her Gudbrand Torlachssenn, strax maa oc skall tiilskiicke vdi (huert) syssell oc saa mange stedtz behoff giö-
ris

ris vdi hans ſtigtt; aff preſtmendene, the lerde oc ſkickelige ere till prouefter, oc the ſkulle were hans medhielpere med kirckerne at viſitere, oc vdi andre maade effther ordinantzens lydelſſe, oc naar nogen aff forſkreffne prouefter dör oc affgaar tha ſkall Superintendenten ſom nu er oc hans effterkommere ſtrax igenn tiillſkiicke vdi hans ſted en andenn lerdtt oc forſtandig mand, ſom ſamme befalning kand forreſtaa. Oc ſkall ſamme prouefter aarlighenn for therris vmage haffue huad ſom ordinantzen ther om formelder oc thennom tiilholder, huilckett wii wille att altiid her effther ſaa ther med holdis ſkall. Thy forbiude wii alle ehuo the helſt er eller were kunde ſerdelis wor fogeder paa Island, laugmend, ſyſſlemend, ther ſameſtedtz oc alle andre forſkreffne Her Gudbrandtt Torlaksſen eller hans efftherkommere Superintendenter ther ſammeſtedtz, her emoed, effther ſom forſkreffuit ſtaar, att hindre &c. Actum Skanderborg thennd 20 Martii Aar &c. 1573.

Litr. K.

Breff att vnderſottene paa Island mue friit vbehindrede vddrage aff landit naar thennom löſter at ſtudere eller oc anderledis at forſöge oc handel oc wandell att bruge ſaa liudendis.

Wii Frederich &c. Giörre alle witterligtt, att wii ere komne vdi forfaringe, att naar nogen aff wore vnderſotte paa wort land Island wiille thennom ther aff landet begiffue hiid ind i Riiget eller andenſtedtz thennom att forſöge, oc end the ther löſt haffue att ſtudere oc thennom vdi bogelige konſter at öffue oc forfremme, forbiudes thett thennom att the aff landet icke mue paſſere, vdenn the tiillfornn ſkulle giffue therris forſckrifftninge oc ſtercke forplictelſſe fra thennom, paa faſt vliidelige Artickler, tha efftherthy wii befinde ſaadant vrett att were, oc paa thett wore vnderſotte icke vdi ſaa maade ſkulle opholdes, men vdi fremmede lande maa tiilſtedis att reyſſe, nogett gott ther att ſee forfare oc lere, ſom thennom kunde komme tiill gaffn oc forbedring, oc forſkreffne wortt land Island tiill beſte oc biſtand, ſaa oc the ſom lere oc ſtudere wiille oc thennom vdi gode konſter forfremme, thett icke helder ſkulle thennom formenis, att landet end med tiiden aff therris indfödde med lerde mend maae bliffue forſörgett, maa oc ſkal thett

 were

were frit fore vbehindrett att vddrage aff landett naar thennum löfter, enthen att ſtudere eller vdi andre maade thennom att forſöge oc theris handel oc wandel att bruge, oc ſkulle ther offuer icke beſueris eller trengis nogen forſckriffninge eller forplicktelſſe ther for i nogen maade att vdgiffue; Thy forbiude wii alle, ehuo the helſt ere eller werre kunde, ſerdelis wore fogeder paa Island, laugmend, ſyſlemend, ther ſammeſtedtz, oc alle andre her emod, nogen wore vnderſotte ſom thennom ther aff landet begiffue wille efftherſom forſkreffuit ſtaar, att hindre &c. Actum Skanderborg 20 Martii Anno 1573.

Litr. L.

En ordning oc Skick huorledis holdis ſkal med Preſtenis vnderholning paa Islandt, ſaa lydendis.

Wii Fredrich thend andenn med Gudtz naade &c. Giöre alle witterligtt, Effther ſom mange fattige preſtmendt vdi holeſtigtt paa wort land Islandt, haffue thennum beklagett icke med tiillbörlig rente oc Indkompſt att were forſörgede eller att haffue bolige eller preſte gorde att boe paa, huorfore wy nogen tiid ſiiden forleden haffue tiillſchreffuit oſſ Elſkelig Johan Buckholtt wor befalningsmand ther paa landett oc hederlig mand her Gudbrand Thorlackſenn Superintendent vdi forſkreffne holleſtigtt att the ſamptligen ſckulle betrackte oc offuerueyge huad rente oc bolige ſamme preſtmend ſom ere bröſtholden kunde vdleggis, Saa the tiillborligen kunde bliffue forſörgede; Tha haffue the nu hafft for oſs paa Islandtz Tungemaal ett obett beſeyglett breff om ſame ſchick the med andett forſtandigtt folck ther paa landett giortt haffuer, faſt vdi thende Indhold paa Danſke ſom her efftherfölger.

Förſt att alle the preſtegorde ſom tiillforn haffuer werit preſtebolige men nu vdi lang tiid haffue werret brugett aff bönderne ſckulle eghen komme tiill preſterne ſaa frampt ther findis preſte ſom wiille tage wiid thennum; Schulle oc ſaa preſtene nyde hues told oc thiende the haffue hafftt aff Arreldtztiid oc thennum bor effther Ordinantzen ſom er höethold, liuſſethold, ther preſten tager att giöre Kirckens liuff aff, Item huad ther giffuis till Kircken for liggraffuelſſe, thett oc att ſchulle forwendis thiid heden ſom thett gaffs tiillforn. Diſligiſte ſchall huer preſt haffue

haffue thiende aff alle the bönder oc gorde som ligge vdi hans sognn, ehuem som helst samme gorde tiillhöre, huad heller thet er kronens Domkierckens, Closters eller prestethiennere, men aff Closterne selff schall presterne ingen thiende haffue oc ey heller aff thett queg som Closterne tiillkommer, men aff alle andre gorde, oc boell schulle the haffue thiende ligesom the tiill forn haffue hafft aff Domkirckens gorde oc bolige. Ther schall oc vdi huertt Closter holdis en sogne prest oc en Degen, ther fore sckall presten haffue CCC till aarlig rente aff Closterne oc ther foruden sin thold oc thiende aff bönderne, men om presterne ere giffte som ere paa Closterne, schulle the haffue ett aff Closternis bolige att boe paa, som beleyligtt er for sogne folckett, for saadan leye som ther pleyer aff att gaae oc rett kand were, oc Degnen schall haffue klæde oc söde aff Closteret. Item Oxnehols kirke schall ödeleggis oc Sogne folckitt at söge tiill mörckaa med ald thold oc thiende for prestens oc kirckens fattighedtz skyld. Thend anden prestegord som ligger vden for landett i thend lille öö som kaldis Grimsöe, oc her tiill haffuer weret leyett prest tiill for wiff löen schall her effther were en fri prestegord oc ther tiill schall presten haffue Aarligen C. aff wor almesse oc C. aff munckiswraa Closter, oc C. aff mödrewele Closter effther gamell skick, med huad andett fisk huall fugell oc eg ther vdi öen som hand haffuer hafft aff Arreldtz tid; Sammeledis effter ty ther vdi hollestigtt mangestedtz, icke er prestegorde, vdi kirckesognerne, tha schulle thisse effterschreffne Domkirckens gorde oc bolige, were oc bliffue altiid her effther fry prestegorde som presterne schulle boe oc residere vdi. Först Oyerdalsau med 6 kiör, mörckau med 6 kiör, Audkulle med 6 kiör, Ripur med 6 kiör, Item thend prest som haffuer Hoffstader oc Fluemyre kircker, hand skall haffue en aff Domkirckens gorde att boe paa som haffuer weret giffuit aff till affgiifftt CC. med 6 kiör. Thend prest som haffuer Hoff oc Micklebye schall haffue en anden Domkirckens gord tiill frybolig haffuer werrett giffuit aff aarligen CC. ther tiill med 6 kiör, wdi ligemaade schulle thisse effther schreffne Clostergorde vdleggis tiill prestegorde, först Hoff paa Skagestran, med en liiden bolig som hiider Styennestad oc thend prest ther boer schall haffue ther tiill CCLX. aff wor almösse. Item Thyngöre Closters gord kaldis Hyallttebacke schall were en fry prestegord, oc ther tiill C. aff almessen; Item her for wden schall giffuis aff wor almesse DCCLX vdi huert Syssell tiill fattige prester, som her effther

ther ſchreffuit ſtander, preſten paa Gord C preſten wiid Nyuatten CCLX. preſten paa Neſſ i Adell Röcke dall CC preſtenn paa Stad i kym C preſten paa Oierdallſaa C, preſten paa Gleſſebye lid oc Sualbardt CC. preſten paa Stadaſkogi C. preſten paa Hollumdall oc Michelegord CC. preſten paa Grund oc Mödruwelle CLX. preſten paa Huame i Laxardall C. preſten paa Fagrenes CCC. oc ther tiill C. fran Domkircken for ſamme preſtes fattigdoms ſkyld preſten paa Ryp C. preſten paa Micklebye vdi Oxlandtzlid CLX. Siöe Torlachſſen C tiill hans wiilkor kand bliffue bedre, preſten paa Stad vdi Ruttefiord LX. preſten paa Blandedalshole LX. preſten paa Thiörn i Wadznes oc Huame C. preſten ſom nu boer paa Nup CC. ſaa lenge hand ther boer, men effther hannum ſchall Staderbacke ſogn oc forſchreffne Nups kirke komme tiillſamen, preſten paa Quiebeck ſchall haffue tiill ſame ſogn, ett andett ſogn kaldis Seglenes oc ther tiill C. aff Domkircken aarligen. En om nogen preſtmand tiillföyes ſynderlig nöd oc trang for mangfoldig börn oc anden fattigdoms ſkyld hannum tiillſlaer, Tha ſchall thend almeſſe tages fra thenum ſom mindſt haffuer thett i behoff oc med Biſpens oc herretz fogedens Samtöcke vddelis eblant the wedtörfftige, Dog med ſaa ſkeell att ſamme rente icke ſchall bort uendis fra thend hun er tagen fra, Men Egen kome nor thend fattige död er eller hand anderledis bliffuer forſörgitt. Huilcket forſkreffne breff Schick oc ordning, wii aff wor ſynderlig Günſt oc Naade haffuer fuldbyrdtt, Samtytktt oc ſtadfeſt, wiid ſin fulle mackt att ſchulle bliffue, vdi alle ord punčter oc Artickler, Effther ſom thett vduiſſer oc indeholder vdi alle maade, Giffuit paa Fredrichsborg xxi Martii Aar. &c. Mdlxxv.

Litr. M.

Tiill Johan Bucholdt oc Her Giſle Jonſen Superintendent vdi Skalholdt ſtigtt om Preſternis underholning, ut ſeqvitur.

Fridrich &c. Viider att wii komme udi forfaringe hvorledis preſterne udi Skalholdt ſtigtt ther paa vortt land Islandt ſckulle meget vere bröſtholden baade for underholdinge oc beqvemme bolige; oc effterſom nogen tiid forleden er giortt en forordning med Hole ſtigtt med Preſternis underholdning ſom thennom udi nogre maade effter leyligheden

heden er bleffven forbedritt, oc vii oc icke heller ere utiillnöyett att komme thenum med nogett tiill hielp udi Skalholdt ſtigtt, nor vii ther om kunde fange klar beſkeed; tha bede vii ether oc ville att i med thett förſte forfarer hvilke oc hvor mange preſter ther udi ſaa maade haffver behoff att hielpis udi forſkreffne ſtigt; oc ſiden der paa giorer en ſchiick hvorledis the beſt kunde hielpis, oc alt beſkeed der om ſkrifftligenn oſs tillkiende giffver, ſaa vii thereffter altingiſt kunde viide oſs att rette. Ther med &c. Actum Fredrichsborg thend; 9 dag Maji Aar M.D.LXXVI.

Litr. N.

Kongl. Majſts breff att huem ſom paa Islandt ſchall for nogre groſſue ſynder ſtaa obenbare ſkrifft, ſkall tage afflöſſning vdi Domkirckerne oc icke vdi Landtkirckerne, ſaa liudendis:

Vii Friderich &c. giöre alle witterligtt, at wy ere komen udi forfaringe att thett haffuer werritt En gamell ſeduane oc brug paa wortt land Islandtt, att nor nogen er bleffuen befunden vdi obenbare groſſue Synder oc laſter, ſom er hoer, mord, bloedſkam, oc andre ſaadane Gudtz forthörnelſſer, ta haffuer ſlige offuenbare ſyndere werrett tiillholden att tage offuenbare ſkriifft oc afflöſſning udi almindelige forſamlige vdi Domkirckerne oc icke vdi Landtzkirckerne huor the haffue werritt boendis, for nu paa end ſtackitt tiid, nogre wore Syſſelmend haffuer holditt offuer thend ſchiick her holdis nedre vdi Danmarck, oc thend Artickell vdi Ordinantzen findis, att huer vdi hans ſognekircke ſchulle afflöſſis, oc Effterthy Ordinantzenn formelder ther hoſſ att ther med ſchulle holdis ſom ſeduanligtt haffuer werrett, oc thend ſkiick icke haffuer werrett holden paa Island, men her nöre oc wy formercke att ther icke er nogen ſynderlige forſſamlige vdi Landtzkirckerne, att offte nor ſlige afflöſſninger ſkeer, er icke offuer iiii eller v, perſoner tiillſtede, huor offuer folckitt vdi ſynd oc ondſkab forherdis, att the icke meer ackte ther om, tha paa thett ther med icke ſchall giffuis orſage tiill meere ſynd wiille wy thenne effterſkreffne ſkick, ſom oc ſaa tiill forn haffuer werrett aluorligen oc ſtrengeligen holditt haffue offuer aldtt wortt landtt Islandtt, vdi ſaa maade att nor nogenn ſig forſeer vdi the maade att hand bör att tage obenbare afflöſſning tha ſchall hand tage afflöſſning vdi Domkircken vdi thett ſtigtt hand er boendis oc icke vdi nogen Sognekircke, ſaa att the vdi Holeſtigtt boendis ſchulle

tage

tage afflöffning vdi Holledomkircke, oc the vdi Schalholtt vdi Schallholtt domkircke; Ty bede wy oc ftrengeligen biude wore befalningsmand ther paa landitt fom nu er eller komendis worder, faa oc Syffellmend, fogeter, oc alle andre att the aluorligen holder forfkreffne Schick, faa ther med forhandlis effter fom forfkreffuitt ftaar vnder wort hyllift oc naade. Actum Frederichsborg xix Aprilis Aar &c. Mdlxxvi.

Litr. O.

Kongl. Majfts breff vdgangit at huilchen perfon paa Islandt fom fig forfeer vdi Echtefkaff fchall tage offuenbarre afflöffning aff fin herritz prouift, oc icke aff Superintendenten vt fequitur.

Wii Frederich &c. giöre alle witterligtt, Efterfom thett nu en tiid lang paa wort land Islandt haffuer werritt feduanligtt, oc aff off vdi lige maade famptöcktt att huilcken mandtzperfon eller qvindfolck fom fig forfeer vdi Eckthefcab fculle ftaa offenliig fkrifftt for Superintendentere ther paa landitt oc vdi domkirckerne oc icke anderftedtz oc vy nu forfare att faadan indfchickelffe icke fchall were gaffnlig for landtzens leylighedtz fkyld effter tend orfage landett er faft ftortt oc faadanne Synderre vndertiiden haffue vdi the hundrede miile att reyffe fran theris oc tiill Superintendenten, Saa att mange hendöe med befuerede Samuittiheder oc Confcientzer for ett afffkyende for faadanne reygffer. Tha haffue wy nu therfore for gott anfeett, att huem fom fig effther thenne dag vdi hoer fag forfeer tha fchall thend therfore ftande fchriifftt hoff fin herritz prouift vdi huertt Syffell, oc icke tiillholdes att fergis for flige fager tiill Superintendenten fom her tiill fcheet er. Bedendis oc biudendis leensmanden paa wort landt Island att hand thette wort breff oc ordning lader forkynde vdi alle Syfflene att huer fig ther effter kand haffue att rette. Actum Kroneborg 15 Maji Anno &c. 1578.

Litr. P.

Kongl. Majft. obne breff till Johan Bucholt oc Superintendenterne paa Island udganget ut Seqvitur.

Vii Fridrich thend anden &c. helfe ether ofs elfkelig Johan Bocholt vor mand thiener oc befallingsmand paa vort land Island, faa oc begge Super-

Superintendenter ſammeſteds kerrligenn med Gud oc vor naade, viider att efter vii naadigſt haffve forordnitt att vor Befallingsmand ther paa landit ſom nu er eller her effter kommendis vorder; aarligen ſkall uddelle til preſterne ther paa landet ſom ere bröſtholden thre hundrede Daler, tha paa det ſamme vor naadigſt bevilling icke ſkall udi nogen maade misbrugis eller uddelis til the ſom icke ere vedtörfftige oc tilforn nokſom ere forſörgit, bede vii ether oc befalle att i preſternis leylighed ther paa landet hver udi ſynderlighed offverveyer, oc effther ſom hver theris nödtörfft fordrer, thillegger thenom noget till underholdninge aff forneffnde CCC. Dale, oc ther paa lader giöre et klart Regiſter, oc thet ſiden thill oſs forſkicke; ſiden ville vii ther paa lade giffve thenom vort obne breff att thet altid her effther ſaa holdis ſchall, haffvendis herudinden flittig indſeende att ſamme forneffnde CCC. Dalers underholdninge bliffver thil the fattigſte oc ringeſte ſogner ſaa rettferdelig oc chriſtelig forordnet oc uddelt ſom i ville andtſvare for Gud oc udi frembthiiden vere bekiendt for oſs. Ther med ſkeer vor vilge oc befallinge; thi lader thet ingenlunde. Actum Frederichsborg thend 12 dag Maji aar 1579.

Litr. Q.

Johan Buckholt fick breff att ſkulle fornöige preſterne paa Island hvis Kongl. Majiſt. till theris underholdning haffver funderit. ut ſeqvitur.

Vor Gunſt till forn viid att epther at nogle the fattige preſter paa vort land Island haffve ladet giffve oſs tillkiende att thenum ſkulle forholdis hvis almeſſer vii thenum haffve tillagt oc tilforordnit aff vor oc Cronens indkompſt ther paa landitt att ſchulle giffvis, oc nu forfare thett aff then aarſage att vere ſkeett att thett haffver verit udi thuiffvell hvad heller ſamme udgifft ſchulle tagis aff thin affgifft, eller thu thett offver affgifften ſhulle fornöige; tha haffve vii naadigſt bevilgett thet att mue giffves aff thend affgifft oc indkompſt ſom oſs tillkommer; thi bede vii thig oc ville att thu betaller oc fornöiger foren. preſter paa Island hvis thenum tillſtaar oc reſter aff then ſum vii hver thenum haffve tillaugt, epther then forordning oc fundatz vii ther paa giffvit haffve, ſaa the

thenum icke ſkulle haffve att beklage ther emod att ſchee forfang. Ther med &c. Actum Kiöbenhaffn thend 28 Februarii aar M.D.lxxxii.

Litr. R.

Her Giſle Jonſſenn Superintendent udi Skalholt ſtigt oc Hr. Guldbrand Thorlackſen Superintendent udi Holle ſtigt fick hver breff Pſalmer ſom ſiungis i kircken paa Island anrörendis. ut ſeqvitur.

Vor Gunſt tillforn; viider att vii komme udi forfaring att ſig mögenn uſkickelighed thildrager udi kirkerne ther paa vort land Island med Pſalmer ſom ſiungis, hvilke ere paa adſchillige maade udſette oc verterett paa Iſlandtz maall, ſaa at naar nogen kommer udi en anden kirke, kand hand inthet ſiunge med thenum; thi bede vii ether oc ville att i med oſs elſkelig hederlig mand N. Superintendent udi N. ſtigt ther paa landett ther med thett förſte forſambler oc med hannom ther om offverveyer ald leylighedenn oc forfatter en viſs ſkick oc verſion beſönderlig paa the Pſalme ſom ſiungis udi kirckerne, effther hvilkett ſig alle kunde haffve att rette paa thett altingeſt maatte gaa theſs ordentlicher till. Ther med ſkeer vor villige, thi thager ther ingenn forſömmelſe fore. Actum Fredrichsborg thend 29 Aprilis aar M.Dlxxxv.

Litr. S.

Kongl Majſts. Breff vdgangitt huorledis mett horerii oc anden Blodſkamm ſom paa Iſland ſig tildrager forholdis ſchall. vt ſequitur.

Wii Frederich &c. Giöre alle witterligtt, att eptherthii wii komme wdi forfaringe hvorledis ſig mögen wſkickelighedtt mett horerii oc anden Blodſkam tildrager paa wort land Island. Saa att vndertiiden ſkeer oc hender att en beligger thuende ſöſtre oc andre theris ner ſlecktt, oc foruandte emod Gudtz loug Ordinantzen oc ald chriſtelig ſkick oc höuiſkhedt oc att ſaadan groſſue ſynd oc laſter ſomme tiider for penniche oc ſtraff paa godtz eptherladis, Somme thider oc ſaa for gunſt oc wenſkaff ſkyld eendeell offuerſehes oc ingen tilbörlig ſtraff thennom ther fore ſcheer eller wederfaris, Ther offuer ſig mögen Gudtz heffn oc wredis

dis ſtraff kunde foraarſagis, Tha paa thett att ſlig wchriſtelige oc wtilbörlige Blodſkamm maa affſkaffis, oc icke ſaa tiill onc exempell forfölgis eller wſtraffuit bedriffuis, Wille wii her mett haffue buditt, befallitt oc paalagtt wore Embitzmand Syſſlemend oc Fougitther paa forſkreffne wort land Island ſom nu ere eller her epther kommendis worder att the epther thenne dag icke thage pennche for ſaadanne ſager oc forſeelſer ſom forſkreffvit ſtaar. Men att the lader ſtraffe epther lougen om nogens bröſt ther wdinden findis, paa thett att andre ther weed kunde ſehe thennom wdi Speigell oc wide thennom ſlig Gudtz forthörnelſſe oc meniſkens forargelſſe att wndholde ſaa framtt nogen ſom haffuer Befalinge oc machtt ther paa landitt ther offuer paa wore wegne att ſtraffe, ſeer her mett egiennom fyngre, tha ſchall hand ſtraffis ther fore ſom wedbör oc afffettis med ſin Beſtillinge oc Embede. Her epther ſig huer wiill wiide att rette oc forholde, wnder wor hyldiſte oc naade. Actum Fredrichsborg thend 29 Aprilis, Aar &c. Mdlxxxv.

Litr. T.

Kongl. Majſts breff udgangitt att thett maa fryt tilladis att huilcke ſom hörer huer andre till vdi thredie oc fierde leed paa Island maa komme tilſammen vdi Echteſkaff. vt ſequitur.

Wii Frederich &c. Giöre alle witterligtt att efftherthi wii komme vdi forfaringe att ther giöris betenckende paa att tilſtede nogen att komme vdi Echteſchab tilſammen paa wortt land Iſſland ſom höre huer andre till oc aff ſlechtt oc byrd ere foruantt wdi thredie oc fierde leed, enddog thet iche er emod Gudtz loug, icke heller emod wor Ordinantz ſom wdi wore Riiger oc lande giortt oc forordnit er. Tha haffue wii nu mett thette wort obnne breff wor endelig naadigſt wilge oc mening ther om wore Befalingsmend, Superintendenterne oc preſter oc andre wore wnderſotter ther paa landitt wild naadigſt wiide lade att thett her epther ſchall wore wnderſotther ther ſammeſtedtz ſaawelſom vdi andre wore Riiger oc lande maa ſamtöckis tilladis oc were friitt fore vdi thredie oc fierde leed huer andre foruandt, huilcke thett lougligen, Chriſteligen oc Retteligen epther landtzens Skick oc Chriſtelige ſeduane begynde föge oc begiere, att maa tillſammen komme vdi thett hellige

 Echte-

Echteſkaffſtand. Oc wille dog her hoes alffuorligen forbudett haffue nogre nermere huerandre ſlechtitt oc foruant end vdi thridie oc fierde leed, ſom forſkreffuitt ſtaar, att ſtedis till ſamenn wdi Echteſchab, ſom thett oc vdi Ordinantzen vdtröckelig forment oc forboden er, Her epther wor Lenſſmand ſaa oc Superintendenter, prouiſter, preſter oc andre paa forſkreffne wortt land Island, thennom vdi alle maade mue oc ſkulle haffue att rette oc forholde. Actum Frederichsborg 29 Aprilis aar &c. Mdlxxxv.

Litr. U.

Kongl. Majſt. Breff vdgangitt huorledis paa Island mett Kierckefred holdis ſkall, ut ſequitur.

Wii Friderich &c. giöre alle witterligtt, at epterſom wy komme udi forfaringe att paa wortt land Island findis ſtor wſkickelighedt mett kierckefredt ther holdis. Vdi ſaa maade att naar nogen Blodſkendere eller andre miſſdedere haffue bedreffuit theris groffue laſter oc miſſgierning, ther fore the billigen burde att ſtraffis paa liffuit, ſöge the ſtrax till Domkiercken, Saa ingen maa thennom ther røre eller paagribe. Oc er Superintendent paalagdt, att hand emod hans wilge ſkall ſaadanne modtuillige ſkalcke oc wdediſche menniſcher handthaffue oc opholde, oc midlertiid the thennom ther forholde ſoge the aarſage oc leylighedt, huorledis the vden ſtraff kunde komme ther aff landitt. Tha paa thett att ſlig groffue oc wtilbörlig ſynder oc laſter mue andre tiill Exempell oc affſkye bliffue billigen ſtraffede, oc kirken ſom er Gudtz huſſ icke ſchulle were Blodſkiendere, Skalke, oc miſſdedere till beſchyttelſe, Gud almechtigſte till fortörnelſſe, oc andre till lige ſynd, ſkam oc laſter att begange till forargelſſe. Wille wii ſaadanne wchriſtelig kiercke fred vdi Domkierckerne ſaa well ſom andre kiercker ther paa landitt aldelis haffue affſkaffett, ſaa ſaadanne tillfluckt till kierckerne iche ſchall komme nogen modtuillig till bedſte eller Beſkyttelſſe vdi nogre maade, dog her mett vnderthagitt, om nogen wforſeendes aff wode eller nöduerge kom for ſkade oc drebthe oc ihielſlog en anden, Tha ſchall hannom maa tilſtedis kiercke-fredt till ſaa lenge hand kand före ſin ſag wdt mett Loug oc Dom, huilckett ſkall dog ſkee wden Domkierckernis oc Superintendentens beſueringe oc omkoſtninge.

omkostninge. Oc schulle Laugmendene huer vdi sitt Laugmandtzdömme were plichtige mett andre Dannemend ther tillkallede sagen att forhöre till rette mett thett förste, oc endeligen inthett lenger end till neste eptherfolgendis althing ther mett att forhale. Her epther sig huer will haffue att forholde. Actum Kroneborg thend 2 dag Junii aar &c. Mdlxxxvii.

CAP. II.

De Christiano Qvarto.

§. I.

De tanto Rege, etsi prorsus tacere, qvam pauca dicere, præstat, pro instituti tamen ratione, ea tantum hic tangenda videntur, qvæ ad nostram rem & scopum maxime pertinent. Fridericoburgi in Siællandia die 12 Aprilis 1577 hanc lucem primum vidit, sexennis vero homagium a Danis & Norvegis accepit anno 1583, sed undecennis anno 1588 post mortem parentis thronum ascendit, qvatuor autem primarii Senatores ad annum usqve 1596 Regno præfuerunt, eo enim anno, die 29 Aug. coronatus fuit. Anno 1597 cum Anna Catharina, Principe Brandenburgensi, nuptias Haderslebiæ celebravit, cui 1598 festo Trinitatis coronam imponi curavit. Anno 1599 totam Norvegiam ad fines usqve Moscoviæ circumnavigavit, Norvegiam fere qvotannis, ut & alias Regni provincias visitavit. Affinem suum Jacobum Angliæ Regem bis, annis nempe 1606 & 1614, invisit, qvi apud Christianum Regem anno 1590 Hafniæ fuerat. Sorores elocavit, Annam Jacobo, post modum totius Britanniæ Monarchæ, Elizabetham Henrico Julio, Duci Brunsvicensi, Augustam Johanni Adolpho, Duci Holsatiæ & Archiepiscopo Bremensi. Novas urbes Christianshavniam in Dania, Christianiam in Norvegia, Christianstadium in Scania, Tychopolim in Stormaria, nec non Castellum Dansburgum in Asia fundavit & exstruxit, veteres multas ornavit & refecit. Hafniæ pomæria dilatavit. Templa in qvavis nova hac civitate ædificavit, Havniæ autem Sanctæ Trinitatis templum cum turre Astronomica; Turres templorum Virginis & Nicolai. Arces Fridericoburgum perfecit, sed Rosæburgum exstruxit. Collegium Regium & utrumqve Auditorium, Academiam

 Soranam

Soranam fundavit, & qvis omnia enumerabit, qvod nec noſtrarum virium, nec inſtituti eſt. Bella tria geſſit, primum cum Carolo Nono & Guſtavo Adolpho, qvod anno 1613 glorioſa pace finivit. Alterum cum Ferdinando Secundo; & tertium cum Chriſtina Sveciæ Regina, cum qvibus pacem magis neceſſariam qvam lucroſam iniit. Ex Regina Anna Catharina, qvæ anno 1612 obiit, tres ſuſcepit filios, qvi ad maturitatem pervenerunt; ſed ex Chriſtina Munk, qvam poſt Reginæ obitum impari matrimonio ſibi junxit, decem procreavit liberos, tandem vero cum ea ob ſuſpiciones qvasdam, divortium fecit; ex aliis etiam qvosdam habuit liberos naturales. Literas & artes amavit, qvæ ideo ſub ejus regimine floruerunt, pacis & belli artium callentiſſimus fuit, Heros animi invictiſſimi, qvi qvo magis adverſa fortuna premebatur, eo erectior fuit. Plurima Reſcripta & edicta, qvorum ultra 250 exiguum noſtrum chartophylacium ſervat, Islandis dedit, eorumqve ſupplicationes gratioſe ſemper exaudivit. In ſacræ ſcripturæ novam editionem 200 Joachimicos impendit, & Typographo prædium Nupufell gratis inhabitandum conceſſit. Qvantos in Iſlandorum ab Algerienſium piratis captorum liberationem ſumtus fecerit, nobis non conſtat, bis autem hunc in finem pecuniam fruſtra eum erogaſſe, ipſi, in literis ad Senatum Havnienſem anno 1635 ſcriptis, fatentur, & tertia tandem vice 37 eorum, illius opera redemtos eſſe, certum eſt. Satur tandem dierum anno 1648 d. 28 Febr. cum vixiſſet annos 71, regnaſſet 60, terreſtrem coronam cum cæleſti permutavit.

§. 2.

Cum Chriſtiani Qvarti filius primogenitus Chriſtianus abſente parente Regnis præfuerit, & Islandis qvædam Reſcripta miſerit, nec non beneficia præſtiterit, non abs re videtur, ut ejus hic etiam, qvaſi Regentis & Eccleſiæ Capitis, mentio injiciatur. Natus eſt in Arce Havnienſi anno 1603 d. 20 Aprilis, ſed anno 1610 d. 14 Martii homagium ab Ordinibus Regni accepit. Anno 1625 in abſentia patris, usqve in annum 1628, Regnis præfuit. Anno 1625 ad reſtaurationem templi Holenſis, magnam aſſerum trabiumqve vim, & 6 picis cados donavit (a). Anno 1636

d. 5

(a) Ex deſcriptione *BIÖRNI de Skardsaa:* " 18 Tylfter Gullandsbord, 6 Tylfter Biálka, og " 6 Tunnur Biks. "

d. 5 Octobris, Sybillam Johannis Georgii, Electoris Saxoniæ, filiam, uxorem duxit. Anno 1647 d. 2 Junii in arce aut palatio Corbitz non procul a Dresda, in Saxonia, iter ad fontes Egerenses in Bohemia, intendens moritur annos natus 44, sepultus Havniæ in Templo D. Virginis. d. 8. Novembris. Ab Historicis hicce Princeps ob certam successionis spem, licet patri non supervixerit, communiter vocatur *Christianus Qvintus.* Islandis seqventia ab eo data sunt Rescripta: 1) De pœna mulierum, qvæ patrem suæ prolis manifestare nolunt, ut in ergastulum Havniense transmittantur; d. 16 Dec. 1625. 2) Liberatio a sustentatione militum ex Islandia in Germaniam mittendorum; d. 7 Novembr. 1625. 3) De Arngrimo Jonæ Coadjutore Episcopi Gudbrandi constituendo; 8 Novembr. 1625. & 31 Martii 1626 (a). Cætera ad nostrum non pertinent institutum.

§. 3.

Edicta & rescripta ad personas aut res ecclesiasticas pertinentia, qvæ Islandis dedit Rex Christianus Qvartus, & ad nostram notitiam venerunt, sunt: 1) Tertio & qvarto gradu cognationis conjunctis conjugium contrahere licitum esto; 1588 (b). 2) Adulteri a proprio parœco absolvuntor; 1591. 3) De variis fraudibus templis diœceseos Holanæ factis; 8 Maji, 1591 (c). 4) Clerici a controversiis & aliis prævaricationibus abstineant; 9 Maji, 1593 (d). 5) De absolutione adulterorum, ut a proprio cujusvis parocho petatur, & de decimis sacerdotum in toparchia Borgarfiordensi; 25 April. 1594 (e). 6) De collatione præbendarum ecclesiasticarum; 4 Martii, 1595 (f). 7) De tribus

(a) Vid. ad finem hujus Cap. Litr. Y. & Z.

(b) Vid. ad finem Cap. Litr. A. Præterea & ad Episcopum aliæ literæ ejusdem argumenti existunt.

(c) Vid. loc. cit. Litr. B.

(d) Hic sextus erat Articulus libelli Islandorum, qvem Nomophylax Jonas Jonæ Regi detulit, qvibus & Rex rescripsit, & qvod ad hoc punctum attinet, Præfecto præterea & utriqve Episcopo de isto articulo scripsit. Nos, cum omnia tria rescripta concordent, solum illud qvod Episcopis scriptum est, infra ad finem Cap. sub Litr. C. exhibebimus.

(e) Vid. loc. cit. Litr. D.

(f) Vid. ibid. Litr. E. Sed cum Rescriptum simul missum varia notatu digna contineat, illud sub Litr. F. subjungemus.

bus diebus ſupplicationum; 8 Maji, 1595. 8) De monumentis antiqvis in uſus D. Nicolai Cragii commodandis; 17 Aprilis, 1596 (a). 9) De nova ordinatione eccleſiaſtica conſcribenda; 24 April. 1598 (b). 10) Mandatum de ædificiis mercatorum Germanorum diruendis, & ut materia eorundem lignea templis cedat. 24 April. 1608. 11) Ne mortui exhumentur; 25 Febr. 1609 (c). 12) De tempore exercitiorum ſcholaſticorum; 30 Aprilis, 1614 (d). 13) De ſymbola templorum, in reparationem ædis ſacræ, qvæ Beſſaſtadi eſt, conferenda; 19 Aprilis, 1616 (e). 14) De collatione præbendarum; 6 Maji 1617 (f). 15) De campanis in arce Coronæburgenſi fundendis; 1617. 16) Adjurationes, runarum abuſus, & res magicæ prohibentur; 12 Octobr. 1617. 17) De retractatione bonorum ad ſcholas & templa pertinentium, tempore exercitiorum ſcholaſticorum, & decimis; 1 Apr. 1618 (g). 18) De decimis; 20 April. 1619 (h). 19) Qvi in tertio cognationis gradu ſe invicem contingentes conjugium contraxerunt, ne ſeparentur; 20 Apr. 1619. 20) De templorum cathedralium proventibus; 20 Apr. 1619 (i). 21) Eorundem prædiorum index Satrapæ transmittatur; 20 Apr. 1619. 22) De bonis cathedræ Holanæ abalienatis; 21 Apr. 1619 (k). 23) De illiterato ſcholæ Rectore; 21 April. 1619 (l). 24) De prædiis in pios uſus collatis; 21 April. 1619 (m). 25) De libro famoſo typis edito; 7 April. 1621 & 2 Maji

(a) Vid. loc. cit. Litr. G. Rex & Arngrimo Jonæ alio Reſcripto mandavit, ut nulli curæ in his monumentis comparandis & transferendis parceret.

(b) Vid. ad finem hujusce Cap. Litr. H.

(c) Vid. ibid. Litr. I.

(d) Vid. loc. cit. Litr. K.

(e) Cum hoc Reſcriptum ſpecialia qvædam contineat, qvæ Hiſtoriæ lucem affundunt, illud huic Capiti ſub Litr. L. ſubjungemus.

(f) Vid. ibid. Litr. M.

(g) Loc. cit. Litr. N.

(h) Vid. ibid. Litr. O.

(i) Vid. ibid. Litr. P.

(k) Ibid. Litr. Q.

(l) Vid. loc. cit. Litr. R.

(m) Vid. ibid. Litr. S.

Maji 1622 (a). 26) De ætate ministerio sacro matura; 16 Febr. 1621. 27) Absolutio facinorosorum ob negligentiam brachii secularis ne differatur; 1621. 28) De sacerdotum ad ministerium ecclesiasticum vocatione & vita; 29 Novembr. 1622 (b). 29) De variis juramentis & profanatione sabbathi; 20 Nov. 1623. 30) De abusu Sacræ cœnæ, & scandalis vitandis; 1628 31) Privilegium Episcopo Thorlaco Skulonio de typographia retinenda concessum; 12 Maji, 1628 (c). 32) Ut templum cathedrale sumtus in peregrinationem Episcopi ordinandi erogandos refundat; 9 Maji, 1628 (d). 33) De qvotidianis supplicationibus domesticis; 28 Jan. 1630. 34) Ut Præpositi sub Episcopi Ottonis Enarii præsidio Coadjutorem ei eligant, & hujus salarium determinent; 12 Febr. 1630 & 15 Febr. 1630 (e). 35) De prævaricationibus Olai Petri; 31 Januar. 1633 (f). 36) De privilegiis Attestatorum; 1 Martii 1633 (g). 37) Ut mariti & uxores captivorum ab Algerensibus detentorum ex rigore legum non puniantur, ne tamen conjugium interea contrahere iis permittatur; 22 Octobr. 1633. 38) Absolutio ob delicta graviora ne differatur, qvamvis brachio seculari satisfactio nondum sit præstita; 8 Jan. 1635 (h). 39) De institutione juventutis catechetica; 22 April 635 (i). 40) Ut qvodlibet templum in novam Bibliorum editionem unum Joachimicum conferat, & prædii Gnupufell typothetæ facta concessio; 22 April. 1635 (k). 41) Donatio 200 imperialium ad eandem bibliorum editionem sublevandam;

(a) Loc. cit. Litr. T. & U.

(b) Vid. ad finem Cap. Litr. X.

(c) Vid. ad finem Capit. Litr. AA.

(d) Vid. ibid. Litr. BB.

(e) Priores literæ Satrapæ Regio, posteriores ipsi Episcopo scriptæ sunt.

(f) Vid. ad finem Cap. Litr. CC.

(g) Vid. ibid. Litr. DD.

(h) Vid. loc. cit. Litr. EE.

(i) Hanc constitutionem, qvæ Islandice ter typis evulgata est, ex *Indicibus Cancellariæ Danicæ* ad finem Capit. sub Litr. FF. exhibebimus.

(k) Vid. ad caput Editionis Bibliorum Skulonianæ.

levandam; 22 April. 1635 (a). 42) Ne servitutes & emolumenta ad templa pertinentia in desvetudinem veniendo abalienentur; 12 Dec. 1636 (b). 43) De dissoluta sacerdotum vita; 1636, 44) De captivis Algerensibus redimendis; 4 Martii 1630 & 22 Decembr. 1636 (c). 45) De tribus diebus supplicationum; 1636, & 36 Nov. 1638. 46) Gravis Episcopo & clero facta admonitio, ut sobrie vivant & officio incumbant; 1638, 47) Varia de campanis, bonis & prædiis in pios usus collatis, mandata; 28 April. 1638. (d). 48) De antiqvo & inutili templorum suppellectili; 1645. 49) De presbyteris adulterii vel scortationis reis, ne ab alio qvam Rege restituantur; 10 Decembr 1646 (e). Hæc fere sunt gloriosissimi Regis ad rem Ecclesiasticam edicta pertinentia qvæ nobis videre contigit; Qvæ enim vel res civiles, vel casus singulares tangunt, qvorum magnus est numerus, in hunc censum non veniunt.

§. 4.

Satrapæ, qvos hicce Rex Islandiæ præposuit, sunt: *Laurentius Kruse Thygesen* de *Svenstrup*, nobilis Danus, qvi diu Friderico Secundo inservierat, ejusqve gratia floruerat. Primo præfecturam Wardhusensem die 6 Aprilis 1580 nactus est, post anno 1588 Islandicam, qvo anno die 2 Septembris tabula ejus officii data est, qva illi universus Islandiæ annuus proventus, Regi solvendus, 3200 imperialium mercede his locatur conditionibus: "Sacerdotibus pauperibus, & qvibusvis aliis, suas bona "fide solveret pensiones, mulctarum accuratam redderet rationem, qva-"rum tertiam partem mercedis loco retineret, Sacerdotum vitæ ac doc-"trinæ, templorumqve ædificationis Inspectorem ageret, mercaturam nec "ipse, nec per suos clientes aut famulos exerceret, accuratum omnium, "qvorumcunqve tandem essent, prædiorum indicem conscriberet, & "incolas secundum antiqvas Islandiæ leges & constitutiones judicaret."

Sub

(a) Vid. ad finem Capit. Litr. GG.

(b) Vid. ibid. Litr. HH.

(c) Vid. loc. cit. Litr. II. KK.

(d) Vid. ibid. Litr. LL.

(e) Vid. ibid. Litr. MM.

Sub ipſa Comitia in Islandiam venit, iisqve exactis in diœceſin Holanam iter inſtituit, ſed qvid ibi notatu dignum peregerit, non liqvet. Anno autem 1590 in foro generali inter Gudbrandum Epiſcopum & Jonam Nomophylacem concordiam ea conditione aliqvatenus reſarſit, ut Jonas omni juri in prædium Bard renunciaret, Præfectiqve ſententiæ committeret, ad qvemnam id poſthac pertinere deberet; qvo judice aut arbitro Præſul cauſam obtinuiſſe videtur. Ibidem etiam cum utroqve Nomophylace conſtitutionem de tributo *Manntalsfiſkar* fecit, qva cuicunqve extraneo piſcatori, qvi triginta capit piſces, duos Toparchæ Gullbringenſi qvotannis ſolvere injungitur, qvi vero id recuſat, qvatuor marcis mulctandus cenſetur. Hic etiam Epiſcopus & univerſa Cleri Synodus ejus arbitrio permiſit, qvomodo plectendi forent Sacerdotes, qvi adulterium committerent, de qvibus conſtituit, ut officio & præbenda eatenus privarentur, ut munus ſacerdotale poſt 2 aut 3 annos, & alia aliqva, ſi tum vacaret, præbenda, ſed nunqvam eadem, illis concredi poſſent; Qvam ſententiam valere juſſit, donec ipſe Rex aliter ſtatueret. Oddo Epiſcopo de ſigno aut nota pecuaria, qva a primis usqve temporibus uſi fuerant Epiſcopi & Cathedra Skalholtenſis, litem movit, cauſſans nimis ſimilem eſſe ei, qva Regis armenta & pecudes ſignari ſolent, in qvo ei Præſul ceſſit; Sed Ormo Narſi filio partem prædii Reikiavik, ſumma, ut videtur, injuria expreſſit, nolens enim & plorans inde cedere coactus eſt His per biennium, qvo hic manſit, geſtis, præfectura abiit, & Præfectus Bergenſis factus eſt die 8 Julii 1596.

§. 5.

Henricus Krag de *Trondeyup*, altera vice (a) Islandiæ Præfecturam d. 28 Febr. 1591 iisdem ac anteceſſor conditionibus adeptus eſt Primum qvod in officio fecit, fuit conſtitutio in hujus anni foro Generali

(a) Vid. ſupra pag. 7. 8. In *concione funebri* qvam Mag. *TISTORPHIUS* in obitum Ottonis Kragii habuit (Havniæ 1666), dicitur ejus aviæ pater fuiſſe *Ericus Krag* de *Volberg* Satrapa Iſlandiæ; Sed *in concione funebri in obitum Nicolai Krag*, dicti Ottonis patris, idem *Ericus* eodem qvidem titulo, ſed hujus Nicolai abavus paternus, majori ſimilitudine veri, ſalutatur. Oportet ergo dictum Ericum Krag Satrapam Iſlandiæ ſub Rege Johanne egiſſe, ſub cujus regiminis tempore de omnibus Præfectis Iſlandiæ nondum liqvido conſtat.

facta de otiosis erronibus & sanis mendicis, qvibus competentem minatur pœnam; Anno 1592 in Islandia hyemasse videtur. In Comitiis autem universalibus 1593 unacum 24 delegatis judicibus, de schedis & codicillis, qvos in opprobrium avi sui Gudbrandus Episcopus confictos esse contendit, decisivam dixit sententiam, qva falsa & ficta esse hæc documenta pronuntiatum fuit. Eodem etiam anno Rege jubente, controversias Gudbrandi Episcopi & Jonæ Nomophylacis, qvæ anno 1590 consanuisse videbantur, sed denuo recruduerunt, ita tandem sedavit, ut in aperta odia postea non erumperent. Cumqve ipse Havniam repetere cogitaret, ut suæ dispensationis & bene administratæ provinciæ aliqvod adferret testimonium (a), seqventes publice proposuit qvæstiones: 1) Num qvædam ad Regem aut Coronam Danicam pertinentia, prædia abalienata essent 2) Num ullum constituisset Prætorem, qvi inutilis aut officio impar esset. 3) Si apud qvendam Regia Edicta aut Rescripta latitarent, qvæ publico utilitatem adferre possent, ut secum ad exscribendum communicarentur, postulavit, talia enim Bessastadis, ut omnibus usui esse possent, prostare debere. 4) Nomophylacibus, ut habilem eligerent Dicographum, injunxit (b). 5) Materiam, qvam Rex templo Skalholtensi, aliisqve destinatam haberet (c), venalem proscripsit. 6) Si qvis Regi de qvadam re publice aut privatim necessaria, supplicare vellet, suum obtulit officium & commendationem. Tandem vero exactis Comitiis Oddum Episcopum monuit, ut Sacerdotes qvosdam, qvi laicis & colonis eorum prædia elicerent, aut exprimerent, compesceret, qvo facto, Erasmo Michaelis, suo, dum abesset, constituto vicario, ad exteros abiit. Anno 1594 in Islandiam reversus, varia expedivit negotia: 1) Nomophylacum postulavit sententiam de 64 vaccarum æqvamento, aliaqve cœnobii Munkathveraaënsis suppellectile, qvæ hæredes Nicolai Thorstenidæ non solvissent, aut solvendo non essent. 2) Prædia Grund in Svarfadardal & Liosavatn qvæ Axel Juul & Christophorus Trundson Thorunæ Episcopi Jonæ Aræsonii filiæ, ad dies vitæ concesserant,

(a) Hæc & plura, Kragium delatores veritum fuisse innuunt, nec id immerito, ut docent literæ Regiæ de 10 Martii 1595 Kragio scriptæ, paulo anteqvam hic officio cederet; qvas vid. ad finem Cap. Litr. NN. conf. supra pag. 7. not. c.

(b) Vi Resolutionis & Constitutionis de 9 Maji 1593.

(c) Vi Rescripti de 2 April. 1592.

ſerant, cum jam mortua eſſet, ut reſtituerentur, poſtulavit, qvod facile obtinuit. 3) Rege jubente cum utroqve Epiſcopo, Nomophylacibusqve & 24 ad id delegatis, deliberationem iniit, de Sacerdotum qverela, qvod ex templorum bonis, parum vel nihil ſalarii loco acciperent, ſecus qvam Rex anno 1542 mandaverat; qva de re, licet hac vice nihil certi ſtatui poſſet, viam tamen ſtravit concluſioni, qvæ anno demum 1629 ſecuta eſt. 4) Proprietariis & templorum curatoribus, in diœceſi Holana, qvi edicto Regio dato 5 Martii. 1591 debitum non præſtiterant obſeqvium, graves ſcripſit literas monitorias, ne mandata perficere ultra tergiverſarentur, qvod autem ſi fecerint, Prætoribus injunxit, ut iis dicam ſcriberent, eosqve pro meritis mulctarent; iisdem literis propoſitam ab Epiſcopo conditionem confirmavit, ut in Toparchia Skagafiordenſi, parvæ qvædam parœciæ adunarentur, qvo ſæpius & majori fructu verbum Dei auditoribus inſtillari poſſet. 5) Utriqve Epiſcopo Gudbrando & Oddo, cum Rex illis, prout anno 1593 ipſi petiverant, novam Ordinationem Eccleſiaſticam conſcribendi facultatem permiſiſſet, ut hoc anno intra proximum comitiorum tempus eandem perficerent, injunxit, qvam deinde Regi & Regni Senatoribus ſiſtere, ut qvam primum confirmationem adipiſci poſſet, promiſit. Tandem omnes, ne piſcatores Anglos circa aut prope Islandiam piſcari ſinerent, ſed eosdem capere, & ſi refragarentur, punire, Prætoribus auxilio eſſent, ſevere monuit. His geſtis abiit, cum Præfecturam qvadriennio, non omnino vituperandus, geſſiſſet.

§. 6.

Broſtrop Giedde de *Tommerup* (a), Nobilis Danus, anno 1595 Islandiæ Satrapa, in foro generali publicæ deciſioni ſubjecit, ad qvem navis illa Anglorum, qvæ præterito anno in Stödvarfiordo irreparabile acceperat damnum, pertinere deberet. Eodem etiam anno longam illam inter Gudbrandum Epiſcopum & Jonam Olai, de prædiis Hol & Beſſaſtadis controverſiam diſſecuit, ita, ut Jonas tandem prædia obtineret. Eodem etiam loco & anno, de eſocum captura & Nicolai profundo (Nikuláſarkiere) in fluvio Norduraa, controverſiam diſcidit, qvo facto in Daniam abiit;

(a) Hujus literæ officii ſcriptæ ſunt d. 23 April. 1595.

abiit; ſed redux, anno 1596 de prædio Grænavatn a Nomophylacibus ſententiam poſtulavit, ipſe autem Gudmundo Helgonis ter jam adulterii reo vitam & ſecuritatem conceſſit, qvod ejus factum Rex eodem anno confirmavit, eadem etiam æſtate haſce ſcripſit conſtitutiones: 1) Ne laïci alienas cauſas contra Sacerdotes, aut emerent, aut ullo modo acqvirerent, ut illos iisdem infeſtarent, nec Præpoſitis idem in clericos aut laïcos tentare liceret. 2) Ut Sacerdotes jubente Epiſcopo, Præpoſiti officium detrectantes, ſi ad id gerendum idonei eſſent, præbendam amitterent. 3) Ne Nomophylaces, Prætoresve, controverſias de limitibus prædiorum Regis aut templorum, niſi præſente Satrapa aut Epiſcopo, dirimerent. 4) Ut Beneficiarii, qvi ædes aut alia ad præbendas pertinentia, non curarent, aut aliqvo modo perderent, ſi ter ab Epiſcopo moniti non reſiperent, præbenda privarentur, & damnum reſtituant. His peractis denuo in Daniam abiit, relicto Vicario Eraſmo Nicolai, qvi hoc anno ſupplicatione incolarum Toparchiæ Iſafiordenſis excitus Vatnsfiordi die 6 Auguſti freqventem habuit conventum, ubi de prævaricationibus Pauli de Stadarhole, tum temporis Iſafiordenſium Toparchæ, qvæſtionem habuit, qvæ tamen omnia intercedente Oddo Epiſcopo ibidem præſente, & Paulo emendationem promittente, ſedata ſunt. Broſtrupius cetera Arcis Laugholmenſis Præfectus in Scania habitavit, & bis tantum in Islandiam venit; Deinde autem Satrapa Gullandiæ factus in arce Wisbyenſi anno 1614 obiit.

§. 7.

Anno 1597 die 10 Maji *Johannes Buckholt* præfecturam Islandiæ ex novo (a) adeptus eſt, ſed ad nominum nondum ſolutorum admonitum, anno 1601 die 9 Junii Regium emanavit diploma, qvo ſucceſſorem ei mittendum eſſe indicatur. Bucholtius autem non diu ſupervixit, nam anno 1602 die 12 Maji *defunctus* compellatur in literis Regiis, qvibus ejus qvondam vicarius Johannes Södeche ad rationes heri reddendas Havniam evocatur.

§. 8.

(a) Vid. ſupra pag. 9. ſqq.

§. 8.

Envoldus Kruse, de *Wingegaard*, Islandiæ Præfecturam adeptus est die 15 April. anno 1602, qvo anno Comitiis præfuit, & insulam Papey, qvæ proximo triennio decimas non solverat, fisco adjudicari curavit. Anno 1603 in foro generali præsens, Nomophylaces discernere jussit, ad qvem maris ejectamenta pertinere deberent, qvæ vulgo *Vogrek* appellantur, ɔ: talia, qvæ signum aliqvod habent, qvod a qvodam possessa fuerint; qvi, ut videtur, nihil certum statuere ausi Regiæ clementiæ causam subjecerunt. Anno 1604 in Islandiam venit, tunc autem Pastores Borgfiordenses pariter ac alios a decimarum Regi solvendarum pensione liberos esse debere, unanimiter a Nomophylacibus & aliis jurisperitis conclusum fuit, de qvo diu mussitaverant Sacerdotes, jam vero necessitate adacti, aperte qverebantur, tanta enim ingruebat annonæ gravitas, qvæ ab anno 1602 ad 1605 duravit, ut uno triennio plusqvam 9000 hominum fame periisse, certum sit. Societas præterea mercatorum Danica, civibus Hafnienſibus, Helsingorensibus, & Malmogiensibus constans, qvæ tres civitates Islandiæ mercaturam per 14 annos 330 imperialium annua mercede a Rege conduxerant, incolas variis injuriis misere vexabant, & parum illud idonearum ac utilium mercium, qvod advexerant, percare vendiderunt. Accessit deniqve hoc anno epidemica dysenteriæ lues, qvæ multos mortales sustulit. Hæc omnia optimates ad Regem perscripserunt, supplicibusqve hunc implorarunt literis, vellet tantæ miseriæ, ne omnes una perirent, auxiliatrices porrigere manus; Satrapam autem, cui communem calamitatem graphice depinxerant, enixe rogarunt, ut suam, qvantum in eo esset, supplicationem Regi commendare & adjuvare vellet; sed qvid præstiterit, a nemine notatum invenimus. Anno 1605 Comitiis ipse præfuit, & sententiam Nomophylacum postulavit, cujus damno, Regis, suo, an Toparchæ, decimæ Pastorum Borgarfiordensium stare deberent, qvi responderunt, cum injuste primo illis impositæ fuerint, sperandum esse Regem, eis tantum annuæ mercedis remissurum, qvod etiam Rex benigne exaudivit. Abitum parans Vicarium sibi constituit Envoldum Christiani, ipse autem, Legifer Jutiæ Septentrionalis postea factus, diu supervixit.

§. 9.

Anno 1606 novus in Islandiam venit Præfectus *Herluff Daa* de *Snödinge* (a), cujus officii cartha ſcripta 3 Maji, ut Islandos ſecundum antiqvas eorum leges & conſtitutiones judicaret ac gubernaret, graviter ſatis eum monuit & obligavit; Mox ubi advenerat, Jonam Nomophylacem accerſivit, ut hic, rerum qvippe Islandicarum apprime peritus, ipſi a conſiliis eſſet, qvi ſine mora Beſſaſtadas properans a Præfecto gratanter & opiparo convivio excipitur, qvo in multam protracto noctem Nomophylax in tentorium dormitum ſe contulit, ſed craſtina luce in lecto mortuus deprehenſus eſt. Qvid præterea hoc anno hic geſſerit Præfectus, nihil invenio. Anno 1607, mox ubi appulerat, Holas ad Gudbrandum Epiſcopum, & inde Skalholtum tetendit, indeqve comitia adiit, ibiqve aliqvot Regia publicavit edicta, qvorum præcipuum fuit, ne qvis Satrapa ſui deceſſoris acta reſcinderet, ſed ſemel officia nacti, eadem retinerent. Anno 1609 ab exteris revertens ſeqventia attulit edicta: 1) Mortui ne exhumentur. 2) Nomophylacibus honor habeatur. 3) Veſtmannorum inſulæ proprium habeant Prætorem. 4) Inutilis Cœnobiorum ſuppellex vendatur. Abiens Petrum Brennerum ſuum conſtituit Vicarium. Anno 1612 denuo in provincia præſens, edictum attulit de proſtibulis, qvæ patres ſuorum fœtuum indicare nolunt, ut poſt tres admonitiones a Prætore, præſente Præpoſito & 6 probatiſſimis viris, torqveantur. Abſcedens Georgium Danielis vicarium conſtituit. Anno 1613 & 14 Gislaum Theodori filium Nomophylacem variæ prævaricationis inſimulavit, præſertim qvod peregrinis qvibusdam in Toparchia Snæfellenſi falconum capturam permiſiſſet, qvod Gislaus pecunia redemit & ſenio confectus, officio abiit. Anno 1616 Regium publicari curavit edictum, qvo omnibus Islandiæ templis imponebatur, ut ruinoſum Beſſaſtadenſe templum exædificarent, qvam penſionem Prætores, Præfecti juſſu, collegerunt. Circa hæc tempora inimicitia inter eum & Oddum Epiſcopum erumpere cœpit, cujus cauſa multæ fuerunt calumniæ & ſuſpiciones, inter qvas numerant, venenum Epiſcopo, cum aliqvando a Præfecto hoſpitio exciperetur, propinatum, qvam relationem nos ſuo loco

(a) Hic Thalaſſiarchus dudum factus, anno 1601 die 5 Aprilis Cœnobii Oſloënſis reditus ducentorum imperialium annua mercede ſibi conceſſos, accepit.

loco relinqvimus. Anno 1617 Georgium Danielis, qvi ſuas vices ageret, in Islandiam miſit. Hic, ex materia, qvam advexerat, templum Beſſaſtadenſe magnæ capacitatis & altitudinis, ſed ſine tranſtris aut trabibus erigi curavit, glorians tale ædificium nullo turbine aut procella everti poſſe, qvam ejus vaniloqventiam anno 1619 procella ulta eſt, qvæ fallacem ædificationem funditus dejecit. Hoc anno Præfecti & Epiſcopi ſimultates in apertum erupere odium, ita ut Præfectus Præſulem apud Regem valde diffamaret. Hic autem filium ſuum Arnam, qvi non tantum objecta dilueret, ſed varia de Præfecto dedecora referret, ad exteros miſit, qvorum præcipua fuerunt, qvod Præfectus perſonis qvibusdam, tertio conſangvinitatis gradu conjunctis, Epiſcopo diſſvadente, coniugium contrahere permiſerat, & qvod Regi de tributis qvibusdam, qvæ ſuffuratus eſſet, falſa retulerat, & ejusmodi plura, qvæ eum negligentiæ & injuſtitiæ arguerent; qvæ cum, niſi utraqve parte præſente, ut & idoneis adhibitis teſtibus, dijudicari non poſſe viderentur, Rex utrumqve in Islandiam redire, ibiqve coram delegatis judicibus, Friderico Friis & Georgio Wind, cauſſam disceptare juſſit; qvod eo factum eſt eventu, ut Præfectus malæ adminiſtratæ provinciæ convictus, officio privaretur, Præſul autem ægre, aut non ſine rubore, evaderet.

§. 10.

His inter Satrapam & Epiſcopum turbis, aliorumqve de magiſtratuum avaritia, oſcitantia & variis prævaricationibus, ſubditorum qverelis excitus Rex gloriosiſſimus, *Fridericum Friis* & *Georgium Wind* ampla inſtructos auctoritate, ut Commiſſarios Regios. qvi ipſius & Regni Senatus nomine omnia coram inſpicerent, & cauſas dijudicarent, in Islandiam miſit. Hi primo vere Regia advecti trireme, ut omnes & ſinguli, qvi aliqvam haberent qverimoniam, in foro Generali comparerent edixerunt (a), ubi plerumqve ſoli judicio præſuerunt, & ſententias dixerunt,

(a) " At lade publicere og forkynde offver det gandſke land Iſland. Kongl. Majts tilforordnede Commiſſarier og Fuldmegtige ere hid till landet ankommen udi thend acht og meening, at enddog thette land er hans Majſt. langt fra hande liggende, dog " ligevell,

xerunt, qvarum nobis feqventes videre contigit, qvæ omnes eodem modo (a) incipiunt: 1) Eft de Thordifæ Halthori filiæ perjurio & inceftu cum fororio fuo Toma Halli, qvos capite plectendos judicarunt. 2) De Jona Sigurdi filio Nomophylace, cui ob adulterii crimen altera vice commiffum, officium abrogarunt, fed Gudmundo Enari filio, Jonæ fororio, Paftori Stadaftadenfi, qvi criminis confcius adulteram abfolverat, præbendam abjudicarunt. 3) De Jona Gai Anglo, ut fecundum Islandicas leges adulterii pænas lueret. 4) & 5) agunt de retractu prædii cujusdam, & de finibus prædiorum. 6) Fuit inceftus Thorarini Jonæ filii & Gudbiargæ Jonæ filiæ, qvibus vitam abjudicarunt, & ibidem capite plecti curarunt, non obftante Thorarini pernegatione, cum duodecimvirali juramento, purgare fe non poffet. 7) In caufa defertionis jufferunt, ut uxor marito cohabitaret, non obftante ejus ad debita conjugalia inhabilitate, cum teftatum effet, qvod ante initum cum ea conjugium fat potens & generando habilis fuerit. Reliqvæ fententiæ, ab eis pronunciatæ non magni funt momenti; Has autem ideo annotavi, qvod *BIORNUS* de *Skardsaa*, &

" ligevell, fom een chriften Potentat og Öffrighed er hans kiære Underfaatter med " ald Kongel. gunft og naade bevogen, og gierne vill og feer, at hans Underfaatter vederfahres, hvis loug fkiell og rett er og imod vold og overlaft at defendere " og befchytte. Hvorfor tilbiudes eder alle og enhver, fom bygge og boe offver " allt Ifland, fom haver nogen klage enthen Höffvidsmanden Herloff Daae offver de " geiftlige eller verdflige Stender, eller Underfaatterne kunde haffve enthen offver " forfkreffne deris Höffvidsmand, Bifperne, Præfterne, Laugmenderne, Kiöbmendene, Fougderne, faa og alle andre fager, det vere fig i hvad det vere kand, da " fkall de nu till förftkommende Alting möde tilftæde, og hvis urett, vold eller andet, " fom kand vere dennem med urett frataget, fkal det dennem igien gifves og nöyachtigt derfore tillfridftillis, og vederfahris ald loug og rett. Derfom almuen haffver fig offver nogen at beklage, fom forfkreffvet ftaar, og det nu formedelft deres " forfömmelfe og uagtfomhed iche tilkiende giffver, da at vere deres eegen fkyld, " i det de iche veed at föge deres og landets nytte og gaffn. Hvor effter alle og eenhver fig kand vide at rette. Actum Kongsgaard then 20 Maji Anno 1618. "

Friderich Friis, egen hand. *Jörgen Vind*, egen hand.

(a) Titulus omnium qvas in foro generali pronuntiarunt fententiarum talis fuit: " Stormegtige Hoigborne Furfte og Herre Herr Chriftian denn fierde medt Guds naade " &c. Tit. Tit. Voris naadigfte Herris og Koningis tillforordnede Fulldmegttige " att fidde Retterthing her paa Iflandt, wii efterfchreffne Friderich Friis thill N. og " Jörgen Winnd thill Grundett, Kongl. Majfts Secreterer. Giöre alle vitterligt at aar " 1618 denn 30 Junii paa Öxeraathing " &c.

& alii ex eo, qvotqvot aliqvid hac de re ſcripſerunt, afferant, multos tum qveſtos eſſe, cauſas non ſecundum leges Islandicas judicatas fuiſſe, qvod aliter ſe habere res ipſa docet, cum pleræqve eorum ſententiæ ad normam legum Iſlandicarum qvadrare videantur.

§. 11.

Exauctorato Herluffio Daa ſucceſſit *Fridericus Friis de Heſſelager*, Johannis Friſii, Regii qvondam Cancellarii, nepos, vir magni nominis, & Regia gratia florens, qvi ampliſſima inſtructus auctoritate, ut enormia qvæqve corrigeret, vetera, qvæ minus placebant, abrogaret, & nova introduceret; nec minoribus beatus privilegiis, (nam ei præter alia, qvæ nulli Prædeceſſorum permiſſa fuerant, 12 farinæ laſtas, ut vocant, advehere, & libere diſtrahere, conceſſum fuit) in itinere ægrotare incipiens, a Gudmundo Enari, anno præterito, ut ſupra diximus, exauctorato, ſed jam in navi præſente, reſtitutione, qvam inſcio Gudmundo a Rege impetraverat, ipſi nuntiata, abſolutionem & ſacram cœnam, ut confeſtim exſpiraturus, accepit, qvod triduo, poſtqvam in Islandiam appulit, accidit; Sepultus primo Beſſaſtadis, ſed anno ſeqvente exhumatus, & ut patrio inferretur ſepulcro, Havniam transvectus fuit; qvod qvoniam Rege inſcio factum fuerat, 1000 imperialium mulcta expiari debuit. Anteqvam animam efflavit, Andream Johannis, usqvedum ipſe Rex aliter disponeret, Præfecti vices agere juſſit; qvi eodem anno 16 Regia edicta publicavit. Sed tot tantarumqve rerum exſecutionem mors Friſii aut diſtulit, aut penitus ſuſtulit, niſi qvod 4 primarii Prætores, de mercimoniorum taxatione cum mercatoribus Danis acturi enavigabant.

§. 12.

Friſio præmatura morte exſtincto ſubrogatus fuit *Oligerus Roſenkrantz de Frölinge*, qvi anno 1620 omnes Prætores indictum antea jusjurandum præſtare adegit, inqve Gudbrandum Epiſcopum actionem de injurioſo libello intentavit, cujus argumentum 24 judices delegati, calumniam eſſe judicarunt, ſed de officio viri, an id retinere deberet, Regiæ ſubmiſerunt ſententiæ; qvo facto & Jacobo Petri ſuo conſtituto vicario, hac vice abiit; Sed anno 1621 reverſus, Regium publicavit Reſcriptum,

tum, qvo Gudbrando Episcopo, ad Regium tribunal appellare, aut multa pecuniaria crimen expiare, optio dabatur, qvi hoc anno prope octogenarius comitia adiit, posterioremqve elegit conditionem, qvam anno seqventi 1000 imperialium solvendo implevit. Anno 1624 cum Gudbrandus hemiplexia captus, officium administrare non posset, Rosenkrantzius Arngrimum Jonæ ipsi Vicarium constituit, qvi Ecclesias templaqve visitaret, scholæ Inspectorem ageret, omnesqve causas Ecclesiasticas dijudicaret, Chartophylacium templi Holensis rite disponeret, & qvicqvid agendum esset, agi curaret, salva tamen ipsius Præsulis auctoritate, si qvid, dum superesset, aut vellet, aut posset agere. Hoc anno Arius Magni filius, Episcopi gener, antiqvam litem de prædiis Hol & Bessastadis recoqvens, causa ita cecidit, ut ei aliisqve Gudbrandi hæredibus via eam renovandi omnino obstrueretur. Annis 1625 & 26 Rosenkrantzius in Islandiam venit, sed his annis ab eo gesta nulla vidimus. Anno autem 1627 cum piratæ Algerienses sinum Seilam ingredi & Bessastadas adoriri vellent, ibidem præsens fuit, audito enim eos d. 12 Junii Grindavikam depopulatos esse, naves mercatorias, qvæ in portubus Hafnarfiord & Kieblavik stabant, ut ad Seilam se ad suam triremem conferrent, mandavit; cumqve piratæ sinus angustias intrassent, alteraqve eorum navis syrti inhæreret, illi vero in transportandis inter naves captivis occupati essent, eos, qvod tamen Islandi qvidam, qvorum haud pauci ibidem id temporis confluxerant, svadebant, aggredi noluit, sed ex aggere, qvem congesserant, qvædam tormenta explosit, qvod etiam illi fecerunt, qvo eis, cum navis levationi biduum impendissent, elabendi ansam dedit. Ipse autem in omnem eventum, eqvum ad fugam, si in terram piratæ ascendissent, capiendum, paratum habuit, qvod illi haud pauci vitio verterunt. Anno 1628 ejus vices egit Gislavus Haconis australis qvartæ Nomophylax, qvi ejus jussu Haldoro Nomophylaci ob impedita nomina Præturam Skagafiordensem & Cœnobium Munkathveraaënse abrogavit, qvorum utrumqve ipse Rosenkrantzius anno 1629, cum Haldorus nomina expedivisset, restituit. Anno 1630 cum Rege in classe contra Hamburgenses agens Islandiam non invisit, sed 1631 læsæ navis in Norvegia refectione tardatus, post exacta demum comitia advenit, ubi ejus vices, ut alias sæpe, Olaus Petri egerat; tum enim demum post 38 annos, incolæ, qvod Rex 1593 jusserat, Scribam fori generalis eligendo perfecerunt. Anno 1632 itidem exactis comitiis huc venit, sed anno 1633 ultima vice

in

in Islandia adfuit, inqve foro generali de incantationibus, qvibus Sacerdos Illugus Jonæ insimulabatur, sententiam dixit, ut Pastor se jure jurando purgaret, qvo facto, exactis in prætura Islandica 14 annis, eam cum Gullandica mutavit. Ultimis officii annis Vicarium habuit Olaum Petri, qvi multas in Islandia opes & prædia vario modo comparaverat (a), præfecturæqve inhians, non tantum incolas, sed Præfectos etiam, multis magnisqve coram Rege oneravit calumniis, qvæ omnia, si præfectura sibi concrederetur, se brevi reformaturum promisit; Sed cum nihil relatorum probare posset, in Sveciam aufugit, ubi pauper & contemtus periit.

§. 13.

Rosenkrantzio ad Præfecturam Gullandicam translato, *Pros Mundt de Birkiswold*, nobilis Norvegus, Islandicam adeptus est, qvi anno 1634 in provinciam veniens, duas de causis, Baugstadensi inter Arnam Nomophylaçem & Vigfusum Gislai, & Svignaskardensi inter Haldorum Nomophylacem ac Henricum Erlendi, pronuntiavit sententias, relictoqve Jano Severini, suum gerente Vicariatum, hac vice abiit, sed 1635 reversus, de hæreditate Gudbrandi Episcopi, sc. qvantum nepotes avi bonorum, duabus adhuc existentibus Gudbrandi filiabus, accipere deberent, sententiam dixit. Cumqve reliqvi abitum pararent, publice proclamavit, forum Generale durare debere, donec omnes causæ dijudicatæ forent, suumqve obtulit ministerium, si qvis qvicqvam suæ decisioni subjicere vellet, sed reliqvi annonæ gravitatem causantes, ibidem tamdiu manere impossibile judicarunt. Anno 1636 denuo præsens seqventes qvæstiones & monita publice proposuit. 1) Qvem codicem juris Nomophylaces, aliiqve pro norma haberent? qvi antiqvum illum, *Jónsbók* vocatum, responderunt. 2) Qva itidem Ordinatione Ecclesiastica pro cynosura uterentur Episcopi? interroganti responsum fuit: Christiani IV Ordinatione Ecclesiastica, Norvegis primum data, nunc vero etiam in Islandiam introducta. 3) Episcopos interrogavit, qvomodo pauperum prædia administrarent? 4) A Cœnobiorum locatoribus rationem exegit, qvomodo

(a) Hinc originem ducit edictum Regium datum 1635, qvo Præfectis interdicitur prædia in Islandia emere aut dono accipere.

qvomodo antiqvam eorundem ſuppellectilem tractaſſent. 5) Qvot inutiles campanæ ad templa exiſterent? 6) A Prætoribus Catalogum omnium prædiorum, qvæ fiſco Regio adjudicata fuiſſent, qvanti conducerentur; qvantumqve illi multarum nomine acciperent, & hujusmodi plura, poſtulavit. 7) Severe omnibus injunxit, ut Dicographo generali ſuum ſalarium accurate ſolverent; Qvæ omnia erant reliqviæ aut effectus calumniarum, qvas Olaus Petri de Islandis evomuerat. Cumqve omnes cauſæ in foro generali perfecte dijudicari non poſſent, aliud extra ordinem Kopavogi habendum conſtituit, ubi inter alia finem impoſuit controverſiis Arnæ Nomophylacis & Vigfuſi Gislai. Alium etiam conventum in diœceſi Holana hoc anno inſtituit, ubi ipſo præſente multum de muliere qvadam, qvæ ex marito exule conceperat, diſceptatum fuit, qvam ſine dubio occidiſſent, ni Thorlacus Epiſcopus, ſcripta *Apologia* interceſſiſſet, qvo facto, Præfectus domum reverſus, ingentem domum, variis diſtinctam cœnaculis, Beſſaſtadis erexit, in qva ſeqventem hyemem transegit. Anno 1637 Regia propoſuit mandata: 1) Ut Jonæ Gudmundi cauſa denuo ventilaretur, & ex legum Islandicarum præſcripto diſcerneretur, qvod ut fieret, utriqve Epiſcopo, cum 10 ſacri, & utriqve Nomophylaci cum 10 Politici, ordinis viris, hujus mandati exſecutionem injunxit, qvi unanimiter Jonam exilii pœna mulctandum ſtatuerunt. 2) Gudmundi Jonæi Paſtoris tum temporis Hvalsneſenſis, dicti Jonæ filii, cauſam, qvam itidem Rex, ut de novo ventilaretur, juſſerat, iisdem judicibus commiſit, qvi non omnino concordes, Paſtorem majori ex parte abſolverunt. Satrapa vero anteqvam diſcederet univerſale de officii adminiſtratione expetivit teſtimonium, qvod ex ejus voto fluxit. Anno 1638 una cum uxore, Regia advectus triremi, (jam ſe non *de Birkiswold*, ſed *de Grevensvinge* ſcribens) cauſam Enari Gudmundini Paſtoris Stadenſis 24 virorum judicio ſubmiſit, qvorum ſententia Paſtor non tantum cauſa cecidit, ſed etiam penitus exauctoratus fuit. Anno 1639 Magnum Biörni Nomophylacem eligi curavit, Regiumqve mandatum de novo tributo aut ſymbola ab omnibus incolis colligenda propoſuit, qvod licet ob arctam incolarum conditionem humillime deprecaretur, nihilo minus ipſe per tractum Sudurneſenſem eandem ſevere exegit, & ut Prætores alibi idem facerent, mandavit. Aliud autem de augenda cujusvis Præfecturæ, Cœnobii aut Redemturæ mercede Regium publicavit edictum, ſed cum Redemtores id enixiſſime deprecarentur, anno

ſeqvente

feqvente remiſſum fuit. Cetera hoc anno, anteqvam diſceſſit, publice monuit: 1) Epiſcopos, Præpoſitos & Paſtores, ut officium decenter agerent, omniumqve ſibi concreditorum templorum, poſſeſſionum, & utenſilium accuratum indicem conſignarent, qvorum qvod neceſſarium eſſet, retinerent, ſuperfluum autem æqva adhibita æſtimatione, venderent & magis utilia ejus loco acqvirerent; Si qvid etiam injuſte abalienatum eſſet, id ſibi ſignificarent, ut id jure retractare poſſet. Præbendarum ædes & utenſilia ſarta tecta conſervarent, ſi qvas antiqvas aut inutiles haberent campanas, Hafniæ refici curarent; Epiſcopis ſpecialiter injunxit, ut indicem prædiorum, qvæ pauperum ſuſtentationi deſtinata eſſent, cum omnibus eo ſpectantibus fundationibus, & documentis confici curarent, tandemqve ſibi qvotannis proventuum cujusvis cathedræ Epiſcopalis accuratam redderent rationem. 2) Nomophylaces, omnesqve judices monuit, ne ullam cauſam aut controverſiam de prædiis, aut ejusmodi emerent, aut qvovis pacto ſuam facerent, ſed in omnibus rebus regia mandata pro unica haberent cynoſura. 3) Omnibus Cœnobiarchis, ut accuratum Cœnobiorum adornarent indicem, perinde fere ac §. 1. Sacerdotibus injunxerat, mandavit; omniumqve talium documentorum bina confici juſſit exemplaria, qvorum alterum in templis ſervaretur, alterum vero vicario ſuo Jano Severini ante proximum feſtum Michaëlis traderetur. 4) Ut omnia pauperum prædia (Chriſtfiårjarder) & LX hundredæ, qvæ jam Cœnobio Thingörenſi adhærerent, pro ut Rex juſſerat, Vidöenſi Noſocomio adjicerentur, mandavit. 5) Ut omnes Prætores, Cœnobiarchæ & Redemturarum conductores, Scribæ fori generalis ſuum ſolverent ſalarium, expreſſe jubebat, iſti ſcil. ſesqvi imperialem, illi unum, hi autem ſemis tantum, qvam ejus conſtitutionem Rex anno ſeqvente confirmavit. Tandem, ut alias ſolebat, publice teſtatus eſt, paratum ſe eſſe, cuicunqve, id petenti, jus & cauſarum deciſiones reddere. Ab anno 1640 usqve ad 1643 incluſive, in qvovis foro generali præſens fuit, eademqve ſemper repetivit; ultimis inprimis annis graviter qveſtus eſt, præſertim de Epiſcoporum tergiverſatione, qvi prædiorum Cathedralium indicem nondum tradiderant, qvos denuo monuit, ut jam ſine mora imperata facerent, ſimulqve cauſam aut excuſationem, qvare tamdiu id diſtuliſſent, indicarent, ſed qvantum nobis innotuit, nihil profecit, neqve hanc rem ultra urgere conceſſum fuit, nam annus 1644 ipſi fatalis fuit; in pugna enim navali cum Svecorum Batavorumqve claſſe, prope

inſulam

infulam Femeram memorabili antea edito, fortitudinis, conftantiæ, & animofitatis exemplo, cum univerfa fere, cui præfuit, claffe, periit. Fuit vir ftatura mediocri minor, ingenio magnus, & animo femper invictus, inter melioris notæ & utiliffimos, qvos Islandia unqvam habuit, Satrapas, non immerito numerandus.

§. 14.

Poft Mundtium nullus in Islandiam a Chriftiano Qvarto Satrapa miffus fuit, fed *Jano Severini*, qvi 8. aut 7. annos Mundtii Vicarius fuerat, ut eodem titulo provinciæ, usqvedum novus Præfectus mitteretur, præeffet, mandatum fuit. Officii ejus literæ datæ funt 15 Januarii 1645, fub conditione, ut omnium Regiorum proventuum accuratam redderet rationem, omniaqve Præfecti munia obiret, folo tantum nomine & falario Satrapa minor, nam 150 imperialium mercede beatus fuit; qvod officium, auctoritate & incolarum obfervantia nemini fecundus (a), qvadriennio adminiftravit, eo autem depofito, Conful Chriftianshavnienfis factus, obiit 1659.

Litr. A.

Kongl. Majfts. obne breff echtefchab anrörendis liudendis ut feqvitur.

Vii Chriftian &c. Giöre alle vitterligt att effterfom thenne breffviffer Davitt Biornfen vor underfotte paa vort land Island haffver underdanigft ladett giffve ofs tillkiende hvorledis att hand forledenne aar haffde acktett att giffve fig udi ecktefkaff med en dannemandts datter fammefteds ved naffn Solvii Gunnersdatter oc effther att the fkulle vere blods forvandt thil hverandre udi thredie oc fierde liedt, fkulle ther udi vere forhindring forekommen aff nogen theris bethenckende, att thet icke fkulle kunde holdis for louglig ecktefkab. oc ville thiuffle om the börn fom afflis aff thennom udi thredie oc fierde leed ere forvandt maa arffve

(a) In *Epiftolis Wormianis* ejus mentio fæpius fit, in Epift. 132 data 1648 *THORLACUS* Epifcopus eum vocat Præfectum Infulæ, ipfe autem *WORMIUS* non magni æftimaffe videtur; conf. Epift. 582. Sed honorificentius de eo loqvitur *SVENONIUS*; vid. ibid. Epift. 978.

arffve theris goodtz elder icke, menendes thett att ſkulle vere emod theris gamble Islandiſke loug, uanſehendis att thend Receſs ſom then ſtormecktigſte höyborne forſte oc Herre Hr. Fridrich thend andenn Danm. &c. vor kiere Her fader ſalig oc höglofflig ihukommelſe haffver nogle aar ſiden ſorleden ladet udgaa hvorledis ther paa landitt ſaa vell ſom offver all theris Rige Danmark &c. udi echteſkab ſager ſkulle forholdis, udtröckeligen formeldis att thenom ſom er udi thredie oc fierde leed ſkall tilſtedis att komme ſammen udi eckteſkab, hvorfore forneffnde David Biornſen haffver underdanigſt veritt begerendis, att vii naadigſt ville giffve hannom vort breff att hand maa tage fornd. Solvig Gunnerdatter till eckte ſynderlig paa thett att hand ther med emod thend argwanlig mehning om börns arffrettighed ther ſom Gud thenom medt nogen velſignedt, kunde vere forſickeritt, oc effther the att thett udi Guds ord icke er forbodítt att the ſom ere udi thredie oc fierde leed jo maa ſtedis tilſammen udi eckteſkab, oc hvis forbud ſom ther imod er giort haffver ſin begyndelſe aff thend Papiſtiſke fund allene til deris gerighed tienlig, att the kunde haffve hvor udi the penche kunde diſpenſere, oc thet ther ſom udi fornd. Receſs oc ordinantz om eckteſkabſager er tilladt thennom ſom ere udi thredie oc fierde leed att maa komme tilſamen udi eckteſkab; tha ther ſom forneffnde David Biornſen oc Solvii Gutters daater icke ere hver andre nermere forvandt end udi thredie oc fierde leed, ville vi thenom her med haffve tilladt att maa effther Gudtz forſiun oc theris egen oc ſlegt oc venners vilge oc ſambtycke tilſammenkome udi eckteſkab, oc ſiden effter louglig oc chriſtelig ſedtvanlig thilſammenvidelſe att ſkulle for ecktefolk holdis, oc theris börn om Gud thennom nogen föyer ſom andre erlig ecktefolks börn att ſkulle niude ald arff oc anden ecktebörns rettighedt, oc ther fore ville ſtrengeligen oc alvorligen forbudt haffve alle oc hver ſerdelis vore fougither Embidtzmend, Superintendent, laugmend oc alle andre fornd. David Biornſen oc fornd. Solvie Gutters datter elder theris rette liffsarffvinge emod att hindre elder forfang att giöre, ſameledis bedendis oc biudendis vor embitzmand ther paa landitt, ſaa oc Superintentent laugmand oc alle andre att the aldelis rette thenom udi thenne oc andre ſager ſom eckteſkab anrörer effther then Ordinantz ther om er udgangen oc begge Superintendenterne ther paa landitt er thilſkickitt aldelis intett ther emod giöre, enthen nogen udi tilladne grader oc leeder tilſammen kome

att hindre elder udi forbodne grader att indulgere oc offverſehe, ſaa fremt the icke ville ſtande oſs therfore till rette. Actum Haffniæ Menſe Novembri Anno Domini 1586.

Litr. B.

Breff till Hendrich Krag om thenn jordt oc eigendom ſom er tagen fra de kirker paa Islandt.

Wii Chriſtiann &c. Giöre alle witterlig att efterſom wii komme vdi forfaring att wore vnderſotter for nordenn paa wort landt Islandt vdi Holleſtigtt haffue vdi gammell tiidt, oc fremfarne aar ſaa wel ſom oc nu paa thenne dag werrett Biſperne ther ſammeſtedtz mögitt modtuillige oc vlydige forre vdi thett the icke wille betalle kirckerne theris thiender, icke wille the heller tillhielpe att indkreffue vdi huertt ſogenn huadt kirckerne medt rette tillkommer baade paa rentte oc indkompſt, huor vdoffuer kirckerne een partt nederfalder, oc een partt ſtaar mögitt byggfellige. Samledes komme wii i forfaringe att en deel bönder ther paa landett ſkulle thennom kiöbe tilforhandle oc ellers tilforholder thennom nogen kirckejorder oc eyendomme ſom vdi gammell tiidt er ſoltt oc bytt fran kirckernne thennom till ſtoer ſkade oc forderffuelſſe oc till intet gaffn eller nytte, vdi ligemaade ſkall ther findis een partt ſom haffue quitantzer, thennom er giffuen for theris tiender enddog the ingen fylliſte haffuer giortt kirckerne ſom thett ſig ellers medt rette burde. Tha haffue wii nu naadigſt thend leylighedt anſett befallit oc fuldmagtt giffuitt, oc nu medt thette wortt obne breff befalle oc fuldmagtt giffue off elſkelige Hendrich Krag, wor mandt thienner oc embidtzmandt paa forſkreffne wortt landt Islandt, oc off elſkelige hederlig oc höglerdt mandt Her Gudbrander Thorlackſſenn Superintendent vdi Holleſtigtt att indkreffue, oc indkreffue lade, huis reſtantzer Jordteyendom oc anditt ſom fran kirckerne ere medt vrette kommitt ſaa wiidt the medt loug oc rett giöre kunde oc thett egien till kierckernnis nytte oc forbedring annuende, ſaa framtt nogen heremodt, eller hereptter findis modtuillig oc beſuerger ſig ſaadantt till kircken att vdgiffue, ſom hand ellers medt rette plicktig er, tha ſkall the fuldmagtt haffue, hannom therforre att deelle, tillſalle oc ſtraffe effter ſom retten medtgiffuer, oc ſom enn

modtuillig

modtuillig ther wor befalling forackte will, her eptter fig alle oc huer kunde haffue oc wiide att rette, ladendis &c. Haffniæ 8 Maji anno 1591.

Litr. C.

Superintendenterne paa Islandt finge breff thend geiftlige ftand ther paa landit anrörendis ut feqvitur.

Christianus IV &c. Vor fynderlig gunft tillforn; viider effter att menige vore underfotter oc indbyggere paa vort landt Islandt ved theris fuldmecktige off elfkelig Jon Jonsfen laugmand for norden oc veften paa forfkreffne vort land Island haffue underdanigft till off fupplicerit oc ladit tilkiende giffve om mange ftore tretter oc uaffladelige deellemaall fom nu nogen tiid fkulle haffve verit foraarfagit oc oppekommen aff Superintendenterne, prefter, oc thend geiftlige ftandt ther paa landit, ithet att hverken Superintendenter eller oc en part aff prefterne ville lade fiig nöye med thend deel thennom till theris riigelig underholdning aff fremfarne Konger und oc bevilgit er, meden for theris girighedtz fkyldt kiöber fig tretter till oc klage oc platze the fattige bönder theris gaarde oc nering udaff; item att Superintenderne befverger thend fattige allmue medt the affgamle kirckens regenfkaber udi alle maade fom the gamble Bifper giort haffve udi Pavedömet, thend fattige almue fit godtz oc neringe ther med afftrenge oc udi faa maade fkulle lade fig bruge bode udi thend geiftlige oc verdtzlige beftilling emodt ordinantzen, underdanigft begierendis att therudinden motte haffvis tilbörlig indfeende oc giöris ther paa en god forandring, faa att thend geiftlige ftand motte tage vare paa theris kald oc embede foruden ald verdtzlige beftillinger klammer oc trette paa thet landit motte vere oc bliffve udi rolighedt, oc vii for offverlöb motte vere forfchonede, effter fom famme theris fupplicatz ther om ydermere formelder oc udviiffer; tha bede vii ether oc viile att i ther om forfarer ald leilighedt oc viide ether felff herudinden tilbörligen att rette, oc hvis udi faa maade utilbörligen oc emod ordinantzen findis kand, att i thet afffkaffer oc ether ther fran undholder, faa oc haffver alvorlig oc grandgiffvelig infeende med alle prefterne offver ald ethers ftigt att the fig aldelis entflaaer oc entholder fran verdtzlige beftilling oc forfkreffne trette oc deelemaal, oc

 allene

allene thage vare paa theris kald oc embede thennom befallet oc paalagd er, oc thet troligen oc vel foreſtaar, ſom rettſindige preſtmend oc Gudtz ordtz thienere eigner oc bör att giöre, oc att i eller oc preſterne ther ingen fremmede ſager ſkulle anthage att forfölge undthagen hvis ether oc thenom ſielff for ether oc theris perſoner vedkommer, oc ether oc thennom udi ſaa maade bör med rette att forſvare; ſaa framt nogen her emod giör hand tha therfore icke vill ſtande tilbörligen till rette ther med &c. Actum Haffniæ 9 Maji Anno 1593.

Litr. D.

Hendrick Krag fik breff the Iſſlandiſke theris ukyſcked oc afflöſſning anrørendis. ut ſeqvitur.

Chriſtianus 4. Vor Gunſt thillforn; viid effther att vii forfare naar nogen paa vort land Islandt forſee ſiig udi hoerſag oc ſkiörleffnit oc egien ville rette oc bedre ſiig oc thage afflöſſning, tha ſkall ingen aff thennom maa thage afflöſſning aff nogen aff preſterne paa landit, undtagen aff Superintendenterne aldene hver udi ſit ſtigt, tha effterdi ingen udi ſaa maade med billigheden maa holdis fran ſacramentet ſom hierteligen ville fortryde ſiine ſynder oc thage obenbarlig ſkriffteemaall, uden hver thennom ſom ſig udi ſaa maade forſehe oc aff hiertet begierer afflöſſning, hver hoes ſin egen ſognepreſt, Bede thiig ther fore oc ville, att naar nogen ſig udi ſaadanne ſynder forſeher oc billigen ther fore icke bør att ſtraffis paa liffvit, meden begierer att maa thagis thill naade oc loffver oc thillſiiger att ville rette oc bedre ſiig, oc maa for ſamme ſiine ſynder oc offverthredelſe fange afflöſſning, thu tha forordner att hand bekommer oc ſöger hans afflöſſning hoes hans egen ſognepreſt udi hans egen ſogn, undthagen att gierningen udi ſiig ſielff er ſaa grov oc ſtoer att ſognepreſten tha kunde beraade ſiig med hans Superintendent, hvorledis med thend ſynderis afflöſſning kand beſt anſtillis. Sammeledis epther att preſterne udi Borrigſior udi Skalholtſtigt ther paa vort land Island underdanigſt giffve thillkiende att paa en part ſteder udi ſamme ſtigt ſkall eſkis thiende aff thennom formenendis thet att ſkulle vere emodt vor kiere Her faderfaders, ſallig oc höylofflig ihukommelſe, forordning nogen aar forleden paa forneffnde vort land Islandt udgiffven; tha

bede

bede vii thiig oc ville attu her om forfarer ald leilighed udi hvis maade oc udaff hvad aarſage ther eſkis thiende aff preſterne ther ſammeſtedz, oc for hvis aarſage ſkyldt the (ther) fore frij att ville vere med ald anden omſtendighed ther hoes findis, oc thet med thet allerförſte giffver oſs underdanigſt till kiende att vii kunde viide oſs ther effther att rette oc att giffve thennom thillbörlig beſkeedt naar the viidere ther om hoes oſs lader giöre anfordring. Ther med &c. Actum Hafniæ 25 Aprilis Anno 1594.

Litr. E.

Forordning om preſtekalld paa Islandt ut ſeqvitur.

Wii Chriſtiann &c. Giöre alle witterligtt effterſom wii komme vdi forfaring thend ſtorre vſkickelighed oc vricktighed ſom begiffuer ſig paa wortt land Island att nar nogenn perſſon er lougligenn kalditt, ordineritt oc confirmeritt till nogett preſtekalld, paa forſkreffne wortt land Iſsland, tha vnderſtaar ſig andre med wrang vnderuiſſning, at forhuerffue worre breffue oc tilladelſſe att the ſamme kald mue bekomme ſom andre dog tillforn erre kallede oc forordnede till, oc med ſamme worre breffue trenge the andre fran theris louglige kald, en partt oc nar the erre lougligen kalldett oc indſedtt vdi nogett preſtekald, oc ther paa haffue bekommitt worre befallingsmendtz breffue oc collatz ſom paa ſamme tidtt haffue hafft forſkreffne wort land Iſsland vdi befalling oc ther aff oſſ bliffuer tilforordnitt en andenn embitzmand ther ſammeſtedtz, tha ſckall hand ſig vnderſtaa, att rygge, caſſere oc till inttet giörre hans formandtz collatzbreff, oc effter ſin egen willie indſette andre perſſonner vdi ſamme kald oc beſtilling, huoraff fororſagis ſtor vricktighedt, ſaa att en partt perſſoner ſom erre wellerde, dycktige oc duelige till nogen kald vdi ſaa maade forttrengis fran theris louglige kald oc andre ſom vducktige vduelige oc vlerde erre igien vdi theris ſted indſſettes oc forordnis. Tha paa thet ſaadan vricktighed maa egienn bliffue affſkaffitt, oc thet hereffter maa gange, ricktigen chriſteligen oc well till paa forſkreffne wortt land Iſsland, haffue wii thend ſags leylighed grandgiffueligen offueerveyet betengtt oc for raadeligtt oc gott annſeet, ther med her effter ſaaleedis att ſkulle forholdis, att nar nogen perſſon enthen allereede er

eller oc her efftter kunde lougligen bliffue kalditt ordineritt oc aff wor embitzmend ther fammeftedtz, fom enthen nu er eller her efftter kommendis worder confirmerit till nogitt preftekald, tha fkall hannd famme kald, niude bruge oc beholde vdi hans liffstiid, oc faa lenge hand fig thervdinden vdi leffnitt oc lerdom chrifteligenn, tillbörligen oc wel efftter ordinantzen fkickendis oc forholdendis worder, eller oc formedelft anden leylighed therfran lougligen kaldis oc affiettis. Oc ther fom nogen fiden formedelft wrang vnderuiffning kunde forhuerffue wor naadigfte beuilling oc breff paa famme kald tha fkall dog thend fom förft ther till er kalditt oc forordnitt ther med icke fortryckis eller forfchiudis frann forfkreffne hans louglige kald. Icke fckall heller wor Embitzmand thend enne efftter thend anden haffue macktt att caffere eller macktlös giörre, huis collatzbreff eller forordning hans formand, vdi faa maade paa worre wegnne for hannom vdgiffuitt giortt oc forordnitt haffuer, vndthagen thett fchier formedelft billige aarfager, oc vdi fagenn tillforn er gangen louglig domb, bedendis oc biudendis alle worre vnderfotter paa forfkreffne wortt land Ifsland, ehuor the hellft erre eller werre kunde, ferdellis worre fougitter, embitzmend, fuperintendenter, prouifter, prefter oc alle andre att the fig vdi alle maade efftter forfkreffne fkick oc forordning aldelis wiide att rette oc inttet ther emod giörre vdi nogre maade. Saa fremt nogen befindis heremod att giörre, tha fkall hand ther forre tilthallis oc ftraffis fom en vlydige oc thennd ther worre breffue oc mandater icke ackte holde eller efftterkomme wille. Actum Haffniæ 4 Martii Anno 1595.

Litr. F.

Hendrich Krag oc begge Superintendenterne paa Islandt finge breffve famptligen nogle forordninger anrörrendis ut feqvitur.

Christianus IV &c. Vor fynderlig gunft tillforn! Viider efftterfom vii forfare then ftore ufkickelighed oc uricktighed fom fig ther paa vort land Islandt tildrager, faa att nar nogen perfon er louglig kaldet, ordineret, oc confirmerit till noget preftekaldt ther fammeftedtz, tha fkulle andre thennom underftaa med vrang underviffning att forhverffve vore breffve oc tilladelfe att the famme kaldt mue bekomme uanfeett att the

andre

andre dog tillforn ther till ere kaldede oc forordnede, oc medt famme vort breff threnge the andre fra theris louglige kaldt, enn partt att nar the ere lougligen kaldit oc indfett i nogett preftekald, oc ther paa haffve vor befallingsmand ther fammeftedtz hans collatz breff, fkall then anden fom efftter hannom aff off bliffver kaldit tilbetrodt oc befallit, fig att underftaa att rygge det forrige lensmands collatzbreff oc efftter fin egen vilge indfette andre perfoner udi famme kaldt, tha paa thet flig ufkickelighed maa forekommis haffve vii ther om ladet udgaa vore obne breffve hvorledis vii ther med her efftter ville haffve forhollit efftter fom i aff hoesliggende breff ydermere haffver att forftaa thefs leilighedt oc indhold, bedendis etter oc ville att i ftrax forneffnde vort obne breff ther udi etters ftigt (ther paa offver alt landit) lader leffe oc forkynde, oc fiden alffvorligen holder ther offver faa ther emod aldelis her efftter inttet fkeer eller foretagis, faa frempt i med nogen feer igiennem fingre, i icke tha therfore ville ftande off till rette, oc att i udi good forvaring holder forfkreffne vort breff oc forordning hoes ftigtet tilftede, faa thet icke bortkommer oc forröckis, att etters efftterkommere kunde famme breff medt andre flere faadanne forordninger efftter thig bekomme, oc udi lige maade kunde haffve fig ther efftter att rette. Ther med &c. Actum Haffniæ 4 Martii Anno 1595.

Litr. G.

Kongl. Majfts. obett breff thill menige almue paa Ifland nogre Documenter, fom kunde thiene D. Niels Kragh thill hans forrethagenne arbeidtt, med the Danfke Hyftorier att befkriffue ahnlangendis. ut feqvitur.

Wii Chriftian &c. Giöre alle witterligtt att effcherfom ofs Elfkelig höglerdt mand D. Niels Krag Profeffor wdi vniverfitetet wdi wor kiöpftedtt Kiöpnehaffn wnderdanigft haffuer beuilgitt, oc fig paathagitt att wille fchriftue worre Danfche hiftorier, oc fremfarne koningers bedrifftt att wii faa well fom andre Nationer kunde haffue en ordenlige hiftorie oc Crönicke, oc effther att forfkreffne D. Niels Krage thill forfkreffne arbeid mange oc adfckillige Documenter oc Antiquiteter behöffuer, hvor aff wii formode att nogen flige fchulle findis hos worre kierre thro wnderfotter

derſſotter paa wortt land Iſſlannd, Tha bede wii oc naadigſt begierre aff alle worre wnderſſotter paa forſkreffne wortt land Iſſland, ehuad ſtande eller Condition the ere eller werre kunde, att nar os Elſkelige hederlig oc wellerdtt mand Her Arngrim Jonſſenn ether med thette wortt obne breff beſöger, atti tha os thill naadigſt behaug oc wilge wille goduilligenn wnde oc meddelle hannom wdſchrifftter Copier oc wis beſchied aff alle huis Documenter oc anthiquiteter huos nogre aff ether kunde findis, oc thill forſchreffne hiſtoriſche arbeiid kunde werre thienlige, ſaa hand thennom efftherſom wii hannom therom haffue thilſchreffuitt oc befallitt, paa danſche kand wdſſette, oc forſkreffne D. Niels Krage fremdellis thilſkicke, oc atti wdi alle maade her udinden erre hannom thill thett beſte beforderlig ſaa hannd hos ether maa bekomme nogenn richthig beſcheed, ahnſeendis att ſaadantt arbeiid kand komme wortt federne Rige oc lande oc thes Indbygger thill ſtor loff oc ære oc etthers efftherkommere, thill ſtortt gauffn oc gode, thii lader thett ingenlunde. Actum Haffniæ 17 Aprilis Anno 1596.

Litr. H.

Thill Johan Buckholt, Biſperne oc laugmendene paa Iſland nogen leylighedt om ordinantzen anrörendis.

Chriſtianus 4. Vor ſynderlig Gunſt til forn; vidt at ſom oſs aff thend geiſtlige ſtandt paa vort landt Islandt, er underdanigſt andragit oc tilkiende giffvit hvorledis ther paa landitt bode medt kirckerne oc ellers i andre maade ſkall begiffve ſig nogen urichtighedt effter att vor ordinantz, ſom om Religionen er udgangitt, ikke udi alle ſine puncter oc articler kand hollis oc effterkommis ſom thet ſig burde for landſens uleilighedt ſkyld, tha bede vii ether oc ville, atti thager thill ether nogen aff de beſte oc vildiſte mend ther paa landitt, oc medt thenom, lader optegne oc forſatte hvis puncter oc articler ſom kunde findis den geiſtlige ſtandt att vere anrörendis oc de kunde verre medt beſvergitt, giorendis en forordning hvorledis ther udinden beſt oc lideligſt kunde forholdis, hvilken forordning ſiden oſs thilſkickis, att vii thendt kandt lade offverſee, oc ther udinden att forordne oc forandre hviſs oſs oc vore underſotte ther paa landitt kandt vere gauffnligt oc thienlickt; Actum Kiöbenhaffn 24 April. Anno 1598.

Litr.

Litr. I.

Forordning paa Island publicerit forbiudendis döde mennifker att oppgraffue, eller derpaa i nogen maade att thyrannifere ey heller med vtillbörlig ord eller gierning deris Laugmand at tiltale eller i nogen maade forhaane.

Chriftianus Quartus. Giöre alle witterligtt, efterfom wii komme vdi forfarinng huorledifs fig ftuor vfchickelighed der paa wort lannd Ifsland tiit oc offte fchulle tildrage, idett enn partt lettferdige folck fig fchulle vnnderftaa aff daarlige oc gandfke vtillbörlig aarfager tillbenegtt, de döde mennifkes begraffuede legemer aff graffuene att vdtage oc deris hoffuitt att affhugge oc forbrennde eller oc paa andenn maade forkomme. Tha paa det faadann vgudelig bedrifft maa bliffue affichaffitt, wille wii her med ftrengeligen oc allfuorligenn alle oc huer ferdelis haffue forbudett feg vti faadann lettferdige vgudelige gierninger at lade finndefs, faa fremt de icke derfor aff woris Lennsmennd der paa landett, denn fom nu er eller hereffter kommendifs worder, wille ftraffis fom de der denne woris vdgangen Mandat icke haffuer willet ackte eller annfe. Effter fom wii oc vti ligemaade formercke att en part modtuillige folck der paa landett dennom fckulle tilfordrifte med vtilbörlige oc fkenndtzord att offuerfalde oc tiltale wore laugmennd naar de paa deris tilbetrode beftillings wegne der paa lanndett omreyffe oc fidde rett. Tha paa det att faadann vfckickelighed i tide mue bliffue forkommitt oc bemelte Laugmand for flig vrett tilbörligenn kunde bliffue hanndtheffuitt oc forfuarett. Wille wii hermet alle oc huer alffuorligen haffue paamint att de fig hereffter aldelis fchulle entholle bemelte Laugmannd med vtilbörlige ord eller gierning i nogenn maade att vforrette. Saa frembt nogen befindes heremod at göre, de da icke derforre effter lougenn wille tiltalles forfölgis oc ftraffis fom det fig bör, hereffter fig huer oc enn kannd haffue att rette oc for fkade att tage ware ladendis det ingenlunde. Hadederfleffhuff denn 25 Februarii Anno 1609.

Litr. K.

Herluff Daa fik breff laugmanden oc ſkolerne paa Iſſland annrörendis.

Chriſtianus Qvartus. Vor gunſt tilforn. Viid att vii ſende digh Giſle Thordſönn laugmand der paa vort land Iſland hans breff udi hvilket hand forloffver en Engelſk ved naffn Hendrich Buchſon att fange falke der paa landit, oc efftherdi ſaadan er imod vores høyhedt, oc vore underſotter det hverken ſelff maa giöre, ey heller andre det at forloffve, bede vii digh oc ville attu hannom derfore med retten thiltaler, offver hannom holder domb, oc ſiden effter dommens indhold hannom ſamme ſin forſcheiſſe lader affringe, oc hvis hand udi ſaa maade derfore affringendis vorder attu det ſiden lader före oſs til regnſkab. Iligemaade efftherſom vii komme udi forfaringh att med ſcholerne der paa landit ſkall gaa mögitt urichteligen till, idett att udi ſcholerne fra Paaſke oc till S. Mortens dagh faſt aldelis ingen ſcholebörn holdis, oc Biſperne dog alligevell beholde den aarlige rente oc indkompſt ſom der till er lagd, bede vii digh oc ville att thu med fliid lader forfare hvor mange ſcholebörn udi ſiſt forleden aar emellom fornd. Paaſke oc S. Mortens dagh udi fornd. Skoler ehre bleffven holdne, oc henholder Biſperne att de for fornd. aars rente oc indkomſt ſom till ſcholerne er lagt hvor den er bleffven ahnvendt oc ahnlagd, giörer rigtig rede oc regenſchab, oc ſiden dett oſs lader thilſtille, paa dett vii der aff ald leiligheden kunde forfare oc lade giöre forordningh hvorledis der med her effter ſkall forholdis oc tilgaa, &c. Haffniæ 30 Aprilis Anno 1614.

Litr. L.

Beuilning att kirckerne paa Iſsland ſkall giffue hielp till Beſſeſted kirckis opbygning.

Chriſtianus 4. Giöre alle witterligtt att eptherſom wii komme udi forfaring att Beſſeſtadtt kircke paa wortt land Iſſland ſkall wære megitt gammell oc bygfeldig ſaa den behöffuer paa ny att opbyggiſſ. oc kircken aldelis ingen indkomſt att haffue huor mett den kunde bliffue hiulpitt oc opbygd. Daa paa dett forſkreffne Beſſeſted kircke kand

igienn

bliffue bygdtt oc forbedrett oc kircken eller ſognemendene icke ere weed denn effne oc formuffue att de dett kunde giöre, oc wor Lensmand der ſammeſtedts derfore paa kirckens wegne vnderdanigſt haffuer weritt hielp begierendiſs, haffue wii for gott anſeett oc naadigſt beuilgett, at alle kirckerne hele oc halffue med annexer oc ſmaa kircker der paa forſchreffne wortt land Iſsland, ſaa mange ſom icke ſielff ere widtörfftige, oc haffue naagen forraadt ſkulle komme forſchreffne kircke till hielp till bygning, huer med itt halff hundrett werd mere oc mindre efftter kirckens rentte oc indkompſt, efftter ſom forſchreffne wor Lensmand med begge Biſperne, oc Lougmendene, ſamptt nogle aff de forſtandigſte præſter der paa landett kirckerne taxere. Thi bede wii oc biude kirckeuergerne till alle kirckerne der paa wortt land Iſsland atti retter eder efftter paa forſchreffne Beſſeſtad kirckiſſ fulmecktige eder med dette wortt breff beſögendiſſ worder, da huer aff ſin kircke att giffue oc fornöye udi dette aar oc icke lenger till hielp till forſchreffne Beſſeſtad kirckis bygning, efftterſom kircken udaff wor Lensmand Biſperne oc Lougmendene ſamptt de forſtandigſte Præſter taxerendis worder efftter ſom forſchreffuitt ſtaar, oc dett till ſamme kirckiſſ fulmecktige offuerandtuorder oc ſkulle kirckeuergene till forſkreffne Beſſeſtad kircke derforre giöre gode rede oc regenſkab, huorlediſſ ſamme penninge til forſchreffne kirckiſſ bygning anuentt bliffuer. Her effter i alle oc huer kunde wiide eder att rette. Ladendiſſ dett ingenlunde, ſaa frembt naagen her udinden findis forſömmelig eller mottuillig i daa icke derforre wille lide tillthale oc ſchade. Datum Haffniæ 19 Aprilis Anno 1616.

Litr. M.

Herloff Daa fick breff Weller gaardt paa Islandt igen med loug oc rætt thill Domkiercken att forſchaffue, ſaa oc preſterne dieris kald anrörendis.

Chriſtianus Qvartus. Vor gunſt thillforn. Viid att vii naadigſt ere kommen udi forfaring hvorledis der ſkall vere en gaard paa vort land Iſland veed naffn Veller ſom thillforn haffver liggett thill Hole dombkircke der ſammeſteedt oc der fraa kommen formedelſt enn voris lensmands confirmatz ſom hand derpaa ſkall haffve udgiffvet, hvilket icke

uden voris naadigst bevillingh kunde schee, oc er der til med directe imod voris kiere Her faders Kong Frederich höilofflig ihukommelse missive, thi bede vii dig oc ville att du enneligen med dett allerförste veed loug oc rett forneffnde Veller gaard igien. deeler oc forschaffver till forneffnde dombkiercke, saa frembt du icke derfor ville stande till rette, oc efftersom oss oc underdanigst berettis hvorledis der schall vere nogle sogner der paa landit mitt udi herrederne som till prouisterne skall vere aff Arrilds tid udlagt, tha bede vii dig udi ligemaade, oc ville att naar nogen aff de prouster bortdöer som altid sedvanligen udi ett vist kald residerit haffver, att da aff de fornembste oc schickeligste prester der omkring nogle lader sig höre oc siden thagis en til prouist igien aff dem, dog saa att bönderne paa deris rettighedt att kalde sig en sogneprest effter ordinantzen intet affgaar, oc som vii erfarer att vore lensmend som vii forneffnde vort landt naadigst haffve medforlendt, haffve taget dennom udi brug att udgiffve Exspectantz breffve thill unge karle som sognerne effter de forrige presters död oc affgang skulle niude oc bekomme, hvilket er boede imod Ordinantzen; thaa ville vii her medt saaledis haffve forholditt, att du dig allenifte der med saavellsom medt de personer som thill skolerne skall brugis, effter Ordinantzen oc skoele fundation forholder. Der medt &c. Befalendis. Datum Cronneborrig themnd 6 Maji Anno 1617.

Litr. N.

Herloff Daa fick breff nogle bestillinger paa Island anrörendis.

Christianus Qvartus &c. Vor gunst tilforn; Viid att vii naadigst kommer udi forfaring att adschilligtt gods oc eyendom skal vere skoelerne oc kirckerne der paa vortt land Island frahefftvett; da bede vii dig oc ville att du om den leilighed flitteligen lader forfare hos Bisperne der paa landett, oc forneffnde eyendom ved lov oc rett igien uden ald undskyldning lader indtale. Sammeledis ville vii attu skulle tilholde forneffnde Bisper att de aarligen hid till universitetet udaff hver skole der paa landet lader fremsende en dycktig person i dett ringeste som sig udi bogelige konster kunde öffve oc udi fremtiden der paa landett bliffve brugtt; Oc effter som der off oc saa underdanigst forberettis att skoe-

len

len icke kand det gandfke aar igiennem opholde börnene der famme-fteds freqventerer; Tha ere vii naadigft tilfreds att the paa en trei eller fire maaneders tid mue om höften bliffve hiemme hos deris forældre, dog att der ellers dett mefte mueligtt er haffver flittige indfeende mett dennom. Effterfom oc Bifpen for fynden der paa forneffnde vortt land Island underdanigft beklager fig att der icke tiendes i hans ftifft fom i dett ftifft for norden, ville vii udi lige maade att du dig derom fkall flitteligen erkyndige, oc dig fiden imod off erklerer om faadantt kand fchee off uden fkade oc den fattige almue. Haffniæ 1 Aprilis Anno 1618.

Litr. O.

Obett breff om tiender paa Island.

Christianus Qvartus &c. Giöre witterligtt effterfom nogle wore vnderfatter paa wortt land Island boendis, vnderdanigft haffuer weritt begierendis att wide huorledis mett tienderne fom aff bondergaarde der paa landett vdgiffuis, fckulle forholdis, om den fom gaarden vdi fefte haffuer, eller den fom gaarden eyer fame tiende fchal vdgiffue, Tha effterthi wii naadigft forfarer hiidindtill att haffue weritt fedwanligtt, att den fom gaarden eyer fame tiender vdgiffuer, wille wii her effter faa frambtt icke befindis dett att were imod Islands lou oc gammel fedvan der paa landitt ligefom tilforne aff Arrilds tid fcheed er forholdett haffue. Giffuett Haffniæ 20 Aprilis Anno 1619.

Litr. P.

Bifpen for norden paa Island fick breff recher ahnrörendis.

Christianus Qvartus. Vor gunft tilforn. Viider effter fom vii naadigft forfarer der for vort land Ifland fkal hende fig recher att ankomme, hvilke i eder til domkirckens forbygning fchal tilholde; tha bede vii eder oc ville att i aarligen paa forneffnde recher holder richtig fortegnelfe oc regifter hvor megitt de fig belöbber, faa oc hvad der aff til domkirckens fornödenhed bekaaftis; diffligefte att i en richtig fortegnelfe paa forneffnde domkirckes aarlige viffe oc uviffe indkompft lader forfatte, hvilke fortegnelfer oc regenfkaber i hvert aar til ofs el-

Friderich Friis til Heſſelager vor mand tiener oc befallingsmand paa vort land Iſland ſkulle leſſuere. Der mett ſkeer vor vilge. Kiöbenhaffn 21 Aprilis Anno 1619.

Litr. Q.

Fridrich Friis fick miſſive att tiltale Biſpen paa Islandt.

Christianus Qvartus &c. Vor gunſt tilforn; Viid effter ſom vii naadigſt forfarer att Biſpen for norden der paa vort land Islandt endnu hoſs ſig ſkall beholde nogen aff domkirkens jorde, uanſett vii tilfaarne mett vortt breff oc mandat haffver befalitt ſaadan jorder Domkircken ved lougen igien att indfries, hvorfore du hannom ved lougen ſkal lade tiltale ſom den vores breffve oc forordninger icke haffver villett acktte eller effterkomme. Der mett &c. Kiöbenhaffn 21 Aprilis Anno 1619.

Litr. R.

Friderich Friis fick breff om Biſpen paa Island.

Christianus Qvartus &c. Vor gunſt tilforn; Viid effter ſom vii naadigſt er vorden videndis hvorledis Biſpen for norden paa vortt land Island ſkal imod fundatzens inhold holde en ulerd oc udycktig perſon ſom ungdommen der ſammeſteds ſkal informere oc underviſe oc ſelff de reditus oc indkompſt ſom til hans underholding ere lagtt beholde; disligeſte ſkall hand ocſaa haffve tröckt en bog udi hvilken hand nogle perſoner ſom ved döden ere affgangene ſkall haffve defamerit oc forurettet; tha bede vii dig oc ville att du des leilighed med fliid forfarer, oc hannom derſom hans bröſt udi ſaa maader findis ved lov oc rett der faare tiltale lader. Kiöbenhaffn 21 Aprilis Anno 1619.

Litr. S.

Friderich Friis fick breff nogle jorder kaldis Chriſtfahne jorder ahnrörendis.

Christianus Qvartus. Vor gunſt tilforn; viid effter ſom vii naadigſt forfarer paa vort land Iſland att vere nogle jorder de fattige tilhörendis

dis ſkal kaldis chriſtfahne jorder ſom biſpen for ſynden ſkal ſig tilholde, oc effterſom hannom beſt ſiunis borttfeſte; tha bede vii dig oc ville att du der med haffver tilbörlig oc flittig indſeende att de fattige, paa hvis de ſaaleedis ere tilberettigett icke i nogen maader ſkeer for kort, men vederfares hvis chriſteligtt oc rett er ſaa frambt du icke ſelffver der faare vill ſtande til rette. Der mett &c. Kiöbenhaffn 21 April Anno 1619.

Litr. T.

Holger Roſenkrandtz Börgeſen fick miſſive Superintendenten paa Islandt anrörende.

Christianus Qvartus. Vor gunſt thilforn. Viidt att effter ſom oſs Elſkelig hederlig oc vellerdt mand Her Guldbrandt Tolackſen Superintendent paa Hollum paa vort landt Iſlandt for naagen tidt ſiden aff 24 mend der paa landet ſkal vere dömbt udi vor naade oc unaade for adtſkillige ſine begangne gierninger, da haffve vii naadigſt undt oc bevilgett hannom att maa ſamme ſin forſeelſe paa vore vegne hos dig afftinge; thi bede vii dig oc ville att du derfore med hannom paa vore vegne oc effter hans formue afftinge, formedelſt att forneffnde 24 bönder haffver dömbt offver hannom, eller hvis andet hand kand forrevende. Daa ere vii naadigſt thilfredts att hand ſagen igien paa nye maa hidt neder ſteffne for oſs oc vor Elſkelig Raadt, eller hvem vii der til thilforordtne vill hans ſager igien att foretage, oc ſiden kiende der paa hvis rett kandt vere, men der ſom handt godtvilligen vill afftinge, der for uden ſkal du oc lade komme igien thil en kirke der paa landet hvis jordt oc andet dennom aff ham er fravendt oc bort mageſchifft (vii tilſkicke dig her hos hans ſupplicatz des indtholdt du viidere der aff kandt forfare), ahnſeendis det billigt oc rett att vere. Der medt &c. Haffniæ 7 Aprilis 1621.

Litr. U.

Miſſive Holger Roſenkrantz paa Iſlandt oc Superintendenten der ſammeſtedts anlangende.

Christianus Qvartus. Vor gunſt tilſorn. Viidt att effterſom vii naadigſt forfarer att oſs Elſkelig Gulbrandt Torlagſen Superintendent for

for norden paa vort land Iflandt fkall for naagen forfeelfe hand haffver begangitt vere forlagt att udgiffve tufinde Richsdaller in fpecie, Daa bede vii dig oc ville att du thilholder Superintendenten famme fumma pendinge til dig paa vore vegne att erlegge oc ofs dennom faaledis til regenfkab att före. Der medtt &c. Haffniæ 11 Maji. 1622.

Litr. X.

Forordning. Chriftianus Qvartus &c.

Giöre alle vitterligt, att effterfom vi naadigft kommer udi forfahring hvorledis adtfchillige ufchickeligheder fig fchulle begiffve der paa vort landt Islandt medt prefterne oc deris kaldt i dett att mange aff dennom naar de fornemmer nogen preftemandt fom bedre fogner kunde haffve endt de, endten ved döden affgaaer, ellers formedelft allerdomb eller fygdom vorder, bönderne ferdeles en effter anden thillocke kaldts oc udkahrelfe breffve fom de emodt ordinantzen felffver dicktet oc fchrefffvet haffve, art underthegne, faa att underthiden ther thre eller flere perfoner paa et kaldt faadanne forhverffvede breffve haffver, hvor aff ftoer trette oc uricktigheder letteligen foraarfages; defligefte oc hvorledes mange aff prefterne der ftörfte part aff fommeren thill bröllupper, gieftebudt oc thinge medt heftekiöb oc anden verslig bedrift oc handell bortdriffver, oc der offver kircketieniften oc andett deris kaldt oc embede thilhörende beftilninger udi deres fogne paa mange fögne oc höytigsdage forfömme, oc kirckernis bygning faa vel fom præftegaardernis lader forfaldis oc forödis medt andre ufchickelige uordtninger fom der medt fölger, hvilket meft aff den aarfage kommer bifperne der paa landett, den myndighedt dennom fchulle vere giffven prædicanter thil de fmerfte fogner att forordtne, misbruger, i dett att de uden naagen betenkende oc omforg fom de vell burde att haffve for den dennom betroede meenighedt thit oc offte thill prefter ordinerde perfoner fom aldeles udycktige ehre faadanne kaldt att foreftaae, oc denne enda thilfteder deres kaldt oc fogner thil thie eller tolff gange, faa oc idett att de thil prefter ordinerede fom aldelis ingen enten preftekaldt eller capellan haffver eller vide att bekomme, hvorvedt dennom giffves icke ringe aarfage oc anledning vedt forbeneffnte ulovlige middel fogner oc kaldtsbreffve

breffve att forhverffve. Daa paa det att ſaadanne ſkadelige uſchickelighe-der udi thide kunde forekómmes oc neſt Gudts hielp medt alle afſchaffis menigheden der paa landet til opbyggelſe oc forfremmelſe, ville vi naadigſt herom ſaaledes forordnett haffve att hereffter ſchall der paa landedt ingen preſtemandt mue vies uden handt thilforn effter ordinantzen er loulig kaldet thil noget viſt capelanie eller preſtekaldt att foreſtaa, ey heller ſchall naagen maa kaldis thil naagen ſogen eller kaldt, emedenn oc all den ſtund den rette ſognepreſt thil ſamme kaldt leffver, oc dett rettſinndeligen oc thilbörligen vill oc kandt foreſtaa. I lige maade ſchall oc icke naagen maa ſchriffve ſig ſielff kaldts eller udkaahrelſe breff oc det medt andrage bönderne en effter anden att lade undertegne, ſom för er rördt, men hvilken ſom ſchall vies thil preſt, ſchall thilforn effter voris derom udgiffven ordinandtz kaldis thil preſt eller capelan att tiene; medt mindre preſten ſom ſig ſaaledis intrenger, ſamme kaldt ville haffve forbrudt, oc biſpen derforre thilbörligen ville ſtande oſs thil rette. Sammeledes ville vi oc, att preſterne alle oc hver, ſchulle vere forplickt att holde ordinarie oc ſedtvahnlige predicken kircketieniſte oc andet, ſom ordinandtzen paa deris embidtz vegne dennem thilholder udi deris kircker oc ſognir att giore, oc dett icke for naagen verslig hantering ſchyldt forſömme, oc derſom de for naagle nödtvendige aarſager ſkyldt aff biſpen eller proviſten forloffvis paa naagen kort thidt, daa ſchall udi deres ſtedt aff biſpen eller proviſten en anden preſtemandt thilordtnis ſom udi den forreiſende hans ſravehrelſe nockſom kand fuldgiöre tieniſten oc embedet, oc ville vii naadigſt att alle der paa landet geiſtlige oc verslige udi religionen oc kirkeſager her effter ſchulle rette oc forholde ſig effter den kirke ordinandtz, ſom vii naadigſt haffve medtdelett oc giffvet woris kircker oc underſaatter udi vort rige Norge. I lige maade ville vii oc ſtrengeligen forbudet haffve att her effter ingen ſom thil naagen preſtekaldt lovligen er kaldet oc forordinerett ſchall thilſtedes dette att forvexele eller omſkiffte medt mindre att ſamme kaldt ſaa ringe ehre, att handt icke der aff effter landtſens leilighedt kunde haffve ſin nöttorfftig underholdtning. Dog ville vii her vedt icke haffve forbudet, att derſom naagen for ſin lerdom ſkyldt oc ſchickelighedt thil naaget bedre kaldt lovligen oc effter forbemelte ordinandtze kunde kaldis, at de io der thil maae forfremmis. Thi bede vii oc ſtrengeligen befahle vore Fogeder, Embidtzmendt, Biſper, Prouſter oc alle andre nu verende eller effter-

kommende, ſom paa vor vegne paa forneffnte Islandt kandt haffve att biude oc befahle, atti haffver oc haffve lader flittige indſeende, att denne voris naadigſt mandatt oc forordtning udi alle ſine ordt oc punćter holdis oc effterkommis, ſom I for Gudt oc oſſ underdanigſt ville andtſvare, ſaa frembt I derfore icke thilbörligen vilde ſtaa oſſ thil rette. Giffvet Haffniæ 29. Novembr. 1622.

Litr. Y.

Holger Roſenkrandtz paa Iſland fick breff den gammell Biiſp oc anden beſtilling anrörendis.

Chriſtianus Qvintus. Vor gunſt tilforn. Viider att effterſom vii naadigſt aff eders underdanigſte angiffvende komme udi forfaring den gamble Biſp for norden paa Iſſland ved naffn Her Gudbrand Thorlachſen at verre faſt ſkröbelig oc neſten maarlöſs, da vilde vii naadigſt att i Hr. Arngrim befaller at hand paa forneffnde Biſps vegne ſom hans coadjutor indſeende haffver, oc dennom emellom accorderer at forneffnde Her Arngrim for ſamme ſin beſvering, et hundret eller hundret oc fyeretyffve Dlr. aarligen giffvis, oc effterſom vii oc naadigſt komme udi forfaring om de bondergaarde der paa landet ſom begieres at mageſkifftes, da bede vii eder oc naadigſt ville att i eder emod oſs om forſkreffne gaarde udførligen erklerer, oc ſamme eders ercklering udi Kongelig Majeſtæts Cantzelie indſchicher. Der med &c. Andtvordſchouff den 8 November 1625.

Litr. Z.

Holger Roſenkrantz fik breff om Biſpen paa Iſlandt.

Chriſtianus Qvintus. Vor gunſt tilforn. Viider att effter ſom oſs underdanigſt forberettis den ene Biſcop paa Iſland nemlig Her Guldbrand ſaa ſchröbelig att vere att hand icke ſitt kald vell kandt foreſtaa uden hielp, da haffve vii naadigſt bevilgett att en preſt der paa landet nemlig Her Arngrim maa her effter effter ſom hand thilforn er forordnit att vere hans medtiener udi hans ſchröbelighed, preſterne der udi ſtifftet viſitere oc naar naagen ſkall indſettis ordinere, oc att i berammer

att

att hannem aff forneffnde Her Gulbrandt en lidelige lön for famme hans befvering giffvis effterfom forneffnde Her Gulbrandt dett kand udftaa. Difligefte effterfom vii naadigft forfare en föffilmandt for veften under forneffnde Ifland ved naffn Arne Magnuffen fig fchall underftaa fig naagen myndighed att thiltage paa forfkreffne Her Gulbrandts Bifpegaard oc offver domkirckens jorder oc indkomft, da bede vii eder oc ville att i hannom faadant aldelis forbyde oc befaler att hand fig intet mett kircken eller Bifpens goodts hans tienere eller naagit fom hannem vedkommer fkall befatte faa lenge Bifpen lever, mett mindre hand derfor vill ftraffis. Haffniæ 31 Martii 1626.

Litr. AA.

H. Thorlak Schulefon fick breff att maa beholde thryckeriett paa Islandt fom ligger thil Domkircken.

Christianus Qvartus &c. Giöre alle vitterligt att vii naadigft haffver bevilgett oc thilladt oc nu medt dette vort aabne breff bevilger oc thillader att off elfkelig Her Thorlak Schulefon Superintendent for norden paa vort land Island maa thil fig annamme det thryckerie fom findis hoes Domkirken der fammeftedts oc aff hans formandt affgangne Her Guldtbrand Thorlakfon thil Domkircken teftamenterit, oc dett att bruge ligefom forneffnte hans formandt hidindthill giort haffver, forbydendis alle oc enhver heremod effter fom forfchreffvet ftaar &c. Haffniæ 12 Maji 1628.

Litr. BB.

Holger Rofenkrandtz paa Island fick breff om Bifcopen der paa landitt.

Christianus Qvartus &c. Vor gunft tilforn; Effter fom off elfkelig Hr. Thorlach Schulefon haffver fig begiffvit fra vort land Island hid neder til Danmarch att lade fig indvie til Bifcop oc vii naadigft erfare althid att haffve veritt brugeligt att naar naagen fom ville ordineris til Bifcop haffver begiffvet fig hid neder, da domkircken der paa landet att fchulle udftae hans koft oc thering, da bede vii dig oc ville att du det faaledis

forordner att forneffnte Hr. Thorlach Schulesön bekommer hans kost oc thering effter som Domkircken kand thaale oc de kand erachte billigt at vere. Datum Hafniæ den 9 Maji 1628.

Litr. CC.

Holger Rosenkrandtz paa Island fick breff hans Fogett Olle Pedersen anrörendis.

Christianus Qvartus &c. Vor gunst tilforn. Viid att underdanigst for os er andragett hvorledis en Fogett paa vortt land Island ved naffn Oluff Pedersen sig skall haffve understaatt os elskelig hederlig oc vellerdt Her Hallgrimer Jonsen fra Hascheutstadtz kald liggendis for norden paa forneffnte Island, som effter sin faders död er kaldit till oc paa halffandit aars thid skall haffve ustraffeligen betientt att affsette oc der igien insatt oc bönderne paatrengtt mod deres villie eller louglig kald os elskelig Her Magnus Fussesonn, formedelst vores naadigste tilladelse breff forneffnte Her Magnus nogen tid tillforn erlangitt haffver att motte befordris til kald hvor hand lougligen kunde bliffve kallit, hvor med dog icke ment att hand nogensteds mod ordinantzen oc forordningen skulle indtrengis. Samme Fogitt skal sig en oc haffve understaaitt nogle Capellaner att udstede fra de steder som de haffde veritt forordnede oc andre igen indsett, undertiden endoch mod sognefolkens samtykke, sampt der os elskelig hederlig oc vellert mand Her Gysle Odsen till biskop er bleffven udvalt skall Fougden haffve udgiffvitt collasbreff paa hans beneficium till en anden oc hans egen louglige kallede Capellan som hannom thet aar tient haffde, forbigaaett, hvilken aff Fougden sambtychte Prestmand mod Bispens villje paa samme gaard oc sogn skal vere inflött oc omsider der giffit sig oc Biskopen tilhollitt bleffven hannom paa usedvanlige thider att maatte sognett oc gaarden levere, hvilket altt os icke ringe befrems dett at Fougden sig tör understaa at giöre; thi bede vii dig oc ville att du dig udförligen om alt forskreffne mod oss underdanigst erklerer, oc effter som os elskelig hederlig oc vellertt Her Jon Grimsen som lenge skall haffve tient begge scholerne paa landitt, haffver voris naadigste tilladelse paa dett förste vaccerende beneficium som hannom kan vere gaffnligt, da haffver du att achte att hand effter samme breff befordris saa vitt louligen schie kand,

Belan-

Belangende irring oc trette som vii naadigst forfare att indfalle om Skaulholt domkirches reche paa Schiede, bede vii dig oc ville att du des leilighed flitteligen forfarer oc siden derudinden thill rette oc endelighed forhielper som louligtt oc forsvarligtt kand vere, haffvendis flittig indseende att intett med urette kommer fra domkircken som der underliggett haffver oc den med rette bör at fölge. Hafniæ den 31 Januarii Anno 1633.

Litr. DD.

Obit breff om Prestekald paa Island.

Christianus Qvartus &c. Giörer alle vitterligtt at efftersom vi naadigst forfare med Gud den allermechtigstis saliggiörende ords tieneris kald paa vort land Island ikke saa ordentligen at omgaais som ved burde, i det at endeel persohner som ringe ere forfremmede udi deris lerdom oc studering offte foredragis dennom som her paa vort universitet studerit oc vell funderede ere, da haffve vi naadigst saadan uordning at forekomme for got ansect at befalle saa oc her med alvorligen befaller, at saa lenge nogen der paa landet befindis som haffver tagit deris attestation herfra vor universitet, oc ellers udi liff oc leffnit schickeligen sig forholde, da sculle de forfremmis for alle andre till kald der paa landit, oc saa lenge nogen saadan befindis, da schall ingen anden till de kald ledig vorder fordris, om de som attestation haffver oc it schickeligt leffnit fört, sig till samme ledige kald ville bruge lade, oc schall ellers alle oc hver geistlige oc verslige som i saadanne sager bör indseende haffve tilsee at ellers i alle maader med kaldene effter ordinantzen schickelig tilgaar, oc at lerde oc schickelige personer foredragis dennom som ulerde ere, oc at Gud dem allerhöystes ære, oc meenighedens opbyggelse udi alt haffvis i tilbörlig acht, hvor effter alle oc hver sig haffver at rette. Haffniæ 11 Martii 1633.

Litr. EE.

Forordning om ulouflig lejemaall oc anden lösagtighed, item ulovlig kiöb oc gaffve paa Island.

Christianus Qvartus &c. Giöre alle vitterligt att efftersom os underdanigst berettes, hvorledis paa vort landt Island nar nogen fattig underlatte,

derſatte, enten med löſagtighed, eller andet ſaadant, nogen forſeelſe begaaitt, de da lenge opholdes fra Sacramentet, dett hellige vor Herris nadvere, fordi de icke formue haffve, ſagen att affinge; da effterdi enhver ſin rettighed, oc ſagefalld effter lands loven ſögis kand, oc ingen med rette kan kirckens diſciplin till ſin fordell att bruge, ey heller billigt nogens ſieles ſalighed, aff ſaadan aarſag att hindres, ville vi naadigſt, ſaa oc her med allvorligen befale, att ingen ſom tilſtedis att ſöge kierker ſchal for nogen ſaadan ſag ſom forbemelt er holdis fra alterett naar den tilbörlig ſkriffter giord haffve oc der till verdige kiendes. Iligemaade ſom vi forfare en deel Fogder paa vort land Island att ſchall ſig underſtaae jorder oc oedell att kiöbe, desligeſte bonderne paa forneffnte Island att giffve oc forære Lensmanden oc Fogdene gaarder paa dett de dennom hielpe ſchulle deris ſager att vinde oc udføre, da ville vi her med alle diſlige oc ulouflige kiöb oc gaffve alvorligen forbudett oc affſkaffit haffve under ſtraff ſom vedbör. Her effter alle oc hver vedkommer ſig haffver at rette oc forholde. Giffvit Coldinghus den 8. Januarii Anno 1635.

Litr. FF.

Meining Geiſtligheden paa Island.

Chriſtianus Qvartus &c. Giöre alle vitterligt att effterſom vi naadigſt kommer udi forfaring hvorledis ungdommen der paa vort land Island megit ilde ſchall förſömmis de icke inſtitueris udi deris bornelærdom oc Guds ſande kundſchab ſom dett ſig bör, da vill vi naadigſt her med, Biſper, Prouſter, Preſter, oc alle Kirketienere paa forneffnte vort land Island advaritt haffve att de ſamme börnelærdom idelig oc flittig driffver, oc effter hver prediken evangelii lerdomb oplefe oc forklare, ſaa oc börnene for ſig lade komme, dennom offverhöre oc lere uden ad deres börnelerdomb i Lutheri Catechiſmo, ſaa oc lere dennom at före ſamme deris börnelærdom till en chriſtelig oc gudelig brug udi deres daglig bön oc gudelig övelſe, ſaa oc udi liff oc levnet oc omgengelſe; de börn ſom ſaa ſmaae ere ſchulle de udi foreldenis huſe beſöge oc underviſe, ſaa frembt preſterne det forſömme da ſchulle de förſte oc anden gang giffve till de fattige effter deris formue, tredie gang deris kald haffve

ve forbrudt, oc ſchulle Prouſterne iligemaade ſtaa till rette om de forſömmer Preſterne at advare oc med dennom indſeende at haffve; biudendis derfor oc befalendis voris Lensmand, ſaa oc Biſperne ſom nu er eller her effter kommendis vorder att de her med haffve indſeende ſaa frembt de icke der till ville ſvare oc ſtaa oſs til rette ſom de der ſig icke udi deris beſtilling ſaa flittig oc omhyggelig forholder ſom deris plicht oc eed dennom tilholder. Giffvit Haffniæ den 22 April Anno 1635.

Litr. GG.

Pros Mund ſich breff Ungdommen paa Iſland oc andett anrörendis.

Chriſtianus Qvartus. Vor gunſt tilforn. Vii tilſchicke dig her hoes vores obne breff anlangendis ungdommens opdragelſe udi deres börne lerdom oc Guds ſande frycht, der paa vort land Iſland, bedendis dig oc ville att du ſamme voris obne breff lader leſe oc forkynde oc ſiden der offer flitteligen holde ſom du villt anttſvare. Iligemaade ville vii naadigſt att du Her Torlach Superintendent for norden ſkall tillſtille 200 Specie Dlr. till en ny Iſlanſke Bibell att lade trycke, hvilkett du dig ſaaledis haffver att lade före till regenſchab. ſameledis haffve vii naadigſt, bevilgett den jord Nupufeld bogtröcher med att underholde oc aff hver kierkies indkompſt der paa landett en Rixdlr. in ſpecie ſom du forneffnde bogtröcher ſchall forſchaffe, dig iligemaade thill regenſchab före. Haffniæ den 22 Aprilis Anno 1635.

Litr. HH.

Proſs Mund ſich breff kircherne paa Iſland anlangendis.

Chriſtianus Qvartus. Vor gunſt tilforn; Viid at vii naadigſt komme udi forfaring hvorledis nogen richtighed kirckerne paa vort land Iſland tilhörende ſkal aff adtſchillig verſlig perſoner effter religionens omſchifftelſe imod Pavelige decreter fravindis under den pretext di ſchall vere kirckernis Patroner, thi bede vii dig oc naadigt ville attu grandgiffvelig forſarer, paa hvad ſteder, ſaadan underſleff begaaes, oc du ſiden effter des forfaring der paa lader talle med retten oc endelig dom forhverffver, anſeet vii ingenlunde vill tilſtede at kircherne nogen rettighed ſkulle miſte

ſte ſom dem i gammel tid haffver veret tillagt med mindre det kircherne læligen kand vere frakommet. Andtvorſchouff 12 Decembr. 1636.

Litr. II.

Holger Roſenkrantz paa Island fick bref Fanger udi Turckiett anrörendis.

Christianus Qvartus &c. Vor gunſt tilforn; Efftersom wi forfare Tyrken at haffue werit der under wort land Island, oc borttagitt med ſig derfra nogle af indwonerne der ſammeſtedtz, da bede wi dig oc wille attu med geiſtligheden oc de fornembſte der paa landit betenker middell huorledis ſamme Fanger wed de beſte formuffuendis hielp kunde löſis at de icke ſkulle ladis under Tyrkens tyranie oc der offuer negte Chriſtum. Hafniæ 4 Martii, 1630. (*)

Litr. KK.

Obne breff belangende hielp til Fangernes randtzoning udi Törchiett aff kirkerne paa Island.

Christianus Qvartus &c. Giöre alle vitterligt efftersom vi naadigſt komme udi forfaring den allerede beloffne hielp aff underſaatterne paa vort land Island effter voris forrige der om udgangne ahnordning icke til di endnu anholdne Islandſke fangers randtzon udi Törckiett nochſom att kand forſlaa med mindre nogen videre middell der til endnu vorder forordnit; Da haffve vi naadigſt for gott anſehett at hvis löſegods kirkerne paa forneffnde Island tilkommer (deris fornöden ornamenter undtagen) maa fordeligen i rede penge anvendis aff deris forſtandere, oc ſiden til Biſpen ſammeſteds oſs elſkelig hederlig oc höylerd mand Thorlak Sturleſon affleveris. Iligemaade ſchulle alle de ſom nogle kirkejorder haffve leffvere 3 aar indkomme der aff til forneffnte Fangers rantzon, aff andre kirkejorders indkomſt ſchall leffveris itt eller to aars indkomſt effter ſom kirkerne kand miſte till att ſiden fordeligen der effter ved den anden

(*) Similis argumenti Literæ eodem die ſcriptæ ſunt Præfectis Norvegiæ & Helſingorano, ut & Qvæſtori Færöenſi.

anden forbemelte beloffuede hielp der til indſamblet oc tillagt forneffnte fattige Fanger kand aff deris haarde fengſell udbefries. Forbiudendis &c. Andtvordſchouff den 22 Decembr. 1636. (*)

Litr. LL.

Reſolution ſom wi Chriſtian den Fierde Danmarkis, Norgis, Vendis, oc Gottis Koning &c. giffvit haffver paa adſchillige foregiffvelſer belangende vort land Island.

1) Lensmanden ſchal lade giöre rigtig inventarium paa alle ſteder hvor noget er ſom ſchal inventeris paa Island oc os oc Cronen tilhör, vere ſig paa vore garde, cloſtre, eller andre ſteder. Iligemaade ſchall Lensmanden oc Biſpen haffve indſeende at hoes alle domkircker, kirker, oc andre geiſtlige ſteder hvor inventarium holdis, gioris ricktige inventarier; Oc ſchall foruden det inventarium ſom paa hver ſted in originali forbliffver, giöris tvende general inventarii ricktige gienparter paa geiſtlige ſaa vel ſom verslige inventarier, aff hvilcke dett ene ſchall indleggis paa Kongens gard Beſſeſtad Lensmanden oc hans efſterkommere til underrettning, det andet forſchickis til voris renteri.

2) Efſterſom underdanigſt for os angiffvis at vere adſchilligt ubrugeligt ſom i inventario haffvis ſom henligger uden noget brug oc aar efſter andet forderffvis, da ſchall Lensmanden, ſaa wit wort inventarium belanger, giöre en ſerdelis fortegnelſe paa ſamme ubrugelige inventarium oc des verd, oc ſiden fordre voris videre naadigſte anordning der paa. Belangende det geiſtlige ubrugelige inventarium ſchall Biſperne med Lensmandens raad mue affhende, oc hvis derfore bekommis anvende kirckerne till beſte notturfft oc fordeell.

3) De brudne oc ubrugelige klocker der paa landit ſchulle til Kiöbenhavn nedſendis oc der omſtöbis oc ſiden der fra igien affordris, oc kirckerne igien til deris nötturfft tilſtillis.

4) Schal

(*) Præter has literas aliæ ad utrumqve Epiſcopum eodem die ſcriptæ ſunt, & adhuc aliæ ad laïcos monitoriæ, ut plura in hanc rem conferant.

4) Schall Lensmanden med Bispen flittig indseende haffve at ingen geistlige jorder eller ejendommer selgis eller affhendis, saa fremt oc nogle jorder, grunde, oc rettigheder med urette kand befindis at vere komne fra nogen geistlig stand eller sted, da schall Lensmanden der paa tale oc det ved loug oc domb igien indele oc tilbage forschaffve.

5) Presterne schulle holde deris gaarde oc kircker ved god hefd oc lige, saa wit mueligt ehr oc sche kand.

6) Lensmanden schall lade giöre rigtige Jordeböger offver det gandske land paa alle grunder, jorder, oc ejendommer, deres dyrhed, leyeqvieller oc landschylde oc der udi lade indföre ald woris oc cronens rettighed oc indkomme, saa oc det som hidindtil haffver veret forbigaaet, saavel som oc hvis jorder under cronen forbrut ere oc vorder oc som os ellers schencket oc giffven ere eller vorder; Oc schall alle Closterholdere oc andre som enten geistlig eller verslig jorder paa voris eller geistlig vegne haffver vere forpligt sig strax at rette effter hvis Lensmanden her udi befaler. Iligemaade schall Lensmanden oc Bispen oc lade giöre rigtige jordeböger paa alle geistlige jorder som Bisper, Prester, scholer eller hospitaler eller andre geistlige tilhörer.

7) Bisperne schulle hvert aar leffvere til voris Lensmand regenschab oc fortegnelser paa domkirckernis, scholernis, oc hospitalernis beholdning oc indkomme, saa oc hvorledis den det aar anvendt er.

8) Alle Christfare jorder, jordeparter, oc de LX hundrede som Thingöre Clostre sig tilholder (saa frembt det de fattige tilkommer, hvorom Lensmanden strax uden videre rettergang schall lade forfare) oc andre ejendommer som fattige forærit ehre eller vorder, schall ligge til Viddöe Hospitall, oc de fleste fattige muelight er derforre underholdis; saa frembt oc noget giffvit er til visse personers underholdning, eller oc nogen haffver rettighed nogle visse personer udi hospitalet at indlegge, schall det vere dennom uforment oc forholdis effter Fundatzerne imod hvilke intet er her med ment at schulle paabydis; dog schall oc udi alt dette höris Bispernis betenkende.

9) Lensmanden schal lade giöre den anording at ald rettighed, landgylde, oc dislige som vi eller nogen anden haffver at indkomme der

paa

paa landit, vere sig smör, törfisk, eller deslige som veies kand, ved en rigtig vect annammis, paa det Bunden icke schal forurettis.

10) Effterſom befindis at syſſelmend, cloſterholder, oc alle andre ſom nogen voris indkomme nyder der paa landit for affgifft opberger for hvert hundrede uviſt paa voris vegne thue daler, oc for hver hundrede aff det viſſe ſom de ſielff paa affgifft haffver fire daler, Da ſchall Lensmanden holde dennom fore, at de den fierde daler (ſom de videre paa deris egne vegne end paa voris vegne opberger oc uden tvil i deris affgifft icke er anſlagen) ſchulle före os til regenſchab oc affgifftis forhöyelſe.

11) Schall Lensmanden lade forfatte alle breffve ſom findis der paa landit oc nogen voris jorder, ejendomb oc rettighed vedkommer, oc dennom vidimere lade aff laugmendene, oc med ſit oc deris ſegel igiennemdraget paa altinget, oc ingen bogſtaf udi ſamme breffve forandre lade, meden at de paa Islandiſke udſchriffvis ord fra ord i ſamme bog, dog med goede leſlige danſke bogſtaffver oc paa got papier; Oc ſchall tvende gienparter giöris, den ene leggis ved Beſſeſtad, den anden i voris cantzellie indſchickis. Iligemaade ſchall Lensmanden oc Biſpen oc i en bog lade forfatte alle fundatzer oc breffve ſom gielder paa domkircken, kirckerne der paa landit, oc hoſpitaler, ſaa oc paa deris eje oc rettigheder, oc der med forfare lade med genparten gemmendraget oc ſchrifft ſom forbemelt er.

12) Effter ſom vi naadigſt for dette haffver befalet en Lansthingſchriffver der paa landit at beſchickis oc om hans lön hidindtil intet viſt er fuldbyrdet, da ſchall hannem her effter giffvis til lön aff hver Syſſelmand halffanden rixdaler, aff hver Cloſterholder en rixdaler, oc aff hver Ombudsholder en halff rixdaler; oc hand derimod holde en rigtig altingsbog med landſens indſegel igiemmendraget oc numereret, oc der indföre alt hvis paa altinget bliffver forhandlet ſom i tingbogen bör at indföris, oc icke ander der indſchriffve end voris udgiffne breffve oc mandater, ſaa oc domme ſom paa altinget dömmis, oc for retten forrettis, ſaa oc hvis ſom ellers bliffver aff Lensmanden paa voris vegne beſalet; oc ſchall hand forſchaffe Syſſelmendene oc Cloſterholdere rigtighed aff thingbogen udſchreffven hvis de bör at haffve ſom de udi deris ſyſſel ſchulle lade forkynde for almuen. Giffvit Kolding den 28 April 1638.

Litr. MM.

Bisperne paa Island finge breff præsternis uschichelighed der paa landet anlangendis.

Christianus Qvartus &c. Vor gunst tilforn; Effterſom vii naadigst kommer udi forsaring paa vort land Island sig icke ringe uschichelighed oc forargelse at begiffve aff presterne som sig med horeri oc schörleffnett forseer, da paa det saadant saa vel der som andensteds her udi vore riger oc lande her effter maa forekommis oc de som sig her udinden forsett andre till affschye oc exempel tilbörligen derfor kand bliffve straffit, ville vii det naadigst her effter alvorligen haffve paabudet oc befalet, at alle præster som sig saaledis med horeri eller schörleffnet forseer den menige mand til forargelse, som de billigen med skichelig leffnet oc lerdom burde at opbygge, straxen effter foregaaende domb schall affsettis oc sit kald der med haffve forbrutt, ey heller til nogen anden kald igien tilstedis, förend de derpaa voris naadigst bevilning haffer erlangett oc til veiebragt, hvor effter i eder haffer at rette. Fredrichsborg, den 10 Decembr. 1646.

Litr. NN.

Hendrich Krag fik Breff Peder Povelsenn Islender anrörendis ut seqvitur.

Christianus Qvartus. Vor gunst tillforn, viidt att thenne breffviser Peder Poffvelsen Islender haffver underdanigst till oss supplicerit oc sig udi attskillige maade höiligen beklagitt, underdanigst begerendis therudinden tilborlig att maa forhielpis thill rette effther som du aff thenne oc attskillge hoesliggende hans Supplicatzer ydermere haffver att forfare, oc eptherdi du som forneffnde vort landt Islandt paa vore vegne udi befalling haffver, oc der for billig burde oc skulle forhielpe vore undersotter udi theris ahnliggende sager thill rette, oc tilholde laugmendene oc andre Dommere ther paa landit att the effther theris edt oc pligt udi samme sager thilbörlig oc med flidt skulle kiende oc domme hvis christelig oc rett var förend the ther om skulle besöge oss oc giöre ther paa saa stoer omkostning oc besvering then lange farlige reise; thi bede

bede vii thig, ville oc her med alffvorlig biude oc befalle, att naar thu her med befögis, thu tha alvorlig grandgiffvelig oc med fliidt forfarer all forneffnde fages faa vell fom oc hvis andre ther paa forneffnde vort landt Island fig udi nogen maade burdte haffve att beklage oc befverge theris grundlige oc omftendige leilighedt oc vilkor, oc fiiden uden ald forfömmelfe forordner att dommerne faadan theris fager medt flidt oc alffvorlighedt offverveier oc betrachter att thennom fiden therudinden med dom oc rett, faa oc uden all langvarig forhalling en partt partherne thill fkade forfömmelfe oc langvarlig befverlige reiffe, oc udi andre maade, mue vederfares hvifs epther landfens loug chrifteligt oc rett vere kandt, faa the fig udi faa maade oc förendt ther er gangen loulig domb udi fagerne ther paa landit icke fkulle haffve fig medt billighedt emodt ofs att beklage. Ther med &c. Actum Haffniæ 10 Martii Anno 1595.

SECTIO II.

De ſtatu Eccleſiæ & Religionis, item de re literaria & literatis.

Cap. I.

De ſtatu Eccleſiæ & Religionis.

§. I.

Externus Ecleſiæ ſtatus hac tempeſtate ſatis commodus & pacatus fuit, nam bella qvæ Fridericus Secundus cum Dithmarſis & Svecis (a), qvæqve Chriſtianus Qvartus cum Carolo Nono, & Guſtavo Adolpho, geſſerunt, non niſi fama ad Islandos pertigerunt; Ex Germanico autem Chriſtiani IV. bello cum Ferdinando Cæſare id tantum ſenſerunt incommodi, ut milites & pecunia imperarentur; Sed cum nihil haberent, nihil dare potuerunt. Timor autem belli Svecici anno 1639 tributum qvoddam illis expreſſit; Sed ad ultimum cum Svecis bellum, ut aliqvod con-

(a) *Svecos qvidem invaſionem molitos fuiſſe, aut etiam tentaſſe, ſeqventes literæ Regiæ Henrico Krag Iſlandiæ Præfecto ſcriptæ indicare videntur:* » Frederich &c. Wor gunſt » tilfornn. Wiid att wii ere kommen vti forfaring huorledis nogne Engelſcke Frybytther ſom haffue beſtilling aff Kongenn aff Suerig, ſkulle haffve tilruſtidt nogen ſkibe med huilcke the ſkulle vnderſtaa thennom att giöre Indfald vti wortt » land Iſland, oc andre omliggendis öer, oc wore Vnderſotthe ther ſammeſtedtz » ſkade tilföie, Tha paa thett ſligtt maa forekommis, bede wii theg oc wille, att » thu med altingeſt oc vti alle haffnerne ther for landitt, lader haffue godtt opſeende, oc ther ſom nogen wille vnnderſtaa thennom att giöre ther nogitt Indfald, » att thennom motthe tha ſkee modſtand oc affbreck, thett meſte mugligtt er, ſaa » the icke ſkulle tilföye wore Vnnderſotthe ſkade, Sammeledis bede wii theg oc wille, » att thu beſtiller thet ſaa att wore ſkibe ſom wii thid till Landitt haffue forſkickidtt, » med thett förſte mue bekomme theris lad, oc ſiden bliffue afferdigitt paa hiemreiſſen egienn, Ther med ſkeer wor wilge, Datum Kiöbnehaffn thend xxx dag » Aprilis Aar 1568.

conferrent, nunqvam mandatum fuit; a piratis & latronibus magnum subinde senserunt damnum. Anno enim 1579 Angli qvidam prædones, ex Flissinga Batavorum excurrentes, Eggertum Johannis, qvi antea Præfectus Insulæ & Nomophylax fuerat, hostiliter invaserunt, ejusqve villam & bona omnia, qvæ auferri potuerunt, qvorum summa, teste ipso Eggerto, 8000 marcas Lybecenses æqvabat, diripuerunt, ipsum vero integrum mensem, usqvedum magno, partim soluto, partim promisso, redemtionis pretio, jurejurando, ne Regi illatam injuriam deferret, aut qvereretur, promisisset, captivum detinuerunt (a), spoliatis præterea nonnullis templis, qvibusdam etiam incolarum aut interfectis aut male mulctatis, stupratis & illusis honestis mulieribus, direptis duabus navibus mercatoriis, multisqve aliis patratis sceleribus, præda onusti abierunt. Eggertus autem eosdem insecutus, Regi rem omnem detulit, cujus auctoritate & intercessione (b) prædones Flissingæ Batavorum capti

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 293 sq. ubi sphalmata a *JOH THORCHILLIO* commissa indicavimus, dictorum autem veritatem ipsius Eggerti libellus ad Regem supplex abunde probat, qvem ad finem hujus Capitis Litr. A. Lectori sistemus.

(b) Literarum, qvas Rex Senatoribus Stadensibus hac de re scripsit, tenor talis est: " Vi " Friderich den anden &c. I kand af dette lukte (indsluttede) brev skiönne oc for- " merke, hvad vor undersaat fra Island Eggert Hanssen fra Bæ ved Raudesand haver " for os andraget, at nemlig næstafvigte sommer, have nogle Rövere faldet der ind " i Landet, og rövet fra denne Supplicant ald hans gods, penninge oc sölv, foruden " det som de have plyndret oc röver fra kirker oc andre particuliere. Desforuden " have de tvunget denne Supplicant til at skaffe Borgensmand for sig for 300 Ricks- " daler en Skipper fra Stade ved navn Henrich Gever, hvilke 300 Richsdaler denne " Skipper lovede at betale til Röver-Captainen Villiam Smidt til Flessing, oc epter- " di vi endelig vil ahnde dette ubillige Röverie, som er saa uforskyldt udövet paa vor " troe undersaat, men kunde icke for vor egen person, lade denne Skipper fra eders " Stad ufortænkt, eptersom disse Rövere vilde antage ham for fuld borgen, oc hand " lovede at betale disse penge til Flessingen, hand derforuden tilförte disse Rövere, " baade den gang oc tilforn sölv oc aldslags godts, som det oc blev skicket af den- " ne Supplicantes goede venner ham til befrielse. Derfor have vi ladet eder dette " vide, oc önske naadig, att I ville paa vores vegne tilholde bemældte Skipper, at " hand icke udlægger de 300 Ricksdaler som han har stillet sig borgen for, men " dem indeholder; Thi endskiöndt denne Skipper enten for syns skyld, eller i " sandhed betaler disse penge, eller har betalt til Röver-Captainen eller hands Fuld- " mægtig til Flessing, eller andensteds, da skal dog vor fornevnte undersaat, eller " nogen

capti & in crucem acti fuerunt Hac occasione, ut videtur, excitatus Fridericus II. cuivis in Islandia Toparchiæ 6 bombardas, & 8 hastas, ad propellendas hostiles exterorum incursiones, dono dedit.

§. 2.

Alteram annis 1613 — 14 — 15 — 16, irruptionem in Toparchias Strandensem & Isafiordensem fecerunt prædones qvidam Gvascones, aut Gallicæ nationis, qvorum 48 Arius Magni filius, Toparchiarum Prætor, cum qvosdam incolarum aut sauciassent, aut occidissent, omnia autem rapinis terrore & trepidatione implevissent, occidit, reliqvos vero fugavit. Imprimis vero anno 1614 Piratæ Angli, duce Johanne qvodam, qvi *Gentelmannus* vulgo salutatur, in insulas Vestmannejas incursionem fecerunt, qvas unacum templo Landensi, nemine tamen occiso, cum incolis aliqvamdiu illusissent & vario modo eos vexassent spoliarunt. Domum vero reduces, in jus vocati, pœnam meritis convenientem luerunt, ingens autem campana, qvam templo eripuerant, prodente furtum inscriptione, tribus post annis, jussu Jacobi Angliæ Regis, restituta fuit. Hæc irruptio occasionem dedit (a) Rescripto Regio, edito 1615

" nogen anden hans vegne, icke være pligtig at betale dem igien til Skipperen. Dernæst er vor ville oc begiæring, at I endelig tilholder denne Skipper, oc nöye overhörer om hand kiender disse Rövere, hvad de tage sig for, oc hvor de kand treffes, med meere, som til denne sag kunde være nödvændigt at vide. Men hvis nogen mistanke kunde findes om denne Skipper, da er vor villie oc begiæring, at I holder hannem til rette, oc lader os det vide, det förste skee kand, at vi fremdeles handler der ved, som det sig hör, oc nödvændigheden udkræver. Saa oc om disse Rövere have solgt eller afhændiget til nogen af eders folk, noget af det rövede gods, at I lader det til denne Supplicant igien udleveres, epter som vi formerke, at hand reyser nu til eder for denne sags skyld. Oc saa bede vi eder denne Supplicant oc hans erende hos eder paa beste maade at forfremme oc eder saaledes i alting mod ham forholde oc begegne, som I gierne vilde önske at eders underfaatter i vore Lande oc Riger igien skulde vederfares, her paa ville vi os naadigst forlade oc forblive eders velvillige &c. Datum Schaumborg d. 12 Decembris 1579. "

(a) " Christian den Fierde &c. Giöre witterligt, at effterfom wii komme vdi forfaring huorledifs att fist forleden sommer schulle haffue weritt Bischaier oc andre paa wore oc cronens strömme vnder wortt land Islandt hualle att fange som wore Vnder- saatter

1615 die 30 Aprilis, qvo permittitur, ut Gvafcones & alii exteri, qvi Islandiam animo nocendi & depopulandi invaderent, qvocunqve modo aut medio comprehendi poffent, caperentur & graviter punirentur.

§. 3.

Omnes autem hos feritate & truculentia longe fuperarunt prædones Fetzenfes & Algerienfes, qvi anno 1627 Islandiæ oras depopularunt, qvorum una piratica navis d. 12. Junii ad Grindavikam appulfa, ibidem duas mercatorias Danicæ Societatis naves, Grindavicenfem & Patrixfiordenfem ceperunt, incolarum 12 captivos duxerunt, reliqvos vero, qvi fuga elabi non potuerunt, fauciatos & femimortuos, omnibus bonis fpoliatos reliqverunt; Unde difcedentes portum Seilam, ubi Regia triremis, & binæ mercatorum naves ad anchoras ftabant, ingredi, & Regiam villam Beffaftadas aggredi conftituerant; fed cum in faucibus finus altera eorum navis fyrti inhæreret, illiqve in ejusdem levatione, & transportandis inter naves captivis biduum impedirentur, primusqve hoc modo impetus tardaretur, explofis tantum aliqvot tormentis, qvibus Regius Præfectus, tam ex munimento, qvam triremi Regia, refponderi curavit, re infecta abierunt, nam licet Islandi, qvi ibidem congregati fuerunt, illos his difficultatibus diftentos adoriri vellent, id tamen Satrapæ non placuit, qvi eqvum in promptu habens fugæ qvam prælio paratior fuit. Diverfæ autem ab his Algerienfium piratarum binæ naves portum

---

" faatter der paa landett fchall haffue plöndrett, dennom aff deris hufe foriagett oc " ftor fchade oc offuerlaft giortt oc tillföigett. Oc paa dett att faadan offuerlaft " oc röffuerie kunde hindris oc affuergis; Tha haffue wii naadigft wor Lensmand " paa forfkreffne wortt land Ifland, faa well fom wore Vnderfaatter, Borgere, fom " famme wortt land befeigle, beuilget oc tillatt, att maae flige modtwillige Compa- " ner, fom wore Underfaatter paa wore oc cronens ftrömme, faa wel fom oc paa " forfkreffne wortt land Ifland, offuerfalde, plöndre oc fpoliere effterträgte, oc at " de dennom kunde offuermegtige, deris fchibe indtage oc dennom nedlegge, wed " huad middel oc maade det bett fchie kand. Her effter forfchreffne wor Lensmand " paa forfkreffne wortt land Ifland faa oc forfkreffne wore Vnderfaatter, fom famme " wortt land befeigle, kunde haffue dennom att rette oc forholde. Datum Frederichsborg 30 Aprilis Anno 1615.

portum Diupavogensem intrarunt; ibiqve primo navem mercatoriam cum nautis & vectura ceperunt, deinde per circumjacentem provinciam discursantes, templa Halsense, Berufiordense, & Eidalense spoliarunt, Pastorem Halsensem Jonam Thorvardi, & 110 alios captivos abduxerunt, novem autem occiderunt, qvæ habere voluerunt, asportarunt, reliqva, ne cuidam usui forent, perdiderunt. Hinc ad Vestmannejas cursum direxerunt, in qvarum vicinia Anglorum piscatoriam naviculam ceperunt, & in ea Thorsteinem qvendam Islandum, qvi eis aditum ad insulas monstravit. Hic 300 armati, qvi exscensionem fecerunt, incolas omnes in unum locum coactos, delectu habito, qvosdam varie primum illusos & excruciatos interfecerunt, qvosdam loris adstrictos in naves transportarunt, qvorum numerus 242 fuisse putatur, inter qvos alter Insularum sacerdos Olaus Egilli filius fuit, cum utriusqve sacerdotis conjugibus & liberis; mortui post eorum discessum 34 inventi sunt; qvot autem una cum mercatorum tabernis, combusserint, sciri non potuit. Alterum autem Sacerdotem Jonam Thorsteinis cum uxore & familia in specu qvadam inventum Thorsteinn ille Islandus scoptice primo interrogavit, qvare jam non in templo esset, cui Pastor cum regessisset, se mane hujus diei ibidem fuisse, ille iterum respondit: *at cras ibi non eris*, inflictisqve tribus capiti ictibus, animam in manus Domini commendantem, occidit. Templum Landense, ut & omnia, qvæ vilia videbantur, aut avehere non potuerunt, subjectis flammis in cineres redegerunt, aut alio modo perdiderunt; cum hoc modo integrum biduum ibidem grassati fuerunt, abierunt (a).

§. 4.

Captivi in Africam transvecti partim Mahumetanam religionem amplexi sunt, partim variis paulatim miseriis, morbis & labore consumti sunt, solus Olaus Egilli sacerdos Vestmannejensis anno 1629 in patriam libertate donatus, reversus est; qvi anno 1636 superstites fuerunt, numero 37, Regia liberalitate libertatem nacti sunt, qvorum 13 in patriam

---

(a) Circa eadem tempora in captivitatem etiam Turcicam abducti sunt qvidam incolarum Bergensium, Færöensium & Helsingoranorum. Conf. supra pag. 72.

patriam redierunt (a); Cui anſam dediſſe videtur eorum ad Senatum Regni Daniæ anno 1635 ſcripta epiſtola, prolixa valde & ſtylo cothurnato atqve allegoriis pleno concinnata, ex lingva Luſitanica voces & phraſes non paucas aſpergens, qvibus primo multas imprecationes in *Frendores*, ut vocant, effundunt, qvi in cauſa eſſent, qvod eorum captivitas tam diu duraret, qviqve bis Algeriam venerint, pecuniam autem liberationi captivorum deſtinatam mercationi & lucro impenderint, cum negaverint ſe ullam pecuniam ne ad unum qvidem hominem redimendum habere, velle autem ſe nomine Clementis illorum Regis libertatem populi ſollicitare, ſed re infecta vela ventis dederint, coria unus, alter ciſtas ſaccharo plenas ſecum deportantes, aurea tantum verba, qvibus ſe lactaverint, reliqverint. Unde Regiam Majeſtatem rogant, ut in illos inqviſitionem inſtituat, cum enim duo ſecum perfide egerint, qvid tertius faciat, incertum eſſe; Qveruntur etiam literas ſuas omnes, qvas qvotannis, & interdum ſæpius per annum, ſcripſerint, nunqvam relatas, exceptis ſaltem iis, qvas Dominus *Petrus Chriſtiani* & M. *Antonius Poſſedore* de *Laſchmes* viri fideles receperint; Nec ſe de ulla re certiores fieri in nonum uſqve annum, præter qvam qvod relationem acceperint, qvotannis tributa & vectigalia ad eorum liberationem ab omnibus Regiæ Majeſtatis regnis & provinciis ſolvi, nec vero cauſam eſſe illorum, qvi literas mittant, ſed mercatorum; tandemqve rogant ut e cathedris publice pro iis ſupplicationes fiant (b).

§. 5.

Occiſo Jona Areſonio ejusqve filiis, interna eccleſiæ & provinciæ pax reſtituta eſt, Regem enim unicum in terris exinde agnoſcebat Eccleſia caput, cujus nutu, partim per Epiſcopos, partim vero per Satrapas omnia

(a) In literis Regiis ad Chriſtophorum Urne Norvegiæ Pro-Regem ſcriptis d. 20 Junii 1639, qvosdam Iſlandos in captivitate Turcica adhuc detineri innuitur.

(b) Has captivorum literas ad finem Capitis Litr. B. exhibebimus. Sed de Veſtmanneyarum depopulatione & captivitate Algeriana ſcriptum aut ſchediaſma reliqvit *OLAUS EGILLI*, Paſtor Veſtmanneyenſis, Danice ſæpius editum. Melius tamen de piratarum illorum ibidem & alibi patratis maleficiis ſcripſit *CLAUDIUS EYOLFI*, vir non indiligens, ut & *BIÖRNUS* de *Skardſa*, qvæ hic ulterius proſeqvi ratio inſtituti vetat.

omnia gerebantur; nam coarctata, per Reformationem, Episcoporum auctoritate & jurisdictione, constituti fuerunt viri qvidam politici ordinis, dicti *Lensmænd*, qvi non tantum antiqvis Præfectis in omnibus, qvæ eorum munus, sed Episcopis etiam in omnibus, qvæ res civiles & politicas attingebant, successerunt; in hos magna, qvam sibi sumserant Episcopi, jurisdictionis pars translata fuit, ita tamen ut episcopis primo Collegæ potius a latere positi viderentur, qvam qvod in eos ullam haberent potestatem. Sed viam & media, ut superiores evaderent, brevi invenerunt; nam relicto Episcopis non tantum pristino labore, cura & officii molestia, sed nova, ut imponerentur onera & sollicitudines, proventus vero & pecunia rerum gerendarum nervus imminueretur (a), efficiendo, eosqve sæpius deferendo, facile enervarunt, & exinaniverunt, suas autem vires, auctoritatem & divitias, ita adauxerunt, ut Regiam fere potestatem sibi sumerent; perparum autem pleriqve, si Paulum Stigoti & paucos alios exceperis, qvod Ecclesiæ & Reipublicæ esset emolumento, peregerunt, in id contra pleriqve verbo intenti, neqvid ærarium Regium, revera autem ipsorum crumena & æstimatio detrimenti caperent (b). Qvid autem generatim (nam de specialibus, qvæ uni aut alteri mandata fuerunt, hic non loqvimur) in mandatis habuerunt, ex *Christiani*

(a) Illorum enim susurris imputabatur, qvod piissimus & ab avaritiæ crimine alienissimus Christianus Tertius, per Hvitfeldium anno 1542, templis sua ornamenta & utensilia, qvæ alicujus pretii videbantur, qvasi superflua & luxuriosa ideoqve Islandiæ paupertati minime convenientia, avehi jussit, vid. supra Tom. 2. pag. 299. Otto Stigoti in causa fuit, qvod Rex Rescriptum de Monasteriis Vidöensi & Helgafellensi, in scholas mutandis, revocaverit, vid. loc. cit. pag. 298. Paulo Hvitfeldio reliqvorum Monasteriorum reductio, & scholarum ad sedes Episcopales translatio, earundemqve impensis sustentandorum institutio, Canuto Stenonis damnosa illa Episcopis prædiorum permutatio, facta 1556, 1562 & alia ejusmodi aliis; qvæ omnia eo spectabant, ut Episcopos in pulverem detruderent.

(b) Hoc non solum heic loci ita, sed in reliqvis provinciis non longe aliter obtinuit, nam anno 1558 d. 15 Martii Rex omnibus Norvegiæ Capitulis de pecunia eroganda scripsit, sed Capitulum Nidrosiense eodem anno die 26 Octobr. literis respondit, se excusans, paupertatem & pensiones pridem solutas commemorans, acerbe præterea qverens Ottonem Stigoti (qvi & ipse Islandiæ Satrapa fuerat) omnia spoliasse, ita ut nomina qvoqve ad illum placandum contraxisse oportuerit, ne majus, qvam fecerat incendium, damnum illis inferret. Vid. *SCHIÖNNING Tronhiem Domkirkes Beskrivelse* pag. 283.

Christiani Tertii Ordinatione Ecclesiastica (a), ut & ex Instructione cuivis eorum data (b), qvodam modo concludi potest.

§. 6.

Archiepiscopi nomen, dignitas & potestas, simul cum Papatu interiit (c), suprema qvidem Ecclesiæ Islandicæ, aut verius forte Religionis Evangelicæ in Islandiam introducendæ, inspectio Episcopo Siællandiæ D. Petro Palladio a Christiano III. commissa fuit, ut ipse in suis ad Islandos literis sæpius fatetur Palladius, an autem ideo eorum Archiepiscopus recte nominari potuerit, valde dubito (d); qvod etiam de ejus in officio

(a) Qvæ fol. 82. 83. ita habet: " Vore Lensmænd oc Raadet udi Kiöbstæderne, giffve vi " den befaling, at de denne vor ordinantz skulle holde ved magt, oc være kirke-" tienere oc skoletienere til det beste, naar de der offver bliffve af Superintendenten " eller Prousten tilsagde, at dem ikke giffves det dem bör at haffve, eller de oc " uredeligen offverfaldes af noget ont menniske. Ja hvi skulle oc vore Lensmend oc " Raad ikke bevise Guds Tienere den samme vilie, som de den mindste Bonde ere plig-" tige at bevise, uden de ville fortörne baade Gud oc os. " Conf. fol. 78 & *Christiani IV. Ordin. Eccles.* fol. 28 & 33.

(b) Eodem fere modo ac supra pag. 11. not. retulimus.

(c) Licet Palladius Islandiæ Archiepiscopus nunqvam fuerit, nihilo minus ampla satis aut præditum fuisse aut usum esse potestate, ejus testantur literæ ad Clerum Islandiæ datæ Dominica Jucunditatis 1551. Nam Holenses Curiæ Sacerdotes diris plane devovet, & ab officio removet, dicens: " Men alle eder, som udi dette klare evangelii lius ville " heller vandre i mörket end liuset, forkynder jeg paa mit embedts vegne, satans " kropper at veere oc forbiuder eder eders presteembede, indtil saa længe at i rette " oc bedre eder &c. " Sed in literis ad Skalholtenses ita loqvitur: " Epter den " befaling, som jeg uverdig haver af hans Kongel. Majst. vor allerkiæreste oc naa-" digste Konge om tilsiun in religionem paa Island. &c. " Et paulo post: " Eder " vil jeg paa mit embedets vegne have forbydet eders presteligt embede, at i aldrig " skal eller maae hverken messe eller prædike, förend i omvender eder &c. "

(d) Hinc ab Eggerto Johannis, Islandiæ qvondam Præfecto & Nomophylace, ut & Jona Lopti Officiali Toparchiæ Thorskafiordensis, in literis monitoriis ad Clerum Vestfiördensem, datis 27 Martii 1566 vocatur *jam. in Domino dormiens Archiepiscopus Siællandiæ Doctor Petrus Palladius.* De Joh. Albertio nihil est, præter mox adferenda, qvod dicam; sed ut Paulum Matthiæ pro gratiæ magnitudine, qva apud Fridericum II. floruit, Islandis, præsertim autem Gudbrando Episcopo, multa acqvisivisse non potest negari, ita qvod in Episcopos & Ecclesiam Islandicam aliqvam habuerit potestatem, nullis idoneis probari potest argumentis, licet qvidam Archiepiscopum vocarint.

officio ſucceſſoribus dictum eſſe volumus; nam licet qvidam eorum aliqvid rerum Eccleſiaſticarum Islandiæ ſibi ſumſerint, aut Epiſcopos Islandiæ conſilio, verbis & factis, adjuverint, aut iisdem ex ſpeciali Regum mandato aliqvid ſuggeſſerint (a), non ſtatim ideo Archiepiſcopi vocandi ſunt, Archiepiſcopalem enim in Eccleſiam Islandicam aut ejus Epiſcopos poteſtatem, nec unqvam habuerunt, nec exercuerunt. Siqvidem autem in Palladii mentionem hic denuo incidimus, dignum putamus, ut ſumma vitæ ejus capita hic inſeramus. Natus eſt magnus hicce vir Ripis Cimbrorum 1503, patre prorſus illiterato, Wittenbergæ Muſis operam dedit, ubi ſvaſu Melanchthonis gentilitium nomen *Plade*, boni ominis cauſa, cum *Palladii*, qvod verus Palladis alumnus eſſet, commutavit. Anno 1535 a Chriſtiano III. in patriam, ut Reformationem Religionis juvaret. revocatus, non multo poſt profeſſionem Theologicam in Academia Havnienſi obtinuit. Sed anno 1537 Epiſcopus Siællandiæ proclamatur. A Chriſtiano III. Eccleſiæ Islandicæ Inſpector conſtitutus, utilem ejus Reformationi operam præſtitit. Anno 1545 ob negotiorum multitudinem Profeſſione Theologica ſe abdicavit, licet porro Academiæ membrum eſſet, & in negotiis gravioribus eidem auxiliaretur. Anno 1555 in ambone ſacro, cum orationem ad populum ſub ipſa Comitia haberet, totius lateris ſiniſtri correptus eſt paralyſi, nec unqvam ab illo tempore

(a) Huc referimus Inſpectionem ſcholarum Iſlandiæ Palladio demandatam, vid. ſupra Tom. 2. pag. 310, qvam ejus ſucceſſorem etiam continuaſſe indicant ejusdem literæ patentes Gudbrando Thorlacio, poſtmodum Epiſcopo Holenſi, datæ, qvorum exemplar originale noſtris uſibus benigniſſime conceſſit Vir Summe Venerabilis & de Hiſtoria Eccleſiaſtica Iſlandiæ meritiſſimus *LUDOVICUS HARBOE.* Literæ ita ſonant:
„ Jeg Hans Albritſſen Doctor oc Superintendent offuer Siellands ſtigt, kendis oc
„ witterligt giör for alle mett dette mitt obne breff, att denne breffuiſſer her Gud-
„ brand Thorlachzen föd paa Iſland, er aff meg louglig kallitt oc ſambtycktt, att
„ werre en ſchollemeſter paa forſchreffne Iſland vdi Hollen ſcholle. Thi er min
„ wenlige bön till alle, huoſomhelſt hannom hender fore att komme, att the for
„ Gudz ſkyld oc for denne min kerlige bön, wille well giöre, oc forſchreffne her
„ Gudbrand beſkötte, forſuare oc vdi alle maade mett hues hannom kand paa ſin
„ reiſſe behoff giöris, behielpe, oc till dett beſte forde oc fremme, ſaa att Gudz æris
„ forfremmelſſe wed hannom icke ſkulle nogenlunde forſömmis. Dett forſkylder jeg
„ i lige eller oc nogen anden maade altid gierne. Till ydermere vidniſsbyrd trycker
„ jeg mitt wonlig indſegel neden for dette mitt obne breff. Dat. Kiöbnehaffn den
„ 22 Aprilis Aar &c. MDLXIX. (L. S.)

tempore satis prospera gavisus est valetudine, adeo ut Joh. Albertium in munere Episcopali adsciscere Coadjutorem necessum haberet, usqvedum anno 1560 d. 3 Januarii vitam cum morte commutavit. Scripta ejus in Islandicum sermonem versa & edita sunt: *Catechismus in gratiam Norvegorum scriptus*, a *Thorvardo Einari filio* Islandice verti cæptus, sed non absolutus, Holis prodiit 1575. Exstant ejus ad Islandos Epistolæ: 1) Ad Petrum Enari & Ormum Sturlæum 1546. 2) Commendatio Martino Episcopo data 1549. 3) Ad Jonam Episcopum Holensem 1550. 4) Ad Clerum diœceseos Holanæ 1551. 5) Ad Clerum diœceseos Skalholtinæ 1551 (a).

§. 7.

Ut sub Papatu *potestas Episcopum eligendi* penes Ecclesiam & Archiepiscopum fuit, ita etiam ad annum usqve 1667 eandem retinuit; nam Gissurus, Martinus, Gislaus Jonæ, Oddus, Gislaus Oddi, & Brynjolfus, Skalholtenses Episcopi, ut & Thorlacus & Gislaus Holenses, omnes in Islandia electi, a Regibus confirmationem acceperunt; sed Olaus Hialti & Gudbrandus, Holanæ uterqve diœceseos Episcopi, a Rege tantum (Olaus utpote a Palladio, sed Gudbrandus a Paulo Matthiæ commendati) vocati, & confirmati fuerunt; qvod Palladius fecit, ut supremus Ecclesiæ Islandicæ Inspector, sed Paulus Matthiæ ut Gudbrandi singularis fautor, ut & proximus Episcopus, a qvo examinandus & inaugurandus fuit. Examina enim Candidatorum Episcopatus usqve ad mutationem formæ Regiminis, seu Monarchiam, in usu fuit. *Munia Episcopi* & Superintendentis, ut jam vocabantur, *Ordinatio Ecclesiastica* fol. 82. 83. in compendio exhibet his verbis: Ut sub se habeat omnes Præpositos, Pastores, & verbi ministros, qvod alibi per singularia eundo prolixius facit, incumbit enim Episcopo synodum generalem totius diœceseos convocare, eiqve præesse, omnes causas ecclesiasticas dijudicare, casus conscientiæ solvere, verbum Dei, sicubi opus erit, aut qvandocunqve

(a) Qvi plura de eo scire desiderat, videat *MOLLERI Cimbr. Liter.* Tom. I. *PONTOPPIDAN Annal. Eccles. Dan.* Tom. 3. *HARBOE Afhandling om Reformationen i Island*, qvi & omnes Palladii jam laudatas epistolas (excepta prima) ibidem exhibuit, & præterea in *Dänische Bibliothek* multa de Palladio ejusqve scriptis memorabilia in medium protulit.

cunqve placet, publice prædicare, Candidatorum Ministerii vitam & doctrinam examinare, eosdem sacris initiare, & codicillis officii præmunitos ad Præpositos remittere, ut ab illis curialibus publice commendentur; Præpositos & Rectores scholarum constituere, parœcias & scholas toties qvovis anno invisere, ut uno triennio omnes diœceseos cœtus visitare absolverint, templorum, scholarum, & nosocomiorum rationes censere, pauperum & orphanorum curam gerere, causas matrimoniales discernere, aliaqve ejusmodi, qvæ cum considerasset *Ordinatio Ecclesiastica*, ita exclamat: Mirandum est, si unus homo hæc omnia facere potest! Imo, qvis ad id idoneus est?

§. 8.

Jurisdictio itaqve *Episcoporum* reformationis non expers fuit. Qvam late antea patuit, supra memoravimus (a); jam vero ad solas causas Ecclesiasticas, id est personas, res, loca, & alia sacris usibus destinata (b) adstricta fuit, latior tamen apud nos qvam alios; nam apud nos nulla plane res fuit ad sacra pertinens, & ne limites qvidem prædiorum, qvæ ad personas aut res Ecclesiasticas pertinebant, qvin eorum jurisdictionem aliqvo modo tangerent; Sed distingvebantur causæ ab illis dijudicandæ in *mixtas*, id est, qvæ ex parte tantum qvadam Ecclesiasticæ videbantur, ex qvadam autem civiles, & *puras* seu mere Ecclesiasticas. Has soli cum duodecim aut sex Sacerdotibus, tam in generali totius diœceseos Synodo, qvam in provincialibus, vel ipsi, vel per Officiales, dijudicabant, priores vero unacum magistratu civili, ita ut judicum pars altera ordinis Ecclesiastici, altera vero Politici esset, qvæ judicia communiter vocabantur *Helmingadómar*, seu judicia dimidiata, præsidente plerumqve utrisqve, Præfecto Regio aut ejus Vicario, & Episcopo, si præsto esset. Norma autem, ad cujus ductum & præscriptum judicabant, qva formam procedendi, fuit usitatus legum *codex, Jonæus* dictus, qva vero ipsas causas, si mere Ecclesiasticæ essent, primo *Ordinatio Christiani III.* & *Articuli Ripenses*, deinde autem *Christiani IV. Ordinatio Ecclesiastica* & varia *Regum Rescripta*, qvæ jam qvotannis

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 10. 376. & Tom. 1. pag. 550.

(b) *Ordinat. Eccles.* fol. 72. " de skulle ikke holde sig til at dömme udi nogle verdslige &c. "

annis de variis emanabant casibus; In rebus autem mixtis & ad Oeconomiam Ecclesiasticam pertinentibus, qvæ secundum leges recentiores discerni non potuerunt, antiqvas Constitutiones & *jus Ecclesiasticum Arnæanum*, qvatenus reformatæ doctrinæ non refragabatur, pro cynosura habuerunt (a).

§. 9.

Præpositorum officium ante Reformationem non tam constitit in Religionis propagatione, & verbi Divini annunciatione, qvam in qvæsturæ cujusdam exercitio, ut decimas Episcopo debitas, multas ob delicta & prævaricationes contra Jus Ecclesiasticum ac Episcoporum Constitutiones, nec non denarium Petri conqvirerent & exigerent, qvod officium qvo acerbius administrarunt, & miseram plebem ob minima qvævis delicta gravius vexabant, eo lucrosius fuit, nam omnes minores multæ salarii nomine ipsis cedebant sed majorum tantum Episcopo ratio reddenda fuit; Plebs autem, ut in minoribus conniverent, pactum cum illis iniit, ut sive aliqvid, sive nihil talium committeret, annuum tributum, vocatum *Giaftoll* vel *Prófasts Giaftoll* (Præposito datum tributum) placamenti loco penderet. Hoc officium licet primitus Sacerdotibus tantum, vel etiam Episcoporum pediseqvis concederetur, valdeqve esset odiosum, cum tempore tamen ob annexum lucrum a Prætoribus & Nomophylacibus expetebatur, usqvedum Christianus Tertius anno 1556 non tantum decimas, sed etiam omnes multas suo inferri ærario jussit, simulqve ab Episcopis in Laïcos omnem in civilibus jurisdictionem transtulit, a qvo tempore Episcopi talibus Præpositis & Procuratoribus opus non habuerunt; nihilo minus cum *Ordinatio Ecclesiastica*, præter cælestis doctrinæ scientiam, a Præpositis peritiam juris civilis reqvireret, qvales tum temporis perpauci reperiebantur, Personis politici ordinis, ut Nomophylacibus & Toparchis, optimas præbendas, ea conditione concesserunt

(a) Omnia hæc multis probari possunt exemplis, omnia autem hic adducere, ut supervacaneo labori, supersedemus, qvantum hæc jurisdictio, tam qva modum, qvam ipsas res ab ea differat, qvam supra Tom. 1. pag. 550 sqq. Tom. 2. pag. 376 delineavimus, conferenti facile patebit.

ſerunt Epiſcopi, ut easdem eorumqve omnia, ſartas conſervarent, & juvenem qvendam, qvi ſacris operaretur, ſuſtentarent, ſimulqve Præpoſiti officio intra certos limites fungerentur, qvod lubenter fecerunt, præſertim cum Præpoſitis tributum *Giaftollr* nondum ablatum eſſet. Hæc autem officiorum commixtio duravit, usqve ad annum 1574, qvo Fridericus Secundus eam penitus prohibuit (a).

§. 10.

Ab anno 1573 in Holana, ſed 1574 in Skalholtina diœceſi, Præpoſiti officium tam qva perſonas, qvam qva adminiſtrationem, novam qvaſi formam & faciem adeptum eſt; poſt hac enim nunqvam a perſonis politici ordinis, præſertim cum circa annum 1579 penſionem *Giaftoll*, Præpoſitorum unicum ſalarium, ad ſe traxiſſent, aut deſideratum aut geſtum fuit; cumqve jam non in collectione tributorum & penſionum, ſed ſalutaris doctrinæ propagatione, aliisqve magni momenti negotiorum eccleſiaſticorum exercitiis conſiſteret, primariis tantum Sacerdotibus, qvi eruditione, vitæ innocentia & auctoritate aliis præſtabant, injunctum fuit; Epiſcopo enim & Eccleſiæ, ut huic officio, præſertim in locis ab illo diſſitis, ubi raro ipſe res præſens inſpicere potuit, idonea perſona præponeretur, magni interfuit. Hinc Epiſcopi, præſertim dum penes ipſos jus vocandı fuit, optimis in longe remotis locis præbendis viros doctrina & virtute præſtantes præpoſuerunt, illisqve præpoſituræ, aut, ut vocabant *Officialis* munus demandarunt; Sed cum in una aut altera provincia nulla talis vacaret præbenda, nemo ſæpe, qvi arduum munus nullo aut perexiguo beatum ſalario, (b) ſuſcipere vellet, inveniebatur, usqvedum Broſtrup Gedde anno 1596 ſeverum illud propoſuit edictum, ut

(a) Vid. ſupra pag. 4. 18.

(b) Promittit qvidem *Ordinatio Chriſtiani Tertii*, fol. 70. Præpoſitis ſufficiens ſalarium, ſed perexiguum aſſignat: " Der ſom præſterne haffve icke nock i ſognene, ſom de " have, da ville vi legge dem rundelige meere til, ſaa at de ſamme, ſom aff andre " have umage, ey maa ſelff lide nogen armod, men, naar ſom Provſterne aff nöd- " törfftighed, beſöge nogen kirke, da ſkal kirken give dem en mark, oc tage dem " fri udaff herberg, dog ſkal hand icke maa komme ſterkere end en vogen. " Valuit una marca ejus temporis, noſtræ ætatis duas. Qvod *Chriſtiani Qvarti Ordinatio Eccleſiaſtica* fol. 27 in unum thalerum, ſeu Joachimicum, commutavit.

ut qvicunqve Paſtor, jubente Epiſcopo, Præpoſiti officium gerere abnueret, modo ſufficientibus ad id inſtructus eſſet donis & viribus, præbendam amitteret.

§. 11.

Variæ autem magniqve momenti res ad *Præpoſiti officium* pertinebant; Paſtore enim qvodam mortuo, aut remoto, unacum Curiæ Senioribus, qvi univerſam tribum repræſentabant, ſucceſſorem eligere, electumqve ſuperioribus, Satrapæ ſcilicet & Epiſcopo, ſiſtere, & deniqve ſacris ab Epiſcopo initiatum, univerſo cœtui publice commendare tenebatur. Proximo deinde habitationum mutandarum tempore, (*fardaga* vocamus), templum & Præbendam aut habitaculum ſacerdotale, ab anteceſſoris hæredibus recepta, cum omnibus, qvæ ad ea pertinebant, ſuccedenti tradere, deinceps ne qvid Paſtoris incuria aut oſcitantia detrimenti caperent, providere, niſi ipſe damnum, ſi qvid accideret, publico reſtituere vellet; illi enim curæ eſſe debebat, ut omnes res ſacris uſibus intra ejus ditionis limites deſtinatæ, nullo modo, aut abalienarentur, aut inutiles redderentur, qvem in finem qvotannis templa viſitare, eorum ædificationem, rationes, utenſilia & ornamenta inſpicere debebat, templiqve curatorem de qvovis defectu, ne ulterius damnum adferret, fideliter monere. Pari modo inqvirendum ei fuit, num tribules Paſtoribus, annuas penſiones bona fide ſolverent, qvod ſi non fiebat, eosdem officii admonere, & ſi denuo tergiverſarentur, Satrapæ & Epiſcopo eorum nomina deferre. In annua qvoqve cœtuum viſitatione, de Sacerdotum vita, eruditione, docendi modo, induſtria, idqve non in una tantum, ſed in omnibus officii partibus, qvæſtionem habere debuit, ſimiliter etiam de auditorum vita, præſertim vero juniorum profectu inqvirendum fuit; Caſus conſcientiæ, ſi qvos ipſe ſolvere non poſſet, Epiſcopo referre debuit. Primis etiam temporibus mœchos & enormiores ſcortatores abſolvere, & cauſas matrimoniales diſcernere tenebatur ut & qvotannis provincialem Sacerdotum ſuæ jurisdictioni ſubjectorum Synodum habere, in eadem publicas & privatas Eccleſiæ neceſſitates, qvantum ad ejus curiam pertinebat, cum iisdem conferre, officii eos admonere, Regia Reſcripta, Epiſcopi & Synodi generalis conſtitutiones, illis promulgare. Tandem Johannis Bucholltzii mandato decimas Epiſcopo

a Rege concessas colligere, earumqve rationem reddere, injunctum fuit, qvod tamen ad eorum officium proprie non pertinebat. Et, ut verbo dicam, omnium rerum, qvibus Episcopus per universam dioecesin, providere debuit, intra suam ditionem curam gerere, eiqve luculenter significare, Præpositorum erat, ut si qvid ipsi emendare & enucleare non possent, id Episcopus sua auctoritate corrigeret & discuteret, sed omnia hæc vili valde mercede facienda fuerunt, ut supra innuimus. Tandem anno 1617 optimæ cujusvis tractus præbendæ Præpositis Edicto Regio addictæ fuisse videntur (a). Nam nulla alia unqvam aut usqvam exstiterunt prædia, de qvibus intelligi & explicari potest.

§. 12.

Ante Reformationem *jus vocandi ministros Ecclesiæ* penes Episcopos fuit, nisi qvod in Oddensem, Breidabolstadensem & Hytardalensem in Skalholtina, sed Greniadarstadensem in Holana dioecesi Archiepiscopi & Canonici Nidarosensis jus sibi sumserant. Idem jus vocandi Episcopis competens primis post Reformationem temporibus integrum mansit, nisi qvod subinde ab Episcopo vocati, Satrapæ Regii Confirmationem petiverunt. Jusserat qvidem *Ordinatio Ecclesiastica* fol. 37. ut aliqvot primarii curiales cum Præposito Curionem eligerent, nisi jus patronatus certæ cuidam personæ competeret, sed tanta erat primis Reformatæ æræ 50 annis doctorum penuria, ut tali electioni nullus locus esset, & si fuisset, neminem, nisi sibi similem, ɔ: Catholicæ Religioni addictum, antiqvi rustici eligissent; in tali ergo Ecclesiæ statu, ad Episcopi curam & vigilantiam necessario confugiendum erat, ut is orbæ sacerdote paroeciæ idoneum verbi præconem præficeret; & hoc modo vocatus, & ab Episcopo sacris initiatus, tandemqve ejus jussu a Præposito curialibus publice commendatus, legitimus curiæ Pastor habebatur. Hæc vocandi methodus usqve ad annum 1563 cum Fridericus Secundus eam abrogatum ivit (b), intacta duravit, sed aut ob mox memoratam necessitatem, aut qvod Episcopi qvorundam templorum jure patronatus gaudebant, penitus abrogari non potuit, priusqvam literæ ita florere coeperunt, ut dioecesis

(a) Vid. supra pag. 32. 59.

(b) Vid. supra pag. 3. 14.

cesis studiosæ juventutis penuria non laboraret. Ast ablata Episcopis, & ad Regios Satrapas, translata, Curiatorum vocationes confirmandi potestate, aliud irrepsit cacoëthes, qvod Rex proposito edicto prohibuit, nempe. 1) Neqvis Satraparum ullam personam, ad officium sacerdotale legitime vocatam, & a se aut alio confirmandi potestatem habente confirmatam, eadem præbenda, ullo sub prætextu privaret, qvamdiu in officio præstanda præstaret. 2) Si qvis ipsius Regis literas aut codicillos officii prava usus relatione, aut commendatione emendicare posset, ut hac vel illa frueretur præbenda, qvæ alii a Præfecto concessa esset, priorem posteriori præferendam esse; & deniqve. 3) Ne qvis Satrapa antecessoris sui confirmationem sine legitima causa mutaret (a).

§. 13.

Diaconi officium in Ecclesia Catholica magni fuit honoris & auctoritatis, nam omnia, qvæ sunt Presbyteri, Diaconi peragere potuerunt, excepta consecratione corporis Domini, ordinatione Clericorum, & aliis muniis, qvæ ordinis potestatem reqvirunt. Horum vero officium cum Reformatione abolitum fuit, sed successerunt alii. 1) Qvi curam pauperum gererent, de qvibus vide *Ordin. Eccles.* Fol. 66 — 77. 2) Qvi rudiores in doctrina Catechetica erudirent Fol. 65. Priorum officium in Islandia gesserunt cujusvis tribus præstantissimi Coloni, *Qvinqve-viri*, vel etiam *Reppagogi* ideo vocati. Posteriores autem fuerunt Studiosi, rude scholastica donati; hos primum ad qvodvis Beneficium & præbendam ditiorem ali & doceri jussit Olaus Bagge, Bucholtzii Satrapæ Vicarius anno 1569, ita ut ubi unus Pastor oneri non par videretur, duo Beneficiati operas conjungerent, ut unus talis Diaconus sustentari posset; qvi Episcopo, cui hæc exseqvenda committebantur, refragaretur, ei præbendæ privatio indicebatur, qvod ipse Bucholtzius anno 1571 confirmavit (b). Sed

(a) Vid. supra pag. 31. 53. sqq.

(b) Si qvid sapio, per juvenes, qvi hic *Diaconi* vocantur, intelligendi sunt adolescentuli, qvos Beneficiati præparare jubentur: legere & scribere doceant, ut aptiores fiant, qvi ulterius in scholis informentur; conf. ejusdem Bucholtzii mandatum, de eadem re datum 1577 in qvo magnopere laudat Freysteinum Grimi, Pastorem Stafholtensem, ante 9 annos mortuum, qvod tales informandos semper domi suæ habuerit.

Sed hoc unqvam exſecutum fuiſſe, valde dubitamus. Anno autem 1575 d. 21 Martii ipſe Fridericus Secundus juſſit, ut Diaconi ad qvodvis Monaſterium gratis ſuſtentarentur, qvod in Holana, non vero Skalholtina diœceſi receptum fuit.

§. 14.

Templis & eorum privilegiis Religionis Reformatio haud parum mutationis, inprimis damni & penuriæ, attuliſſe videtur, nam non tantum jura aſyli, qvibus antea gaudebant, penitus amiſerunt (a), ſed etiam, qvamvis plurima valde eſſent egena nihilqvc ſuperfluum aut ad luxum referendum haberent, & Reges ſæpius ne eorum bona & poſſeſſiones interirent, vel minuerentur, caverent, eorumqve prædia abalienarentur, ſevere prohiberunt (b); nihilo minus pleraqve eorum ornamenta & utenſilia qvæ alicujus pretii videbantur, ut ſuperflua, illis ablata fuerunt (c). Tandemqve abrogatio miſſarum & vigiliarum, eorum, non ſecus ac Sacerdotum annuis proventibus, magnam adtulit imminutionem, ab eo enim tempore penſiones in candelas, mercedem ſepulturæ (d), & qvartam decimarum partem tantum retinebant; Proprietarii autem mercedes prædiorum ſuis inferebant loculis, ut & dimidium fœnoris, ex vaccis & agnis ad ea pertinentibus, reliqva vero pars cum tempore Sacerdotibus ceſſit; Qvædam præterea, ut minus neceſſaria, penitus diruta, aut alio transvecta fuerunt (e). Taceo ſpeciales caſus, qvi qvibusdam magnam intule-

---

(a) Vid. ſupra pag. 28.

(b) Conf. Reſcripta data 1556 — 1579 — 1619 — 1636 ſupra pag. 4, 62, 71 & Tom. 2. pag. 335 allata.

(c) Conf. ſupra Tom. 2. pag. 285. ut & infra Sect. 3. cap. 1. §. 22 ubi aureos templorum calices & 1100 lothones argenti, templis Iſlandicis ablata, Regium ditaſſe ærarium legimus, ut & multa de inutilibus campanis & templorum inventariis Regio fiſco inferendis Reſcripta.

(d) De mercede ſepulturæ probe notandum, duplicem eandem fuiſſe, aliam ſacerdoti, qvæ tantum 6 ulnas, ſeu 24 obolos valebat, aliam autem templo, qvæ duplo majus, ſeu 48 obolos, pendi debuiſſe. De poſteriore hic ſermo eſt.

(e) Vid. infra Sect. 3. cap. 3. §. 14.

intulerunt perniciem (a), ut & onus templa illa exſtruendi & reficiendi, qvæ in Regiis fundis ſita ſunt, qvod hoc temporis ſpatio, vel etiam pauperrimis, qvæ ſemet ipſa ſuſtentare vix valuerunt, imponi cæptum eſt (b). Legata autem & donationes, qvæ antea crebro illis obtigerunt, jam ceſſabant (c).

§. 15.

Nec minorem fatorum viciſſitudinem experta ſunt *ſacella*, cujus prima cauſa fuiſſe videtur Papiſticæ Religioni adhærentium præpoſtera pietas, nam cum publice in templis miſſas, inferias, & vigilias celebrare non liceret, in ſacellis easdem peragere putabantur, ut ex Chriſtiani III. anno 1555 edicto clare patet, qvi qvid Sacellis faciendum eſſet, optimates deliberare juſſit (d). Hi autem eodem anno Beſſaſtadis congregati, ea, qvæ non viderentur neceſſaria, deſtrui, vaccarum vero æqvamenta, & qvæ poſſiderent pecora, partim Sacerdotibus & Noſocomiis, partim autem Proprietariis attribui, ornamenta pauperibus templis, fundos vero & immobilia prædiorum poſſeſſoribus cedere debere cenſuerunt. Qvam ſententiam Regi non placuiſſe indicat Reſcriptum datum 16 Aprilis 1556, qvo expreſſe prohibet, ne verbi divini prædicatio, nec ulla ſacri officii munia in ſacellis poſtea peragantur, ſed nihilo minus Sacerdotibus ex eorum bonis conſvetum ſolvatur ſalarium (e); unde & ipſa deſolari cœpiſſe, & Sacerdotum ſalaria deſveviſſe videntur. Id autem non ſemel & ſimul

(a) Tales fuerunt ruina templi Cathedralis Holenſis 1625, & Beſſaſtadenſis 1619, qvæ tempeſtates dejecerunt. Incendium templi Veſtmannejenſis qvod piratæ anno 1627 combuſſerunt, ut & direptio templorum Halſenſis, Heidalenſis, Grindavikenſis, aliorumqve ab iisdem piratis facta, conf. ſupra pag. 81. ſqq.

(b) Vide Chriſtiani Qvarti Edictum 1616 d. 19 Aprilis, ſupra pag. 58 ſq.

(c) Legata & donationes ad pios uſus hoc temporis periodo perpaucæ & pæne nullæ occurrunt, niſi forte in eorum teſtamentis qvi ſub papiſmo vixerunt, qvorum præcipuus fuit David Gudmundi, qvi templis, qvorum ipſe Patronus fuerat, qvædam legavit. Sed neſcio an huc ſpectet Principis Chriſtiani Qvinti donatio, ad refectionem templi Holenſis 1626, vid. ſupra pag. 30. talium autem plura hac vice non occurrunt.

(d) Vid. ſupra Tom. 2. pag. 329.

(e) Vid. ibid. pag. 333.

ſimul ſed paulatim factum fuiſſe, ex actis Giſlai Epiſcopi, præſertim vero generali templorum in diœceſi Skalholtina circa annum 1575 conſcripto indice, ubi permulta, eorumqve poſſeſſiones recenſentur, abunde patet. Sed anno 1589, aperte qveſtus eſt Oddus Epiſcopus qvædam deſolata eſſe, & qvorundam inventaria & poſſeſſiones abalienatas; Paſtores vero ſua mercede privari, qvibus Synodi Vallaneſenſis conſtitutione facta 12 Auguſti obviam ire intendit, tandemqve anno 1598 in generali Dicaſterio, communi Præfecti Regii, utriusqve Epiſcopi, Nomophylacum, aliorumqve ibidem conſtitutorum magnatum, conſenſu concluſum fuit, ut ſacella, cum omnibus, qvæ iis tribuunt antiqvi indices, ſive juribus, ſive poſſeſſionibus, ſarta tecta manerent, utqve Sacerdotes in illis diebus profeſtis, qvoties neceſſitas poſtularet, & illorum ferret commoditas, verbum Dei prædicarent, & Sacramenta adminiſtrarent, Proprietarii vero inſtrumenta & ornamenta, ſacro officio peragendo neceſſaria, ſacerdotiqve ſalarium, & ſuſtentationem, dum operi incumberet, ſubminiſtrarent, qvod cum nemini diſpliceret, ad noſtra usqve tempora duravit (a).

§. 16.

Cœnobia tempore Reformationis in diœceſi Skalholtina exſtiterunt qvinqve, qvorum antiqviſſimum fuit *Thyckvabæenſe* ad Regulam Sancti Auguſtini inſtitutum 1168, qvod, qvantum ſcimus, 19 habuerat Abbates, & multis viris doctis floruerat annis circiter 390. Alterum *Helgafellenſe*, Sanctæ Mariæ, Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini, primo in Flateya 1172 fundatum, ſed 1184 Helgafellum translatum, qvod opibus & 25 Abbatibus, annis 370 floruerat. Tertium *Videyenſe* Sanctæ Mariæ Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini, conditum 1226, qvod ſub 16 tantum Abbatibus annis 316, omnium Islandiæ monaſteriorum ditiſſimum evaſerat. Qvartum *Kirkiubajenſe* Monialium Sancti Benedicti Regulam obſervantium, conditum 1186, qvod varia expertum fata videtur, cujus Abbatiſſarum nomina 12 tantum ad noſtram notitiam pervenerunt, duravit annos 365. Qvintum S*kridenſe*, conſecratum Sancto Sangvini 1493, qvod Priores 58 annorum ſpatio 4 habuit.

(a) Conf. infra Sect. 3. cap. 3. §. 14. & cap. 4. §. 9 & 10. ubi plura huc ſpectantia occurrunt.

habuit. In Holana vero diœcesi qvatuor fuerunt monasteria, *Thingeyrense*, cujus membra Sancti Benedicti Regulam profitebantur, fundatum circa annum 1110, sub 23 Abbatibus annis 440 magnas opes congessit, & haud paucos viros doctos produxit. Alterum fuit *Munkathveraaënse*, fundatum 1155, cujus alumnos Benedicti itidem regulæ nomen dare oportuit. Floruit hocce monasterium sub 24 Abbatibus, annis 396. Tertium fuit *Mödruvallense*, constitutum 1298, cujus Abbas ipse Episcopus Holensis Priorem Monachis ordinis Sancti Augustini Canonicorum Regularium præfecit, qvorum octo tantum nomina nobis innotuerunt, duravit annis 265. Qvartum *Reinestadense* Monalium Regulæ Sancti Benedicti, qvorum Abbatem Holanus Episcopus ipse egit, fundatum 1296, 10 habuit, 265, qvo floruit, annorum spatio Abbatissas. Licet primo Rex Gloriosissimus Christianus Tertius Islandiæ paupertatis misertus, & Gissuri Episcopi intercessione inductus, omnia hæc, saltim Skalholtinæ diœceseos, monasteria in scholas commutare constituisset; edictaqve pridie Præsentationis Mariæ 1542 dedisset, qvibus Abbati Monasterii Helgafellensis & conventui Videyensi, ut ludum literarium, in qvo juventuti lingvæ latinæ & artium elementa instillarentur, mandabatur; Reliqvis autem Thyckvabajensis scilicet, Skridensis & Kyrkebajensis Antistitibus, ut Pædagogium, in qvo juniores legere & scribere docerentur, instituerent; Aliorum tamen interventu & suggestionibus, non minore Religionis & literarum damno, qvam Reformationis odio, qvasi ditescendi tantum causa suscepta fuisset, ut mussitabant Catholici, Regis animus mutari cœpit, paucis enim interjectis septimanis, edictum de Videyensi cœnobio revocavit, caussans suis Præfectis hocce monasterium, ad villicationem ibidem instituendam tam aptum esse, ut eo carere neqvirent, cum aliam ubi habitare possent, non haberent, qvod falso ei Otto Stigoti, aut alius qvisqvam retulerat (a), sed Helgafellense 1543 aut 1544 a Regiis occupatum fuit; Reliqva autem procedente tempore, seu circa annum 1551 aut 1552 eadem subierunt fata, ut ab eo tempore Redemturæ nomine certo pretio conducta fuerint, mercesqve Regio Ærario inferri juberetur.

§. 17.

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 298.

§. 17.

Habitacula Sacerdotum, dicta alias *Præbendæ* aut *Beneficia*, eadem fuerunt, iisdemqve gaudebant juribus ac privilegiis qvæ a priscis abhinc temporibus habuerant, scilicet ut iis eorumqve possessionum cujuscunqve tandem nominis fuerunt, fœnore & usufructu Sacerdotes libere potirentur, & ad sui suorumqve sustentationem uterentur, unica adjecta conditione, ut omnia sarta tecta conservarent, qvæ & decimarum onere, qvantum domesticum aut principalem fundum attinet, libera fuerunt, perinde etiam ipsi Sacerdotes, ab omnibus, qvæ Laici & coloni magistratui Politico solvere solent, oneribus immunes manserunt. Sed cum qvidam immunitatem a decimarum pensione etiam ad omnes Præbendarum villas extendere vellent, id multis licet sæpius in diœcesi Skalholtina repetitis constitutionibus conclusum fuerit, sed expresse a Regibus Holanæ diœcesеos incolis præscriptum, nunqvam tamen ab omnibus in Skalholtina usu receptum fuit Cum vero in Skalholtina diœcesi permultæ, & in Holana qvædam, exstarent Parœciæ, qvarum Curiones nullum intra tribum certum haberent habitaculum, Regia Majestas illis anno 1580 intercedente Gislao Jonæ Episcopo Skalholtino 32 eo nomine concessit villas, his autem intercedente Gudbrando Holensi Episcopo 100 imperialium annuum stipendium (a). Residuis vero Pastoribus, qvi nullum habuerunt domicilium, ipsi Præsules, ex Prædiorum cathedralium numero, idonea adjecerunt habitacula, qva de re alibi uberius differendum veniet, qvo lectorem remittimus (b).

§. 18.

Cum prædiorum sustentationi pauperum destinatorum, qvæ communiter *Christfiárjarder* dicuntur, sæpius injiciatur mentio, de illis, ut etiam pauca differamus, non abs re esse videtur. *Christfe* apud nos communiter dicitur qvod pauperibus legatum est, *Christfiárjörd* itaqve notat prædium Christo, & vere Christianis pauperibus datum; Talia in diœcesi Skalholtina aliqvot exstant, sed variis personis & variis conditionibus

(a) Vid. supra pag. 17. 20 sqq.

(b) Vide infra Sect. 3. cap. 3. §. 12. & Sect. 4. cap. 2. §. 5.

bus legata, qværdam enim data & attributa sunt ea lege, ut vidua qvædam duos vel tres habens orphanos, eadem inhabitet, & eorum usufructu fruatur, usqvedum natu minimus ephebis excesserit, sive annum agat ætatis 16; Alia, ut unus orphanus ad maturam usqve ætatem ex eorum locario alatur, qvædam ut annosus aliqvis pius & egenus, eorum fœnore sustentetur, & alia aliis adjectis conditionibus, Episcopo autem incumbit, ut provideat, ne indigni hac eleemosyna fruantur, nec prædia & eorum inventaria, qvantum fieri potest, qvicqvam detrimenti capiant, qvod autem non rite semper hanc rem administraverint, aut, qvod verius forte dici potest, qvod hujus rei malæ administratæ accusati fuerint, præsertim Oddus Episcopus, qvasi pauperibus prædiorum mercedes subtraxisset, & suis loculis inferri curasset, ex tot de ea re Regiis Rescriptis & edictis, patet (a). Qvæ calumnia tandem eo venit, ut Christianus Qvartus eorum mercedes Nosocomio Videyensi attribuere cogitaverit, remqve optimatum deliberationi commiserit, sed cum hæc propositio nemini arrideret (putabant forte natam esse ex eorum susurris, qvi his prædiis ipsi inhiabant), omnia in pristino statu manserunt, hodieqve manent.

§. 19.

De *Nosocomiis* in gratiam leprosorum aut scorbuto maligno infectorum statim post Reformationem cogitatum fuisse ostendit *Conventio Bessastadensis*, Regiæ Majestatis jussu facta anno 1555, ubi qvatuor prædia huic usui commodissima denominantur, *Gufudalur* in tractu Occidentali, *Kaldadarnes* in australi, *Biarnanes* in Orientali, & *Glaumbær* in diœcesi Holana, qvibus dimidiam partem bonorum mobilium & pecudum (*kúgillde*) qvæ ad sacella pertinebant, de qvorum reductione tum agebatur, addi placuit. Sed in Regio Rescripto, dato 155[illegible], qvo constitutio Bessastadensis, partim confirmatur, partim aboletur, dicitur bonum videri, ut nulla erigantur in Islandia Nosocomia, sed pauperes per regionem circularentur (b). Anno 1593 denuo hæc qvæstio moveri cœpit, nam inter ea qvæ Islandi Jonæ Nomophylaci in mandatis dede-

N 2 runt

(a) Conf. infra Sect. 3. cap. 4. §. 18. & supra pag. 62.

(b) Vid. supra pag. 334.

runt, hoc etiam fuit, ut Regiæ Majeſtati proponeret, huicqve, ut concederentur uſui prædicta prædia, cui gratioſiſſime reſpondit Regia Majeſtas; Hac vice de re tam magni momenti tranſigi non poſſe, ſed gratioſe ſe reſponſurum, qvam primum Senatus Regni convenerit.

§. 20.

Nec *decimæ* omnino intactæ effugerunt, diximus ſupra decimas Islandorum in qvatuor dividi partes, qvarum una templis, altera Epiſcopis, tertia Sacerdotibus, qvarta pauperibus ceſſit. Sed Reformatoribus Religionis neceſſarium eſſe videbatur ut hæc etiam res Reformationis non expers eſſet. Prima itaqve hujus rei mentio fit in Inſtructione, qvam Rex Canuto Steini dedit, anno 1555, ut cum optimatibus Islandorum deliberaret, dicitqve ſuam eſſe voluntatem, qvo templa melius ſarta tecta conſerventur, ut ex omnibus ſuæ Majeſtatis, Cathedrarum & Cœnobiorum prædiis decimæ ſolvantur, qvarum una pars Epiſcopo, altera Sacerdoti, tertia templo, qvarta pauperibus ſolvatur, ſevereqve Præfectis Regiis mandatur, ut provideant, ne pauperibus minima pars cedat (a). De qva re, optimatum Islandiæ, Beſſaſtadis eodem anno congregatorum ſententia fuit, qvod ex omnibus prædiis decimæ pendendæ eſſent, exceptis Cathedrarum, Templorum, & Cœnobiorum propriis fundis (*Heimaland*) ut & pecudibus, ſeu vaccarum æqvamentis, qvæ ibidem aluntur, cum earundem annua mercede Sacerdotes & pauperes ſuſtentati fuerint. Sed anno ſeqvente 16 Apr. qvorundam aulicorum inſtinctu, mutata ſententia edixit Rex, ut qvarta pars decimarum, qvæ huc usqve Epiſcopis ceſſerat, ſuo abhinc ærario inferatur (b). Melius autem de Regionis paupertate informatus, anno 1558 Præſuli Skalholtenſi decimas ex qvatuor Toparchiis reſtituit (c), qvibus ejus filius & ſucceſſor Fridericus Secundus anno 1565 duas adjecit, qvi etiam 1560 duarum Toparchiarum decimas Holenſi ſcholæ conceſſit (d). Cum vero Epiſcopi, Sacerdotes,

---

(a) Vid. ſupra Tom. 2. pag. 329 ſq.

(b) Vid. loc. cit. pag. 334.

(c) Vid. ibid. pag. 336 ſq.

(d) Vid. ſupra pag. 12. 16.

dotes, Cœnobiorum & Redemturarum conductores conventionem Bessastadensem, qvatenus a Rege non fuit exauctorata, & ejus verba, qvæ de proprio fundo agunt, ad omnes Templorum, Cœnobiorum & Redemturarum villas extendere vellent, id suo Rescripto de salario Sacerdotum in diœcesi Holana, data 1575, Regia Majestas abrogavit, jubens, ut ibidem ex qvocunqve fundo, cujuscunqve tandem esset, decimæ solverentur (a). Qvod etiam Christianus Qvartus anno 1591 confirmavit, qvatenus decimæ ad templa pertinent.

§. 21.

Ante Reformationem *Sacerdotum salaria* sat lauta fuerunt, nam ex missis, inferiis, vigiliis, testamentis, variis oblationibus, aliisqve hujusmodi ingens sæpe lucrum faciebant, qvod tamen, prout sors tulit, nunc majus, nunc minus fuit, ideoqve inter incerta hæc numerabantur, certa autem & stata fuerunt, aut *Prestskyld i Heimalande* (b), id est tantum ex templi proventibus, qvantum Sacerdoti sustentando suffecit, aut ejus loco, ubi Pastor plura habuit templa & parœcias, qvibus inserviret, tres, qvatuor, aut plures marcæ; Ex curialibus vero qvartam decimarum partem, unius agni pasturam (c), & pensionem pro mortuorum sepultura. Præterea, qvi ditioribus fruebantur præbendis, earum etiam proventum plerumqve omnem habebant, sed sublatis & prohibitis anno 1542 missis, vigiliis, & inferiis, tantum acceperunt damnum, ut vitam ægre sustentarent, licet enim tam in *Ordinatione Ecclesiastica*, qvam a Gissuro Episcopo Regis nomine promissa fuerat ablatorum compensatio (d), eventus tamen

 promissis

(a) Vid. ibid. pag. 20 sq.

(b) De *Prestskyld i Heimalande*, vide infra Sect. 4. cap. 1. §. 11.

(c) Agni Pastura, alias *heytollr*, est perantiqva pensio, 16 obolos non excedens, Sacerdotibus eo nomine solvenda, ut ipse semper eqvum alat, & in promtu habeat, qvocunqve a curialibus officii peragendi causa vocatur; Exstant de hac pensione tam antiqvæ, qvam recens concinnatæ constitutiones.

(d) Id stipulatus est Gissurus Episcopus, tam in Synodo Thingvallensi, qvam Middalensi, cum illis *Ordinationem Ecclesiasticam* recipiendam proponeret. Id idem ipse Rex in Rescripto dat. 1542 die Repræsentationis Mariæ, conf. supra Tom. 2. pag. 275. ut & in ipsa *Ordinatione Ecclesiastica* fol. 61. promisit: " Skulle Præster oc Degne " nyde

promiſſis non reſpondit, nam eo nomine ne hilum qvidem illis attributum fuit, niſi qvod ex *Articulorum Ripenſium* præſcripto unum diem pauperrimi, qvi nihil pendere potuerunt, illis inſervire debebant, priusqvam anno 1629, cum tandem dimidiatas vaccarum, qvas templa poſſidebant, annuas mercedes acciperent, qvod non ſolam Paſtoris ſuſtentationem (Preſt Skyld), multo minus omnia, qvæ illis ablata fuerunt, compenſavit, & qvod anno 1572 Regia munificentia & Epiſcopi commiſeratione illis, qvi nullum habuerunt domicilium, villæ, qvas habitarent, conceſſæ fuerunt.

§. 22.

Marſupium, ſeu *tabula*, an qvovis feſto die ad qværendum ſtipem in uſum templi & pauperum, dum concio habebatur, in templo circumlata fuerit, non dicam, licet id negare non audeam. Idem mihi judicium eſt de binis in templo *gazophylaceis*, altero ad templum pertinente non procul ab altari, altero autem paulo intra fores templi pauperibus proprio. Pariter etiam ſegnis ſum ad credendum omnes aut *teſtamenti* nomine, aut *pro anima* (a), templo, ſacerdoti, diacono, aut pauperibus, licet id jam non ſecus ac ſub Papatu exigeretur, aliqvid legaſſe. Nec diſſimilis mihi eſt ſententia de *oblationibus* duobus ſummis feſtis Sacerdoti ferendis. Sed pro baptiſmo infantum, conjugum copulatione, & puerpe-

" nyde ſamme Privilegier, ſom de haffde i Biſpernis tid, oc ikke ydermeere beſvæ-
" res dermed af os, end de tilforn vare beſværede af Biſperne, dog ville vii haffve en
" chriſtelig tilſiun, at de blive forſkaanede epter leyligheden. "

(a) Omnia hæc a plebe poſtulat *OLAUS* Epiſcopus in *Inſtructione Viſitationis;* de oblationibus ita loqvitur §. 12: " Tvær hátídir offur, heidurs offur, ſem er nær börn ſkír-" aſt, brúdir vígiaſt, oc konur gánga í kyrkio fyrir utan liós oc vígt vatn, þvíad " hún heyrir gudi til med ſínum líſs ávexti. " Id eſt: *Duobus feſtis* (Natalitiorum ſcilicet & Paſchæ) *offerendum eſt. Honorifica oblatio eſt, cum infantes baptizantur, ſponſæ conſecrantur, & puerperæ templum intrant ſine lumine & aqva conſecrata. Dei enim eſt cum fructu ventris ſui.* Ejusdem libri §. 17 & 18 de ſtipis collectione agunt, qvos hic adſcribere ſuperſedemus, ſed §. 20 de teſtamentis agens, ita ſe habet: " Aller menn eru ſkyldugir ad gefa ſálugiafir oc teſtament ſem þeir for-" mega, fyrſt til ſóknarkyrkiunnar, ſídan til preſtſens oc diáknans oc til fátækra " í ſóknenne. " Id eſt: *Omnes debent pro modo facultatum, templo, ſacerdoti, diacono & pauperibus aliqvid legare, & pro anima ſua dare.*

puerperarum introductione aliqvid a ditioribus datum fuisse non nego; plurima autem horum inter pia desideria semper mansisse, facile adducor ut credam, nam munificentia in templa & sacerdotes cum religionis reformatione, si non penitus, certe magna ex parte cessavit.

§. 23.

Præter insigne illud damnum & *redituum diminutionem*, qvæ ex vigiliarum, inferiarum & missarum abrogatione ad templa, eorumqve ministros, Presbyteros scilicet & Diaconos redundavit, plurima etiam alia ipsis sub Papatu pendi solita, cum Reformatione amiserunt, qvalia fuerunt: *Oststollr*, *Skiædatollr*, *Lambatollr*, *Fiskatollr*, aliaqve sub nomine *Iskyllda*, comprehensa, qvorum ratio talis fuit, qvod cum templa aut sacella fundarentur, dominus aut possessor fundi, aliis suo exemplo præiens, vaccas, oves, eqvos, vel etiam partem fundi, templo ad sui conservationem & Ministrorum verbi sustentationem donavit, cujus reliqvi curiales vestigiis insistentes, non tantum pro se, sed etiam suis successoribus sancte promittebant, & sanciverunt, ut ex qvavis curiæ villa, templo aut sacerdoti, portio (plerumqve 10 pondo) casei, calceamenta, agnus anniculus, & tale qvid aut ejus æqvivalens (a), qvotannis penderetur.

(a) Hujus rei testes luculentissimi sunt templorum qvorundam indices, qvos hic enumerare tam longum foret qvam tædiosum; Sed exempli tantum gratia nominare licet, templa Cathedralia; Skalholtensi enim tributum casearium pendendum fuit a qvovis tributario colono in tota qvarta australi; Sed Holensi in tractu Skagafiord; Videyensi per Toparchiam Kialarnesensem a Botnsa ad Hafnarfiord; Templo Eyrensi in tractu Bitru debebatur pastus agni, tributum casearium, unius viri calcei & (*málsmiólk*) tantum lactis, qvantum cujusvis coloni pecus lactarium una vice dat, & hæc omnia per universum tractum Bitrensem. Omnia autem longe superavit templum Oddense, cui non tantum a qvovis Colono intra Toparchiam Rangarvallensem tributum casearium debebatur, sed etiam sub nomine *Iskyllda*, ex variis villis, tam intra, qvam extra parœciam, per totam fere Toparchiam, pendendum fuit circiter 70 Joachimicorum æqvamentum; qvæ tributa haud improbabiliter imposita fuerunt ab antiqvis Oddensibus (Oddverium), Sæmundo scilicet Polyhistore ejusqve majoribus & posteris, qvi Oddæ supra 200 annos sedem habuerunt, & fere totius provinciæ domini fuerunt. Omnia hæc tributa in usu fuisse tempore Vilchini Episcopi, sive circa annum 1400, testantur *indices templorum* ab eo conscripti, sed pleraqve tempore Gislai Episcopi, cum is tales *indices* denuo consignaret, circa annum 1575 obsoluisse testimonio est, qvod eorum nullam aut perraro mentionem facit.

tur. Qvandoqve etiam Epiſcopi, & imperioſi prædiorum domini plebi, ut talia promitteret & penderet, aut injunxerunt, aut perſvaſerunt; Qvandoqve etiam id qvod proprie ſub *Iſkylldu* vocabulo continetur, duos vel tres coronatos æqvabat (a). Qvæ omnia cum Reformatione primo obſoluerunt, cum Catholicæ Religionis ruſtici Lutheranæ Religioni addictis Sacerdotibus talia pendere tergiverſarentur, & cum tempore penitus abolita ſunt, nam ad Magiſtratum politicum, qvi ea tempeſtate clerum exinanire qvam maxime ſatagebat, in talibus appellare parum juvabat. Cui aliud mox acceſſit detrimentum, cum Nomophylaces Theodorus Gudmundi & Jonas Jonæ cum omnibus publici dicaſterii aſſeſſoribus, anno 1574, qvo Jonas primo id officium capeſſivit, ſancirent, ut tres partes exanimatarum rerum, qvoad rationem decimas ſolvendi, poſthac pro una æſtimarentur, qvo triens tantum decimarum ex rerum inanimatarum pretio, templis, Sacerdotibus, reliqvisqve decimarum poſſeſſoribus remanſit.

§. 24.

Qvalis hoc tempore plurimorum, qvi ſacro officio fungebantur, *eruditio* fuerit, ex rei literariæ tenuitate facili conjectura concludi poteſt, cui accedit, qvod multi antiqvorum Parochorum, qvi pro modo ſeculi literati vocabantur, licet primo promiſſione largioris ſalarii, aut qvod omnia illa qvæ ſub Papatu habuerant jura & proventus illis ſarta tecta conſervarentur, ſi novam ordinationem reciperent, & Lutheranæ religioni nomen darent, cum maximam, qvam tum habuerunt, proventuum partem, per inferiarum, miſſarum, vigiliarum, pluriumqve ejusmodi neniarum abrogationem amitterent, promiſſaqve remuneratio, ex templorum bonis, aut alio qvodam fundo non præſtaretur, officium aut depoſuerunt, aut dicis tantum cauſa retinuerunt; Sed perpauci, qvi filios & clientes literis imbui voluerunt, inveniebantur, nulla præterea in tota Islandia publica erat ſchola, ubi juvenes erudiri poſſent, & perpauci illi, qvi aliqvid docere valebant, Lutheranæ Religionis emolumento id invidebant. Præterea hoc malum inſignis librorum penuria adauxit, nam ad annum usqve 1570 libri Islandici præter *Manuale* qvod Jonas Aræſonius &

(a) Confer qvæ de decimis & decimandi modo ſcripſimus ſupra Tom. I. pag. 120 ſqq.

& deinde Martinus imprimi curaverat, *Novum Teſtamentum*, *Corvini Expoſitiones Evangeliorum Dominicalium*, *Catechiſmum Lutheri* minorem, *Margaritam Theologicam*, *Hiſtoriam Paſſionis Chriſti*, *Caput 53 Eſaiæ* cum ſuccincta explanatione, *Hiſtoriam deſolationis Hieroſolymarum*, & *Pſalterium* qvoddam, nulli exſtiterunt impreſſi. Latinæ lingvæ perpauci, Germanicæ vero nonnulli intelligentes fuerunt, ſed plerumqve ſeniores, qvi alios erudire dedignabantur, qvo factum eſt, ut Epiſcopi meliores præbendas Laïcis ea conditione conferrent, ut templum, omniaqve ejus bona ſarta tecta conſervarent, & juvenem qvendam, qvi Sacramenta adminiſtrare, & Corvini Expoſitiones concioni prælegere poſſet, ſuſtentarent (a). In horum numero fuerunt Oddus Gotſkalki Nomophylax, qvi hac conditione Reykhollto triennium præfuit, ſimulqve Præpoſitum provinciæ Borgfiordenſis egit, cui in his officiis ſucceſſit Thordus Gudmundi itidem Nomophylax, & Prætor ejusdem Toparchiæ, qvi etiam Melenſem præbendam habuit. David Gudmundi ſub Giſſuro hoc modo præfuit præbendæ Hvammenſi in Hvammſveit, & Præpoſitum egit Toparchiæ Strandenſis, cui ſucceſſit Biörnus Johannis, ſed Jonas Grimi ea conditione præfuit Hvammo in Nordurardal, & ſic multo plures. Pauperiores autem præbendas, qvæ unum vix ſuſtentare ſacerdotem valuerunt, in antiqvos Colonos, qvi legere didicerant, aut in exauctoratos Pediarios conferebant, qvibus, ut ſacris initiarentur, perſvadere potuerunt, qvales fuerunt, Thordus Paſtor Steinsholltenſis, Thorlacus Paſtor Myrdalenſis, Gudmundus Arnarbailenſis, & alii, qvos omnes nominatim recenſere ſuperſedemus. Tandem etiam addi poteſt talium paucitas, nam pleriqve Paſtores tres aut qvatuor parœcias ſuæ curæ commendatas habebant.

§. 25.

Indoctorum juvenum & colonorum, primis a Reformatione annis, qvales fuerint conciones publicæ, jam tetigimus, ſed procedente tempore,

(a) Talia in Iſlandia fuiſſe Religionis Lutheranæ initia non mirabitur, qvi non multo meliora in Dania fuiſſe obſervaverit, qvid enim aliud, qvam idoneorum verbi miniſtrorum penurjam innuit *Ordinatio Eccleſiaſtica* fol. 70 ubi Epiſcoporum mediaſtini & eqviſones, ut ſancti Miniſterii, & in templis, & in ſcholis, Candidati proponuntur?

pore, & aucta per typographiam Holensem ſuppellectile libraria, ut & literis paulatim florere incipientibus, hoc etiam ſtudiorum & publici cultus divini genus profectum feciſſe non dubitamus (a). *Corvino* autem in cancellis apud qvosdam concionatores, ſucceſſerunt *Viti Theodori Expoſitiones Evangeliorum*, editæ Holis 1603, pluresqve erant, qvi ſine cortice (ut ita dicam) ante 1640 non natabant, qvod tamen ad omnes haud extendere licet. Cumqve injunctum eſſet, ut *doctrina Catechetica*, aut Catechiſmi recitatio & expoſitio cuivis concioni publicæ ſubnecteretur (b), certum eſt, qvod textum recitaverint, expoſitio autem indoctorum & libris huic operi inſervientibus plane deſtitutorum, qvalis fuerit, facile eſt conjectare, tales enim nullos, aut ut puto, perpaucos, ante annum 1575 in Islandicam translatos lingvam habuerunt libros, nam *Catechiſmi Palladiani* verſio Islandica, qvam Theodorus Enari Hafniæ adornare cœperat, ob præmaturam ejus mortem, ad umbilicum perduci non potuit (c). Hinc etiam, ſeu ob librorum penuriam, qvidam tale exercitium plane omittebant, aut ut ſupervacaneum parvi feciſſe videntur, usqvedum Auguſtiſſimus Rex Chriſtianus Qvartus anno 1635 ſub minitatione ab officio depoſitionis idem paſtoribus ſeveriſſime injunxit (d), tandemqve anno 1638, ut etiam in ſcholis traderetur, mandavit,

(a) Qvam jejunæ plurimorum Paſtorum conciones tempore Giſſuri Epiſcopi fuerint, ex ejus ad eos de *Corvini Poſtillæ* acqviſitione, qvaſi abſolute neceſſaria, anno 1547 ſcripta epiſtola colligi poteſt; Simile qvid etiam haud raro in præfationibus Gudbrandi Epiſcopi legere licet. Confer etiam Giſlai Ottonis ad Joh. Magni Epiſtolam, infra Period. 6. Sect. 3. cap. 1.

(b) De concionibus Catecheticis *Ordin Eccleſ.* fol. 24. ita loqvitur: " Hver Söndag ſkulle " Landspræſterne forklare en Articel af nogen part udi Börnelærdom, oc al den ſtund " de duelie udi en part, da ſkulle de ocſaa (ſom förre er ſagd om Kiödſtæderne) all- " tid fortellie den heele part, ſom naar de ere i Budordene, oc haffve it at forklare, " da ſkulle de alligevel oplæſe alle de andre end oc der ſaa til forklaring ikke flere " udlegges end det ene, oc lige ſammeledis i Troens Artickler oc Pater Noſter. " Conf. Chriſtiani III. Reſcriptum de miſſis & vigiliis, qvibus ut Catechetica doctrina ſuccedat, jubet; Epiſcoporum hac de re monita occurrunt infra Sect. 3. cap. 1. §. 13. cap. 4. §. 6 & 7. Period. ſeqv. cap. 1. §. 2.

(c) Vide Epiſtolam Palladii ad Petrum Enari & Ormum Sturlæum, ubi hujus Theodori Einaridæ Studioſi Iſlandi mentionem facit, dicitqve eum anno 1545 huic verſioni immortuum fuiſſe.

(d) Vid. ſupra pag. 70. ſq.

vit, ab eo enim tempore & acrius urgeri, & decentius proponi cœpisse verisimile videtur.

§. 26.

Licet publica hæc in templis institutio utilis sit, & plane necessaria, non tamen rem ita conficere, ut assidua non opus sit iteratione & ad qvotidianum usum applicatione, nemo nescit, nisi qvi talium rerum est nescius, cumqve hæc exercitatio parentum & patrumfamilias curæ maxime incumbat, (sed qvantum illis subinde in re tam magni momenti credendum sit, non opus est ut multis exprimatur) *Visitatio domestica* a providis Ecclesiæ inspectoribus instituta fuit, qvæ etsi Pastoribus in *Ordinatione Ecclesiastica* (a) aperte non fuerit mandata, ab Episcopis tamen nostratibus, omnibus injunctam fuisse, ex eorum constitutionibus, qvæ id, nunc expressis verbis, nunc per bonam conseqventiam, secum ferunt, manifestum est. Tandemqve ne qvis negligentiæ aut tantum negotium subdole agendi locus relinqveretur, publicum in templo examen instituerunt, ubi juventus coram universo cætu rationem redderet spei, qvæ in illa esset, anteqvam prima vice ad sacram synaxin accessus concederetur, qvæ actio juventutis in gratia baptismali *confirmatio* communiter vocari solet (b), sed dolendum est, qvod utilissimi

O 2

(a) *Ordin. Eccles.* fol. 65. Diaconis injungit catechisationem semel qvavis hebdomade instituendam. De ægrotis & pauperibus sæpius visitandis agitur fol 45 & seq. Sed fol. 35. cavetur, ne indigni & idiotæ ad sacram cœnam admittantur. Conf. Rescriptum Regium datum 1542 dicens: " Og der hos dagligen fremmes og ideligen lære " dem den Catechismum og Börnelærdom, som gode Sognepræster oc Hyrder bör " at giöre deres rette Faar og Sognemænd. " Unde per bonam conseqventiam elici qvidem potest argumentatio de Visitatione domestica, licet non expresse mandetur. Nostrates autem Episcopi Gislaus Jonæ 1569, Oddus 1593, Gislaus Oddi 1632, eandem nominatim mandarunt, & ne negligeretur, graviter caverunt.

(b) De Confirmatione Catechumenorum, ejusqve antiqvitate, vero usu & necessitate, scripserunt viri doctissimi *WEGNERUS*, *ARNKIELIUS*, *PFAFFIUS*, *WORMIUS*, *HERSLEBIUS*, aliiqve. Utilissimi hujus instituti usum & necessitatem pernoscens Holanæ Ecclesiæ vigilantissimus & utilissimus Episcopus Gudbrandus Thorlaci filius, eandem in suam diœcesin introduxit, libellumqve de ejus vero usu & necessitate anno 1596 edidit. Cujus exemplum pii qvidam Curiones in Ecclesia Skalholtina, in suis

parœciis,

ſimi inſtituti introductio Supremi imperantis autoritate non confirmata fuerit, unde nec ab omnibus recepta fuit, nec ætatem tulit.

§. 27.

Hæc omnia qvi recte penſitat, tantam ſcilicet docentium ignorantiam, paucitatem librorum, & ſubſidiorum penuriam, negotiorum multitudinem & varias diſtractiones, tandemqve in ipſorum animis altisſimis defixas radicibus Catholicæ Religionis reliqvias; Sed in altera lance auditorum contumaciam, Catholicæ Religionis, in qva innutriti erant, amorem & venerationem, Lutheranæ vero odium, & talium verbi miniſtrorum contemtum, qvi contradicentibus ora obturare, & rudiores informare, nec doctrina, nec auctoritate, valebant, de plurimorum *fide*, ejusqve fructibus, veriſimilem conjecturam facere haud difficulter poterit, qvibus ne ulla fiat injuria, in qvatuor claſſes dividendi videntur, ut *prima* ſit eorum, qvi vanitatem papiſticarum cæremoniarum, externæ idololatriæ enormitatem, propriæ virtutis & bonorum operum imperfectionem, Sanctorum interceſſionis & meritorum vanitatem, Sacramenti mutilationis abſurditatem, & plures eorum graviſſimos errores & agnoverunt, & abominabantur; ſed de fundamentalibus veræ Religionis Articulis licet aliqvatenus, vix tamen ſufficienter, informati fuerint, qvod in talibus tenebris non videtur ſperandum, firma tamen fide Chriſti meritum, ut unicum ſalutis medium apprehenderunt; talem fuiſſe optimorum claſſem, aut non multum ab his diſcrepaſſe, putamus, rudes qvidem hi & infirmi fuerunt, non vero impii. *Alteram* fuiſſe imaginamur, qvi ex utraqve religione pharmacum qvoddam fecerunt, meritum Chriſti ſalutis unicum medium agnoſcentes, ipſi tamen a latere poſuerunt Sanctos, eorumqve interceſſiones, ſi non ut abſolute neceſſaria, tamen haudqvaqvam contemnenda putantes, hinc enim vota illis facta, luminaria coram illis accenſa, eorum officia qvotidie lecta, purgatorii timor, &

---

parœciis, non contradicente, nec (ut puto) jubente Epiſcopo, ſecuti ſunt, ſed cum, magno ſane Eccleſiæ damno, publica auctoritate optima intentio non fulciretur, & multos præterea haberet hoſtes & invidos, ubiqve recepta non fuit. Plura hac de re in elegantiſſimo Summe Vener. *HARBOE* Tractatu de Confirmatione Iſlandorum, qvi Ephemeridibus *Däniſche Bibliothek* inſeritur, legere licet.

& plura ejusmodi. *Tertia* deniqve classis fuit mere Catholicorum, qvi in externa qvidem Ecclesiæ Lutheranæ communione vivebant, & Sacramentum sub utraqve specie accipiebant, interim nihil minus qvam Lutherani erant, imo Lutheranos, qva Religionem spectabat, cane pejus & angve oderunt. Hinc in privatis ædibus cruces & simulacra, & habebant, & venerabantur, cum publice id non facere auderent, votaqve non modo Mariæ & Apostolis, sed Divo Olao, Thorlaco & Gudmundo nuncupabant, illisqve morientes animas suas commendabant. *Qvarta* deniqve classis eorum fuit, qvi totum Pontificiæ Religionis figmentum ita penitus decoxerant, & everrerant, ut plusqvam Lutherani videri vellent, unde illis imagines & Pontificiæ Religionis reliqviæ aut utensilia tantæ fuerunt abominationi, ut Judæo porci, utqve perfectum religionis zelum ostenderent, Sanctorum nomina canibus indiderunt, sed cruces & simulacra qvovis modo demoliri, coinqvinare, atqve ludibrio exponere laudi duxerunt, qvo infirmiores non parum offendebant; Talis (ut puto) fuit non tantum Lutheranæ Religionis in Islandia prima infantia, sed etiam, ut ita dicam, pueritia, nam diu, certe primis 30. 40. aut 50. annis, Episcopis, & paucis illis, qvos eo tempore habuit vinea Domini, strenuis & sapientibus operariis, cum talibus luctandum fuit, & sine dubio multo diutius durassent, imo forte nunqvam dispulsæ fuissent, crassæ hæ incredulitatis tenebræ, nisi Optimi Numinis providentia de typographia apud nos erigenda, tam mature prospexisset.

§. 28.

Si vero *vitam* & praxin *Neophytorum Lutheranorum* inspiciamus, eandem non multum a theoria abludere inveniemus, qvantum enim Sacerdotes attinet, licet non concessum modo, sed imperatum fere esset, ut conjugium inirent, ne carnis fragilitate victi, vagis indulgerent libidinibus, nihilo minus nimium crebra hujus peccati exempla occurrunt, cuius causa fuisse videtur, non tam mera impietas, qvam cacoëthes hæreditate a majoribus acceptum, qvod ut sub Papatu vix pro peccato habebatur, ita nec primis Lutheranismi temporibus; qvod ex personarum qvalitate & circumstantiis, nec non pænarum lenitate condisci potest, nam primum stuprum a Sacerdote commissum trium dierum dominicarum suspensione ab officio puniebatur, alterum 6. & sic conseqven-

ter, ſed anno 1590 hæc pæna duplicata fuit, & mœchis tantum plena ab officio ſuſpenſio inflicta, ita tamen, ut poſt triennium reſtitui poſſent, qvod tum temporis ab Epiſcopis facile impetrarunt, ut patet ex Gislai Oddæi exemplo, qvi uno, qvo diœceſi præfuit, ſexennio, qvinqve ex iis, qvos exauctoraverat, Sacerdotibus officium ipſe reſtituit, reliqvi autem Gislao mortuo illud forſan impetrarunt. Qvæ licentia usqve ad annum 1646, qvo tales reſtitutiones Chriſtianus Qvartus ſevere prohibuit (a), duravit; Qvod certe non mirabitur, qvi ipſos Epiſcopos, etiam qvosdam nothos habuiſſe animadvertit, nam Martino tales tres, Oddo duo, Gislao Oddi unus, Gudbrando unus fuit, neqve id a qvoqvam illis vitio vertebatur; Giſſurus non longe abfuit, qvin mœcham, qvæ ipſi fidem conjugalem fregerat, in thorum reciperet; ſed Gislaus Jonæ inceſtuoſam uxorem duxit Qvæ, ut ſæpius innuimus, nec illis, nec cuiqvam alii tunc temporis vitio vertebantur (b). Inceſtus autem inter Sacerdotes rarior fuit, licet aliqvando acciderit, præter qvæ crimina, aliorum etiam haud levium, ut avaritiæ, rixarum & controverſiarum inſimula-

(a) Vid. ſupra pag. 76.

(b) Hæc Doctiſſ. *ARNGRIMUS* contra *Blefkenium, Munſterum, Friſium*, aliosqve Iſlando Maſtyges, qvi non ut hiſtorici, aut veritatis prodendæ officio adacti, ſed admixtis multis falſis & ſcurrilibus ſolo gentis vituperandi pruritu inflammati, qvaſi hæc gens omnibus aliis impurior ac deterior eſſet, talia ei objecerunt, in *Anatome Blefkeniana* & *Comment. de Island.* recte & ingenue fatetur ſimul ac excuſat, dicens fol. 91: *Etſi autem fædiſſimæ turpitudinis etiam in noſtra Republica non prorſus inuſitatæ ſint, tamen cum omnibus conſtet in aliis qvoqve nationibus, longe etiam freqventiores eſſe, cum ibi qvoqve populi freqventia major, immerito & maligne hoc nomine magis Islandos, qvam populos & gentes reliqvas, qvarum, ut dixi, nomen plus noſtratibus, hoc crimine male audit, notavit. Et licet ex animo optarem longe minus ad ſcelera & turpitudines conniveri, qvam paſſim hic fieri videmus, &c.* Pro peccato eatenus habebantur, ut in legibus prohiberentur & patrantibus pœna dictaretur, ſed cum ad talia paſſim conniveretur, ut fatetur vir Doctiſſ. & nemini ad obeunda officia publica, etiam honoratiſſima, obſtarent, manifeſtum eſt pro enormi ſcelere non habita fuiſſe; Simile qvid apud alias etiam gentes ex. gr. Lacedæmonios, ut alia recentium taceam exempla, civitatem optime conſtitutam, deprehenditur. Furtum ut ſcelus in legibus apud illos prohibitum fuit & furantes plectebantur, interim tamen non pro enormi ſcelere habebatur, nam qvicqvid qvis, præſertim pueri, auferre potuerunt, impune retinebant, ut ex variis autoribus probat *N. CRAGIUS de Republ. Lacedæm.* Lib. 3. inſtit. 12. Iſta autem, qvantum noſtram attinet gentem, ſeculi, ſed non nationis, genio adſcribenda eſſe alibi monſtrabimus, vide §. 43. ſqq.

insimulabantur, ut ex Regiis qvibusdam edictis, talia prohibentibus, clare patet, qvorum plurima, nostro judicio, plus calumniæ qvam veritatis habent.

§. 29.

Procedente tempore, & accensa clariore Evangelii luce, tales tenebræ, etiam ita dispulsæ sunt, ut facile mihi persvadere possim, toties repetita Christiani Qvarti Rescripta de *libidinibus* & adulteriis *Sacerdotum* Islandorum non omnino, certe magna ex parte, superflua fuisse, aut qvod forte verius est, ita Regi a calumniatoribus & hostibus ordinis Ecclesiastici relatum fuisse. Qvo etiam qvædam spectant, in Rescripto de male moratis Sacerdotibus, dato 29 Novembris 1622 (a), in qvo Rex profitetur sibi relatum esse, qvod qvidam, cum præbenda qvædam vacet, ipsi literas vocationis scribere non vereantur, curialesqve, ut subscribant, blanditiis, minis aut vaframentis adducant; Qvod & qvidam legitime vocati officium facere negligant, & deniqve Episcopi minimis præbendis Pastores præficiendi jus sibi sumentes, indoctos plane & inhabiles illis præficiant, interdum etiam tales, qvi nullam habeant vocationem, & nulli cœtui destinati sint, inaugurent, tandemqve etiam crebras & non necessarias præbendarum & parœciarum mutationes concedant, ut ex ipso Rescripto clarius conspici potest. Eqvorum autem mutationes, otiosorum Pastorum, nullo certo addictorum cœtui vagationes, nuptiarum & conventiculorum immodicas freqventationes, decies aut duodecies factas parœciarum mutationes, qvæ illis hic objiciuntur, meras putamus fuisse calumnias, nam talia vitia in Islandia, nec unqvam inoluerunt, nec locum habere possunt, nisi aliqvando exauctoratus qvis nauci homo exstiterit, qvi talia exercuerit. Majori veritate aut verisimilitudine calumniatores Episcoporum qvorundam, qvi antiqvos qvosdam Sacerdotes sedibus expulerunt, hanc eorum imperiositatem, tanqvam legibus de vocatione repugnantem, deferre potuissent. Vide infra Sect. 3. Cap. 3. §. 19. Cap. 4. §. 19.

§. 30.

(a) Vid. supra pag. 64. sqq.

§. 30.

Inter *Laicos* autem & plebem infandi plane grassabantur incestus, adulteria, & *libidines;* Notum enim est Davidem Gudmundi, viva uxore, Euphemiam qvandam uxoris loci domi suæ habuisse, & ex Ingvillda Helgonis, sibi secundo ac tertio gradu juncta, qvinqve suscepisse adulterinos; nec non Eggertum Johannis filium Nomophylacem ex concubina, qvam postea uxorem duxit, duos aut plures viva legitima uxore procreasse liberos adulterinos. Jonas Sigurdi Nomophylax ob secundum tandem adulterium officium amisit, reliqvorum autem optimatum, vix qvisqvam fuit, qvi tales non haberet concubinas. Thorlacus Arngrimi fratriam bis imprægnavit; Gudbiorga Sveini filia qvinqvies adulterium commiserat, Hialtus Magni ex Anna, Pauli Nomophylacis sorore, 8 suscepit spurios, priusqvam cum ea matrimonium iniit. Benedictus Petri Joh Bucholtzii Vicarius duas simul habuit uxores, & longum non minus qvam abominabile foret omnia hujusmodi crimina enumerare, nec hæc ideo recensuimus, ut manes & fama cujusqvam lædantur, sed tantum, ut mores seculi detegamus, qvod nostri esse officii putamus, qvi autem plura hac de re cognoscere cupit, aut de nostra fide ambigit, adeat, ut alia taceamus, Gislai Episcopi judicium de conjugii tantum abusibus agens, ut & Friderici 2 Rescripta supra exhibita, & de rei veritate dubitare cessabit. His autem, præsertim matrimonii abusibus, primus mox nominato judicio obviam ire paravit Gislaus Jonæ Episcopus Skalholtensis, penitus autem tollere voluit Rex Fridericus 2 edicto dato, anno 1563, qvod ansam dedit constitutioni, vulgo *Storedomr* appellatæ, qvam idem Rex anno 1565 confirmavit, qvæ & hodiedum vim legis habet (a). Et cum eidem Regi anno 1585 denuo aliqvid de Islandorum incestibus relatum fuisset, novum hic hoc anno edictum opposuit, (b).

§. 31.

Præter hæc etiam objiciebatur *superstitio*, aut antiqvi moris & persvasionum nimia tenacitas, diu enim antiqvi Parochi priscum illum missæ

(a) Vide infra Sect. 3. cap. 3. §. 7. & supra pag. 13. sq.

(b) Vid. supra pag. 26.

missæ canonem, processiones, & alia ejusdem generis retinuerunt, novas autem cæremonias fastidiebant, qvo Episcopis non leve facessiverunt negotium, vulgus etiam haud facile ab antiqvis persvasionibus dimoveri potuit (a). Hinc ad *Crucem Kaldadarnesensem*, qvam Gissurus Episcopus dimoverat, crebræ peregrinationes, & votorum nuncupationes, cum enim Gissurus statim post crucis dimotionem in lethalem, qvi eum sustulit, morbum incideret, id non parum vulgi opinione hujus sanctitatem auxit, qvasi sibi illatam injuriam ipsa tam manifeste ulta fuisset, unde hæc ignominia, maximi honoris & sanctitatis opinionis occasio fuit, usqvedum Gislaus Jonæ Skalholtinæ diœcesos Episcopus eandem dissecuit, & in favillas redegit, pari modo eum tractasse *Crucem Jörfensem*, & simulacra, qvæ in cœnobiis Thykkvabaj & Kirkiubaj colebantur, verisimile est, nam ad ea loca non minor confluxus fuit (b). Huic non absimilis fuit *Hoffstada-Maria* in diœcesi Holensi, id est simulacrum Mariæ, Hoffstadis in tractu Skagafiord situm, qvo ad qvodvis Mariæ festum ingens mortalium multitudo votis & donis turgida confluxit, qvod Olaus Hialti filius Holensium Episcopus eodem modo sustulit & combussit, ut et *Crucem Bardensem*, *Stadensem* in Hrutafiord, aliaqve qvæ multa gaudebant celebritate, sed abusus penitus tolli non potuit, nam cum passim intra privatos parietes & in templis fere qvibusvis aliqvid talium existeret, qvibus superstitionibus dediti, supplicare & honorem habere, festaqve Sanctorum, per Reformationem abrogata, celebrare non cessabant. Usqve dum Paulus Stigoti severum monitum 1561, & Oddus Episcopus 1592, gravibus annexis pœnis, talibus opposuerunt.

§. 32.

(a) Receptarum (ɔ: in *Ordin. Ecclesiastica* de 1539) cæremoniarum neglectum in Islandia Christianus Tertius inter maxima peccata enumerat, qvod trium dierum supplicatione expiari jubet in Rescripto dato 1551. De eodem etiam qveritur Fridericus II. in edicto dato 1563. Vid. supra pag. 13.

(b) Plura de cruce Kaldadarnesensi, ut & Maria Hoffstadensi, vide supra Tom. 2. pag. 364 sq. & infra Sect. 3. cap. 1. §. 24. Reliqva autem qvæ hic nominavimus, ut maxima offendicula enumerat Episcopus *OLAUS HIALTI* filius in libello *de Visitat. Ecclesiastica*, de qvo plura infra Sect. 4. cap. 1. §. 6.

§. 32.

Disciplina Ecclesiastica cum Reformatione Religionis in eo insignem qvidem passa est mutationem, qvod carinæ proprie sic dictæ, id est, torturæ, flagellationes, longa jejunia, & talia, aut abrogata, aut mitigata fuerunt, multæ etiam pecuniariæ tam graves, ut antea, prævaricantibus non imponebantur; Reliqviæ tamen Papismi in his & aliis subinde, præsertim sub primis Episcopis, manifeste conspiciebantur, nam Gissurus Episcopus, in duabus Davidi Gudmundino datis apochis, fatetur se ei præter multas pecuniarias præscripsisse ob qvintum adulterii peccatum tolerabiles pænitentias, idem etiam suum vicarium Biörnum Ossuri filium in causa Ingvildæ Helgonis facere jubet, perinde & anno 1546 Biörno Johannis, tolerabilem, uti ipse dicit, pœnitentiam, sed Thorlaco Arngrimi ob duplicem cum fratria incestum, cum pauper esset, & qvod daret, non haberet, pœnas prorsus Catholicorum more injunxit (a). Nec minus Martinus Episcopus fatetur Davidem Gudmundi, sufficienter satisfecisse sibi & templo Skalholtensi, pro omnibus ictibus; verberibus & punctionibus, qvibus sepulcretum & templum Saudafellense pollui potuerit, cum ibidem Jonam Aræsonium caperet. Singulare autem adfert exemplum *BIORNUS* de *Skardsaa* ad annum 1553 de Biarnio qvodam, qvi imprudens uxorem suam occiderat, cui talem scriptam fuisse pœnitentiam dicit, ut, præter alia, nudipes, canens aut legens, totam peragraret Islandiam, & ad qvodvis templum pœnitentiam ageret, qvod cum ter fecisset, in lingula Skaga lares fixisse & vitam finiisse tradit (b). Tales autem

(a) Vid. infra Sect. 3. cap. 1. §. 19. & cap. 2. §. 8.

(b) Si hoc ad annum 1553 referendum est, ut facit *Biörnus*, Martinum Episcopum hæc pœnitentiæ præscriptio auctorem habet, siqvidem casus in orientali qvarta accidit, qvi auctore *BIÖRNO* talis fuit: Uxor Biarni, mulier, ut videtur, insipiens & intemperantis lingvæ, filiis immorigeris minitari solebat, se eorum pudenda abscissuram, nisi parerent. Aliqvando autem, parente utroqve absente, filius natu maximus, cum minorem ludentem his minis, qvas a matre multoties audiverat, sedare non posset, rem ipso opere effecit, qvo facto mulier superveniens, &, qvod actum esset, videns, eo furoris processit, ut puerum superstitem fuste ad necem verberaret. Tandem vero accedens pater, cum utrumqve puerum necatum videret, caussamqve necis cognosceret, mulierem itidem fuste occidit. Hanc causam *BIÖRNUS* hujus pœnitentiæ adfert, refertqve de eodem Biarno, qvod filium ex altera conjuge susceptum, ab

autem pœnitentias (cum poſtqvam Rex multas omnes ſuo juſſit ærario inferri, non inveniantur) circa aut ante annum 1560 ceſſaſſe putamus, ab eo enim tempore peccantes, partim præter præſcriptam mulctam pro peccati gravitate, virgis cædebantur, partim exilio aut capite plectebantur, abſolutionem autem ob enormia peccata ab Epiſcopo, ob adulterium a Præpoſito, ſed ob minora delicta a proprio Curione accipiebant, donec Chriſtianus Qvartus anno 1594 ut qvisqvis a ſuo proprio abſolveretur Paſtore, juſſit.

§. 33.

Abrogatis Pontificiorum ſuperfluis feſtis, & vanis cæremoniis, qvæ Pauli Stigoti Conſtitutio edita 156: penitus demum eliminaſſe videtur, eadem fere *tempora ſacra*, & ſimiles, ſi non prorſus eædem *cæremoniæ* in Eccleſia Islandica ac Danica obſervabantur. Tempora autem ſacra fuerunt ordinaria, dies Dominica & feſta alia, qvæ hodiedum obſervantur. Extraordinaria autem dies precum ab Epiſcopis pro lubitu inſtituti, qvorum in cujusvis Præſulis Hiſtoria perſonali mentio injicietur, ut & a Regibus indictæ ſupplicationes, qvales fuerunt tres a Chriſtiano III. mandatæ 1552, & a Chriſtiano Qvarto, de tribus ſupplicationibus publice inſtituendis 1595 & 1638, ut & de privatis precibus mane & veſperi in qvavis domo aut familia peragendis, datum 1630. Cæremoniæ autem publicæ, licet ſimiles, non tamen eædem ubiqve fuerunt, aliis enim hymnis in diœceſi Skalholtina, aliis in Holana, utebantur. ut patet ex Gudbrandi Epiſcopi Holani ad Skalholtenſes ſcripta Epiſtola 1588; imo in eadem diœceſi non omnes eandem obſervabant regulam, qvidam enim, licet indocti eſſent, tanti fecerunt antiqvum morem, ut Latine potius aliqvid boare, qvam Islandice canere vellent, qvidam & diverſis utebantur Pſalmis, & aliis cæremoniis, de qvo conqveritur Paulus Stigoti in allegato mox ſcripto, qvo hanc diverſitatem tollere, & uniformem canonem Eccleſiis præſcribere aggrediebatur. Idem etiam intendit Rex ipſe

 in

ab aliis, ut fama tulerit, occiſum viderit, qvod ipſi tandem mortis cauſa exſtiterit; Qvæ omnia ſi vera ſunt, certe infortunatus & pater, & maritus, fuit hicce Biarnus, Hiſtoriam autem hic attulimus pœnitentiæ tantum cauſa, qvam ei præſcriptam fuiſſe auctor narrat, nam ea aliqvid ad noſtram rem facit, ſed reliqva non item.

in Rescripto ad utrumqve Episcopum, Gislaum Jonæ & Gudbrandum, dato 1585 (a), qvod ob senium & brevi subseqventem Gislai mortem ad annum 1594, qvo primum Psalterium seu *Graduale* Islandico-Latinum, sed maxima ex parte Islandicum, cum Oddi Episcopi erudita præfatione editum est, dilatum fuisse videtur. Hanc normam cum uterqve Episcopus subdito Clero commendasset, diversitas qvidem, sed non cantus Latinus, cessavit.

§. 34.

Ritus & *Ceremoniæ Ecclesiasticæ* in coetibus sacris adhibendæ, qvæ Paulus Stigoti ex Gislai Episcopi consilio anno 1563 præscripsit, tales fuerunt: 1) Ut qvicunqve, tam pater qvam mater-familias, qvocunqve die festo cum universa familia decenti ordine, viri scilicet cum filiis & virili sexu separatim, mulieres cum filiabus & famulis sui sexus, templum ineant. 2) Ut templum ingressi sunt, statim qvisqve, viri ad dexterum, mulieres vero ad sinistrum templi latus, abrogato antiqvo templum & coemeterium circumeundi, ut & ad fores templi adorandi, more, suam occupent sedem, omnesqve ante tertium campanæ sonum in templo adsint, ibiqve sine murmure, colloqviis & susurris permaneant. 3) Curione ad audiendas confessiones parato, confessuri, primo viri, deinde mulieres, unus post alterum, non vero turmatim, ut pecora ad præsepe ruentia, modeste procedant. Ad Curionem accedentes in genua procumbant, eumqve his verbis salutent: *Dilecte pater in Christo.* Qvibus ille respondeat; *An tibi cum qvoqvam qvædam controversia? An in qvoqvam peccato aut scandalo perseveras?* Qvæ cum absolvendus negaverit, respondit curio: *Bene; recita Catechismum;* Qvo ad normam in *Psalterio Gislai* Episcopi (b) præscriptam perlecto, & accepta absolutione, ad sedem suam

(a) Vid. supra pag. 26.

(b) Capita Catechismi hoc ordine recensentur: Decalogus, Articuli fidei, Institutio Baptismi, de potestate clavium, verba Institutionis Sacræ Cænæ, oratio Dominica & deinde Confessio, qvæ exstant in laudato *Psalterio.* Per hunc libellum sine dûbio intelligi debent *Hymni* a Gislao Episcopo anno 1557 Hafniæ editi, qvi præter hymnos in publicis coetibus sacris canendos, continuisse videtur breve qvoddam Rituale & precati-

ſuam redeat, ubi concedi poteſt, ut in genua procumbens, brevem proferat orationem & gratiarum actionem. 4) Caveant Paſtores, ne nimis multi una vice ad ſacram cœnam admittantur, admittendis autem & abſolutis permittitur, ut antiqvo more ab illis, qvibus cum eis aliqvid intercedit, remiſſionem aut reconcilationem petant, dum vero ſacra peraguntur, ab initio ad finem omnes qvieti maneant, & ſe ab omni, qvod impedimento eſſe poteſt, taciti contineant, niſi qvod unus qvisqve tam viri, qvam mulieres, ſive ſit ſenex, ſive juvenis, ſive interius ſive exterius ſedeat, qvam decentiſſime canere, laudare, gratias agere, orare, audire, diſcere, & ut moris eſt, *Amen* accinere, tenetur. 5) Conceſſum eſt, ut ante Evangelium campana pulſetur, qvod dum decantatur, omnes ſtent erecti, ſed ante concionem omnes una cum ſacerdote procumbant, ſed abſoluto ſermone, cum Curio ad aram reverſus intonat: *Oremus*, dum verba inſtitutionis perleguntur, & ſolennis benedictio cœtui impertitur, univerſa concio in genua procumbat, ſed iterum ſe erigat, dum myſta, *da pacem* cum propria cantiuncula & oratione pronunciat, exſpectent omnes usqvedum *O Domine Deus da nobis pacem in terra noſtra*, decantatum fuerit, ad qvod omnes reſpondeant: *Fortuna & ſalus cuivis ſtatui adſit*, qvo facto qvisqvis cum ſua familia domum ſe conferat.

§. 35.

Conjugium ſub Papatu propius qvam in qvarto & qvinto gradu contrahi non debuit, ſed *Ordinatio Eccleſiaſtica* fol. 36. in tertio, tam affinitatis, qvam cognationis, gradu junctos a conjugio invicem contrahendo arcet, reliqvis vero conjugium invicem permittit. Cæremoniæ ac ritualia eadem fere tum temporis adhibita fuerunt, qvæ hodie apud nos uſurpantur, niſi qvod bina candelabra & duo cerei conjugibus præferebantur

precatiunculas, qvarum qvædam hic indigitantur. Ultima Antiphona cum ſuo reſponſorio ſermone Iſlandico ita ſonat: *O! Herra Gud gef oſs frid i voru Lande!* Reſp. *Lucka og Heill med hveriu Embætte ſtande*, cujus loco Gudbrandus & Oddus Epiſcopi ſubſtituerunt notiſſimum illud melos: *Frid veit þú voru Lande*, ab univerſa concione decantandum.

bantur (a). Copulatio aut benedictio sacerdotalis, curione intra, sed copulandis extra templi fores adstantibus, fieri debuit, qva absoluta, maritus jubente sacerdote novam nuptam osculari debuit (b). Inauguratio thori conjugalis abrogata fuit, aut potius in benedictionem conjugum in thalamo constitutorum conversa, qvæ hodiedum a qvibusdam antiqvi moris tenacibus observantur. Causæ matrimoniales ex præscripto *Ordinationis* ad Episcopi jurisdictionem non spectabant. Sed cum in Islandia nulli alii docti invenirentur, qvam Episcopi & Clerus, tales causæ, cujuscunqve tandem modi essent, sive adulterium, desertio, impotentia, sive aliud qvodcunqve, Præfecto Regio & Episcopo dijudicandæ sistebantur.

§. 36.

Varios *Ritus* ab hoc vel illo statu exerceri solitos, qvales fuerunt cæremoniæ in nuptiis, præsertim ditiorum, adhiberi solitos, ut hic describamus necessum non ducimus, cum illa potius ad historiam politicam qvam ecclesiasticam pertinere videantur. An vero *calenta* (c) seu menstruales

(a) Cerei ut conjugibus copulandis præferantur, & si recte intelligo, toto nuptiarum die, saltim qvamdiu cæremoniæ nuptiales peraguntur, valde necessum & utile ducit *OLAUS* Episcopus Hialti filius, in libello *de visitatione Ecclesiastica* conscripto, prolixusqve est in hoc mysterio aut typo explicando, & applicando.

(b) Cum adolescens aliqvando apud Rusticum qvendam tempestate detentus hospitarer, & temporis fallendi causa, paucos, qvos habuit, libros inspicerem, incidi in perantiqvum *Manuale Pastorum*, in qvo inter ritualia, qvæ Pastori observanda præscribebantur, jubebatur viro dicere: " Kystu madr konu þína " Id est: *Osculum marite infige uxori tuæ*, qvod ille statim facere tenebatur. Perantiqvus hicce libellus fuit, sed a qvo, Jona Aræsonio, an Martino? editus, jam aut memoria excidit, aut forte non observavi, cum istuc ætatis talium non essem curiosus. Sed postqvam hæc scripta sunt, Illustriss. & sæpissime in hac Historia a nobis laudandus, Dominus *LUDOVICUS HARBOE*, qvi ipse rarissimum hunc librum possidet, certiorem me fecit illum fuisse *Manuale* a Martino editum.

(c) Occasionem calentarum mentionem faciendi nobis præbuerunt verba *OLAI HIALTIDÆ*, Episcopi, in libro sæpius laudato de *Visitatione Ecclesiastica*, ubi in hunc modum verba facit: " Ydar Sóknarprestur oc Sóknardiákn skulu sækia til *Calans* her í Hier-
" adenu med ödrum Prestum so ad þeir mege alljafnt vita hvad þeir skulu samþicki-
" lega

ſtruales conventus, qvibusvis calendis vel etiam rarius, ut ſemeſtri, vel anno qvovis, inſtituendi, in communi uſu fuerint valde dubito, niſi pro calentis intellexeris illos ſacerdotum conventus de qvibus aliqvid diximus §. 11. Pariter etiam, utrum commiſſationes hac occaſione inſtituerint, incertum eſt.

§. 37.

Hactenus, prout in nobis fuit, perſonas, res, & ritus Eccleſiaſticos deſcripſimus, reſtare autem videtur, ut etiam ipſam methodum, media & cauſas Reformationem maxime, non modo promoventes, ſed etiam impedientes, paucis attingamus. *Methodus* duplici modo conſiderari debet, ſcilicet *qvali* ipſe *Rex uſus fuit*, & qvalem ejus emiſſarii aut Miſſionarii, adhibuerunt, qvarum prior talis fuit: Aſcenſo throno paterno

» lega læra oc kenna ydur oc hegda ſier efter K. Ordinantz í allan máta ſem þeir » kunna ad vita, oc retta ſig epter þeirre *Calentubók* ſem eg hefe ſkrifad þeim til » góda. » Id eſt: *Parochus veſter & Diaconus* calendas *hujus provinciæ unacum aliis ſacerdotibus freqventanto, ut omnes ſimul pernoſcant, qvomodo vos docere, & ex præſcripto Regiæ* Ordinationis *ſe in omnibus gerere debeant, qvod ex* libro Calendarum, *qvem ego in illorum uſus conſcripſi, percipere poterunt.* Eorum initia qvidam referunt ad tempora Innocentii 3, qvod qvidem de Germania, Belgio, Gallia &c. verum eſſe poteſt, ſed in Dania, Norvegia & Iſlandia longe ſunt antiqviora, & non improbabiliter primam originem debent Ethnicorum *Hauſtbod*, *Midsvetrarblót* &c. pariter ac ſchyphi, in Odini, Thori, Bragi, Freyi &c. memoriam exhauriendi, poſt receptum Chriſtianiſmum in ſchyphos Sanctæ Trinitatis, Mariæ, Sancti Olai, Sancti Laurentii, Sancti Martini, & aliorum tranſierunt, vide *SNORR STURLÆUM* in *Vita Haconis Adalſteini Alumni*, & ex eo *TORFÆUM Hiſt. Norv.* Parte 2. Lib. 5. ubi Rex Odino a Comite ſacratum poculum, anteqvam bibit, cruce ſignavit, qvod factum circa annum 950. Conf. *Vit. Olai Tryggonis* Part. 2. cap. 18, ubi eum Martinus Epiſcopus Turonenſis per qvietem monuiſſe dicitur, ut pocula antehac in memoriam Numinum ethnicorum exhauriri ſolita, in ſuam & reliqvorum Divorum memoriam poſtea ebibenda curaret; qvod anno 996 factum eſſe videtur. Calentæ nomen a Calendis habebant, qvia Calendis potiſſimum inſtituebatur hicce conventus; & commiſſatio. Varias leges congilldarum, ita enim hæ ſocietates in Dania nominabantur, exhibet Celeberr. *PONTOPPIDANUS Annal. Eccl.* Tom. 2. pag. 232, 348, 499, 695, qvæ ob varias res, qvas continent, lectu dignæ ſunt. Utrum *OLAUS HIALTI* ſimiles leges Præpoſitis & Paſtoribus præſcripſerit, incertum; Plebi autem in hocce libello leges, qvomodo ſe in conviviis gerat, luculentas & ſimplices præſcribit.

no Christianus Tertius, animum statim ad Reformationem Religionis applicuit, cujus gratia doctissimis, qvos habebat, viris anno 1537 Hafniæ congregatis, ut novam conscriberent *Ordinationem Ecclesiasticam*, mandavit, qvam Luthero primo corrigendam transmisit, deindeqve anno 1539 coacto Othoniæ in Fionia a Senatu Regni, Episcopis & Professoribus Academiæ aliisqve Canonicis probari curavit, eandemqve diplomate Regio, pietatis pleno, præmunitam ad omnes Regni Episcopos misit, & ut vim legis haberet, severe jussit. Qvæ anno 1539 in Islandiam primo transmissa, & per Claudium Mervitz, ac ejus vicarium Dietericum Myndensem, hominum sceleratissimos, Islandis verius obtrusa qvam oblata fuit, sed communi consensu rejecta, nisi qvod Ogmundus Episcopus obliqve aut ambigue de ea Regi scripsit, se ea recepturum, qvæ verbo Dei, antiqvis constitutionibus & legibus Sancti Olai consentanea essent (a). Anno autem 1540 per Gissurum Episcopum, qvi Religioni puriori nomen dederat, iterum in scenam producta, a Skalholtinæ diœceseos incolis, per qvartas orientalem & australem accepta & approbata fuit, sed a Jona Aræsonio & reliqvis penitus rejecta. Tandem vero anno 1541 a Hvitfeldio in diœcesin Skalholtinam penitus introducta & recepta, ita ut omnes, qvi in foro generali aderant, in ejus verba jurarent. In Holensi autem diœcesi non priusqvam anno 1551, communi omnium consensu & jurejurando recepta ac approbata, vim legis adepta est. Sed hic tantum monendum putamus, qvod egregius alias liber, dogmatica nulla contineat, nisi qvod Cap. 1. articulos qvosdam fidei a Præconibus verbi explicandos enumeret. Deinde etiam libri ad religionem Evangelicam perdiscendam necessarii nec in Islandia prostabant, nec multi Islandorum eos intelligebant, licet venum expositi fuissent, aut illos habuissent, cum latina pleriqve lingva conscripti essent; vix enim decimus qvisqve Sacerdotum Islandiæ tum temporis Latinam lingvam calluit. Hanc *Ordinationem* paucis post annis secuti sunt 26 *Articuli Ripenses*, eadem fere continentes, sed qvædam melius explicantes, qvædam etiam nova addentes, qvi etiam in leges relati fuerunt. Præter hæc alia etiam Rescripta & Edicta, ad externi Ecclesiæ status Reformationem pertinentia, Clementissimus Rex in Islandiam misit (b); adeo ut nihil in se desiderari passus sit,

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 545 sqq. 566.

(b) Vide ibid. pag. 274 sqq. 296 sqq.

ſit, qvod ad religionis & purioris doctrinæ promotionem aliqvid conferre poſſet.

§. 38.

Methodus qvam in reformanda Eccleſia *Miſſi* & *vicarii Regii adhibuerunt*, pro diverſo eorum ſtatu diverſa fuit, eorum alii fuerunt *Ordinis Politici*, qvi Regis nomine multa antiqva abrogarunt, ſed pleraqve contra optimi & piiſſimi Regis intentionem miſcuere. Anno 1537 Rex Chriſtianus Tertius Claudium de Mervitz, Islandiæ Præfectum conſtituit, eumqve monaſterii Videyenſis proventibus beaſſe refertur. Qvi in provinciam veniens, dure & impotenter dominari & injuſtis exactionibus graſſari cœpit, tandemqve per Myndenſem monaſterium Videyenſe ipſo Pentecoſtes feſto anno 1539 ex improviſo invaſit, domeſticosqve, direptis & avectis monaſterii facultatibus, verbis & verberibus male mulctavit (a), qvod in Islandia primum Reformationis initium fuit; Unde Religio Lutherana, multis antea, præſertim autem, qvorum intererat, Epiſcopis & Clero odioſa; ut & nova illa *Ordinatio Eccleſiaſtica*, qvæ paulo poſt publice oblata fuit, ſtatim ab initio ſummopere ſordeſcere cœpit, qvaſi hæc ex ejus principiis, utpote, qvæ bona opera neceſſaria non eſſe doceret, agerentur. Nec multo meliorem viam anno 1541 ingreſſus eſt Hvitfeldius, qvi poſt ablatam templis & Clero pecuniæ ſummam, pro illorum facultatibus, ingentem, & omnibus Ogmundi Epiſcopi bonis, ſine juris præſidio, partim fiſco Regio adſcriptis, partim vero, (ut fama fert) in proprios loculos redactis, eo qvod Religionem mutare & *Ordinationem Eccleſiaſticam* accipere noluerat, & inſontem prorſus fœminam Asdiſam falſis promiſſis, opibus ſuis, qvin etiam ornatu muliebri, magno omnium ſcandalo defraudavit (b). Qvanto ardore Otto Stigoti Eccleſiæ Reformationem diſcupiverit, & optimam reformandi methodum elegerit, ejus acta demonſtrant, præſertim qvod optimum & piiſſimum Regis de monaſteriis in ſcholas permutandis propoſitum impudentibus mendaciis pervertere, & mandata Regis a talibus alieniſſimi ſe vendidiſſe,

(a) Vid. ibid. pag. 280 ſqq. 541 ſqq.
(b) Vid. loc. cit. pag. 285. 547 ſq.

vendidiſſe, chirographo relicto teſtari non erubuerit (a). Et certe horum politici ordinis virorum reformatio intra monaſteriorum reductionem, cæremoniarum abrogationem, diſciplinæ eccleſiaſticæ labefactationem, & faſtus cleri Romano-Catholici depreſſionem ſubſiſtebat, qvæ methodus, ultimo tantum excepto, plus obſuit, qvam profuit, cum a frenis plebi laxandis exorſa eſſet, qvæ externis hiſce vinculis ſoluta, ſed officiorum ignara, religionem, ſuperſtitioſam qvamvis, licentia & impietate mutavit.

§. 39.

Clericorum in Religione reformanda methodus, qvamvis non perfecta, prædicta tamen multo melior cenſenda eſt. Qvoad *externa* Epiſcopi omnem moverunt lapidem, ut cæremoniæ & cultus Dei externus, in qvo magna ex parte religio populi huc usqve conſtiterat, ad normam *Ordinationis Eccleſiaſticæ* conformaretur, & ſuperſtitio, ex. gr. vigiliæ, miſſæ, peregrinationes religioſæ, & ſimilia, eradicarentur, qvod cum ſoli Epiſcopi neqvaqvam efficere potuerint, & animi antiqvi moris & rituum tenaces de mutationis hujus neceſſitate, uno qvaſi momento convinci non poſſent, proprio, tam laïcos, qvam clericos, emolumento, in partes ſuas trahere aggreſſi ſunt, illos qvidem indulgentia & diſciplinæ Eccleſiaſticæ relaxatione, atqve optimis, qvibus illos beavere præbendis, hos autem pollicitatione ejusdem, ſi non melioris conditionis, & in ſpecie ut abrogatis vigiliis & miſſis, ſolis fere in terra egena vivendi Clero ſubſidiis, nihil illis redituum detrimento fore; qvæ tamen pollicitationes poſtea in fumum abiere. Qvod *interna* concernit, nec illorum reformationem Epiſcopi neglexerunt, de cujus methodo tantummodo innuimus illos, tam mediate, qvam immediate, veram religionem inculcaſſe, ut patet exemplo Giſſuri & Olai Epiſcoporum, qvorum prior de conjugio & iconolatria, poſterior de qvibusdam maximi momenti rebus in viſitatione Eccleſiarum uberius demonſtrandis epiſtolas paſtorales concinnavere; exſtant qvoqve Giſſuri Epiſcopi literæ, qvæ monſtrant illius conſilio & commendationi deberi qvorundam ab Oddo Gotſkalki filio librorum editorum divulgationem, nec ullam facile occaſionem præterlabi patiebantur,

(a) Vide infra Sect. 3. cap. 1. §. 14. & ſupra Tom. 2. pag. 286. 298.

patiebantur, qva Ecclesiæ vulnera sanari possent, qvamvis in delectu mediorum qvandoqve cespitarint.

§. 40.

Prima & principalis causa, qvæ Religionis in Islandia Reformationem maxime promovebat, fuit æterni optimiqve Numinis immensa bonitas, qvæ nostri miserta, Regis christianissimi (ut ita dicam) Christiani Tertii pium & Deo dicatum cor eo movit, ut puriorem Evangelii lucem in extremo hocce septentrionis angulo, perinde ac in aliis ejus dominio subjectis provinciis, accendi curaret, qvod Deo gratissimum, & Ecclesiæ Islandicæ saluberrimum opus, ut cum fructu aliqvo ordiri posset, benigna Dei providentia non tantum apta qvædam *instrumenta* præparaverat, & in promptu habuit, qvorum præcipua fuerunt, *Gissurus Einari* primus diœceseos Skalholtinæ Episcopus, *Oddus Gotskalki* laïcus qvidem, sed vir pius, & pro modo seculi doctus, aliiqve nonnulli, qvorum non sine debita laude subinde mentio injicietur, sed etiam providerat, ut operis optimi & maxime necessarii exordium eo temporis articulo initium haberet, cum non modo ipsæ res, sed & præcipuæ personæ & incolæ a religionis negotio revera, animo aut prorsus alieno, aut eam parum curantes, reformationem aut mutationem qvandam & expeterent, & promte acciperent. Eo enim jam processerat Episcoporum & Catholici Cleri fastus, polypragmosyne, imperiositas, avaritia, crudelitas, & politici ordinis contemtus, ut magistratui politico & plebi (a) plane intolerabiles facti essent, qvapropter impotentis dominationis pertæsi, Reformationem Religionis magnopere optarunt, & se offerentem ambabus ulnis exceperunt, non qvod ipsa illis tam curæ & cordi esset, qvam id, qvod certo secuturum facile prævidebant tyrannidis scilicet Papisticæ & Episcoporum plusqvam despoticæ dominationis finis & destructio, & si paulo longius prospicias; Qvin eam mutationem lubenter acciperent, qvæ ipsis, sub qvo tam diu gemuerant, imperium spopondebat? Nostro itaqve judicio falluntur, qvi Cleri subjectioni aut votis, tam Thingval-

(a) Vide præter alia huc spectantia, qvæ continet conventio laïcorum facta Leidarholmi supra Tom. 2. pag. 509 sq]. exhibita, ubi Episcoporum & Cleri fastum, avaritiam & tyrannidem, graphice depictam invenies.

lis 1540 & 1541, qvam Middali 1542, & alibi factis, qvibus novæ *ordinationi Ecclesiasticæ* nomen dederunt, multum tribuunt, nam qvam dubii & vacillantes plurimi eorum fuerint, eventus docuit, cum post Gissuri fata, triumphante sub Jona Aræsonio catholica factione, palinodiam canerent & postea cum imminutis per missarum & vigiliarum abrogationem annuis proventibus qvidam officium deponerent, qvidam in utrumqve pedem claudicantes retinerent qvidem, sed filios & propinqvos ut bonis literis operam darent, qvibus se officio in posterum pares facerent, impedirent. Similiter etiam falluntur, qvi indoctorum adolescentulorum & libris destitutorum operæ aliqvid tribuunt. Nec minus, ut putamus, qvi soli Politicorum pietati & religionis amori, eorum conversionem & Reformationis promotionem adscribunt; aliud enim ipsorum acta & vita svadent, qvod per singula capita eundo demonstratu facillimum foret, nemini enim ignota sunt nomina Dvidis Gudmundini, Petri Enaræi, Ormi Sturlæi, Erlandi Thorvardini, Eggerti Johannis, aliorumqve optimatum, qvorum in historia Reformationis percrebra & celebris mentio injicitur: Sed qvo intuitu & fine id fecerint, eorum vitæ descriptio optime indicat, nempe qvod Gissurus Episcopus, vir prudens, qvantaqve apud populum pollerent auctoritate, probe cognoscens, ideoqve iis aliqvid potius dandum, eorumqve opera & ministerio utendum, imo præbendarum & decimarum concessione emendum, qvam justa auctoritate & disciplina, ut meruerunt, refrenandos esse, censuit, ne ad apertos Religionis hostes reversi, contrariam factionem ipsi inexpugnabilem facerent. Hoc modo Deo talibus viris, nihil minus qvam qvod egerunt, curantibus, ut instrumentis; & causis haud bonis, scilicet Catholicorum fastu & horum avaritia, ad optimum opus, si non perficiendum, saltem sublevandum, uti placuit, ipsius enim sapientia & potentia, actiones & intentiones in se malas ad bonum finem dirigere & ex illis optimum fructum elicere, & solet & potest (a).

§. 41.

Talibus instrumentis, politicis scilicet viris, politicis inductis rationibus, politicisqve utentibus armis, auctoritate, minis & timore, non

(a) Hoc modo qvidam aliud agentes, voluntatem & negotium Dei promovent, non prorsus absimiles illis, de qvibus Paulus loqvitur *Phil.* 1, v. 18. conf. *Marc.* 9, v. 40.

non minus qvam perſvaſione, & orali informatione, noſtrates Epiſcopi per 30 aut 40 circiter annos externas Pontificiorum cœremonias impugnabant. Si enim ipſos exceperis Epiſcopos, vix qvisqvam erat, qvi unum fidei articulum perfecte & funditus explicare poſſet, & qvantum antiqvi Parochi, mediocriter docti, in religione & cæcitate Pontificia educati, & plerumqve in utrumqve pedem claudicantes; vel etiam indocti juvenes omnibus neceſſariis ſubſidiis deſtituti, ad veram regenerationem & cordis renovationem fecerint, aut facere potuerint, in propatulo eſſe videtur. Sed 44 a primo Reformationis initio exactis annis, erectaqve & inſtituta per incomparabilem virum Gudbrandum Thorlaci Epiſcopum Holenſem *officina Typographica*, aptiſſimum Religionis propagandæ medium, clarior lux oriri cœpit, is enim, ut ſucceſſor Jonæ Matthiæ filii, natione Sveci, Paſtoris Breidabolſtadenſis, artis Typographicæ periti, parvam ejus officinam nactus, mox ubi Epiſcopus Holanus factus eſt, eandem locupletavit & inſtauravit, Jonæ autem, Jonæ Mathiadæ filio, qvi aliqva apud patrem artis rudimenta poſuerat, ut eandem excoleret, & ad maturitatem aſpiraret, perſvaſit, qvod cum ei feliciter cederet, Præſul circa annum 1574 perfectam & omnibus abſolutam numeris officinam typographicam Holis inſtituit, Jonæqve opera optimæ notæ libros theologicos, catecheticos, didacticos, exegeticos, homileticos, theoreticos & practicos, edere cœpit, qvorum hic tantum catecheticos & qvi ad rudimenta Religionis pertinere videntur, nominabimus, qvorum præcipui fuerunt: *Lutheri Cathechiſmus* plus ſimplici vice editus. *Palladii* anno 1576. *N. Hemingii via vitæ* 1575. *Biblia Laicorum* 1599. *Informatio de ſacra Cœna Joh. Galli* 1598. *Enchiridion* ſeu *Compendium Articulorum fidei ex Chytræi & Chemnitii Scriptis contractum* 1600. *Pauli Matthiæ Expoſitio Orationis Dominicæ* 1606. *Biblia parva* 1622. *Catechismus major*, aliiqve permulti Eccleſiæ utiliſſimi Sed anno 1584 d. 4 Junii abſoluta fuit nitidiſſima totius *Sacro-Sanctæ Scripturæ* Editio, qvam ex Lutheri verſione Germanica in ſermonem Islandicum aut ipſe tranſtulerat, aut qvosdam libros ab aliis translatos, cum Lutheri verſione accurate contulerat & correxerat; Cujus unum exemplar, ut a qvovis templo emeretur, & ibidem conſervaretur, Auguſtiſſimus Rex Fridericus II. edito 22 Aprilis 1579 edicto mandavit. Hæc ut a vulgi manibus teri cœperunt, verbis vix exprimi poteſt, qvalem qvantumqve apud permultos fecerint fructum, nam ut in ſterilibus &

aridis indoctorum hominum concionibus, qvas ad hæc usqve tempora, non qvovis die festo, sed qvoties sors tulit, uti Parochos, qvorum multi plures habuerunt parœcias, in eorum curia officium facientes, audire licuit, nubes plerumqve sine aqva habuerunt. Ita jam domi suæ qvotidie verbum Dei ipsi legere, discere, & meditari potuerunt, & ex ipso fonte arida cordis arva humectare & locupletare concessum fuit; Ut itaqve externa rituum ab anno 1540 & apud qvosdam cordis reformatio incepit, ita vera & realis Religionis in hominum corde & conscientia, jam si non prima habuisse initia, firmas tamen radices fixisse, & non apud paucos, sed multos ita nobilem fructum ferre videbatur, ut inde firmiter concludi possit, sacram scripturam lingva vernacula editam, cum aliis bonis libris, præsertim vero catecheticis, typographiæ beneficio divulgatis, una cum fidelium sacerdotum monitis & concionibus, optimum & efficacissimum Reformationis medium fuisse, qvod si prius adhibitum fuisset, Religionis Reformatio certe multo facilius, ocius & melius processisset.

§. 42.

Vidimus methodum, instrumenta & media, restant autem obstacula & *impedimenta*, qvæ fuerunt, partim externa, partim interna; *Externa* vocamus, qvæ non ex nationis genio aut indole profluxere, ideoqve illi adscribenda non sunt, cum autem veræ Religionis aut Reformationis introductionem magnopere tardarent, & difficilem redderent, ideo etiam primum locum poscunt. Horum primum & in oculis maxime incurrens fuit persecutio a Jona Aræsonio Holensium Episcopo contra Lutheranos & Reformationis negotium excitata, qvæ vel ut ingens procella magno impetu surgens, magnum qvidem timorem & trepidationem excitavit, sed cito sedata, minus detrimenti qvam seqventia lenta & serpentia mala, causæ principali attulit; imo tantillum, ut vix inter majoris momenti impedimenta numeranda sit. Alterum autem impedimentum, qvod nostratibus antiqvæ Religionis amorem abjicere dissvasit, eorumqve perseverentiam maxime confirmavit; fuit certe non optima, imo tantum non perversa, reformandi methodus; Reformatores enim nulla prævia informatione, errorum demonstratione, conscientiarum de veritate persvasione, imo nec ipsius veritatis cognitione aut catechisatione, jusserunt

runt tantum, ut priorem perſvaſionem & ritus ejurarent, novam autem acciperent, idemqve crederent, qvod Lutherus, Regi Daniæ, aliisqve magni nominis viris, ut crederent, perſvaſerat. Qvod ſi legitima, ne dicam optima, reformandi methodo uti voluiſſent, primo demonſtrandum fuiſſet, ſcripturam ſacram eſſe unicam credendorum & faciendorum infallibilem normam, qvæ de Pontificis Romani primatu ne unum verbum contineret, illum itaqve non eſſe caput Eccleſiæ, nec ejus conſtitutiones & placita eſſe infallibilia, ſed erronea, qvod ipſi ex eorum cum ſcriptura collatione optime cognoſcere poſſent, ſimulqve illis ipſam ſcripturam legendam dare, ut ſimul ipſi & teſtes, & judices eſſe poſſent; Sed horum nil fiebat; plurimi enim noſtratium, & ne ſacerdotes qvidem ſcripturam ſacram nunqvam viderant, nec qvicqvid ejus in lingva vernacula, niſi pauca qvædam N. Teſtamenti exempla proſtabant, qvæ pauciſſimi tanto cum fructu brevi temporis ſpatio legere & intelligere potuerunt, ut inde de omnibus Pontificiorum erroribus, qvos ejurare jubebantur, conſcientiæ plane convincerentur, præſertim cum nullus in tota Islandia præter duos, aut tres viros eſſet, qvi illos veram divini libri legendi methodum docere poſſet, aut eum recte intelligeret. Omnium deniqve impedimentorum efficaciſſimum & pernicioſiſſimum fuit, reformatorum avaritia, qvi a templorum ornamentis, qvæ in Islandia nunqvam (ut veriſimile ſit) ſuperflua aut ad luxum compoſita fuerunt; Et monaſteriorum abrogatione, eorumqve poſſeſſionum reductione, reformationem ordiebantur; qvaſi reformata religio in Islandiam introduci, Respublica ſtare, Rex regnare, ipſiqve eidem decenter inſervire non poſſent, priusqvam hæc egenæ gentis ſpolia in Regis ærario, ut obtendebant, aut ipſorum crumenis, eſſent. Taceo modum, qvo hæc & alia perfecerunt, nota enim eſt Myndenſis expeditio Videyenſis, qva hoſtili aut piratarum modo domeſticis male multatis monaſterium invaſit, & diripuit, unde magnum neceſſario emanabat ſcandalum, acſi hæc ex Religionis Lutheranæ principiis agerentur, qvæ bona opera non neceſſaria eſſe doceret. Hinc etiam *Ordinationem Eccleſiaſticam* anno 1540 in univerſali Dicaſterio, datis ad Regem literis, ſi non plane rejecerunt, certe ſatis audacter deprecati ſunt. Huc etiam ſpectant Myndenſis in Augmundum Epiſcopum injurioſa verba & facta, ac nota omnibus Mervitzii ſcelera, calumniæ, & rapinæ, qvæ ut in Magiſtratu nunqvam ſunt ſine ſcandalo, ita in Reformatoribus Religionis omnium acerrime reprehendi merentur,

qvibus

qvibus accedunt Hvitfeldii falſæ pollicitationes, primo Augmundo Epiſcopo factæ, qvem cum rebellionis aut criminis læſæ Majeſtatis juſto jure reum agere non poſſet, ut hoc modo bonis omnibus exueret, liberationis ſpe fallaciter promiſſæ id effecit, & mox pari plane modo mœſtæ mulieri Asdiſæ Ogmundi Epiſcopi ſorori pro fratre intercedenti, ut eam mundo muliebri & aliis, qvæ habebat, emungeret. Hæc certe & plura alia, qvæ enumerare ſuperſedemus, convertendis magno fuerunt offendiculo, cum Reformatores, non tam ſe & ſuam ſalutem, ut obtendebant, qvam, qvæ ſua erant, qværere viderent. Monaſteriorum reductio & monachorum ejectio haudqvaqvam taxatur, ſed qvod modo & tempore alieno & intempeſtivo facta fuit, laudem non meretur, & qvanta non laude digna fuiſſet, ſi aut in ludos literarios, ut primo inſtituerat Rex glorioſiſſimus, converſa fuiſſent, aut ſaltem eorum decennalis proventus, qvorundam bonæ indolis juvenum Islandorum in Academia Hafnienſi, bonis literis & Theologiæ ſtudentium, uſibus impenſus fuiſſet, qvi poſt paucos annos bene informati, & bonis inſtructi libris patriæ magno uſui & honori eſſe potuiſſent. Nec tacenda eſt diminutio ſalarii Clericorum, contra Regis, aut ejus nomine, publice factam ſtipulationem, nam Clerus Skalholtenſis diœceſeos, tam Thingvallis 1541, qvam Middali 1542, congregatus, ea ſub conditione nova ſacra recepit, ut ſuis honor, antiqviqve proventus ac privilegia ſarta tecta conſervarentur, qvæ promiſſa cum fusqve deqve, qvamvis præter optimi Regis intentionem, haberentur, non potuit non ardor defraudatorum defervere & miniſterii honor eo usqve vileſcere, ut honeſto loco conſtitutus qvivis, liberos ſuos ab illo, tanqvam infima conditione, arceret.

§. 43.

Interna, & qvaſi ex genio nationis (ut qvidam autumant) propullulantia vitia & *impedimenta*, qvæ non tam ipſi Reformationi, qvam Religionis per eam inproductæ progreſſui & fructibus impedimento fuiſſe volunt, fuerunt literarum ignorantia, variæ ſuperſtitiones aut incredulitas, libidines, aliæqve ejusmodi, qvæ non qvidem omnia præfracte negamus, ſed proprias ſuas cauſas habuiſſe, & proprias admittere excuſationes aſſerimus, de qvibus notandum venit, vitia unius aut alterius perſonæ, non toti nationi, nec hujus vel illius ſeculi, aut etiam multo

brevioris

brevioris temporis vitia aut nævos, ut nationis indolem, & toti genti connatum ac perſeverans cacoëtes, adſcribenda eſſe; notum enim eſt mortalium mores & inclinationes non ſecus ac morbos ſuos habere paroxyſmos, ita ut nunc totum corpus, nunc hoc vel illud membrum invadant, nunc etiam penitus remittant, ſed ſtudiorum & eruditionis defectus aut comtemtus, ſuperſtitiones, libidines, & alia ejusdem farinæ, qvæ ſæpius memorantur, & qvibus Reges ſevera ſæpius edicta oppoſuerunt, nec toti nationi communia fuerunt, nec perpetuo durarunt. Accedit, qvod Regibus qvandoqve falſa relata fuerunt, qvæ vera eſſe crediderunt, ideoqve ea prohibuerunt, aut ne talia fierent, cavere voluerunt. Non diffitemur noſtrates plerosqve hoc tempore indoctos fuiſſe, nec qvod ſuperſtitionibus valde fuerint dediti, & tandem qvod horrendæ libidines ſœpius auditæ fuerint, qvæ alio tempore non exſtiterunt; horum tamen qvodvis proprias ſuas habuit cauſas.

§. 44.

Literarum ignorantia & ruditas hæreditate a majoribus accepta nemini ante Reformationem vitio dabatur, cuivis enim Sacerdoti, ſi legere, ſcribere, & canere ſciret, ſufficere videbatur, ſed ſublatis cum Reformatione per miſſarum & vigiliarum abrogationem, opimis ſalariis, pleræqve ſacerdotales præbendæ indignæ videbantur, ut ad eas adipiscendum ſtudiis aliqvid impenderetur, Politicis autem præter jurisprudentiam, nulla prorſus eruditione opus eſſe videbatur. Cumqve indoctiſſimus qviqve pariter acſi doctus eſſet, optimas præbendas, Præturas, & Redemturas nanciſci poſſet, eruditionem, qvæ in nullo erat pretio, care emere, ſtultitia videbatur. Acceſſit qvod nulla tum publica exſtaret ſchola, & perpauci, qvi aliqvid docere poſſent, invenirentur, unde literis operam dare volentibus, ad peregrinos abeundum erat. Sed hæc cum tempore paullatim in melius mutabantur, ut ſuo loco dicetur. *Superſtitiones* ſimiliter Papatus fuerunt progenies & reliqviæ, qvas ſubita & qvaſi momentanea Reformatio in cordibus hominum intactas reliqverat, & ut plerumqve inſcitiam conſeqvuntur, ita nec niſi renaſcentibus bonis literis eradicari potuerunt; Qvorum utrumqve Reformationis ineptæ methodo merito imputari debet, ſi enim Sacerdotibus, aut ſua manſiſſent ſalaria, aut loco ablatorum aliqvid, ut promiſſum fuit, attri-

butum fuisset, & si qvædam cœnobia in Gymnasium mutata fuissent, qvorundam vero annuus proventus Studiosis qvibusdam in Academia Hafniensi literis vacantibus præmii aut stipendii loco assignatus fuisset, certe res literaria multo citius ad frugem pervenisset, qvod invincibili comprobari potest argumento, nam qvam primum Regia Majestas Islandicæ juventuti, gratuitam in Communitate Regia assignavit qvadram, & reducibus in patriam, si modo examen Attestationis sustinuissent, & bonis Professorum testimoniis præmuniti essent, in optimas præbendas promotiones promiserat, juventus Islandica, qvamvis res angusta domi multis & sæpe optimis ingeniis obstaret, freqvens se ad Academiam contulit, reduxqve optimam patriæ operam navavit. Infandæ autem *libidines*, qvæ circa Reformationis tempora grassabantur, itidem Papismi reliqviæ erant, nam sub eo nunqvam vita aut capite steterunt, sed ab Episcopis, dum penes eos talia puniendi potestas erat, carinis & multis pecuniariis plectebantur, sed cum ad Politicos transiisset, illis plerumqve connivebatur, nam constitutione (vulgo *Stóradóm*) a Rege confirmata, & in leges relata, peccantes tantum ob delicta, qvæ post ejus confirmationem commiserunt, ut prima vice commissa, puniebant, reliqva vero & antea commissa impune transmiserunt, qvod exemplis sat probari potest; Sublata itaqve pæna, non mirum, si peccata increbuerint.

§. 45.

Limitata per reformationem Episcoporum potestate, laxata est etiam *Disciplina Ecclesiastica*, nam ab anno 1550 ad annum 1720 nullus in Islandia Episcopus eo processit, ut qvenqvam facinorosum aut refractarium majore excommunicatione ferire auderet. Cumqve magistratus politicus, ad qvem Episcoporum potestas & jurisdictio maxima ex parte translata erat, oscitanter non raro officium faceret, peccandi impudentiam se qvandoqve exseruisse, nemo mirari debet, nam libertas Christiana, ut vocari solet, facile in licentiam peccandi mutari potest. Qvamdiu autem Episcopi Nomophylaces & Prætores præbendis & decimarum redemturis beare potestatem habuerunt, tamdiu etiam in impugnandis & eradicandis Catholicorum cæremoniis, superficiariis officiis occultam mentem tegentes, fidelem navarunt operam; sed qvam primum Episcopis omnis fere jurisdictio simul cum potestate qvicqvam sine eorum consensu

ſenſu ſtatuendi ablata, & illis concredita fuit, his in omnibus fere obnitebantur. Taceo Satraparum perpetuos fere Epiſcopos deprimendi conatus, unde inter utrosqve continua fere diſſidia, ut notum eſt ex Bucholtzii & Jonæ Nomophylacis cum Gudbrando Epiſcopo, Herluffii Daa cum Oddo Epiſcopo primo ſimultatibus, & deinde plusqvam vatinianis odiis; Alia enim minoris momenti & recentiora, tangere nolo, qvæ tamen Eccleſiæ emolomento ſemper obſuerunt.

§. 46.

Qvalis autem externus Eccleſiæ ſtatus fuerit, & *qvomodo Magiſtratus politicus* eam *exercuerit diſciplinam*, qva ejus fuit officii, ex monitoriis Gislavi Epiſcopi literis ad eos anno 1636 datis abunde patet (a); Ubi dolos & fraudes, contumaciam ſubditorum, violentiam, avaritiam, calumniam, defectum diſciplinæ domeſticæ, altercationes, odia, licentiam effrænem, libidines, tolerantiam maleferiatorum & ſyclophantarum, & id genus alia vitia, tunc increbeſcentia, magiſtratus politici ſupinæ negligentiæ & indulgentiæ imputat. Nec ſatis eſſe animadverſionem inſceleratos inſuper habuiſſe, ſed leviſſima qvævis, ut colaphum operario ab hero juſtam ob cauſam inflictum, gravi multa puniiſſe, tanqvam conniventia ſcelerum ſola non ſufficeret, niſi etiam in illorum vindices animadverſio fieret, forte qvod patresfamilias multæ magiſtratui debitæ ſolvendæ pares putaverint, non vero circumforaneos. Eidem etiam maleſanæ conniventiæ & incuriæ adſcribit verbi divini, Sacramentorum & miniſterii Eccleſiaſtici contemtum, profanationem Sabbathi, neglectum & ignorantiam doctrinæ Catecheticæ, detrectationem curialium in paſtore ſuſtentando, maleferiatorum diſciplinam Eccleſiaſticam fugientium receptationem, & crimen repetundarum bonorum ad templa pertinentium &c. Certe vix credibile eſt, qvantum hoc, tam Eccleſiæ, qvam Reipublicæ malum attulerit, nec etiam credibile hæc mala in tantum invaluiſſe, niſi tales literæ publice conſcriptæ ac evulgatæ exiſterent; tantum enim abfuit, ut contra illas qvisqvam coætaneorum hiſcere auſus fuerit, ut ipſe autor illas novem menſium ſpatio interjecto repetierit, & iterum promulgari curaverit.

(a) Vid. ad finem Capitis Litr. C.

§. 47.

Cum Prætores se in officio concredito tales præstiterint, non mirum *Tribuum Inspectores*, utpote eorum vicarios, illorum vestigia legisse. Sed in regione, ubi parochiæ pluribus extensæ sunt milliaribus, nullam habentes scholam, nullum Diaconum & Substitutum, munus sacerdotale minus reddi fructuosum, cum pauperum Curatores, sive tribuum Inspectores non solum auxiliatricem manum admovere detrectant, sed & contrariam sectantur partem, ac parentes incuriosos, maleferiatos, ac contumaces, tuentur, & eleemosyna publica beant. Qvæ illis haud obscure objicit mox laudatus Præsul in literis ad illos datis, utpote socordiam, discordiam mutuam, licentiam, injustam & incuriosam eleemosynæ publicæ administrationem, nimiam in mendicos & male feriatos indulgentiam, supinam educationis & disciplinæ domesticæ negligentiam &c. Qvid? Qvod eos etiam provocat, ut referant, si possent, qvot impiorum, nebulonum, & contumacium circumforaneorum per solidos triginta annos, exceptis saltem trifuribus & atrocis delicti reis, castigavissent, vel unica vice dolore affecissent, multo minus ad judicem detulissent (a).

§. 48.

Ex qvibus pii prudentisqve Episcopi scriptis & monitis in publicum emissis, qvibus non tantum sui temporis (b), sed etiam præteritorum mores depingit & perstringit, collatis cum illis, qvæ nos supra attulimus, unicuiqve sine præjudicio rem omnem consideranti clarum fiet, qvot, qvantisqve cum difficultatibus Episcopis, aliisqve fidelibus in vinea Domini operariis, luctandum fuerit, qvi, qvantum in illis erat, nil reliqvi fecerunt, qvod eorum officii fuit, ut ex eorum scriptis & gestis patet, eo enim processerunt, ut externis illis & ordinariis Sacerdotum officiis & muniis in templo rite peragendis contenti non essent, sed efficacissima qvævis in Ecclesiis optime institutis usurpata media, qvalia sunt

(a) Vid. infra loc. cit. Litr. D.

(b) Scriptæ qvidem sunt illæ literæ anno 1636, sed de triginta annis proxime præterlapsis, expressis verbis loqvuntur, qvare & ad hanc Periodum merito referuntur.

ſunt aſſidua catechiſatio, fidelis domeſtica viſitatio, publica juniorum fidei confeſſio, & in gratia baptiſmali confirmatio, etiam adhibuerint, qvibus id tandem lucrati ſunt, ut Eccleſia Islandica extrinſecus pauperrima & contemta, intrinſecus tamen, qvod ſine omni aſſentatione & vere dici poteſt, nulli ſecunda tandem evaderet.

Litr. A.

(a) Stórmektugaſte Kóngur; nádugaſte Herra. ydar Kongl. Majeſts. allatima reidubúin mín undergefne oc plichtſkylldug þienuſta. Jeg fátækur madur er med allre undergefne fyrer ydar Majeſt. klagande med hvörium hætte á þeſſu nærverande áre 1579 á Petursmeſſu oc Páls, ſnemma morguns nær um þridiu ſtund, hafa til míns gards komed 60 fótgángande menn, ſem ſig fyrer Engelſka útgáſu oc ec meina þá vered hafa, hvörier ſtrax med ofbelldi hafa gardſins dyr uppbroted, oc med ſkotum oc flögum ſoddan upphlaup giört ad ec meina þad Tyrkiar ſkyldu ei hafa kunnad þad verr ad giöra, í hvorium órum þeir hafa einn af minum þenurum í gegnum brióſtid oc handlegginn ſkotid, af hveriu ſkoti hann hafde nær daudan bedid. Epter þad hafa þeir mig fátækan mann til ſánga tekid oc ollum mínum beſtu eignum rænt, ſem virdtar voru til 500 richsdala í gulle oc ſylfre, oc þar ad auke tveimur ſylfurdólkum, ſem ſoc allt mitt gótz annad, ſem þar var ſamankomid, einnin mitt heima fólk ſmánad, oc ec hefe ecke ſo miklu epter halldid ſem ec kynne under mitt höfud ad leggia; Eirnen hafa þeir kirkiuna þar upp brotid

(a) Rex potentiſſime, Domine gratioſiſſime! Regiæ Veſtræ Majeſtati ſubjectio mea & officia debita ſemper in promtu ſunto! Ego miſſellus coram Veſtra Majeſtate ſubjectisſime defero, qvod anni præſentis 1579 feſto Petri & Pauli, mane diei, hora circiter tertia, ſexaginta viri pedites, qvi ſe Anglos, & ut ego opinor, vere, profitebantur, ad villam meam pervenerunt, fores confeſtim violenter effregerunt, & ictibus ac exploſionibus (ſclopetorum) tantum tumultum excitarunt, ut ego a Turcis majorem vix ſperaverim, qvo in tumultu unum famulorum meorum per pectus & lacertum, ita ut mortem vix effugerit, trajecerunt. Poſtea me miſerum captivum deduxerunt, qvæ in bonis pretioſiſſima habui, aurum ſiqvidem & argentum ad qvingentorum imperialium pretium, ut & duos pugiones argento ornatos, & omnes meas facultates ibidem reperiundas, diripuere, præterea & meos domeſticos contumelia affecerunt, nec mihi ſupererat tantum, qvantum capiti in lecto ſuſtinendo ſufficeret. Templum qvoqve

brotid oc því öllu rænt sem þeir kunnu med sier færa, sídan mig klædflett oc nöktum uppá einn klárhest kastad, oc færdu mig so med sier 6 mílur vegs til þeirra skips oc þar í fángelse settu; Sídan sigldu þeir til Vatnseyrar sem er ein höfn á Vatnsfyrde oc hafa þar 14 daga halldit mier í fángelse oc af mier kúgad góð naut, saude, fisk, oc nockut sylfur, som míner góder viner meintu mig med ad fridkaupa, hvad þó í þad sinn ecke feckst, þar ad auke hafa þeir frá mier rænt nockrum kost oc ödrum naudsynlegum hlutum, sem ec effter ydar Majests. befalningu oc gömlum sidvana, ydar undersátum þar med ad hiálpa, hafde keypt í Hamborg, oc mig þar í fyrsta kaupe 2000 mark lybsk kostudu, hvörs vegna ydar Majests. undersátar hafa þess ecke notid, oc þar af stóra neyd oc skort lidid. A þeirre sömu höfn hafa þeir nockra menn til fánga tekid, oc þvíngad þá til ad kaupa sig út med meira giallde enn þeir formáttu, oc einn minn gódan vin, sem til þeirra kom oc um mína hage ransaka vilde, hafa þeir med ellde kvalarlega brent oc pínt, oc hvörn dag hafa þeir mier stórlega hótad, so ec var ecke eina stund um mitt líf ugglaus. Þesse Reisara Capitain, sem sig nefnde William Smidt, hafde á skipenu 70 manns, oc 60 af þeim hlupu þar um alla nálæga stade 20 mílur um kríng, rænande allt hvad þeir nádu, oc allt hvad þeim þenade ecke hafa þeir

---

qvoqve effregerunt, ex qvo omnia qvæ auferre potuerunt, diripiebant, me exinde vestibus spoliatum, nudum caballo imposuerunt, & per sex milliaria ad navem eorum devectum, carceri incluserunt. Postea Vatneyram, qvi portus est in sinu Patrixfiord, devecti, per qvatuordecim dies me in carcere ibidem detinuerunt, mihiqve boves præstantiores, verveces, pisces, & aliqvantum argenti, qvo amici mei me redimere, sed incassum, tentabant, extorserunt. Præter hæc commeatum & plures res necessarias, qvas ex Regiæ Majestatis jussu & more antiqvo, Hamburgi, pretio bis mille marcarum Lubecensium, ut Vestrorum subditorum necessitatibus subvenirem, comparaveram, mihi vi abstulerunt, qvare in Vestræ Majestatis subditos, horum usu privatos, magna penuria & calamitas redundavit. In eodem portu qvosdam viros captivos duxerunt, & majori argento, qvam qvo erogando pares fuerunt, libertatem sibi redimere coëgerunt. Amicum qvendam meum, qvi, qvomodo haberem, sciscitaturus erat, igne misere cruciarunt & combusserunt, & qvotidie minas mihi intentabant, ut nec per horulæ spatium de vita securus fuerim. Hicce centurio pirata, qvi se Vilhelmum Smidt appellabat, septuaginta viros secum in navi habuit, qvorum sexaginta per omnem viciniam usqve ad viginti milliaria, omnia, qvæ asseqvi potuerunt, diripientes, cætera qvæ suis usibus non inservire putabant, disperdentes,

þeir fordiarfad, oc þar ad auke allra handa ótukt oc illan lifnad med konum oc ſtúlkum naudugum adhafft. Enn þegar þeir 14 dagar voru úte, oc þeir höfdu alla þeſſa vondſku adhafft, oc ſáu ad ec kunne ecke þeim leingur gialld edur peninga gefa, hótudu þeir ad flytia mig ſo lángt í burt, ad ec ſkylde alldrei hvörke í Island nie þýſkaland til kunnugra manna aptur komaſt, ef ec vilde ecke enn nú gefa þeim 2000 Rixdali, oc ſigldu ſo á Isafiörd inn á eina höfn ſem heiter Skutulsfiördur, oc hielldu mer þar um 14 daga í fángelſe, oc allan þennan tíma umgenguſt þeir eins oc vid Vatnseyre oc enn verr med ráne oc ſkammarlegumm lifnade med konum oc ſtúlkum móte þeirra eigin vilia. Einnen hafa þeir þar eina kyrkiu uppbrotid oc rænt, oc þar nálægt í Sogundarfirde 4 menn ydar Kongl. Majeſts. underſáta myrdt oc drepid, oc mátte ec aumur madur á hvörre ſtundu míns dauda væntandi vera; So ad um ſíder fyrer mína oc míns dótturmanns audmiúka oc alúdlega bón oc tilleitne hafa góder menn feinged einn Skipherra frá Stade í Holſten, ad nafne Henrich Gevers, oc ſendu hann til þeſſa reiſara Capitains William Smidtz, hvör Skipherra med ſier færde þad ſem míner góder viner oc náúngar höfdu ſamantekid oc ſendt til ad frelſa mig med, ſem ad var 13 pund ſylfur, 35 Rixdaler, 5 uxar, 20 ſaudir, hvad allt þeſſe Skipherra færde Captainenum oc villde mig þar med lauſan kaupa, oc enn þó þeſſe Captain

tes, circumqvaqve curſitabant, præterea & libidines & maleficia in virgines & maritas invitas exercuerunt. Prædicto autem qvatuordecim dierum ſpatio exacto, & ſceleribus iſtis perpetratis, cum de argento vel lytro a me ulterius erogando deſperarent, me in tam diſſita loca avehere minabantur, ut nec in Iſlandiam, nec Germaniam, ad homines mihi notos, reverti unqvam integrum mihi foret, niſi illis bis mille imperiales adhuc perſolverem, & tunc in portum qvendam Iſafiordenſis provinciæ, dictum Skutulsfiörd, devehebantur, ubi me per qvatuordecim dies captivum detinuerunt, qvo ſolido tempore æqve ac in Vatnseyra, vel & impudentius, rapinas & nefanda in maritas & virgines ſtupra violenta exercuerunt. Hoc etiam in loco templum qvoddam effregerunt & ſpoliarunt, nec longe abhinc in Sugandafiordo qvatuor viros, Veſtræ Regiæ Majeſtatis ſubditos, interfecerunt, mihi autem miſero mors qvavis hora imminebat. Tandem meis, generiqve mei, precibus humillimis & obſecratione intercedentibus, viri probi nauclerum qvendam de Stada Holſatorum, nomine Henricum Gevers, ad dictum Centurionem piratam Vilhelmum Smidt ablegarunt, qvi nauclerus, ea, qvæ amici mei & conſangvinei ad me redimendum conqviſiverant & miſerant, tredecim videlicet libras argenti, triginta qvinqve joachimicos, qvinqve boves & viginti verveces, Centurioni, ut his me redimeret, attulit. Qvamvis autem

Capitain hefde mig ádur rænt öllu mínu gótse, giallde oc sylfre, þá liet hann fier þetta þá ecke nægia, helldur útheimte enn nú fyrer mig 300 Rixdale til lausnar gialds. Enn effter því mier var ómögulegt þessum 300 Rixdölum til vegar ad koma, hefi ec þennan ádurnefndan Skipherra Henrich Gever þar til feingid ad hann geinge í borgun fyrer mig vid Capitainen, þad liet hann fier líka, oc tilsagde Skipherranum þessa summu giallds betala sínum edur þeirra fullmegtugum til Flessingen í Hollande, hvar uppá ec vard Skipherranum mína handskrifft gefa, ad þegar ec sæe bevísing ad þetta gialld være útlagt, skylda ec þad í Hamborg honum aptur betala, oc so vard ec laus úr mínu fángelse oc aumkunarlegu hallde. Enn ádur enn ec fór burt, hótade mier Capitainen oc hans Lieutenant, ad ef ec klagade þetta fyrer ydar Majst. skylldu þeir annad ár aptur koma oc off miklu verr enn nú plága oc útleika. Ofan á allt þetta hafa þesser reifarar plundrad 2 skip á ydar Majsts fríum straumum, oc af ödru því skipe 3 menn so med ellde pínt, ad einn af þeim hefur dáid. Oc ad allt þetta, nádugaste Herra, sie so í sannleika, ad ec hiá þeim ræningium oc mordurum hafi 4 vikur í fángelse setid, oc af þeim öllu mínu gótze, gulle, oc silfre ræntur verid, hvörs summa ad reiknast 8000 mark lubsk, fyrer utan kirknanna gótz oc allt annad sem þeir rænt hafa af ydar Majsts undersátum hvörs verd mier er ómögulegt ad vita, oc ofan á allt þessa

---

tem Centurio iste omni meo argento, nummis & facultatibus me antea spoliaverat, hoc illi non erat satis, sed trecentos adhuc imperiales lytri nomine postulavit. Cum autem trecentos illos imperiales sistere mihi fuerit impossibile, dictum nauclerum Henricum Gever induxi, ut pro me Centurioni suam fidem interponeret, qvod & hic acceptavit, simulqve nauclerum summam istam dominis navis aut eorum mandatariis Flessingæ in Hollandia numerare jussit, ego autem nauclero dato chirographo spondere necessum habui, qvam primum certior fierem argentum istud esse persolutum, me illud Hamburgi restituturum fore; qvo pacto carcere & misera illa captivitate liberatus sum. Ast ante meum abitum Centurio ejusqve Locumtenens minabantur, qvod si ego Vestræ Majestati hæc deferrem, seqventi anno iterum advenientes multo majori nos malo mulctaturi forent. Præterea & prædones isti duas naves in Majestati Vestræ subjecto mari depopulati sunt, in qvarum altera tres viros igne ita cruciarunt, ut unus eorum exspiraverit. Certe hæc omnia ita se habent, Domine gratiosissime! me ab his prædonibus & homicidis per qvatuor septimanas in carcere detentum, omni meo auro, argento, & bonis usqve ad summam octo millium marcarum Lubecensium, spoliatum, præter hæc templorum bona & omnia illa alia a Vestræ Majestatis subditis, qvorum bonorum pretium indicare mihi est impossibile, direpta fuisse,

þessa handskrifft ómaklega af mier kúgad. So er þá til ydar Majsts. mín undergefnust audmiúk bón, ad ydar Majst. vilde af Kongl. medfæddre nád, gódsemd oc milde, þessu mínu aumkunarsamlegu tilfelle oc stórum skada rád oc bót á vinna, oc mier náduglegast rád oc befalning gefa hvörnen ec skal mier um þessa af mier kúgada handskrifft skicka oc hallda, því til ydar Majsts. hefe ec allt mitt tilflucht hier á jördu næst gudi almáttugum í þessare minne þreinging oc fátækt. Oc effter því ec so sem einn fátækur undersáte er ydar Majst. med eide plichtskylldugur oc undergefinn, oc mier byriar í ongvan máta ad þegia yfer þessara illvirkia ofbelde, ráne, oc mordum, þá er ec í allre undergefne bestu vonar ad ydar Kongl. Majst. mune þessa mína Supplicatiu nádarlega álíta, hvar um ec ydar Majst. í allre undergefne bidiande er; þad mun Gud Almáttugur ydar Majst. ríkuglega endurgiallda, oc ec ydar Majsts. fátækur undersáte játa mig skylldugann ydar Majst. til þenustu líf oc blód i hættu setia.

Ydar Kóngl. Majsts. undergefinn, hlýdenn, oc plichtskylldugur fátækur undersáte.

Eggert Hannesson
frá Bæ á Raudasande á Islande.

Litr.

---

fuisse, & (piratas illos) dictum insuper chirographum mihi injuste extorsisse. Subjectissime igitur & humillime Vestram Majestatem rogo, velit Vestra Majestas ex connata sua clementia, gratia & benignitate, misero huic casui & damno insigni medelam & consilia, mihiqve simul mandatum impertiri, qvomodo ego me circa syngraphum istud gerere debeam, nam in hac mea afflictione & inopia solum meum in hoc mundo refugium, juxta Deum omnipotentem, est ad Vestram Majestatem. Sed cum ego subditus miser Vestræ Majestati religione juramenti obstrictus sim & subjectus, nec talia scelera, violentias, rapinas & homicidia tacere debeam, Regiam Vestram Majestatem hunc meum libellum supplicem gratiose recepturam subjectissime spero & obsecro, qvod Deus T. O. M. Vestræ Majestati abunde remunerabit, ego autem Vestræ Majestatis inops subditus officia mea, vitam & sangvinem offero.

Vestræ Regiæ Majestati subjectus, obseqvens & obstrictus subditus inops

Eggertus Johannis,
de Bæ in Raudasando Islandiæ.

Litr. B.

(b) Þeim heidarlegu herrum oc höfdingium andlegrar oc veralldlegrar ſtiettar í þeim konúnglega ſtad Kaupenhaffn vorum gunſtugum herrum; Já öllum ſem Jeſum elſked oc brædurnar anneſt, er brefid audmiúklega tilſkrifad frá Algier 1635.

Gudhrædder herrar viner oc brædur í Gude.

Gud Fader, Sonur, oc H. Ande hallde ydur öllum vid frelſe oc fríheit, lucku oc bleſſan, líf oc lánggiæda daga, ſem þetta bref ſiáed, heyred oc leſed, oc láted ydur þeirra hiartans neyd áhræra, oc aumkeſt yfer þeim ſem herleidder eru; Gud vardveite ydur á ſálu oc líſe frá öllu vondu fyrer Jeſum Chriſtum, Amen.

Vier fángar Jeſu Chriſti oc píſlarvottar hans ſára, herleidder í fángelſenu, oc fángader í herleidingunne, innſiglader í vorum ennum med ſignete þeſſ mikla Guds, oc innelukter uppa þá ſælu trú oc líſſens von ſem í nádinne openberaſt fyrer lambſins ſakleyſis blód, ſem í hædunum lifer oc koma mun til dómſens oc vitnesburdar á þeim almennelega mikla herradeige, oc mun þá einum oc ſierhvörium efter ſínum verkum endurgiallda, ſá ſem oc hvad í hylmíngu giört er, í lióſſens auglýſing framleida

(b) Dominis honorandis, & ordinis, tam clerici, qvam ſecularis, primatibus in urbe Regia Havnienſi, Dominis noſtris gratioſis, ut & omnibus, qvi Jeſum amatis & fratrum curam geritis, hæ literæ humiliter ſcriptæ ſunt de Algera 1635.

Pii Domini, amici, & in Deo fratres!

Deus Pater, Filius, & Spiritus Sanctus vobis omnibus has literas viſuris, audituris, lecturis, & captivorum cordis afflictione commovendis, libertatem, felicitatem, benedictionem, ſalutem & vitam longævam conſervet. Deus vos, tam qvoad animam, qvam qvoad corpus, per Jeſum Chriſtum ab omni malo liberet. Amen.

Nos Jeſu Chriſti captivi, ejusqve vulnerum martyres, captivi in carcere, & in captivitate incarcerati, frontes noſtras ſigillo magni Dei obſignati, in beatam illam fidem concluſi, & in ſpem vitæ qvæ in gratia revelabitur per ſangvinem agni innocentis, in excelſis viventis, & ad judicium ac teſtimonium in magno illo & univerſali comitiorum die venturi, & unicuiqve ſecundum ejus opera tum remuneraturi, & qvod in occultis commiſſum fuit, in lucis revelationem coram omnibus ſuis ſanctis

leida mun fyrer öllum ſínum heilögum einglum oc útvöldum mönnum; því hann er ſá ſem hiörtun oc nýrun ranſakar, í hvörs nafne vier köllum med ſálum þeirra líflátnu (ſem under Guds háſæte nú eru) oc hrópum hegningar yfer þeim ſem oſſ í fiötur oc fángelſe fært hafa, med þeim ſem vor hiörtu daglega hrella oc ſæra vora líkame, þiá oc þvinga, vorar ſálir ſkielfa, oc yfer þeim ſem vorum anda á jördena lifande úthellt hafa; Já, enn nú úthella, oc yfer þeim ſem þar til ſtyrkia. Oc Gud fyrergefe þeim (ef þeir eru þeſſ verduger ad þeſſ ſie bedid) ſem þád hindra ad vor endurláuſn af vallde gudlaſtaranna oc offækiandanna, hans útvalldra híngad til vor koma meige, oc ſteſnum vier þeim fram fyrer lifanda Guds auglit, krefiande þá ad þeir ſvare vorum ſálum oc úngbarnanna fráfalle oc trúarennar afneiting, oc dauda þeirra þvíngudu (í Gudi burtſofnadra) oc hrellíng þeirra liföndu, ſem enn nú epter erum ſtrídande vid daudan, ſærder á ſálu oc líkama, oc hvörge óhullter á allar ſídur, hvörier *Frendores* ad eru óforſvaranleg orſök vorrar lángvarande herleidingar plágu oc þvíngunar oc píningar bæde fyrer 12 dómſtólum oc allre veralldarkringlunne, yfer hvörium himnar oc jörden eru vitne, oc ſólen drottins, túngled oc ſtiörnur allar ſem óaflátanlega velltaſt med himnenum, yfer dádlauſum hiörtum mannanna, ſamvitſkuleyſe, hiadnan kiærleikans, foraktan fátækra brædra, oc yfer gleymſku þeſſ ſídaſta dómsdags þeſſ riettláta herra.

S 2 Þeir

tis Angelis & hominibus electis promulgatnri; Ille enim eſt qvi corda & renes ſcrutatur, in cujus nomine nos, una cum animabus mactatorum, qvi jam ſub throno Dei conſtituti ſunt, vindictam clamamus & vociferamur ſuper eos qvi nos in carcerem & compedes conjecerunt, & illos, qvi corda noſtra qvotidie diſcruciant & dolore afficiunt, corpora affligunt & premunt, & animas noſtras percellunt; & ſuper eos qvi animas noſtras vivas in terram, & hoc qvidem adhucdum, effundunt, & ſuper eos qvi operam ſuam hanc in rem conferunt. Deus illis condonet, ſimodo & hac interceſſione digni ſint, qvi noſtrum de blaſphemorum & perſecutorum manu lytrum ad nos pervenire poſſe impediunt, qvibus ante Dei vivi conſpectum diem dicimus, expoſtulantes, ut rationem reddant noſtrarum animarum, apoſtaſiæ & denegationis fidei infantum, mortis excruciatorum, jam in Deo dormientium, & afflictionis noſtrum ſuperſtitum, qvi cum morte confligtantes, animæ & corporis ſaucii, undeqvaqve ſecuritate privati ſumus, (iſti autem *Frendores* per ſummum nefas diuturnæ noſtræ captivitatis, afflictionis, & cruciatuum cauſa ſunt) tam coram duodecim tribunalibus, qvam toto terrarum orbe; contra qvos teſtimonium dicent cœli & terra, & ſol Domini, luna omnesqve ſtellæ, qvæ unacum cœlo ſuper abjecta hominum corda, defectum conſcientiæ, torporem amoris, pauperum fratrum contemtum,

&

þeir hræfnarar oc Nabals brædur, laxmenn Judafar oc hluttakendur Achitophels ættu ad hugfa, ad Abels blód mune enn nú ecke kallt vera, fem þó fyrer mörgum hundrudum ára úthellt er, oc kemur enn lifande á jordu med fángaranna blóde, oc hiartans tárum upp í himinin; hvört er nú eingen mifkun? Eingin kiærleike? Eingen famvitfka fem vaknar? hvört er nú eingenn gudhræddur? Eda höfum vier ongvan nádugan kóng? Erum vier án riettlátra herra oc forfvars manna? Ellegar án gudhræddra kennefedra? án forelldra, vina, oc brædra? ad þad þeir láte fier ej til hiarta gánga vora daudlega neyd oc hiartans ángift oc klogumál? Já, þad blóduga Guds hrís á off, oc yferhángande hefndar ftraff, oc ad vier þiáunft í örvæntinganna myrkrum under Tyrkians vallde, Chriftendómfens eydeleggiurum í villuandanna daudans dybliffum, fiatrader oc bundner þúngum ftraffs hleckium, Pharaonis járnvidium, under Capteina flagge, oc fönum þeff mikla fiökórónada dreka Mahomets, fem vier fiáum yfer voru höfde flöckta oc fliúga. Gud veit þad, þad er hvaffara enn tvíeggiad fverd, oc meir biturt enn daudenn, já fárara enn blódrennande áverkar ad vita til þeirra fem her hafa vered í tvær reifur í Algier med vort nádarfrelfes gialld til verflunar, ábata, oc kaupfkapar, oc hafa rænt off fo vorum líkamlegum fríheitum, því þeir hafa aldrei viliad her medkienna þad,

---

& jufti illius Domini judicii extremi oblivionem, perpetuo circumvolvuntur. Hypocritas illos, fratres Nabalis, fodales Judæ, & Achitophelis participes, perpendere oporteret, fangvinem Abelis nondum frigidnm effe, qvamvis ante multa retro fecnla effufum, adhuc tamen vivnm de terra unacum fangvine & lacrymis captivorum cœlos petere. An ergo nulla jam mifericordia? Nullus amor? Nulla, qvæ expergefiat, confcientia? Nemo pius? An ergo nullum clementem Regem habemus? An juftis Dominis & tntoribus aut etiam piis doctoribus, parentibus, amicis & fratribus, qvi mortifera noftra calamitate, cordis anxietate & qverimoniis commoveantur, deftituimur? Imo vero; cruenta Dei virga & imminens pœna vindex nos premit, affligimnr enim tenebris defperationis fub poteftate Turcæ, a defolatoribus chriftianifmi, in infidelium mortali carcere gravibus pœnæ compedibus & Pharaonis ferreis vinculis conftricti, fub vexillo centurionum & fignis feptupliciter coronati illius draconis Mahometi, qvem fuper capitibus noftris volitantem videmns. Deus novit; ancipiti gladio magis fecat, ipfam mortem amarore fuperat, qvinimo majorem, qvam fangvinem fundentia vulnera, dolorem affert, certo fciviffe, qvod qvidam jam bina vice hic Algeriæ noftrum lytrnm mercaturæ, & qvæftui, adhibuerint, nos autem hoc modo corporis noftri libertate deprædati fuerint. Nunqvam enim hic confiteri voluerunt,

þad ad þeir ættu nockurn mann ad leyſa edur ſig þar til komna ad vera, enn ſögduſt í Guds nafne fyrer vorn náduga Herra Kóng ſupplicera vilia effter frelſe fyrer fólkid, oc fyllt ſo einfallda veſælinga med fögrum gyllene ordum oc fóru ſo ſinn kooſſ, einn med húdarſkinn, annar med ſickurkiſtur, ei annad effterlátande enn reik oc ſvælu ſinna forgylltu orda, oc fóru ſo hedan med vors loflega Herra Kóngs nafn, en ſkildu epter Guds nafn hiá oſſ þad ſama ſem oſſ vidhelldur oc vier vardveitum í vorum hiörtum med kroſſe oc effterbídingu ókominna hluta, treyſtande lifanda Guds giæſku, oc bidiande alvarlega vors loflegs oc ypparlegs Herra Kongl. Majeſtats nád ad hans *real claridad Neombranſa mobil* effter ſínum krýningar eide oc riettlætis velldes ſpíru í Guds nafne vilie oſſ nádarlega álíta oc láta ranſaka þá ſem vorn riett oc fríheit forhindra oc hafa viliad láta oſſ taka *pour faceſa* vora herleiding med Rubens ſonum í lande Gilead uppá þad vier ſkylldum ſo miſſa vora arfs tiltolu i fyrerheiteſens lande Canaan, oc þeſſer eru (geymendur húmſins) oc þeir 7 ſofendur veturſins ſem trúa (máſkie) med *Catullo Leſbiano*: *noctem eſſe perpetuam unam dormiendam*, oc ad þeir mune alldrei eiga ad ſtanda reikningſkap ſinnar rádzmenſku ef þeir kunna vel ad ſtela medan ecke er uppvíſt oc forſvara medan ecke er epterleitad, því þad er auglióſt ad af tveimur hefur fólkid gabbad vered,

 nú

voluerunt, eſſe ſibi in mandatis, vel unum hominem redimere, nec ſe ideo huc advenisſe, ſed tamen in Dei nomine, per ſupplices ad Regem literas, libertatem populi iſtius rogaturos; & ita nos ſimplices & miſeros pulchris & aureis verbis lactantes, ſuam qvisqve viam, coria unus, alter ciſtas ſaccharo plenas auferentes, capeſcebant, nihilqve præter fumum & denſam aureorum verborum caliginem relinqventes, Venerandi Domini Regis nomen hinc avexerunt, ſed idem illud nomen Dei, nobis reliqverunt, qvod nos conſervat, qvodqve nos in cordibus noſtris per crucem & futurorum expectationem, vivi Dei bonitate confiſi, ſervamus; & Venerandi ac Sereniſſimi Domini noſtri Regis gratiam ſerio rogantes, velit ejus *real claridad neombranſa mobil*, ſecundum coronationis ſuæ juramentum, & juſtitiæ ſceptrum, in nomine Dei nos gratioſe reſpicere, & in illos qvæſtionem haberi curare, qvi noſtro juri & libertati obſuerunt, qvique captivitatem noſtram *pour faceſa* cum filiis Ruben in terra Gilead promovere ſategerunt, ut ita jure hæreditatis in terra promiſſa Canaan decideremus; & hi ſunt cuſtodes tenebrarum, ſeptemqve hyemis dormientes, qvi cum *Catullo Lesbiano* forſan credunt *noctem eſſe perpetuam unam dormiendam*, nec unqvam factorum rationem reddendam fore, ſi furta iis ſuccedant, & celari, ut & qvamdiu qvæſtio non inſtituitur, defendi poſſunt; Nam in propatulo eſt, nobis a duobus impoſitum

nú er epter þridie, eingenn madur veit hvad hann vill giöra. Morarner þeir Spönſku ſegia ad þad ord *Paracletos* ſie Mahometh; En hvad gilder þá vort frelſe giefed af vorum Gude oc Herra Kóngenum oc hans underſátum hafe þeir fyrre hier í Algier vered med kauphöndlan, þá höfum vier aumer fángarar þeſſ þó ei notid ſem auglióſt er, vier höfum epterſetid, enn gialldid í Burtu farid, oc höfum mátt bláſa í lófana oc ſeigia med þeim Spanſka Cardinale: *Eldinoro dios toth poderſo del mundo y veſos pues mas ſus & cælo.* Þar ad auk formerkium vier, ad öll þau bref þeſſara foracktadra fánga ſem hiedan árlega oc optlega med áre ſkrifud oc ſend vered hafa muni aldrei til ſkila komid hafa, utan einúngis þau mörg brief ſem fóru med þeim gudfrychtuga Herra Petre Chriſtiansſyne K. oc M. Antonio Poſſedore de Laſkines, því þeſſer vóru trúfaſter menn, enn vier höfum hier hiarad oc hrakeſt hálft níunda ár án eíns lítels briefs af voru módurlande elſkulegu, án viſſu edur vitundar af vorum vinum, kiærum brædrum oc kunningium, allra ſíſt um vort frelſe annad enn þad hvad þeir nýkomnu ſegia oſſ daglega ad þar hafe árlega ſkattar oc tollar gefner vered Guds vegna af öllum vors náduga Herra Kóngs Majſts. ſtiórnar ríkium fyrer fátæka fángara hier í Algier oc annarſtadar í Africa, vier vitum þad er ecke ſkulld þeirra ſem oſſ híngad ſkrifad hafa þó brefen hafe ecke frammgáng hafft eda til ſkila komed, helldur hinna ſem ſnara þeim

---

poſitum eſſe, reſtat tertius, qvi, qvid faciat, adhuc eſt incertum. Mauri Hiſpani vocem *Paracletos* Mahometem denotare aſſerunt. Qvanti igitur libertas a Deo noſtro & Domino Rege ejusqve ſubditis data valet? ſi priores iſti hic Algeriæ mercaturam exercuerint, nos captivi miſeri, ut in propatulo eſt, ejus uſum non percepimus, argentum aufugit, nos relicti volas inflare neceſſe habuimus, & cum Cardinale Hiſpano dicere: *Eldinoro dios toth poaerſo del mundo y verſos pues mas ſus & cælo.* Præterea & comperimus omnes horum contemtorum captivorum literas, qvotannis, & interdum ſæpe per annum, ſcriptas & hinc miſſas, nunqvam perlatas fuiſſe, præter multas illas literas, qvæ pio Domino Petro Chriſtiani & M. Antonio Poſſedore de Laſkines tradebantur, hi enim erant viri fideles, nos autem hic octo & dimidium annos ſine minima qvoqve de dilecta noſtra patria epiſtola, ſine certo de amicis noſtris, dilectis fratribus & ſociis nuntio, & ſine libertate vitam ducimus miſeram & exagitatam; Tantummodo qvi huc adveniunt, qvotidie referunt, Dei cauſa ab omnibus Clementiſſimi Domini noſtri Regis provinciis in uſus miſerorum captivorum, qvi Algeriæ & in aliis Africæ locis ſunt, erogationes expendi; Nos qvidem certo ſcimus eos non eſſe in culpa, qvod literæ non perferantur, qvi illas ſcribunt, ſed iſtos, qvi, vel

þeim uppá póst, enn sumer af kaupmönnunum, ef so lángt koma, til Ligornam, oc þar í elldenn, komest þau enn leingra, þá hier í sióenn vid siske ported, uppá þad ad vesæler fángarar gete eingen skilríke feingid, hvar effter þeir mege sig retta, oc ná sínum frídóme, oss þar med foraktande, oc trúa ad fángarner sieu óverduger hundar ad taka einn líten nádar mola af þeirra frelse oc fríheitum, edur ad ná nockre huggan edur leidrettingar brefum vorra hiartans vina, brædra, oc elskulega módurlands, því þeir aller kaupmenn eru aller á eina bók lærder ad stýnga höfdunum saman. Þar fyrer erud þier margfaldlega sæler oc blessader af Gude sem hallded ydar líkamlegu frelse oc andlegum fríheitum, Guds blessada orde oc hans nádar Sacramenta, enn vier æfenlega aumer oc underokáder, sem þad mist höfum. Gud halde ydur vid þad frelse, oc gefe oss þad frelse, vier sem ei höfum vitad hvad sætur oc nádugur Gud hefur oss vered fyrre enn hann hefur straffad oss, so vier skylldum hann óttast elska oc þeckia ut David dixit, *bonum est mihi Domine* &c. *Regnum lucis via crucis.* Enn vier aumer fángarar Jesu Christi oc ydar brædur útlæger bidium fyrer Guds saker oc innbyrdis kiærleika ad þier ei á vondan veg virded vora harmaklögun, helldur láted hana gánga ydur til hiarta oc kenned í brióst um vora ángist oc daudans baráttu, þar vier hliótum vor

---

vel eas cursoribus publicis committunt, vel mercatores, qvi illas in Liguria (portu Liburno) simodo huc pervenerint, concremant, & si epistolæ longius perlatæ fuerint, illas in mare qvod hic portam pifcium alluit, conjiciunt, ne nos miseri captivi ullum percipiamus nuntium, qvo de libertate nostra certiores fiamus; Illi his contemtum suum declarant; cum captivos indignorum canum loco habeant, qvi non parvam micam gratiæ de sua libertate & liberatione, & ne minimam qvidem consolationem vel literarum solamen de dilecta sua patria, carissimis amicis & fratribus, percipere mereantur, omnes enim illi mercatores colludunt & ex compacto rem agunt. O! igitur vos beatissimos & a Deo benedictos, qvi libertate corporis & immunitatibus animæ, pretiosissimo Dei verbo, ejusqve gratiæ sacramentis, gaudetis; nos e contra in æternum miseros & afflictos, qvi his destituimur. Deus vobis hanc libertatem conservet, nobis autem restituat, nobis, qvi, qvam dulcis & gratiosus Deus nobis fuerit, non perspeximus, priusqvam ille nos, ut eum timeremus, amaremus & cognosceremus, castigavit, ut David dixit: *bonum est mihi Domine &c. Regnum lucis via crucis.* Nos autem miseri Jesu Christi captivi, fratres vestri exules, per Deum & mutuum nostrum amorem rogamus, ne vos hanc nostram qverimoniam in sinistram accipiatis partem, sed ea potius commoti, nostræ afflictionis & agonis mortis, cum panem doloris lacrymis per genas defluentibus comedere cogamur, commi-

vor harma braud ad eta med rennande tárum, oc ſiáed til oc leiteſt vid í Guds nafne ad oſſ mege hiálpad verda frá höndum ómildra, ádurenn vier verdum öldúngis fyrer daudann eydelagder. So óſkum vier ad þar mege fyrer oſſ beded verda af öllum ſamkundum, af öllum Guds helge ölltur-um oc nádar predikunar ſtólum í öllum vors nádugaſta Herra Kongs Majts ſtiórnar rikium, ad nádugur Guds vilie ſtyrkia oſſ ad yfervinna oc ſigrenum hallda, oc gefa oſſ frelſe oc fríheit oc færa oſſ í Chriſted land í nafni Jeſu Chriſti oc fyrer Jeſum Chriſtum Amen; hvörium vier befol-um ydur alla ſem hann áſtunded, kiærleikanum frammhallded, brædurn-ar elſked oc þeim hiálpa vilied oc Guds ordum fylged í verke oc vilia, oc vor aumra fángara minneſt, oc i kiærleikanum anneſt. Krafftur Guds ſá hærre er öllum ſkilnínge vardveite ydar hiörtu oc ſkilninga í Jeſú Chriſto til eylífs. lífs, Amen

Ydar heidurſamlegum verdugleik gódfúſu Herrar til fóta fállande fátæker hertekner Islender underſátar Algiers fángarar í Algier í Barbaria þann 21 Auguſti. Anno 1635.

Litr. C.

(c) Öllum veraldlegum yfervaldsmönnum í Skálholts ſtigti, dómendum, ſýſlumönnum oc lögſagnarmönnum óſka ec Giſle Oddsſon Superinten-

commiſeratione capiamini, & proſpiciatis ac in nomine Dei tentetis, qvomodo nos de manibus crudelium, priusqvam per mortem prorſus pereamus, liberari poſſimus. In votis etiam habemus, ut pro nobis ſupplicationes fiant in omnibus cætibus, de omnibus Dei ſanctis altaribus & ejus gratiæ ſuggeſtis, per omnes Clementiſſimi Domini noſtri Regis provincias, ut Deus T. O. M. nos perdurare, & victoria potiri concedat, nosqve libertate donatos in chriſtianam reducat terram, per Jeſum Chriſtum & in ejus nomine Amen. Huic vos omnes, qvi illum colitis, amorem ſervatis, fratres diligitis, verbum Dei facto & voluntate ſeqvimini, noſtrum miſerorum captivorum memores in amore curam geritis, commendamus. Virtus divina, qvæ omnem intellectum ſuperat, corda veſtra & rationem in Jeſu Chriſto ad vitam æternam conſervet. Amen.

Ad Veſtræ venerandæ dignitatis, Domini indulgentiſſimi, pedes procidentes miſeri captivi Iſlandicæ gentis Algeriæ detenti. De Algeria Barbariæ, die 21 Auguſti, 1635.

(c) Omnibus Magiſtratum politicum intra diœceſin Skalholtinam gerentibus, judicibus, Toparchis, eorumqve vicariis, opto ego Giſlaus Oddi filius Superintendens diœceſeos Skalholtenſis,

perintendens Skálhollts ſtigtis nádar oc bleſſunar af Gudi fyrer fridarbón oc forþenuſtu Jeſu Chriſti, áſamt med ærutilbodum minnar embættes-ſkylldu, oc allré þenuſtuſeme med tilbærelegu þaklæti fyrer margveitta velgiörninga Frómer oc góder viner! Jeg veit oc hefe reynt árlega um nochud lánga tíma, ad þar eru marger enn á medal ydar í þeſſu lande, ſem ecke alleinaſta lítels virda, heldur oc eirnin þar á móti forſmá oc laſta, oc hallda öldúnges ónaudſynlegt þad góda chriſtilega oc loflega viſitatiuverk, preſtanna, próſaſtanna, oc biſkupanna ſierdeiles (ſem þó hefur faſtann grundvöll í guds orde, oc er ſtadfeſt med mörgum epterdæmum, heilagra Spámanna, Herrans Chriſti ſiálfs oc hans Poſtula oc epterkomenda allra trúreindra oc gudhræddra ſáluſorgara, oc þar ad auke ſo trúlega oc alvarlega, enn ecke forgefens befalad af voru náduga ædſta yfervallde í chriſtilegre Ordinantiu, oc þó menn ſyne ſig í því ad giöra ſitt hid beſta þar til, ad yferheira hvad áfátt þyker, bæde hiá leikum oc lærdum, vanda um þad oc leidretta opt med gódra manna ráde á ſamkundum, preſtaſtefnum oc ödrum ſamkomum, þá fellur margt undan. (jeg ſege fyrer minn veikleika) þad ſem annars være nóg naudſyn til ad umtala, oc þó ſumt ſie talad nógu berlega, þá vinnur þad líted á hiá nochrum; þar fyrer neydiſt ec til med minu opnu brefe ad auglýſa vilia minnar embættes ſkylldu, oc ſamantaka nockra articula, þá ſem mier þyk-er

Skalholtenſis, gratiam & benedictionem a Deo per interceſſionem & meritum Jeſu Chriſti, una cum honorifica mei officii & operæ oblatione, ac debita pro multis beneficiis gratiarum actione. Pii & boni amici! Scio & qvotannis per haud breve tempus expertus ſum, multos veſtrum in hac terra non ſolum parvi pendere, ſed & contemnere, vituperare, & pro penitus inutili habere, Paſtorum, Præpoſitorum & in ſpecie Epiſcoporum, bonum, Chriſtianum & laudabile viſitandi officium, qvod tamen firmo in verbo Dei fundamento nititur, & Sanctorum Prophetarum, ipſius Chriſti, ejusqve Apoſtolorum, & omnium fidelium & priorum in cura animarum ſucceſſorum multis exemplis ſtabilitum eſt, & præterea tam fideliter & ſerio, non autem fruſtra, a ſummo noſtro Chriſtiano Magiſtratu in *Ordinatione Eccleſiaſtica* injunctum eſt, & qvamvis illud pro poſſe promovere prætendatur defectus tam Laïcorum, qvam Clericorum, examinando, reprehendendo, & a bonorum concilio in Synodis emendando, multa tamen (meam hic infirmitatem fateor) alias memoratu neceſſaria omittuntur, & qvamvis ſatis aperte admonitio fiat, parum tamen apud qvosdam proficit, qvare patentibus hisce literis muneris mei partibus ſatisfacere cogor; & qvosdam recenſere articulos,

er hellſt leidrettingar vidþurfa í ymſum ſtödum því ei finnſt þetta allt í eirnre ſyſslu edur öllum (Gudi ſieu þacker) helldur kiöre ec ad hvör oc eirn take þad eina upp oc ad ſier, ſem hann finnur oc reyner hellt hefer breſt í hans umdæme, oc ſtunde til fyrer Guds nád ad þad ſama verde leidrett oc ſem fleſtu illu tímanlega afſtrad, ſo vier ſieum ecki Tyrkium oc Heidíngium verre, í þeſſu góda rettchriſtna fridlande, oc ydur bid ec huglátlega, þier ſem ſetter erud í Guds ſtad, Fóſturfedur í veralldlegum ſtiettum, oc brióſtmædur Guds ſafnadar, ad þier vorkynned mier þá þetta heyrid oc virded á beſta veg, enn taked ydur minn hreinan oc trúlegann tilgáng til hiarta, látid Guds verda dýrdena, ſöfnudenum gagned, enn ydur ſæmdena; Gud bid ec af öllu hiarta ad hiálpa þar til kröfftuglega.

1) I fyrſtu þá veit hvör madur ad klaga, eins oc uppí himenen, ad landed gánge af ſier, fátæktinn vaxe, atburderner mínke, hördu áren fiölge, landplágurnar aukiſt oc margfalldiſt, ein epter adra, fáheyrd ótídende heyreſt ſo vída, oc allrahanda ógner yfer oſſ ſtande; oc þetta er alltſaman ſatt, ſo þad hlióta Guds börn med hiartans ángre oc þolenmæde ad lída, enn gudlauſer med ſárre ſkelfingu ſamvitſkunnar ad vidurkenna, enn fáer giæta ad þeirre rettu orſök til allrar ſlíkrar ólucku ſem er þeſſe: ad þar er lítell eda eingenn Guds ótte hia mörgum, hærre oc lægre,

articulos, qvorum emendatione multis in locis opus eſſe mihi videtur, non enim omnia hæc in una qvavis Toparchia invenienda ſunt, (grates Deo), ſed rogo, velit qvivis ad ſe applicare, qvorum defectum in ſua provincia potiſſimum ſentit & experitur, eaqve emendare per gratiam Dei ſtudeat, ut qvam plurima mala tempeſtive impediantur, ne Turcis & Ethnicis in bona & ortodoxa hac terra pacata deteriores inveniamur. Vos Politici ordinis viri qvi pro Deo conſtituti eſtis eccleſiæ divinæ nutricii, rogatos volo, me dum hæc andieritis, excuſetis & bono vertatis, ſed purus & fidelis meus ſcopus vobis curæ cordiqve ſit, Dei gloriam, Eccleſiæ emolumentum, & veſtrum honorem inde redundare facite, qvod ut fiat, Deum ex toto corde efficacem cooperationem rogo.

Primo qvivis qveritur, cœlum velnti obteſtans, qvantum damni capiat patria, paupertas augeſcat, vires diminuantur, annonæ caritas freqventius eveniat, una calamitas publica alteram excipiat, & multiplicentur, inauditi eventus multis ex locis narrentur, & multifaria portenta undiqve immineant, atqve hæc omnia vera ſunt, qvæ liberi Dei cordis triſtitia & patientia perferre, impii autem cum ingenti conſcientiæ pavore debent confiteri. Pauci vero juſtam horum malorum cauſam animadvertunt, multis ſcilicet parum vel nihil Dei timoris, tam magnis, qvam parvis, tam junioribus,

lægre, ýngre oc elldre; hvörnen má þar þá vera nockur tilheireleg elſka Guds? þar af kemur vanrækt Guds orda, óvírding oc forögtun Sacramentanna, fyrerlitning preſtanna, blót oc eidar, fals oc ſvik, vanhelgun hvíldardaganna, óhlýdnir underſátar, ójöfnudur, yfergángur, oc öll ſkapilſka, illt ſaurlífe, baulvud ágyrne, baktal oc leſter, oc umſíder aull ólucha endalaus í helvíte ef ecke er adgjört í tíma, oc þeſſu veldur nochurn part vor eigen vanart, oc medfædd ónáttúra, oc ad nockru leite huglauſer oc hirdulauſer ſáluſorgarar: líka eirninn ræktarlauſer, ógiætner oc illa rádner forelldrar, oc enn þá ſtiórnarlauſer hreppſtiórar, oc ad ſíduſtu agalauſer yfervalldsmenn, ſem alldrei ſtraffa med einu orde preſtana, foreldra oc ſlíka hreppſtióra ſem fyrr ſeger, enn ſídur nockurn af almúganum ſem klagader verda fyrer þeim ad ecke hlýde áminningum preſtanna, ſlíker valdsmenn eru ótímanlega miſkunſamer, oc verda ſlíkrar ſtiórnunar ecke velbíkender fyrer þeim hædſta dómara. Nochrer af fátæ:um förumonnum eiga ad vera ſo aumer, ad þeir gete ecke vered í kyrkiunne um embætted, oc ecke færer ad lída ſtraff á líkamanum, eru þá ecke húſen til þar ſem leſed er Guds ord á veturnar, oc þó eru þeir þar ecke, eda fara ſumer í burtu þadann þegar leſa ſkal, ef þeir eru ſiálfráder, er ecke lopteſens hira á ſumurenn vid kyrkiurnar ad vera? þó fara nockrer ſem flytia ſig undann embættenu til nærſta bæar; mun þá Tyrkenn

T 2

bus, qvam ſenioribus reſtare. Qvomodo igitur debitus Dei amor illis ſit? Hinc verbi divini contemtus, negligentia & deſpectus Sacramentorum, contemtio Paſtorum, exſecrationes & levia juramenta, doli & fraudes, profanatio ſabbati, ſubditorum contumacia, injuſtitia, vis, violentia, & omnis animi malitia, libidines, maledicta, avaritia, calumnia, vitia, & omnia tandem, ſi mature non occurratur, ſine fine in inferno mala. Horum cauſa partim eſt corrupta noſtra natura ac connata mala indoles, partim meticuloſi & ſocordes Paſtores, partim etiam pietate in liberos deſtituti, incurioſi & male conſulti parentes, ſimulqve tribuum Inſpectores conniventes, & tandem magiſtratus indulgentes, qvi ne uno qvidem verbo Paſtores, parentes & tribuum ſupradictos Inſpectores, multo minus plebejos, illis coram, qvod Paſtorum admonitionibus morem gerere recuſent, accuſatos reprehendunt. Tales magiſtratus intempeſtive clementia utuntur, nec tale regimen coram ſummo judice olim excuſare poterunt. Qvidam mendicorum tam miſeri perhibentur, ut nec in templo, durante officio ſacro, manere, nec pœnam corpore perferre poſſint, nonne ergo ædificia ſunt, ubi tempore hyemali verbum Dei pertractatur? Qvidam etiam, ſi non impediantur, ad lectionem ejus ne adſint, diſcedunt. Nonne temperatus ſatis aër æſtivo tempore, ut ſacris in templo intereſſe liceat? Sunt tamen qvi ad initium officii proximam

enn eda andſkotinn um ſíder eche verda ad ſtraffa ſlíka Guds ords forögtun? Því ecke tala ec um þá ſem fyrer nóga naudſyn verda þeſſ' án ad vera. Oc fyrſt þad er ecke nóg ad vier preſtarner giálfrum um þetta, þá er veralldlegre valdſtett rádlegt oc mál komed ad giöra hier nochud vid, ef þeir vilia ecke láta Guds heilaga ord hataſt öldúnges burt úr landenu epter Spámannanna ordum, einkum *Hoſeam*, St. *Páls* í bádum þeim *Piſtlum til Corinthios;* þar um eru eirnen openber Kongel. Majts mandat í *ordinantiunni* oc annars ſier í lage. Ef þier eiged ecke ad gánga epter þeſſu med þeim andlegu, þá veit ec ecke hvör?

2) Þar finnaſt marger enn nú í þeſſu openberu oc kláru evangelii lióſe, ſem litla eda ongva ſkilmerkelega grein kunna ad giöra á ſínum catechiſmo, eda á því ſem þeir eiga ad trúa, þó þad ſie ſo yduglega fyrer þeim tiád oc predikad, ecke af því þeir muni þad ecke, ſem hvörn hegómann annan geta vel numed, heldur af því þeir veniaſt agaleyſe framan epter öllu oc ſæta ecke preſtunum þó þeir amre vid þá med ordunum. Menn látaſt nockurn vegen ſtraffa ſaurlifnad oc þiófnad, enn þetta ſem lángtum meira er verdt oc under er komenn vorrar ſáluhiálpar velferd, þad bídur óſtraffad. Jeg vil ecke miked tala um blót oc eida, oc mörg önnur ſkemmeleg ord, ſem ſlíker læra í ſtadin ad tala ſvo nákvæmlega

---

ximam a templo petunt villam. Anne Turcam tandem & Diabolum talem verbi divini contemtum punitum ire neceſſum erit? Nec tamen de iis mihi ſermo eſt, qvi neceſſitate adacti verbo Dei privantur. Cumqve non ſufficiat nos Paſtores de his latraſſe, oportet, & tempus ſane monet, magiſtratum Politicum ſuam adferre operam, niſi verbum Dei ſecundum effatum Prophetarum, *Hoſeæ* præſertim & Sancti *Pauli* in utraqve ad *Chorinthios Epiſtola*, ex terra penitus expelli malint. Sunt & manifeſta Regiæ Majeſtatis mandata, tam in *Ordinatione Eccleſiaſtica*, qvam ſpecialia hac de re. Siqve vos ſimul cum clericis hanc rem curare non debetis, neſcio qvis.

2) Sunt adhuc multi in manifeſta hac & clara Evangelii luce, qvi parvam & obſcuram certe Catechiſmi, vel ſuæ fidei, rationem reddere noverunt, qvamvis aſſidue illis in ſermonibus ſacris inculcetur, non qvod memoria deſtituantur, cum nugas qvasvis cæteroqvin exacte memoria teneant, ſed qvod per totam adoleſcentiam licentiæ aſſvefacti ſint, & crebras Paſtorum admonitiones verbis prolatas ventis dare ſategerint. Libido & furta aliqvatenus puniuntur, hæc autem, qvæ multo majoris ſunt momenti, utpote in qvibus ſalutis noſtræ cardo vertitur, absqve reprehenſione tranſeunt. Nec plura loqvar de exſecrationibus & juramentis & ſermonibus abominabilibus, qvos tales tam exacte, tamqve ingenioſe excogitatos horum loco proferre

kvæmlega oc ſmáſmuglega uppáfundenn, ad ſynd er ad heyra, oc ſkömm frá ad ſegia, Gud má vita hvört ſlíker opna nockurn tíma ſinn munn til ad bidia ſier Gud til hiálpar, því heldur ad bidia fyrer ödrum, fyrr enn þar er komed, ſo ſem *Salomon* ſeger med *David*, í neydene kalla áminnelega oc ſárgrætelega, þegar Gud vill ecke leingur bænheyra.

3) Til eru nockrer ſem líted hyrda um helga daga, oc ei alleina forſóma Guds ord oc Sacramentinn, heldur oc eirnenn mótþróanlega fyrer oc effter oc jafnvel under embættes tímann, eins oc líf þeirra ligge á því ad vinna þad allt á ſunnudegenum edur helgum dögum, ſem þeir hafa forſómad alla vikuna oc hina virku dagana, þar af kemur þad ad margur vanræker ſína ſóknarkyrkiu opt oc leinge, oc miſſer Herrans Sacramente meir enn úr tíma, oc epter á þegar hann neyter þeſſ, verdur þad meir fyrer ordz ſkuld oc ſidaſaker enn fyrer ſanna ſálar naudſyn; Enn um allt þetta eru bæde gömul oc ný Kongl. Majts mandat ydur alkunnug, oc trúverdar áminningar nochra höfudsmanna, oc biſkupanna her í landenu, oc hæfer alltíd ad þeir veralldlegu yferbodarar, reyne til med ſtraff oc riettar álögur, heldur enn kome til endelegrar bannfæringar í ſlíkum openberum hneixlunum oc ſyndum. Hier vid hánger ſá óſidur ad nochrer þó þeir kome til kyrkiunnar oc kunne Pſálmaſöngen, vilia þó ecke ſýngia. Sumer virdaſt echi til ad beigia ſin knie til eirnrar drottinlegrar bænar; Fleſter

ferre diſcunt, ut audire peccatum, referre pudor ſit. Deus novit, num tales os aliqvando ad auxilium a numine petendum, multo minus ad orandum pro aliis, aperiant, priusqvam eo res redierit, ut (vel ut Salomon cum Davide loqvitur) in angore vehementer & obnixe clament, cum Deus diutius non vult exaudire.

3) Sunt qvidam qvi ſabbata parvi pendunt, & non ſolum verbum Dei & Sacramenta negligunt, ſed etiam tam poſt, qvam ante, imo & ipſo officiorum tempore, tanqvam vitæ referret, omnia qvæ per totam ſeptimanam & dies profeſtos omiſerunt, die ſolis & aliis feſtis contumaciter operantur, unde fluit, ut multi ſæpe & diu templum parochiale negligant, & Sacramento longe ultra tempus legitimum priventur, poſtea vero ubi illo utuntur, magis id faciant ad rumorem declinandum, & morem conſervandum, qvam ſuæ ſalutis cauſa, ſed de omnibus his nova & vetera Regiæ Majeſtatis mandata, qvæ probe noſtis, exſtant, itemqve fideles qvorundam Præfectorum Regiorum & Epiſcoporum admonitiones, magisqve ſemper ex re foret Magiſtratum Politicum pœnis & juſtis cenſuris emendationem prius tentaviſſe, qvam talium ſcandalorum manifeſtorum & peccatorum plena fieret excommunicatio. Accidit etiam pravus ille mos, ut qvamvis qvidam templum freqventent, & hymnos memoria teneant, canere tamen nolunt. Qvidam ſub oratione Dominica genua flectere non

er kunna öngva hentuga bæn hvörke fyrer ſier nie ödrum ad bidia þá þeir koma, oc þá þeir fara, oc á medann þeir eru þar í kyrkiunne. Enn Gud hefur þó ſendt oſſ fiöllda bænabóka, hvar af vier mættum læra ad bidia, oc dagleg naudſyn er degenum lióſare um hvad vier þurfum ad bidia.

4) Aullu þeſſu velldur (ſo ſem ádur er ſagt) ecke ſíſt agaleyſe forelldranna, oc hyrduleiſe um börnen, oc þad er eins ad ſiá oc marger hyrde eche par um hvörnen börnen fara ſálarennar vegna, ſái þaug annars nochud fyrer munn oc maga. Ec hefe þad ádur ſagt oc ſkrifad oc kenneſt enn nú: Mig ugger ad þad húſſens agaleyſe, ſem nú er orded, ſtofne under mikla óluchu oc óſarer líſs oc ſálar, fyrer mörgum nema þad verde leidrett. Finnaſt þar ecke nockrer ſýſlumenn oc dómendur ſem dæma ſekter ſo ſem á höggin oc ſlögin fyrer hvörn ſnoppúngenn, eda keires oc vandarhögged, ſem húsfedur oc húsmædur neydaſt til ad gefa óhlýdnu underfólke fyrer fullar ſaker? Item hvör hyrder um hvornenn þiónad er eckium oc födurlauſum börnum? Enn hvad forþena þeir hier med? Er nú ecke almúgen þeim ſiálſum þeſſ óhlýdugre, ſem elſt upp vid þetta agaleyſe frá barndóme? Hvar er nú ſú góda hlýdne ſem vier erum yfervaldenu ſkylduger? Hvör gieldur med gódum vilia þad hönum ber? eda hvör bidur af hiarta vel fyrer valldſtettenne? Hier er oſſ giarnara ad ámæla þeim, ef vier formælum ecke þar ofann á, oc leggia þeim allt laſtlegt til; miked

---

non dignantur, & plurimi nullam aptam precationem pro ſe vel aliis, cum templum adeunt, vel inde abeunt, aut dum ibi manent, proferendam didicerunt. Deus tamen multos libros precum, unde facile peti poſſent precationes, nobis conceſſit, qvæ autem rogaſſe nobis opus eſt, ſole clarius patent.

4) Omnium horum, ut dictum eſt, cauſa eſt defectus diſciplinæ, & circa liberos negligentia, & videntur ſane multi liberorum ſuorum ſalutem nihili pendere, ſi modo ſit, qvod gulæ ſatisfaciat. Scripſi antea, & illud adhuc affero, ſuſpicari me defectum educationis domeſticæ increbreſcentem, magnum malum & diſpendium multorum, tam qvoad corpus, qvam qvoad animam, niſi emendetur, parturire. Sunt ne judices & Toparchæ, qvi pro qvavis plaga, verbere, colapho, ſcuticæ vel virgæ ictu, qvæ patres & matresfamilias contumacibus domeſticis juſta ex cauſa infligere coguntur, multam indicunt? Item qvis curat qvomodo viduis & orphanis operæ præſtantur? Sed qvid his promerentur? Nonne plebs, qvæ iſtis a teneris ungvibus aſſveſit, erga illos tanto eſt contumacior? Ubi eſt obedientia Magiſtratui debita? Qvis benevole, qvod debet, ſolvit? Qvis ex animo Magiſtratui civili bona apprecatur? Hic qvidem libentius de illis odioſa dicimus, ſi non præterea maledicimus, & omnia vitia illis attribuimus. Multa prius bona eos feciſſe oportet, qvam illa agnoſcamus,

miked meiga þeir gott giöra ádur enn vier þeckium þad eda þöckum, oc líted verdur þeim á ádur enn því ſie eche lýtalega oc laſtlega á lopt hallded. Af þeſſu kann ſkie koma ſtundum illa vandader dómar, óſamþycke í þeim, eigenn vilie oc örviltar ſamviſkur ſumra þeirra ſem ongva ſamviſku hafa, eda ſmída ſier hana öſuga, ödruvíſe enn lög oc rettur tilſtendur. Hier á þad heima ad lidner eru heilbrigder letingiar oc ſannpróſader ſtrákar oc ſtelpur oc óhlýded ſiálfrædes fólk órefft, oc ſo allt annad lagaleyſe.

5) Þó ecke ſie hier openbert ſtríd í landenu, (hvad vier kunnum alldrei nóglega Gude ad þacka), þá er ſamt nóg annad clammarii, hatur, agg, reide, þrætur, tvídrægne, misſætter, oc margfölld ránginde, oc þad ſama nálægt endalauſt, ſo ad marger fyrer þad ſama fá tileſne til ad ſtanda fyrer utann Sacramentid oc Gudsþiónuſtu vel í nochur ár, eins oc þar ſie einginn lög oc rettur ad ſætta menn oc frida hvörn vid annan: Stundum dragaſt ſoddann mál undann ár frá áre oc verda þeſſ argare ſem ſtanda yfer leingur, enn preſtunum á hálſe leiged í því ſo vel ſem ödru ef þeir leita þeſſ ſem fridſamlegt er, hvar af ad fylger hiá allmörgum hin hædſta forögtun kennedómſens oc ónáttúrlegur óvilie ad veita því upphelde, oc þad meira er, ad fáar ærlegar perſónur, ſem nockurs annars eiga úrkoſta

agnoſcamus, aut grates reddamus, & parum certe delinqventes ſi id non malitioſe diffametur. Hinc forſitan originem trahunt ſententiæ perverſæ, in illis ferendis discordiæ, pertinacia & conſcientia penitus erronea eorum, qvi vel nullam habent, vel falſam contra jus & fas ſibi formant. Huc pertinet, qvod impune perferantur circumforanei, maleferiati, utriusqve ſexus plebs temeraria & contumax, ac qvævis alia illegalitas.

5) Qvamvis in hac terra bellum non ſit apertum, qvare condignas Deo grates nunqvam referre poſſumus, ſat tamen eſt pugnarum, odii, jurgiorum, rixarum, ſectarum, altercationis, velitationum & multifariarum injuriarum ferme continuarum, ita ut multi inde, per qvorundam interdum annorum ſpatium, a re divina & ſacramento ſe abſtinendi occaſionem deſumant, tanqvam nec jus, nec fas, ad amicitiam reconciliandam & pacem reſtituendam, exiſteret. Qvandoqve tales cauſæ per annos multos procraſtinantur, & tanto evadunt deteriores, qvanto magis differuntur; Paſtoribus autem, ut reliqva omnia, vitio vertitur, qvod partes reconciliare ſtudeant, unde apud complures oritur ſummus miniſterii deſpectus, idqve ſuſtentandi prodigioſa noluntas, qvid? qvod paucæ admodum perſonæ honeſtæ, qvæ melioris conditionis

úrkosta hirda ad gefa sig inní soddan upphelldeslausann vanda, nálægt foragtad embætte; Hier á móte ættu valldsmennerner epter Guds orde audrum til fyrermyndar ad virda mikels þetta Guds verk, oc láta þad sannast med velgiördum, svo sem nochrer giöra (Gude sieu þacher) oc hiálpa þeim til ad útretta rielega þessa kallan oc embætte; Enn þar sem hitt geingur leinge, þá er uggande um ad siálfum prestunum leidest þetta Guds verk, sem þeir eru tilsender, oc þar ad auke þore ecke med einu orde ad ángra þá stórherrana, þó þar sie þúsundsinnumþörf til, oc fara svo báder siáande í glötunena. Hier á mót sinnast eirnenn þeir prestar, sem giöra ofmiked ad, oc vilia öllu ráda oc regulera epter sínu höfde oc sinne, hvörium þad veralldlega valld má vel aptra oc segia til þeirra prófástum oc yfervalldsmönnum, vilie þeir eche adgiöra, so sem her um er sú heilagrar *kyrkiu ordinantia* oc nógar reglur adrar hiá oss á millum handanna, oc ec er hræddur um ad alldrei verde nein stodug blessan í landenú, so leinge sem þeir veralldlegu vilia eche hiálpa þeim andlegu, Guds nafni til rettrar gudlegrar oc christilegrar stiórnar oc sidsemi utann kyrkiu oc innann. Hvar á móte þeir andlegu ættu altíd ad vera reidúbúner ad styrkia rett málefne, oc trúlega vara vid aullum skada, hafande gott eitt i sinne vid sína valdsmenn, med tilbærelegum gódum vilia oc þenustusemi.

6) Um

tionis optionem habent, tale periculum, sustentatione destitutum, & munus fere contemtum, dedignantur. E contra viri Politici Ordinis aliis in exemplum secundum verbum Dei opus hocce divinum magni æstimare, idqve beneficiis, ut qvidam (laus Deo) faciunt, ostendere, & ad officium & munus rite obeundum auxilium præbere deberent. Si vero istud diutius obtinuerit, vereor ne ipsos Pastores, divini hujus operis, ad qvod gerendum missi sunt, tædium capiat, & præterea ne uno verbo magnatibus tristia annunciare, qvamvis multa urgeat necessitas, audeant, & ita utriqve videntes, in suum ruant exitium. Sunt e contrario Pastores, qvi nimium agunt, qviqve soli omnia ad suum nutum dirigere cupiunt, qvos Magistratus Politicus retineat, siqve obedire nolunt, indicent eorum Præpositis & Superioribus ex præscripto *Ordinationis Ecclesiasticæ* & multarum aliarum, qvæ in manibus sunt, regularum; & vereor sane, ut firma unqvam in hac terra benedictio remaneat, usqve qvo Politici Clericis auxilium ad jura nominis divini & pium ac christianum regimen ac mores, tam intra qvam extra templum promovendos, præbere velint. Clerici vice versa semper ad justas causas adjuvandas, omne periculum consiliis avertendum parati esse, & Politicis semper bene cupere ac debitam benevolentiam ac officium præbere debent.

6) De

6) Um ſaurlifnad, hórdóma oc blódſkammir hefe jeg eche margt ad ſkrifa, med því þad á ad heita nochurn vegen ſtraffad, nema þad góder valldsmenn láte ſier vera umhugad ad rett ſie ſagt til fadernes barnanna í riettan tíma, ſo ad voladar ſamviſkur leideſt ecke í lífs oc ſálar hættu þeſſvegna, einkum fyrer lángar úteſtödur frá aflauſn oc Sacramente, oc ſvo ſem ecke á ad lídaſt ad ſlíkar perſonur ſtriúke úr annare ſókn í adra ſveit, ádur enn þær eru afleyſtar, ſvo á þeim ecke heldur ad lídaſt effter þad ad vera tilſamans á einum bæ í eirnre ſókn edur ſveit, oc jafnvel fiórdúnge ef á ſvo háu rídur, til meire hneixlunar á móte reglum ſem þar um eru ſkrifadar. En her í finnaſt nockrer valldsmenn offa miſkunſamer oc lída eda leyfa vitanlega þeim ſamviſter, þángad til meire ólucka ſkedur. Hier loder oc ſvo annad vid, þad er ad landhlauparar kunnuger oc líka dæmder útlegdarmenn eru á móte lögum oc rette hyllter, hýſter oc inntekner í ſókner ſveiter oc ſýſlur, einkum þá þeir hafa ecke peninga til ad betala ſig út, oc giöraſt ſvo ſem ſannkallad landſens illvirkia grene, ſtráka ſtödull, oc ſkálka ſkýla, einkum ef þeir ſem brotleger eru kunna ad ſkicka ſier í ókiendum ſtödum nockud chriſtelega um ſtundar ſaker; Þar ad auke hefur vered einhvörra nockra ſýſlumanna ſidvani ad fá af almúganum ad borga út nockrar af þeſſum höfudſektum; Enn hvörſu mikel

6) De ſtupris, adulteriis, & inceſtu, non eſt qvod multa loqvar, cum qvadantenus in ſpeciem puniantur, niſi ut boni magiſtratus ſibi curæ cordiqve eſſe velint, patres nothorum tempeſtive indicatum iri, ne conſcientiæ contriſtatæ ideo in vitæ vel animæ periculum ob diutinam abſolutionis præſertim & ſacramenti privationem inducantur. Et ita ut tales perſonas ex una parochia in aliam tribum, priusqvam abſolvantur, transfugere non eſt tolerandum, ita etiam non perferendum, illas ſimul commorari in una eademqve villa, parochia, tribu, vel etiam qvadrante, ſi tanti eſt delictum, ne ſcandalum fiat, contra regulas de his præſcriptas. Sed in his nimis conniventes inveniuntur Magiſtratus, qvi talium cohabitationem, qvo usqve majus evenit malum, ſcientes, vel tolerant, vel permittunt. Plura his adhærent: manifeſti ſcilicet maleferiati, & exules, etiam ſententia definitiva declarati, præſertim cum commeatu peregre eundi deſtituantur, contra fas & jus in parochias, tribus, & Toparchias recipiuntur, domicilio beantur, & celantur, taliaqve loca, maleficorum fovea, circumforaneorum receptaculum, & neqviſſimi cujusvis perfugium fiunt, præſertim ſi profugi iſti aliqvamdiu in locis iſtis ignotis Chriſtianam vitam præ ſe ferre noverint; præterea mos fuit aliqvibus Toparcharum, qvod plebi talia delicta graviora, multa expiare pecuniaria permiſerint, qvantum autem peccatum in

mikel ſynd þad ſie finna menn hiá Spámönnunum í þeirra bókum. Sumer borga dæmdar feſekter, enn kennaſt aldrei brotenn nein; af þeſſ hättar oc þvíliku ſtilleſt ſoddan vande uppá preſtana, prófaſtana oc biſkupana, eins oc af tilſettu ráde valldsmanna oc dómenda, ad þeir kunna ecke neitt ad útretta í Guds embætti, ſo þeir verda nálega ad yfergefa ſig í því ángre umſorg oc vanda. Jeg tala hier um trúlynda oc gudhrædda ſáluſorgara. Finnaſt þeir ſem ecke hyrda á hvöriu geingur, oc eru vel ſiálfer hluttakarar af þeſſum glæpum (þad náde Gud). Hier eiga þeir eirnenn heima ſem illa eru riktader oc áminter vilia eche adgiöra. Hvar til eru þá yfervalldsmenn oc dómendur? Er þad ad fóſtra ſöfnudenn? ad draga fiödur yfer ſlíkt oc lída ad þad gánge ſvo óluckulega oc ónáttúrlega til.

7) Ad ræna oc ſtela leynt oc lióſt hefur ecke haft neirn enda í nockur ár í ſumum ſýſlum, miög ſaker þeſſ ad þar hefur ecke vered eptergeinged med ſtraffenu ſo ſem verdugt er, hvar um ſión er ſögu ríkari. Slíkum hefur líka lided vered ad hlaupa um ſveiternar bæde liúgande oc ſtelandi oc hafa færre tillagt enn vera ſkylde. Slíker ſetiaſt eirnenn upp þar ſem þeir ætla ſier, hvörium manne ad þackarlauſu, þar er eingen age nie ótte yfer þeim, ſo ſem plagſidur er, þar ſem agaleyſed geingur þar er æruleyſed nóg. Jeg vænti mier tiáe ecke ad ſkrifa hier margt

in hoc committant, videre eſt ex libris Prophetarum. Qvidam multas pecuniarias ſententia judicis inflictas ſolvunt, delictum tamen non confitentur; His & multis talibus, tanqvam ex deliberato magiſtratuum & judicum conſilio, tanta paritur Paſtoribus, Præpoſitis & Epiſcopis difficultas, ut nihil muniorum divinorum efficere qveant, ita, ut ob triſtitiam & periculum ferme deſperare illis neceſſum ſit. Loqvor hic de piis & fidelibus animarum Paſtoribus, ſunt enim, pro dolor! qvi qvocunqve modo res procedat, non curant, & ipſi qvoqve vel ſcelerum talium participes ſunt. Huc etiam pertinent, qvi fama ſiniſtra aggravati admoniti ſe emendare nolunt. Qvem in uſum ergo Magiſtratus & judices? An hoc eſt Eccleſiam nutriiſſe talibus connivere, & hæc tam periculoſa & prodigioſa tolerare?

7) Per qvosdam abhinc annos rapinæ & furta clandeſtina & manifeſta ſine intermiſſione increbuerunt, præſertim qvod pœna condigna hæc facta non ſit conſecuta, de qvibus experientia teſtis omni exceptione major eſt. Tales maleficos etiam ex una tribu in alteram furta & mendacia exercentes, curſitare toleratum eſt, paucioribus, qvam par eſt, illos reprehendentibus. Tales etiam, ubicunqve viſum fuerit, cujusqve patrisfamilias ingratiis, hoſpitium vi occupant, cum nullo timore nulla pœna retineantur, ita ut evenire ſolet, ubi parum diſciplinæ, ibi multum infamiæ. Timeo

margt um þá ſem vilia draga under ſig kyrknanna eigner, oc þar ad auke hallda inne kyrkna oc preſtaſkylldum oc tíundum, enn vilia ecke hiálpa til ad kyrkiur oc kennemenn hallde því ſem þeim ber, ecke er von ad landenu vegne vel þegar Gud neydiſt til ad taka þeſſar tíunder burtu, med hördum árum, ýmiſlegum tilfellum oc dýruſtu tíd, þó vilia ſo fáer verda til af veralldlegum valldsmönnum ad leidretta þad, eins oc þeir vite ecke ad andlegt góts er eins oc arnarfiödur í dúne, oc jetur í kríngum ſig, þegar þad er ránglega frá þeim haft ſem hafa eiga, ſvo nú eru marger preſtar oc kyrkiur ſo fátækar ordnar ad þeir hafa ecke þad þeir liſe af oc klædeſt med, oc þær ſá ecke nægelega inntekt fyrer vín oc bakſtur alleina, oc þó ſegeſt almúgen ecke hafa þad til ſem þeim verdi þenad med hvörutveggiu. Enn hvad ſegia Hiſtoriurnar her til? Þær vitna ad þad hafe ſvo tilgeinged, þar ſem kyrkium oc kennemönnum hefur ecke naudſynlega vered vid magt hallded, helldur frá þeim dreged, þar hefur Gud teked ſitt heilaga ord í burtu, frá hvöriu Gud vardveite oſſ nádarſamlega! jeg vil þar ecke um þýngra ſkrifa.

8) Landlygurum, kviſskiöſtum, baktölurum oc rógsmönnum kannſke einhvör ſege ecke verde aptrad, því ecke? Vegna þeſſ ſo fáer eru ſtraffader fyrer ſannreyndar lygar þá uppkoma. Eru hier ei þar ad auke

 þeir

Timeo ne aqvam cribro hauriam, qvamvis multa hic referam de iis, qvi templorum poſſeſſiones ſibi clam vindicare ſtudent, & ſalaria præterea ac decimas templorum & Paſtorum retinent, nec tamen ſuam conferre volunt operam templis & Paſtoribus ad ſua (aliunde) vindicanda. Non ſperandus ſane eſt huic terræ ſucceſſus, ſi Deus has decimas variis caſibus, ſterilitate & maxima annonæ caritate auferre neceſſum habeat. Tam pauci tamen e Magiſtratu Politico hæc emendare cupiunt, tanqvam ignorent bona Eccleſiaſtica eſſe inſtar pennæ aqvilinæ in plumis molliſſimis, qvæ qvicqvid circumjacet, exedit, ita & ea qvæ illis injuſte detrahuntur, adeo ut multa nunc templa & Paſtores ad tantam redacti ſint paupertatem, ut non ſit iis, unde eſcam vel veſtes petant, illa vero ſoli vino & pani euchariſtico acqvirendo reditus non habeant ſufficientes, vulgus tamen ſe utrisqve neceſſaria non habere conferenda dictitat. Sed qvid hiſtoriæ hac de re teſtantur? Illæ perhibent ſemper obtinuiſſe, ut ubicunqve templa & Sacerdotes neceſſariis caruerint, eorumqve bona iis ademta fuerint, inde Deus ſanctum ſuum verbum abſtulerit, qvod malum Deus clementer avertat! De his graviora ſcribere ſuperſedeo.

8) Dixerit forſan aliqvis; falſi rumoris autores, ſycophantæ, calumniatores & obtrectatores reprimi non poſſunt. Qvid ni? Qvia tam pauci propter mendacia, cum innoteſcunt, puniuntur. Sunt ne hic qvi alienarum epiſtolarum vincula laxant, &

þeir ſem rýſa upp bref manna, oc þykiaſt jaſnærleger. Munu nú enn öngver hróſa ſier af rúnum oc fiölkýnge, guſtuk være valdsmönnum ad hafa ei ſlíka í meſtum hávegum, oc leita ecke hæles nie ráda til þeirra, helldur ſpyriaſt fyrer þeim, rannſaka þá oc refſa þeim, hvar ſem þeir kunna ad finnaſt, oc endelega verd ec ad ſegia epter Guds orde enn einuſinne í vors herra Jeſu nafne: Ef þier vilied framar ólíduga línkind oc ótímanlega miſkunſeme hafa, vid openbera oc ydrunarlauſa oc hardhnackada illgiördamenn, oc aptra þeim ecke, ſtraffa þá ecke, nie hreinſa landed, þá vill Gud ecke vera ydur miſkunſamur, helldur ſtraffa ydur oc adra vægdarlauſt í ſínum rettlætes reide dóme einuſinne einhvörn tíma edur ad eylífu, utann her giöreſt nockur bót á fyrer hans nádar tilſtilling, oc fyrer trúhiartadar Guds orda áminningar, þá er Gude kunnugaſt hvörſu ſárt jeg er neyddur til ſlíkra orda, oc kvíde vid ecke ſídur enn Jonas ad kunngiöra þeſſum Ninivitum Islands innbyggiurum, bæde ſiálfum mier oc ödrum, þad óumrædelega yferhángande ſtraff ſem óbrigdanlega munde epterfylgia. Enn ec veit oc vidurkenne ſo vel ſem ſame Jonas ad vor Gud er enn nú nádugur oc líknſamur, miög bidlundargódur oc ómælanlega þolenmódur, ſá ſem hiartans giarnann vill ad aller menn verde hólpner, oc mun enn nú mörgum ſnúa til ſín kröftuglega, ſo ad hann kunne eirnen ad ſnúaſt til þín aptur milldelega, med alla ſína

---

& tamen æqve honeſtos ſe reputant? Anne ſunt adhuc, qvi characteribus & magia gloriam aucupantur? Rem pulchram facerent magiſtratus, ſi tales non ſummo haberent loco, & ab iis præſidium & conſilia non peterent ſed multo magis eos exqvirerent, examinarent, & ubicunqve eos offenderent, punirent. Et tandem ex verbo Dei in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, adhuc una vice exclamare cogor: Si abhinc intolerabilem indulgentiam & intempeſtivam clementiam manifeſtis & impœnitentibus ac contumacibus maleficiis præſtiteritis, eosqve nec reprimatis, nec puniatis, terramqve purgetis, tum Deus non vult eſſe gratioſus, ſed vos & alios olim in tempore aut in æternum ſine clementia ex juſto ſuo judicio in ira puniet, niſi per gratiam ejus & fideles verbi divini admonitiones hæc aliqvatenus corrigantur. Deus novit, qvam acerba ad hæc dicenda me cogat neceſſitas, nec minus qvam Jonas his Ninivitis Iſlandiæ incolis, tam ipſi mihi qvam aliis ineffabilem imminentem pœnam, qvæ certe ſubſeqvetur, annunciare metuo. Scio autem, ut idem Jonas, & agnoſco, Deum noſtrum eſſe gratioſum & clementem, admodum longanimem & ineffabiliter tolerantem, qvi ardentiſſime vult omnium hominum ſalutem & adhuc multos ad ſe efficaciter convertet, ut iterum cum omni ſua ineffabili gratia & benedictione, æterna

sína ósegianlega nád oc blessan eilísa fyrergefning oc endalausa hiálp, bæde þessa heims oc annars, oc þad allt fyrer vorn elskulega herrann Jesum Christum Guds eingeten son, hvörium ec befala oss alla med allre vorre stett oc stiórnan umhyggiu oc áliggande naudsynium, so trúlega oc innelega sem hans nádar ande gefur nú oc ad eylifu amen.

Skrifad í Skálholte 26 Aprilis, Anno 1636. Oc nú endurnýad 13 dag December sama árs. Þad sem nú offskrifad má vera, vil ec giarnan leidretta þá mier er tryggelega tilsagt. *Gisle Oddsson.*

Litr. D.

(d) Frómer oc góder viner hreppstiórar í Skálhollts stigte einkum í sunnlendinga fiórdúnge. Jeg vil þier vited tilefne þessa brefs hid stuttlegasta. Vegna þess ec spyr oc reyne miked hyrduleyse þessara embættismanna í sumum sveitum sierdeiles, so þess hlýtur ad gialda margur ómaklegur af ríkum oc fátækum, þar sumer hreppstiórar þýkiast lítenn vanda hafa fyrer lítel laun í verölldenne. 2) Adrer þykiast öllu meiga ráda oc regera í sveitenne epter sínum vilia oc fárádlegu sveitar samþycke, hvört þad eru lög edur ecke. 3) Þykiast ei eiga med nema ad siá

na remissione & infinito auxilio, tam in hoc qvam futuro seculo ad vos convertatur, & omnia hæc per dilectum Dominum Jesum Christum, filium Dei unigenitum, cui nos omnes cum omni nostro statu & gubernatione, cura, & omnibus qvorum interest, tam fideliter & obnixe commendo, qvam gratiæ ejus spiritus nunc & in æternum donat. Amen.

Scriptum Skalhollti die 26 Aprilis, Anno 1636, & jam repetitum d. 13 Decembris ejusdem anni, qvod jam forsan minus exacte scriptum fuerit, lubens emendabo, qvando fideliter admonitus fuero. *Gislaus Oddi filius.*

(d) Pii & boni amici, Inspectores tribuum diœceseos Skalholtinæ, & in specie qvadrantis meridionalis. Sciatis, qvæso, harum literarum occasionem paucissimis, qvod certior sim factus, & compertam habuerim magnam horum virorum, in qvibusdam tribubus negligentiam, unde damnum ad multos, tam pauperes, qvam divites, præter condignum redundat, cum qvidam Inspectorum cum parvo, in hoc mundo salario parvam qvoqve se habere debere curam autument. 2) Alii omnia in tribu gubernare, & ex proprio nutu & vesano tribus consensu, sive secundum legem sit, sive contra, dirigere sibi licitum esse credunt. 3) Qvidam sui non putant officii esse aliud qvam decimas

ná fyrer tíundum oc flutningum fátækra. 4) Finnast þeir sem eckert samhellde hafa í nockre skickun, helldur rædur hvör epter sínu höfde annad hvört í sínum kiálcka ellegar skipar þad annar aptur, sem annar skipar framm. 5) Þeir sem framfære eiga er ecke rudt til þess ad lögum, letingiunum er ecke ressad, nie til eins góda halded, helldur sumer á tíundum fóstrader; sem eiga nockud fyrer sig ad leggia enn liggia þó uppá ödrum, sem valla eru málsfærer fyrer sig oc sína. Enn heimta þó allt med skiálfskyldu, ógna mönnum sem adfinna, eda minsta koste gefa önnur ónytiu ord, oc jafnvel skammaryrde, þó ecke verde þaug vitnud hvörn dag, edur setiast upp ólöglega í ymsum stödum vikum saman eda leingur. Sumer segiast vera siúker, þó ecke satt reynest, adrer bída þángad til þeir verda siúker af vesölld, þá eche verdur öllum tært nie gegnt epter þeirra villd, oc þad þýngst er, soddann fólk elst eche upp nema í öllum ósóma, bæde vid Gud oc menn, vill eche heira Guds ord nie standa þar sem þad er lesed, aungvum áminningum sinna oc eche neitt gott láta sier segiast, oc verdur af þessu soddann óblessan í landenu ad af þesshättar fólke verda mester þiófar, illrædesmenn, ordhákar, blótvargar, arger þriótar, oc í besta máta svikuler oc ódygduger þenarar, ef þeir ná vistum, von er á ad þar sie eche Gud nie luckann med, hafa nú eche

decimas & transportationem pauperum. 4) Sunt qvi in nulla re consentiunt, sed qvisqve ex propria sententia præcipit, aut singuli seorsim intra circumscriptos terminos, aut alter id rescindit qvod alter fieri jubet. 5) Qvi legitimo sustentationis jure gaudent, illo non fruuntur, & maleferiati nec puniuntur, nec ad bonum qvicqvam applicantur, sed qvidam eorum decimis aluntur, alii, qvi ipsi habent, qvo se sustentent, eos tamen exedunt, qvi vix unius diei victum pro se suisqve habent, illi nihilominus stipem tanqvam debitum expostulant, reprehendentibus mala minantur, aut ad minimum inutilia verba, imo convitia regerunt, qvamvis ad judicem qvotidie non perferantur, aut contra fas & jus multis in locis per solidas septimanas, & diutius hospitium violenter occupant, qvidam morbum simulant, qvi falsus postmodum deprehenditur, alii commorantur usqve qvo miseria, dum qvod omnibus detur non suppetit, oppressi ægrotaverint, & qvod maximum est malum, tales homines non instruuntur, nisi omni dedecore, tam erga Deum, qvam homines, verbum Dei non audire, nec ubi legitur commorari, nec admonitionibus morem gerere, nec ullo bono consilio uti volunt, inde tantus in hac terra benedictionis defectus, qvod homines isti evadant pessimi fures, scelerati, convitiatiores, maledici, contumaces, & qvi minime mali sunt, perfidi & vitiosi operarii, si modo operam suam aliis locare possint.

eche preſtarner bored ſig ad vanda um þetta, oc ſo tídum ſárlega, leynt oc lióſt, ad himen oc jörd má bera þeim vitne (jeg tala um trúlynda Guds kennemenn). Býdur ſig ecke chriſtelegt yfervalld til á hvöriu þinge, ſlíkt ſem mögulegt er, alla óhlutvendne ad leidrietta med ſverdenu edur ſtraffenu? Enn hvad giöra hreppſtiórar her til? Fleſter ſofa þeir, eins oc þad kome ecke par vid þá. Seged mier í þaug þriátíu ár ſem ec kann ad minnaſt, hvörſu marger ſlíker ſem ádur eru talder (ad undanteknum ſtórþióſum oc illvirkiamönnum) hvörſu marger, ſege ec, af gudlauſum ſtrákum oc óhlýdnum ſtryttum hafa af hreppſtiórunum einuſinne áng-rader edur agader vered, auk helldur á þing færder. O! þú óheilaga óhöſſama oc ótímanlega miſkunſeme! illa muntu umſíder launa þeim ſem þier ſo trúlega þióna. Gud vill ecke hafa þad ſvo, landslögen lída þad eche ſo, vort náduga oc chriſtelega yfervald munde ecke helldur lída þad ſvo. Enn hvad á jeg einſtædingur hier til ad giöra? Jeg má eche þegia vegna Guds oc ſamvitſkunnar, já eche heldur vegna míns eids oc embættes ſem *Ordinantian* áviſar ydur, hvört ec víſa þeim ſem meina ad ec hafe hier ſvo líted med. Ec hefe eirnenn nochra ſtund amrad um þvílíkt þar í ſveitum ſem ec hefe vered, oc líted áunned, ſem Gude er kunnngaſt oc gódum mönnum ſem ſatt vilia ſegia, oc get ec ecke enn kent

poſſint. Non eſt ſperandum Deum & fortunam hic adeſſe. Nonne Paſtores, & qvidem ſæpe, tam privatim, qvam publice, adeo acriter, ut cœlum & terram teſtes appellare poſſent, (de fidelibus Dei miniſtris mihi ſermo eſt) hæc reprehendere conati ſunt? Nonne Magiſtratus Chriſtianus ſtato qvovis judicii die, ſuam operam ad hæc ſcelera, qvantum poſſibile, pœna & gladio vindicanda offert? Qvid autem Inſpectores tribuum tunc faciunt? Plurimi tanqvam nihil ad eos pertineat, dormiunt. Reſpondete qvæſo; per ſolidos qvorum memini triginta annos, qvot talium ſupradictorum, exceptis ſaltem trifuribus, & gravium delictorum reis, qvot qvæſo impiorum, nebulonum & contumacium mulierculatum ab Inſpectoribus tribuum caſtigati, vel unica vice reprehenſi, multo minus ad judicem delati ſunt? O profana, intemperans, & intempeſtiva clementia! Malam tandem tam fidelibus tuis ſervis retributionem reddes! Deus talia aſpernatur, lex civilis non patitur, Clemens noſter & Chriſtianus Magiſtratus etiam pati nollet. Qvid autem ſolus ego fecero? Dei & conſcientiæ cauſa tacere non licet, imo & officii qvoqve & juramenti, qvod *Ordinatio Eccleſiaſtica* vobis oſtendit, qvo & illos, qvi hæc ad me non pertinere putant, ablego. Hæc qvoqve in tribubus, in qvibus commoratus ſum, usqve ad tædium repetii, parum tamen profeci, ut Deus boniqve & veraces homines optime noverunt. Nec Magiſtratibus potius qvam Inſpectoribus tribuum hæc imputare fas eſt, utpote officii ſui negligentibus,

kent þad yfervalldenu, helldur enn hreppſtiórunum, ſem illa hyrda um ſitt embætte, oc ecke ſkeita preſtanna fortölum. Þeir ſegia; hvad eigum vier med þad? hvört þad lærer catechiſmum (frædenn) eda eche? Þeirra þíngapreſtur ſiáe þar fyrer: Item, hvört þad kemur til kyrkiu edur ei. Enn ec ſege: Segdu þad Jeſu Chriſto á þeim ſídaſta dege, hvört þú hafer átt ad ſorga meir fyrer líkamanum enn ſálunne. Item hafer þú aled upp þann oc þann til alls æruleyſes, enn ei annars, ſo hann ſkeite ei þar fyrer neinum yferbodara, þegar hann magnaſt í ſinne óhlýdne. Þeir ſegia: aungvann eigum vier ad aga medann þeirra forelldrar lifa hiá þeim, ábyrgeſt þeir þad ſiálfer. Ec ſege, age þier þá forelldrana ſem eche vilia aga ſín börn í ótta Guds, oc þeim gefed ſídur Guds ölmuſu enn ödrum á medann þeir betraſt ecke. Enn nú ſegia þeir: oſſ ber ecke ad aga þá ſem eru af ómaga alldre: Færed þá ſýſslumönnum á þíng oc vited hvad bödullenn ſeger til vid þá. Þier ſeged: eingen vilie hlýda ydur oc vera under ydar ſtiórnan oc lágre ſtiett; giöred fyrſt nockra gudlega, chriſtelega oc loflega ſkipan, oc klaged þá ſídan ſem á móte mæla, ſiálfum ydur oc ſátækum til beſta. Þier meiged ſegia: um tíunder, hýſingar oc tæringar ſie nú ecke miked ad tala í víduſtum ſtödum epter þeſſe hardende. Enn ec ſege: því ſáud þier ſvo illa af því ſem hreppenn vardade meſt med opnum augum á medann þaug hardende yferſtódu,

tibus, & Paſtorum admonitiones flocci pendentibus. Dicunt enim; Qvid ad nos, ſive vulgus Catechiſmum diſcat ſive non. Num templum freqventent nec ne? Proſpiciat Parochus. Ego vero dico: Dic iſta Domino Jeſu Chriſto, in die noviſſimo, utrum majorem curam reqviſierit anima an corpus? Item ſi tu hunc vel illum, ad omnem infamiam, nec aliud, educaveris, ita ut qvando contumacia vires ceperit, nulli ſuperiori morem gerat. Regerunt: Neminem, dum ejus parentes vivunt, caſtigare debemus, ipſi videant. Ego vero dico: Caſtigate ergo parentes, qvi ipſi liberos ad timorem Dei caſtigare detrectant, & iis usqvedum reſipuerint, minus qvam aliis eleemoſynæ date. Adhuc regerunt: Majorennes caſtigare non debemus. Deferte igitur illos ad Toparcham coram judicio, & experiamini, qvid lictor illis dicat. Dicitis: neminem vobis morem gerere, nec regimini veſtro, & haud eminenti dignitati ſubeſſe velle. Imperate igitur aliqvid pium, Chriſtianum & laudabile, poſtea in proprium veſtrum & pauperum uſum contradicentes accuſate. Dicitis forſan: Plerisqve in locis, ex qvo annonæ caritas fuit, non eſſe qvod memoratu dignum ſit de decimis, hoſpitiis pauperum & eleemoſynis. Ego vero dico: Qvare ergo ei, qvorum tribubus maximi referebat, durante adhuc annonæ caritate, apertis neglexiſtis oculis?

ſtǒdu, enn vildud ecke ſiá, áminter þó á þad ſem nú er komed; oc þar er enn nú ſem komed er, því vilie þier enn nú ei ſtyrkia ſveiternar, ſvo, ad leggia nockud fátækum barnamönnum ſem fyrerſitia oc vilia giarnann hialpa ſier ærlega í Guds ótta, helldur enn ad ſkicka þad litla tillag ödrum ſumum kannſke ærulitlum oc jafnvel ſtrákum oc ſtrittum, helldur enn ad ſafna fleirum vísvitande útá hreppana, því þetta vill gilda umſider ydur oc ydar börn ef ecke er adgiört oc ſkule ſvo leingur framfara. Enn hvad ſkal mier hier mörg ord um hafa? Gudhrædder dánumenn ſkilia her af minn trúlyndan tilgáng, oc Gud veit hvörſu ſárt jeg er mæddur til ſoddan áminningar ef hún má ſo heita. Þar fyrer hefe ec beded nockra gudhrædda menn, hvöria ſvo vel ſem mig, ſierlega ángrar hyrduleyſe, ſtiórnarleyſe oc ólucka ſem af ſlíku fylger, ad underſkrifa med mier þetta bref, því ec vil þeſſ med öllu bíkendur vera bæde fyrer Gude oc mönnum, oc ſie ecke adgiört, hlýt ec ad ſegia til því ædſta yfervallde í nafne drottens. Þar á móte er mitt trúlegt rád ad hvorier ſem á medal ydar hreppſtióranna vilia ſíns embættes oc ſtiórnar verda bíkender fyrer vorum herra Jeſu Chriſto þegar hann birtiſt, oc af hönum nockra gódra launa væntande verda: 1) Ad þier med kennemönnunum í fyrſtu alvarlega oc trúlega framfylged Guds orde ſvo ſem ydur

---

lis? Nec tamen de illis, qvæ jam evenerunt, admoniti videre voluiſtis. Et res adhuc in vado eſt; ſi enim tribubus ita ſuccurrere velitis, ut pauperibus & multitudine liberorum oppreſſis colonis, qvi domi manentes victum ſibi in timore Dei honeſte qværere ſtudent, multo magis parum illud eleemoſynæ detis, qvam aliis, qvibusdam minus forte honeſtis, nebulonibus qvinimo, & malcferiatis, præſtaret hoc, qvam dedita opera plures mendicorum numero addidiſſe, qvod ſi diutius obtineat, & his malis non occurratur, tandem vos, veſtrosqve liberos exedet. Qvid autem de his multa? Viri pii fidelem meum ſcopum intelligent, & ipſe Deus novit, qvam dira ad has admonitiones, ſi modo ita hæ literæ appellentur, urgeat neceſſitas. Hinc etiam pios qvosdam viros, qvi de talibus fluentem ſocordiam, defectum regiminis & mala mecum dolent, has literas mecum ſimul ſubſcribere rogavi, earum enim omni ex parte autorem coram Deo & hominibus me profitebor, ſiqve nihil profecerit, in nomine Domini ſummo illud magiſtratui referre cogar. E contrario fidele meum eſt conſilium, ut qvicunqve veſtrum, tribuum Inſpectores, qvi munus & gubernationem ſuam coram Domino noſtro Jeſu Chriſto, cum apparebit, profiteri, in propoſito habent, & ab illo aliqvalem bonam ſperant remunerationem 1) Unacum Paſtoribus ſerio & fideliter verbum Dei, ut debetis, reprehenſione, increpatione, & pœna omnium

ydur ber med ávítun umvöndun oc ſtraffe yfer öllum gudsforögturum, ſem preſtarner ráda ecke vid med munnenum. 2) Þar nærſt ad þier hlífeſt ecke vid ad hallda foreldrunum til aga oc umvöndunar oc ſiálfer fylged þar ad, ad nockur chriſtelegur age ſie í hvöriu húſe, ſaker æru oc velferdar þeirra ſem í hlut eiga ſídar meir. 3) Þar ad auk halded ſtrákum oc ſtrittum til erfides minſta koſt um ſumarid því nóg fellur til allſtadar ef vel er adgád, oc ſpared því ecke hríſed í Guds nafne, þeim ſem órádvander vilia vera. 4) Siáed vel til ad gamallt oc laſed gudhrædt fólk, einkum á veturnar, ad þad mæte ecke hardendum miklum, þad ad verdur giört, ſo oc gudhræddar eckiur oc födurlaus börn. Þar vilia viſſulega tilhiálpa góder menn jafnvel þó þad ſieu utanſveitarmenn ſem leinge hafa helldur vered ſveitarſtod enn felling, því þar kemur: hier gilder eckert *ſveit*, *ſveit*, *þar á hann ſveit*, því vier eigum aller ſveit í himnaríke fyrer Jeſum Chriſtum, oc ſkammſýne er þad margra manna ad elſka ſvo ſína ſveit ad fara helldur á húſſgáng med börnum ſínum þar heldur enn hiálpaſt vel á annare. Gud hefur gefed oſſ öllum heiminn til íbúdar oc afnota, ſo ríkum ſem fátækum, epter ſínum ſkamte. Giöred gott hvörium manni; item þá víſa lögen til ſinnar ſveitar þegar eirn er þrot eda þrotráda enn ecke fyrr; þar um er nóg ſkrifad oc daglega ſkrafad, af ödru

um Dei contemtorum, qvos Paſtores verbis reprimere non poſſunt, promoveatis. 2) Deinde parentes ad honeſtam libererum educationem & caſtigationem adigere ne dubitetis, & ipſi qvoqve operam navate, ut qvædam chriſtiana educatio, poſterorum honoris & ſalutis cauſa, in qvavis domo reperienda ſit. 3) Præterea nebulones & circumforaneos utriusqve ſexus, ad minimum per æſtatem, ad labores adigite, ſi enim probe curetur, ubiqve ſat eſt negotiorum; qvare per Deum in maleferiatos virgæ ne parcatis. 4) Bene curate ne imbecilles & pii ſenes, hyeme præſertim, qvantum fieri poteſt, duriter habeantur, ſimiliter & piæ viduæ ac orphani. Boni ſane viri, ad hæc ſuum conferent auxilium, etiam erga eos, qvi ex aliis tribubus advenerunt, qvi longo tempore tribui potius ſuppetias tulere, qvam detrimentum. Erit enim tempus, qvo non juvabit ad *tribum*, *tribum* provocare, *illic ejus eſt tribus*, omnium enim noſtrum tribus in cœlis eſt propter Jeſum Chriſtum. Et imprudentiam ſane qvorundam arguit, tribum ſuam ita deperiiſſe, ut unacum liberis mendicitatem potius ibi eligant, qvam in alia tribu bene habere. Deus nobis omnibus mundum ad habitationem & uſum fructum, tam divitibus, qvam pauperibus, pro cujuscunqve ſorte, dedit; Omnibus benefacite. Item leges qvoqve civiles, deficientem ad ſuam tribum, nec tamen prius permittunt. De his ſat ſcribitur, & qvotidie diſceptatur;

ödru kefiaſt ſveiternar meir enn utanſveitar fólkenu ſem er af óſamþycke oc ſtiórnarleyſe. Hvar ſem þeſſe mín fáfródleg, þó velmeint, undervíſan fær ſtadar rett epter mier teken, þar vona ec betre guds bleſſunar. Eingenn ölmuſa Gude kiærare verdur fátækum gefenn enn ögun oc umvöndun til Guds ótta oc ærunnar. Enn ec giöre valla rád fyrer ad neirn mune ſvo öfugur hvörke af fátækum ſiálfum nie hinum ſem þetta er tilſkrifad, ad mier miſunne fyrer ſannmæle; þó ec vite þann málshátt ad beſta rád ſie opt veſt uppteked oc ec veit fyrer Gude oc hreinre ſamviſku ad ec verd ſlíkt í liós ad leida hvad þad gillder, oc hiartanlega bidia eylífann Gud í nafne Jeſu Chriſti ad hlutaſt til ſiálfan med ſinne eylifre nád, heilags anda, ad ervide vort í drottne verde ecke til ónýtes, helldur ad ſierhvör mætte leidaſt frá röngum vege, ſem fyrſt á retta braut til himnaríkes, hiálpe oſſ Gud fyrer Jeſum Chriſtum amen. Hönum ſie öll vor rád oc áſetningur trúlega befaladur. Anno 1636.

Giſle Oddsſon.

CAP. II.

De ſcholis earumqve Rectoribus.

§. I.

Rei ſcholaſticæ & literarum ſtatum ad qvamvis ſuperiorum Perjodorum, pro ratione inſtituti, ita tetigimus, ut inde patere poſſit, qvalia

diſceptatur; Tribus ex aliis qvam extraneis majus capiunt detrimentum, diſcordia ſcilicet & defectu gubernationis. Ubicunqve indocta hæcce mea, aſt ſincera, inſtructio, recte intellecta, recepta fuerit, ibi majorem Dei benedictionem ſpero. Nulla eleemoſyna in pauperes erogata Deo eſt gratior, qvam educatio & animadverſio ad timorem Dei & reprehenſionem, vix autem mihi in mentem venit qvendam pauperum ipſorum, aut cæterorum, ad qvos hæ literæ ſcriptæ ſunt, hæc a me vere dicta indignaturum, qvamvis etiam adagium noverim, optimum ſæpe conſilium ægerrime ferri, ſcio tamen coram Deo & intaminata mea conſcientia, qvodcunqve evenerit, hæc palam monere me neceſſario coactum eſſe, & æternum Deum in nomine Jeſu Chriſti toto ex corde rogo, velit ipſe æterna Sancti ſui Spiritus gratia, auxilium præbere, ne labor noſter in Domino incaſſum eat, ſed ut omnes, qvam primum a perverſa ſua via, ad rectam regni cælorum ſemitam ducantur. Adjuva nos O Deus per Jeſum Chriſtum, Amen. Illi omnia noſtra conſilia, & propoſita fideliter commendata ſint. Anno 1636. *Giſlaus Oddi filius.*

qvalia eorum qvovis temporis intervallo fuerint fata, qvæ rite confiderata non inepte cum hominis ætate comparari possunt, ita ut infantia ad annum usqve 1056, qvo Isleifus Episcopus ephoriam ecclesiæ Islandicæ suscepit, duraverit, nam si qvod cognitionis literariæ eo tempore habuit patria nostra, infantum reptatui aut balbutiei non immerito assimilari potest, ab eo autem tempore ad annum 1100 adolescentiam vocare licebit; Isleifi enim ut & ejus filii, ac in officio successoris Gissuri Episcopi, auspiciis cura & labore factum est, ut tantillo tempore insigne satis incrementum capere & ad maturitatem qvandam pervenire potuerit. Virilis autem ætas incipit ab anno 1100, aut si mavis ab anno 1106, qvo Jonas Ogmundi Holanam diœcesin moderari, conjunctisqve viribus cum Gissuro eidem curæ invigilare cœpit, qvorum vestigiis subseqventes Episcopi (inter Skalholtenses) Thorlacus, uterqve, Klangus & Paulus fideliter institerunt, idemqve de utroqve Magno ejusdem diœceseos Præsulibus eorundem in aliis officii partibus, vigilantia credere svadet. His enim ad clavum rei ecclesiasticæ sedentibus, viri apprime docti, *Sæmundus* & *Arius*, uterqve a suis discipulis *Polyhistoris* cognomine condecoratus, *Teitus Isleifi*, *Hallus*. itidem *Teiti*, *Gissurus Halli*, *Paulus Sölvi*, *Gudmundus Brandi*, *Ejolfus* & *Loptus Sæmundidæ*, *Brandus Jonæ*, *Jonas Lopti*, *Snorro Sturlæus*, *Kolskeggus* & *Styrmerus*, uterqve *Polyhistor* cognominatus, *Olaus* & *Sturla Theodoridæ*, aliiqve permulti, qvorum nomina duntaxat recensere nimis longum videtur. Virilem hancce literarum & bonarum artium ætatem usqve ad medium circiter Seculi 14 durasse statuimus, & licet posthac lacertos aliqvando movere videretur, pro signo id potius & reliqviis decrescentis pristini vigoris, qvam novarum virium accessione habendum esse putamus, adeo ut seculum decimum qvartum pro literarum apud nos senio ad interitum vergente æstimandum sit, subseqvens autem decimum qvintum decrepitæ plane ætati, qvæ oneri & tædio magis est, qvam usui ac delectationi, assimilari potest. Nam licet ingenia & animi dotes non desiderarentur, tanta tamen barbaries & superstitio eadem occupaverat, ut integrum hocce seculum vix unum (qvod sciam) dignum lectu scriptum protulerit.

§. 2.

Sed centum circiter annis in densissimis exactis tenebris, sub initium seculi decimi sexti, qvasi sub primum diluculum, ex gravissimo somno

qvorundam,

qvorundam, licet paucorum valde, ingenia expergefcere cœperunt, eo autem tum temporis redacta apud nos fuit res literaria, ut qvi aliqvid fcitu dignum difcere vellent, ad exteros abire neceffum habuerint, domi enim qvi aliud, qvam nenias papifticas & rabulifmum forenfem, docere poffent, non exftiterunt, qvorum primus, aut inter primos fuit *Stephanus Jonæ filius*, poftea Epifcopus Skalholtenfis, cujus veftigia legerunt *Ogmundus Pauli*, *Giffurus Enari*, *Martinus Einari* & *Olaus Hialti*, qvi omnes deinde Epifcopi exftiterunt, ut & *Asbiornus* qvidam, qvi artium Baccalaureus evafit, nec non *Jonas Enari* Paftor Oddenfis, *Petrus Einari*, & qvi primo nominandus fuit, *Oddus Gotfkalki*. *Stephanus* itaqve vir doctus & literarum amans, fcholam per multa fecula claufam primus aperuit, eiqve *Asbiörnum* illum artium Baccalaureum & facerdotem Reinevallenfem præpofuit, qvæ conftitutio, qvamdiu fuperfuit Stephanus, duraffe, fed cum ipfo exfpiraffe, videtur; Nam fub Ogmundo, ejus in officio fucceffore, nulla ab hiftoriæ aut annalium conditoribus fcholæ mentio injicitur, fuitqve vir ille rebus politicis & œconomicis ita deditus, & immerfus curis, ut literis operam dare, earumqve progreffum curare non vacaret.

§. 3.

Scholarum itaqve & bonarum literarum reftitutio unacum Religionis Reformatione cœpit, aut, ut accuratius fcribam, inter primos & præcipuos Reformationis fructus numeranda, & tantum non primarium ejus medium ac inftrumentum fuit; Nam qvam neceffaria barbaries & infcitia fuerunt, ad ftabiliendum errores Papifticos & miferos mortales fub jugo Romano continendum, tam neceffaria etiam fuit reftitutio literarum ad Reformationem rite & cum fructu promovendam, qvod Rex chriftianiffimus Chriftianus Tertius probe cognofcens, de fcholis in Islandia fundandis mature cœpit cogitare, ideoqve anno 1542 inftinctu & confilio Giffuri Epifcopi, qvi tum Havniæ fuit, pio huic ufui monafteria deftinavit, mandavitqve Abbati Helgafellenfi & conventui Videyenfi ut ad utrumqve hocce monafterium trivialem fcholam erigerent, in qvo prima lingvæ latinæ rudimenta pueris inftillari poffent, qvod ejus edictum datum eft vigilia Repræfentationis Mariæ 1542 (a), fed optimi Regis

(a) Vid. fupra Tom. 2. pag. 274.

utilissima constitutio aliorum interventu brevi mutata & revocata fuit, nam eodem annô ipso die Salvatoris natali, Rex Gissuro Episcopo scripsit, mutatam sibi mentem esse de cœnobio Videyensi, qvod suorum posthac in Islandia Præfectorum villicationi destinare necessum haberet, cum aliud non esset habitaculum, qvo commode uti possent, priores itaqve hac de re ipsi datas literas publico communicari non debere (a). Nec dissimilia fata habuit Helgafellense cœnobium; Anno enim proxime seqvente a regiis occupatum fuit; ànnuiqve canones ad hanc usqve diem regio ærario inferuntur. Mansit itaqve in eodem statu abjecta res scholastica usqve in annum 1552, qvo idem Rex Paulo Hvitfeldio, suo tum temporis in Islandia supremo Præfecto, cum Episcopis agere mandavit (b), ut triviales scholæ ad utrumqve templum cathedrale fundarentur, proventusqve ad discipulos una cum Rectore & ejus Collega sustentandos ex cathedræ bonis erogarentur.

§. 4.

Regio mandato eatenus obtemperavit Hvitfeldius, ut in Islandiam translatus, Episcopos & Eggertum Johannis, qvi Præfecti vices agebat, forte & alios optimates, convocaret, de tanta re deliberaturos, ut ex eorum sententia firmam fixamqve scholarum fundationem adornare posset: Qvibus, re probe ponderata, & numerus discipulorum & tempus ad scholam manendi, prout a Rege præscribebantur, nimium & ultra subsidiorum modum extendi videbatur; Unde 40 scholæ Skalholtinæ, & 34 Holanæ alumnos, ad 24 reduxerunt. Ex eorum sententia constitutionem scholasticam fecit Hvitfeldius qvæ a summo imperante nunqvam fuit confirmata, & ab aliis tam parvi facta, ut ne unicum ejus exemplum, ne qvidem in eo qvod Bessastadis est, Regio, nec in hoc Skalholtino chartophylacio, nec usqvam, nisi in codice qvodam in Bibliotheca Doct. Pauli Matthiæ Episcopi Siællandiæ, anno 1589 (37 annis postqvam sancita fuit) inveniri potuerit, Unde videtur eam nunqvam, saltim post annum 1556, qvo ultimum Regis hac de re Rescriptum ad Islandos datum fuit, pro legitima scholarum fundatione habitam fuisse; Nam hoc, qvod apud nos circum-

---

(a) Vid. ibid. pag. 298.

(b) Vid. loc. cit. pag. 312.

circumfertur ejusdem exemplum, ſine anno, die, loco, nomine & ſigillo, debemus curioſitati & diligentiæ Oddi Epiſcopi, qvi, illud ex codice qvodam in Bibliotheca Pauli Matthiæ invento, anno 1589 exſcripſit. Sed nihilo minus cum multis adhuc in ore ſit, multumqve faciat ad illuſtrandam hiſtoriam ſcholarum, clareqve depingat ſui ſeculi genium, hic ei locum concedimus (a).

§. 5.

(a) " Hvorlediſſ Skolerne ſchulle holdis paa Iſland epter ſom Höfvitsmanden Povel Hvitfeld befalede. "

" Diſſe epterſcinreſne Article ſchulle hver Biſcop paa Iſland holde med deres ſcholer, hvilket jeg paa Kongl. Majts. vegne hafver tilſagt og befalet dennem epter höybemelte Kongl. Majſts. vilge. Schal hver Biſcop holde en god ſchole og der udi 24 ſchollepilter for Guds ſkyld, hvilke hannem med Scholemeeſteren ſinnes beſt tilfaldne, og ſchulle ingen af diſſe 24 indtages udi ſamme ſcholer uden de ſom vilde love derved at blive og vill at lære og ſiden tiene Gud og kirken hvor de blifve tilkaldet. Item ſkal hver Biſchop holde een Scholemeeſter udi hver ſchoele ſom ſkal lære forneſnte pillter, og en Hörer, hvilken Skolemeeſteren ſinnes beſt. Item ſkal hver Biſkop give ſin Skolemeſter i lön hvert aar 60 daler, udi ſmör, vadmel, fiſke, daler, eller Sölv eller andre vahre, hvad hand vill have, og ſkal det gieldes hannem udi god og beleilig tiid, og ſkal forneſndte Skolemeeſter, have af Biſkopen til ſin koſt hvert aar eet goedt nöed, 4 gamble faar, 6 tönder malt, 3 tönder meel, 1 tönde ſalt, 1 tönde ſmör, 200 fiſke og der till melch og ſchiör, naar hannem behoff giöres. Item ſkal forneſndte Hörer, eller Locat ſom Skolemeſteren ſiunes hannem at kunde ſit embede og kald vel foreſtaa, have till lön hvert aar 20 daler udi forneſſnte god vahre og god tilbörlig koſt, ſaa hand kand vel hielpes. Item ſkal Biſkopen holde forneſſnte Skolepillter med god mad og dricke paa landets viſſ, ſaa hver af de ſtörſte fanger paa fiſkedage til hvert maal, en fierde part af en gild fiſk, eller en half medtel fiſk, og der till ſmör, men om fiſken er ikke ſaa meget till, da ſkal dennem gives kager og andet i ſteden. Men de mindre ſkal gifves hver af dennem fierde part af en god fiſk, dog hand er ikke gyllder, eller en halv tiſkling, og ſmör, og der til melch og ſkiör, og naar kiöd ſpiſes, at de da faae ſaa meget, de kunde hielpes, og ſkal der legges ſöel, og andet paa landets viis paa bordet med, om de kunde have meere behov, endnu er ſagt. Item ſchall dennem gives mad udi timelig og hævelig tiid, paa det, at de ikke forſömmer deres lectier, eller blifver utidig til lectſene at höre, ſom er förſt til klokken er ti om formiddagen, og ſiden klokken er ſex om aftenen udi det ſeeneſte. Item om ſaa kunde ſche, at Gud lader nogen af dennem blifve ſiuge eller krancke, da ſchall dennem gives ſoden fiſk eller blödt fiſk, om hand kand faais, og nogen heed melch, ſaa meget hver dag, at hver af dennem faaer en mark melch till hvert maall i det mindſte, eller meer, om det " giöres

§. 5.

Ex hac constitutione clarum est, Rectori cujusvis scholæ annui salarii loco destinatos fuisse 60 Joachimicos ab Episcopis qvotannis solvendos. Sed *JONAS EGILLI* in *Annalibus* expresse scribit, ei Therneyam & septem alia prædia in Sudurnesis sita, assignata fuisse, ut eorum proventum salarii loco haberet; Qvod *EGILLIUM* ex proprio cerebro finxisse non credo, præsertim cum Regium Diploma (a) id expressis verbis mandet, & certum sit scholæ Holanæ Rectorem ex prædiorum qvorundam canonibus, & olim percepisse, & hodiedum suum percipere salarium. Sed qvicqvid fuerit, id saltem certum est, qvod non diu duraverit illa consvetudo; nam Paulus Stigoti Therneyam cum reliqvis prædiis Sudurnesensibus Regio ærario adscripsit anno 1562, cathedræqve Skalholtensi eorum loco alia multo viliora assignavit. Qvid autem ipsi Regiæ Majestati de Hvitfeldiana Constitutione mentis fuerit, ex edicto dato Neoburgi anno 1555 patet (b), qvod Hvitfeldianam Constitutionem partim mutat, partim explicat.

§. 6.

" giöres dennem behoff, og skal dette gives dennem hiemme paa staden eller biscops-
" gaarden, og ikke forsendes til staderbolen eller andenstæds fra deres lectier. Item
" skulle fornefnte Skolepillter have vadmals klæder, saa de kunde være usrosne, saa
" at de störste (förste) faae 10 alen vadmel til klæder, og hver tho pilter reckevod at
" ligge udi, og skal hun gifves hvert andet aar. Og de mindre pilter hver 7 allen
" till klæder, saa og een reckevod at ligge udi, som för er sagt, og skal dette gives
" dennem i tilbörlig og hævelig tiid om Michelsmisse. Item skulle Bisperne holde
" forneffnte skolepilter böger og papir saa megit de kunde hielpes med, dem som
" fattige ere. Item skal dennem faaes lius udi skolen, saa meget de kunde hielpes
" med, i baade lectier, og siden naar de gaae af skolen, at de faae en lampe eller
" lius, at de kunde repetere deres lectier ved, og gange til deres seng med. Item
" schulle forneffnte Skolepilter ikke sendis bort eller forhindris fra skolen og deris
" lectier, enten med ferd, arbeyde, eller nogen anden töfvelse, men de skulle alle
" der blifve ved skolen vinter og sommer, og ikke der fra hindris udi nogen maade."
Hanc & nullam aliam evidentiorem, scholæ nostræ fundationem factam esse, adducor ut credam, qvia nihil aliud literis mandatum exstat apud reverendiss. virum dominum Doctorem Paulum, *ex cujus libello verbotenus descripta est ista Constitutio. Anno 1589.* *OTTO ENERUS.*

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 321.

(b) Vid. supra Tom. 2. pag. 329. Litr. PP.

§. 6.

Hocce Regiæ Majestatis edictum Canutus Stenonides, Regius in Islandia tum temporis Præfectus, Primorum Regionis, scilicet utriusqve Episcopi, amborum Nomophylacum, duorum ex qvavis diœcesi Præpositorum, & totidem Prætorum, ventilationi subjecit, qvi ab eo Bessastadas evocati, non tantum de hoc articulo (a), sed etiam aliis, qvos continebat edictum, suam dixerunt sententiam, qvam Canutum ad Regem detulisse probat Regium Rescriptum datum Hafniæ 16 April anno 1556, qvo *Conventio Bessastadensis* partim augetur, partim immutatur; qvidam tamen ne uno verbo tanguntur articuli, inter qvos est, qvi de scholis loqvitur, qvapropter seqvens ætas hocce *Regis Edictum* & *Conventionem Bessastadensem*, qvatenus de scholis agit, Hvitfeldianam autem Constitutionem nunqvam post annum 1556, pro lege habuit.

§. 7.

Hæc omnia, qvi rite pensitaverit, statim videbit errasse oculatissimum alias *ODDUM* Episcopum, scribentem adduci se, ut credat, hanc (scil. Pauli Hvitfeldii) & nullam aliam evidentiorem scholarum fundationem factam esse (b). Nam si vim legis aut unqvam habuisset, aut habere debuisset, certe a Rege ultimo hocce jam laudato Rescripto, aut ex parte, aut ex toto confirmata, & in *Conventione Bessastadensi* saltem nominata fuisset; Sed cum neutrum sit, nam *Conventio Bessastadensis* Regis tantum Rescriptum ut unicam scholarum fundationem allegat, manifestum est, eam pro evidenti lege aut scholarum fundatione tum temporis non fuisse

(a) Articulus Qvartus *Conventionis Bessastadensis*; qvi de scholis agit: " For det fierde " om Skolenes vidligeholdelse siunes off at det bör holdis epter som det staar udi " Eders Kongl. Majsts. forseglede brev og Eders Naades Ordinantz indholder. Men " at give discipleme dagligen öl til bords siuntes umueligt, formedelst landets fattigdom, og andre aarsagers skyld, thi disciplerne maae vel lade sig nöye med " den sædvanlige drick, som her i landet gaar imellem got folk, effter det som de " behöver. " Skrevet Mandagen næst effter Petersmesse &c.

(b) Vide supra pag. præced. not.

fuisse agnitam, non tamen prorsus negavero, ad ejus normam discipulorum numerum, victum, & vestitum, primo institutum fuisse. De periodo autem scholastica, qvam præscribit annuam aut perpetuam, nullum putamus esse dubium, qvod nunqvam talis fuerit; a festo enim Michaëlis ad festum Crucis vernale, seu initium mensis Maji, antiqvitus durasse perhibetur. Certe Episcopi Gudbrandus & Oddus anno 1614, cum Regi a qvibusdam eorum hostibus persvasum & insusurratum esset, legibus scholasticis illos fraudem facere, qvod discipulos tantum inter festum Martini & Pascha sustentarent, reliqvum vero anni tempus, ut sumtibus parcerent, ab exercitiis scholasticis feriarentur (a), Constitutionis Hvitfeldianæ evidentiam & auctoritatem non agnoverunt; nam ut relatio illa, nimis fuit hyperbolica & exaggerata, ita etiam defensio in promtu fuit, veram scilicet scholæ habendæ periodum, non extendi posse nec debere, per totum anni circulum, sed tantum a festo Michaëlis ad initium Maji mensis; in qva etiam Rex acqvievit (b).

§. 8.

Anno 1552 cum Hvitfeldius eam, de qva egimus, fundationem condidisset, obstitit tantum, qvin schola Skalholtina aperiretur, doctorum penuria, nemo enim in tota diœcesi inveniebatur, qvi tali officio par fuit. Hvitfeldius itaqve anno seqvente ex Dania revertens *Olaum* qvendam

---

(a) Vide supra pag. 58.

(b) Id ut credam, præter Regium Rescriptum supra pag. 60 seq. exhibitum, faciunt, α) Antiqva constansqve traditio. β) Inscriptio *Libri Scholastici* ipsius *BRYNJOLFI SVENONII* Episcopi Skalholtensis, viri patriarum rerum peritissimi, & antiqvi moris tenacissimi, propria manu exarata, qvæ ita se habet: *Visitationis scholæ Skalholtinæ liber, cui exercitia styli cathedralis utriqve classiarii inscribant, ut specimen profectus cujusqve ineunte & vertente scholastico qvovis anno appareat, atqve constet, possitqve indidem censura ferri; facto initio ab anno 1642 inclinante ad festum Michaëlis, & promovente negotium anno 1643 ad festum Sanctæ Crucis adulto; Qvæ nobis est anni scholastici periodus, Inspectore & Visitatore scholæ* Mag. Brynjolfo Svenonio *Episcopo Skalholtino, Rectore Domino* Biornone Snæbiornonio, *Collega Domino* Petro Gissurio.

qvendam natione Danum (a) advexit, eumqve ſcholæ Skalholtinæ præpoſuit (b), qvem qvidam volunt, eundem eſſe Olaum, qvi Chriſtophoro Hvitfeldio anno 1541, cum Augmundum Epiſcopum aveheret, a pedibus fuit, cuiqve Præfectus, ut cæco Præſuli miniſtraret, & verbum Dei prælegeret, mandaverat. Hic cum biennium præfuiſſet, fluvium Bruaraa in vado Bemodſtadenſi tranſire volens, & forte incautius eqvitans, vi aqvarum abreptus periit, corpus vero paulo poſt inventum ad latus Giſſuri Epiſcopi in templo Skalholtino ſepultum fuit. Sub hoc Olao Conrectoris officium geſſit Jacobus qvidam natione itidem Danus, qvi duodecennis cum Dieterico Myndenſi Skalholti fuerat, cum ibidem anno 1539 occideretur.

§. 9.

Qvi Olao ſurrogaretur, non facile inveniebatur; Ne autem diſcipuli media hyeme diſpergerentur, aſſumtus fuit *Jonas Lopti* Sacerdos Moſfellenſis, vir majoris conſilii & auctoritatis qvam eruditionis, nam licet reſpectu cæterorum doctus vocari poſſet, tali tamen oneri digne & fructuoſe ferendo non par fuit, ideoqve brevi tempore aut vix integrum ſemeſtrê officio præfuit. Hicce Jonas Lopti primo fuit Moſfellenſis, deinde Gardenſis in peninſula Alftaneſia, ultimo autem Vatnsfiordenſis ſacerdos, & Gislai Epiſcopi, qvi Jonam Thorleifi Vatnsfiordo exegit, per Toparchiam Thorneſenſem, Vicarius, qvod Præſul ab ipſo Rege publico diplomate ut confirmaretur, effecit. Hoc officio fungens anno 1566 circulares (ut vocant) ad incolas Toparchiæ miſit literas, qvibus

 unacum

(a) *JONAS EGILLI* primum ſcholæ Skalholtinæ Rectorem Danum qvidem, ſed *Hans* ei nomen fuiſſe ſcribit. Idem etiam aſſerit Præfectum Regium Therneyam & ſeptem prædia in Toparchia Kialarneſenſi ſita, qvorum proventus Rectori aſſignatus fuerat, ſtatim poſt mortem Olai (qvi ipſi eſt *Hans* ſeu *Johannes*) Regio ærario adſcripſiſſe, id eſt 1555, ſed utrumqve ad lapſus memoriæ referendum eſſe, inde patet, qvod *ODDUS ENARI*, Epiſcopus Skalholtenſis doctiſſimus, in *Catalogo Rectorum ſcholæ Skalholtinæ* ad annum 1625 continuato, ſcribit, primo Rectori nomen fuiſſe Olaus. Therneya autem expreſſe recenſetur inter prædia, qvæ Paulus Stigoti anno 1562 Skalholtenſi cathedræ abſtulit.

(b) Confer ſupra Tom. 2. pag. 310. 312 ſq.

unacum illo ſubſcripſit Eggertus Johannis ejusdem Toparchiæ Prætor. Senior factus in phrenesin qvandam incidit, ita ut ad tertias tranſiens nuptias, ipſe omnes cæremonias perageret, & benedictionem ſacerdotalem ſibi impertiretur, qvapropter ab Oddo Epiſcopo Vatnsfiordenſi præbenda privatur, indeqve invitus diſceſſit, qvodqve vitæ reliqvum fuit, Thernuvikæ apud Paulum filium transegit.

§. 10.

Qvis autem eidem ſucceſſerit, non liqvet, niſi hic locus debeatur *Theodoro Martini* Epiſcopi filio notho, qvi unacum patre anno 1548 Hafniam, iterumqve cum ipſo anno ſeqvente Islandiam repetierat, eaqve occaſione Petro Palladio innotuerat, cui in epiſtola ad ipſum data anno 1550 pro collatis in ſe beneficiis gratias agit. Hunc aliqvando ſcholæ Skalholtinæ Rectorem egiſſe, poſtea autem factum eſſe ſacerdotem Hrunenſem & deinde Breidabolſtadenſem, qvidam magnæ auctoritatis Hiſtorici ſcribunt (a). Qvartus in hoc ordine eſt *Johannes*, natione Danus, cognomento *Lollich*, forte in Lollandia natus, indeqve hoc cognomen adeptus, qvi aut a Præfecto Regio, aut ab Epiſcopo Martino evocatus & ſcholæ præfectus eandem moderandam accepit anno 1551, officioqve qvadriennium præfuit, qvo exacto ad exteros abiit. Hic noſtro judicio eſt idem ille *Hans* ſeu *Johannes*, qvem *JONAS EGILLI* primum ſcholæ Skalholtinæ Rectorem fuiſſe putat, nam poſt ejus diſceſſum Therneya, aliaqve prædia Sudurneſenſia Rectori deſtinata, a Paulo Stigoti occupata fuerunt.

§. 11.

(a) Hujus relationis auctorem habeo Illuſtriſſ. Dominum *LUDOVICUM HARBOE* in *Hiſt. Reform. Relig. Island.* Part. 2. qvi eandem ſe ex Arnæ Magnæi excerptis hauſiſſe profitetur. Nobis valde arridet hæc aſſertio, licet eandem alibi non invenerimus (niſi qvod anonymus qvidam, ex Bibliotheca Magnæana No. 236. in Qvarto, noſtro in Rectoratu biennium, in Hrunenſi biennium, in Breidabolſtadenſi præbenda biennium & ſemi attribuat), nam hoc modo, ſcil. ſi Jonæ Lopti pars anni, (Oddus enim Epiſcopus, aliiqve eum ſeqventes, ei non niſi unum & qvidem vix integrum annum concedunt) alter autem & qvod excedit Theodoro detur, biennii lacuna inter Olaum & Johannem Lollich impletur.

§. 11.

Anno 1561 ſucceſſit Lollichio *Eraſmus Willatzi* filius, natione non (ut pleriqve perperam ſcribunt) Germanus, ſed revera Danus (a), vir doctus, gravis, & magnæ auctoritatis, Muſicorumqve ſuæ ætatis coryphæus, qvi diſcantum, taliaqve Islandiæ intulit; ſcholæ autem triennio tantum præfuit, abdicato enim Rectoris officio, Præbendam Gardas in Alftanes adeptus eſt, qvam poſtea cum Oddenſi, & hanc deniqve cum Breidabolſtadenſi commutavit. Tantæ fuit famæ & æſtimationis, ut mortuo Gislao Jonæ filio, haud pauci eum Epiſcopum expeterent; tantumqve ab inimicis aut invidis objici potuit, qvod peregrinus eſſet, diœceſi tamen a morte Præſulis usqve ad ſucceſſoris introitum per integrum biennium præfuit. Uxores duas duxit, primum Helgam Gislai Epiſcopi filiam, ex qva numeroſam ſuſcepit prolem, qvæ per totam Islandiam diſperſa eſt. Alteram Thorunam Ejolfi filiam, ex qva unicam ſuſcepit filiam.

§. 12.

Sextus in regimine ſcholæ Skalholtinæ eſt celeberrimus vir *Gudbrandus Thorlaci* filius, cui non ſine propria laude & auditorum fructu triennium, ab anno ſcil. 1564 ad 1567, præfuit, qvod hic memoraſſe ſatis eſſe videtur, cum alibi de tanto viro plura dicendi occaſionem & commodiorem locum dari poſſe prævideamus (b). Qvi ut anteceſſorem habuit Eraſmum Willatzi, ita ſucceſſorem nactus eſt *Chriſtianum Willatzi*, Eraſmi fratrem, qvi qvadriennium in Rectoris officio tranſegit, & poſthac myſta Helgafellenſis factus, ſtudio medico-chirurgico tantopere fuit deditus, ut medicorum, qvi in Islandia vixerunt, aut ſummus,

(a) Qvot inſpicere licuit Hiſtoriæ & Genealogiæ Conditores ſcribunt Eraſmum fuiſſe Germanum, ſed ejus ex filio nepos Paulus Ketilli filius, vir gravis & verax, dixit amico ſuo, patri meo, eum fuiſſe Danum in Jutia natum, qvod etiam veriſimilius eſt. Error autem ex librarii cujusdam incuria irrepſiſſe videtur, qvi pro *Juſkur* ſcripſit *Þiſkur*. Hujus abnepos fuit celeberr. *A. MAGNÆUS* in Academia Hafnienſi qvondam Profeſſor.

(b) Infra §. 23. & Sect. 4. cap. 2.

mus, aut inter fummos numeretur, librumqve lingva Islandica de re medica confcriptum reliqvit, qvi vulgo (Chriftiansbók) *Chriftiani liber* audit. Uxorem duxiffe, & prolem reliqviffe certum eft. Senior factus Helgafello Biarnarhafnam migravit, ibidemqve fcorbuto maligno obrutus occubuit. Ei autem anno 1571 in lycæi moderamen fucceffit *Matthias* qvidam natione Danus, idqve qvinqvennium retinuit, & anteqvam abiit, facris initiari voluit. De qvo nobis plura non innotuerunt, nifi qvod ob humanitatem & manfvetudinem laudatur.

§. 13.

Matthiam excepit *Stephanus Gunnari*, qvi poftqvam in Academia Hafnienfi literis operam navaverat, tres annos fcholæ huic præfuit, abdicato autem officio Difpenfator Cathedralium bonorum factus, hoc officio qvadraginta annos functus eft. Illi autem in moderamine fcholaftico fucceffit *Sigurdus Jonæ* ex boreali qvarta oriundus, ab utero matris claudus, qvi diu in Hafnienfi & deinde in Roftochienfi Academia ftudiis incubuerat, primusqve Hebraïcæ lingvæ cognitionem in Islandiam intulit. In patriam redux primo fcholæ Holanæ Hypodidafcalus, deindeqve ejus aliqvamdiu Rector fuit, unde in Skalholtinam tranfiit, eamqve qvadriennio moderavit. Hic primus Rectorum fcholæ Skalholtinæ uxorem ibidem habuit, vir feverus & plagofus, unde difcipulis minus amatus, ideoqve forte Skalholtenfem Rectoratum cum Holano commutavit, qvo etiam abdicato, diu privatus vixit, exftat enim de eo Regium ad Præfectum infulæ Laurentium Krufe Refcriptum datum 1589 d. 15 Martii, in qvo tam Hafniæ, qvam alibi, diu Mufis vacaffe, diuqve Rectorem fcholarum egiffe dicitur, qvapropter Præfecto mandatur, ut præbendam aliqvam ei commodam profpiciat, cujus commendationis nullum fructum tulit, nam leprofus factus, in prædio fuo Hole in tractu Kinn obiit. In ejus locum furrogatus fuit *Gislaus filius Gudbrandi* (& Gudrunæ illius, qvam ex forore Chriftina fufceperat Gislaus Ejolfi filius) vir gravis, muficus, & pictor egregius, interqve doctiores fuæ ætatis numeratus. Hic biennio fcholam moderavit, exinde autem præbenda Hvammo Hvammfveitenfi beatus, ibidem anno 1621 vitam cum morte commutavit.

§. 14.

§. 14.

Duodecimus inter moderatores ludi litterarii Skalholtenſis locus debetur *Jonæ Gudmundi filio*, ex antiqva & non ignobili familia oriundo, qvi poſtqvam triennium Bremæ & qvinqvennium Hafniæ Muſis ſtrenuam navaverat operam, per Doct. Theologiæ & Epiſcopi Siællandenſis Pauli Matthiæ commendationem Regium Diploma datum 1582, qvo poſt fata Lopti Narfi filii Præbenda Hytardalenſis ei addicebatur, adeptus eſt, pluribusqve Hafnienſis Academiæ Profeſſorum teſtimoniis ornatus, qvi ejus eruditionem de meliore nota commendarunt, anno 1583 in patriam redux, cum Loptus Narfi adhuc ſtrenue ageret, & nulla alia vacaret conditio, in famulitium Giſlai Epiſcopi conceſſit, in qvo ad annum 1585 vixiſſe videtur; nam licet ephoria ſcholaſtica anno 1583 per diſceſſum Sigurdi Jonæ vacaret, Giſlaus tamen, neſcio qva de cauſa, illi prælatus fuit; ſed hoc ad ſacerdotium Hvammenſe promoto, Jonas Rectoris munere fungi cœpit, idqve proximo qvadriennio tanta vigilantia & dexteritate geſſit, ut vacante ſede Epiſcopali anno 1588 haud pauci eum huic officio deſtinarent, ſed maxime ei obſtitit Gudbrandi Epiſcopi Holanæ auctoritas, qvi Oddum Enari filium tum temporis ſcholæ Holanæ Rectorem enixe commendabat, utqve animos popularium Gudmundino averteret, Calvinianiſmi ſuſpectum reddere ſategit, cujus ſuſpicionis veriſimilitudinem inde probare voluerunt æmuli, qvod triennium Bremæ inter Reformatos vixerat, & literis operam dederat. Anno 1590 Loptus ſenio feſſus, præbendam Hytardalenſem ei ceſſit, moxqve ut videtur Eccleſiarum Borgfiordenſium (qvæ hodie Mýraſýſla audiunt) Præpoſitus conſtituitur, qvo officio ad annum 1625 functus eſt. Anno 1595 uxorem duxit Gudridam Giſlavi Nomophylacis filiam, ex qva, licet elephantia laborare inciperet, ſex, qvi ad maturitatem pervenerunt, liberos ſuſcepit, qvi non minus conſpicuæ qvam numeroſæ progenerationis parentes exſtiterunt, præter qvos duos etiam habuit filios nothos, qvod tum temporis non magno vertebatur vitio. In ſenectute cœcitate correptus apud filium & ſucceſſorem anno reſtitutæ ſalutis 1634, ætatis 76, miniſterii 44, exſpiravit.

§. 15.

Primus ſub Oddo Enari filio, qvarto poſt Religionis Reformationem Skalholtinæ diœceſeos Epiſcopo, ſed in ordine Rectorum decimus tertius

tertius est *Jonas*; *Einari*, Ericii, suæ ætatis juris peritissimi filius, qvi anno 1589 hunc pulverem terere cœpit, sed exacto in hoc officio biennio, Holas se contulit, ibiqve uno tantum anno eidem præfuit officio, qvod mox iterum cum Skalholtino commutavit, nec id nisi unum annum retinuit, sed conjugio cum Solvora Stephani filia, Gislai Episcopi nepte, inito, Alftartungam in tractu Myrensi se contulit, ibiqve paulo post supremum diem obiit. Unicum illum annum, qvem ille Holis egit, Skalholtinæ scholæ præfuit ipsius affinis Oddus Stephani filius, de qvo plura dicendi occasio dabitur (a). Sed post ultimum Jonæ Enaridæ discessum officio designatus fuit *Sigurdus Stephani* filius, Oddi frater, qvi cum paucas hebdomades eidem præfuisset, Mosfello Skalholtum tendens in ripa fluvii Bruara, cum portator diutius cunctaretur, unacum assecla somno se dedit, qvo oppressus in fluvium provolutus perhibetur. Hicce Sigurdus, teste ipso Episcopo, fuit vir doctus, poëta felicissimus, musicus & pictor egregius (b). Huic *Gislaus Einari* filius, Episcopi frater, officio qvidem impar, sed urgente necessitate in meliorum defectu surrogatus fuit, qvem cum Præsul, qvod reliqvum erat hyemis, suo auxilio sæpe sublevasset, vere appetente sacris eum initiavit, Jonæqve Loptidæ Sacerdoti Vatnsfiordensi successorem misit (c), qvi nolens valde Vatnsfiordo excedens, successori pauca ibidem jucunda, aut ominatus aut imprecatus perhibetur, qvod etiam evenisse qvidam asserunt; nam Gislao cum re angusta domi aliisqve adversis sæpius luctandum fuisse ferunt, qvorum tædio, ut videtur, tandem victus, opimam hancce præbendam Jonæ Arii filio cessit, Stadensemqve in lingula Reykianes priori multo viliorem ejus loco accepit, ubi in decrepita senectute anno 1660 decessit.

§. 16.

(a) Vid. §. sq.

(b) Sigurdus hicce *Dissertationem de Saxicolis* (seu Semidiis) (álfafólk) aut exercitii saltem gratia, aut ut grassantem tum temporis superstitionem ex animis superstitiosæ plebis eradicaret, scrisperat, creditum itaqve vulgo fuit, talem aliqvem genium vindictam de illo sumsisse. Conf. supra Tom. 2. pag. 368 sq.

(c) Conferantur supra §. 9. ut & infra Sect. 3. cap. 4. §. 19.

§. 16.

Oddus filius Stephani facerdotis Oddenfis, fed Gislai Epifcopi nepos, in juventute fidelem Hafniæ mufis diu dederat operam (a). Sed redux in patriam Paftor cathedralis factus effe videtur, illoqve officio fungens, Rectoris munus in cafu neceffitatis anno 1593 eidem adjunxiffe videtur, cæteroqvin enim Rectoris officium femel fufceptum non facile depofuiffet, qvod anno 1596, cum nemo, cui id tuto committi poffet, præfto effet, tradita alii cuidam templi & facrorum cura, denuo refumfit, idqve ad annum 1600 aut 1601 magna dexteritatis & vigilantiæ laude geffit. Peracto autem in hac ftatione qvadriennio, aut, ut qvidam volunt, qvinqvennio, per ceffionem Gudmundi Gislaidæ Myftæ Gaulveriabajenfis eandem præbendam adeptus eft, moxqve Ecclefiarum in Toparchia Arnefenfi fitarum factus Præpofitus utriqve officio qvadraginta circiter annos pari laude præfuit. A morte Oddi Epifcopi ad fucceffloris adventum per fesqviannum diœcefeos ephoriam geffit, cumqve tum temporis moris effet ut Epifcopi eligerentur, ipfi præter ingravefcentem ætatem, qvin Epifcopus defignaretur, nihil aut obftitit, aut excufationi fuit; fed ut literas, qvibus Gislaus Oddi Regiæ Majeftati, ut officio par commendabatur, & ut eidem præficeretur, expetebatur, qvas alio, qvam Romano idiomate proferre nefas habebatur, ut componeret, communi omnium voto ipfi injunctum fuit. Vegetam nactus fenectam anno 1641 d. 3 Decembris vitam cum morte commutavit.

§. 17.

(a) Inter menfæ feptimæ alumnos Communitatis Regiæ nomen ejus legitur fub teftimonio dato Arngrimo Jonæ anno 1589. Qvod autem bis Rectoratum geffit, hæc caufa fuiffe videtur: Anno 1592 Arngrimus Jonæ, Rector fcholæ Holenfis, a Gudbrando Epifcopo, ad expediendum magni momenti negotium Hafniam ablegatus fuit, qvi cum nullum forte haberet, cui id officium ipfo abfente concrederet, ab amico fuo Oddo Epifcopo eundem expetivit, qvi Jonæ Enari filio, ut id in fe fufciperet, perfvafit, interea autem domefticum Rectoris munus Oddo Stephani, tum temporis Paftori Cathedrali, injunxit; Sed Arngrimo anno feqvente reverfo, Jonas Skalholtum ad priftinam ftationem reverfus eft. Anno autem 1596, cum expertum effet Giflaum Epifcopi fratrem Rectoris officio imparem effe, Præful id in Oddum plene contulit, mandata alii cuidam templi & facrorum cura.

§. 17.

Post Oddum Stephani *Olaus* qvidam *Haldori filius* uno tantum anno Rectoris munere functus est, qvem Mystam Stadensem in tractu Steingrimsfiord anno 1602 factum esse constat. Cui anno 1601 (ut puto) in moderatione juventutis scholasticæ successit *Olaus Enari filius*, Episcopi frater, eiqve per septennium præfuit, vir apprime doctus, & poëta eximius, nec fratri in ullo eruditionis genere secundus, nisi forte in Astronomia. Anno 1608 Mysta Kyrkiubajensis in Toparchia Mulensi, & ejusdem Præpositus constitutus fuit, qvibus officiis magna pietatis, probitatis, & eruditionis, gloria per qvadraginta plus minus annos præfuit. Permulti egregii hymni ab eo Islandice compositi exstant, qvos gravibus pressus tentationibus, qvibus sæpe exercebatur, pepigit. Qvanti hunc virum fecerit Mag. Brynjolfus Svenonius, Episcopus gravissimus, morumqve & meritorum censor æqvissimus, non tantum constat ex egregio, qvod ei dedit testimonio, cum Præpositi officium abdicaret, sed etiam ex duabus Synodis qvas Vallanesi 1641, & Egilstadis 1645, habuit, utrinqve enim sibi eum a latere ponit, dicens clerum convocatum, & Synodum habitam esse ab Episcopo & Præposito. In Senectute oculis captus est, qvod etiam qvatuor ejus liberis accidit, ita ut id malum ejus familiæ hæreditarium a qvibusdam putatum fuerit. Obiit anno 1651.

§. 18.

Post Olaum *Jonas Biarni* Episcopi sobrinus literis bene imbutus, etsi pedem patria non extulerat, biennium scholæ præfuit, ex qvo ad sacerdotium Fellsmulense transiit. Hunc anno 1610 excepit *Jonas Sigurdi*, Præsulis ex germano fratre, Sigurdo Enari filio, Sacerdote Breidabolstadensi, nepos, qvi itidem scholæ hujus biennalis Rector fuit, idqve venia & concessu Gislai Nomophylacis, qvi filio suo Steindoro Regio diplomate idem acqvisiverat. Deinde Jonas patri cooperarius datus, eidem tandem successit. Uxores tres duxit, & ad decrepitam pervenit ætatem.

§. 19.

Moras primo apud exteros nectente *Steindoro Gislai* filio, (aliqvot enim annos, post absolutum studiorum Academicorum curriculum in

Steenonis

Steenonis Brahe, Regni Senatoris, familia hæfit) reduceqve in patriam ad negotia politica fe convertente, *Arnas Oddi* Epifcopi filius natu maximus anno 1612, vigefimum agens annum, fcholæ Skalholtinæ præficitur, qvi unicum triennium Hafniæ ftudiis impenderat, altero autem in Rectoris officio transacto, uxorem duxit, & ad res politicas animum applicuit. Anno 1617 diffidiis, qvæ inter fupremum Islandiæ Præfectum Herlovium Daa & Arnæ patrem Oddum Epifcopum, qvafi ignis in cinere, latuerant, in apertum odium & incendium erumpentibus, Arnas, ut parentis caufam, qvantum poffet, tueretur ac promoveret, in Daniam tranfiit; cum autem utriusqve caufa teftibus & teftimoniis Islandicis niteretur, domum reverti, ibiqve judicibus a Regia Majeftate delegatis, femet fiftere juffi funt, qvo cum ventum effet, Herlovius Daa caufa cecidit. Circa annum 1620 Difpenfationem opum Cathedralium Arnas accepit, qvo tempore ei lis cum Thorlaco qvodam Gunnari filio nata eft, qvam licet fua auctoritate in præfens fopiret Nomophylax Gislaus Hakonis, poft ejus tamen & Oddi Epifcopi fata, inter eorum filios Arnam Oddi & Vigfufum Gislai una cum aliis diffidiis ita recruduit, ut non nifi poft multas forenfes velitationes anno demum 1636 penitus exftingvi & fepeliri potuerit. Interea Arnas abdicato Difpenfatoris munere, qvod poft annum 1626 factum effe conftat, Reineftadenfis Monafterii conductor exftitit, in qva ftatione conftitutus, anno 1631 Islandiæ Meridionalis Nomophylax forte eligitur, qvod officium per annos triginta duos fumma geffit integritate. Ultima ei lis fuit cum Torfio Erlendi filio, Prætore Toparchiæ Arnefenfis, qvem pro tribunali infamia notaverat, qva fine utriusqve ignominia diremta, Arnas officio fe abdicavit. Uxores duas habuit, qvarum pofterior ipfi fuperftes fuit, ex qva, fed nullos ex priore, liberos reliqvit. Ipfe anno 1665 d. 10 Martii in thermis Leiraaënfibus (ad qvas fe folus, ut moris ipfi fuerat, ad fovendum corpus, contulerat) deliqvium paffus fvaviter exfpiravit. Omnium judicio vir pius, gravis, conftans, patriæ amans, & in pauperes munificus, doctus qvidem, fed majoris induftriæ, qvam ingenii (a).

(a) Vitam Arnæ fcripfit latine ejus pronepos *JONAS THÖRKILLI* filius, qvæ in *Novis Lit. Havnienf.* anni 1752 No. 25. circumfertur, in qva patrem meum plus fimplici vice

§. 20.

Anno 1615 *Torfius Finni* ſpartam didaſcalicam ornare cœpit, qvi integrum ſexennium Muſis Hafnienſibus fideliter militaverat, & deinde biennium ſcholæ Skalholtenſis Hypodidaſcalum egerat, ſed poſtqvam in Rectoris officio ſexennium transegerat, præbendam Hvammenſem poſt mortem Gislai Gudbrandini 1621 adeptus eſt, eamqve ad mortem, qvæ in annum 1638 incidit, retinuit, nunqvam tamen induci potuit, ut communi patriæ more villicationem inſtitueret, ſed prædio certis conditionibus elocato, ipſe cum uxore & liberis ſibi ſoli vixit. Ejus informandi methodum magnopere laudat Brynjolfus Svenonius, Epiſcopus Skalholtenſis doctiſſimus, qva ſe per qvadriennium inſigni cum fructu uſum fuiſſe ſcribit. Huic anno 1621 in officio ſucceſſit, idqve unum tantummodo geſſit annum, *Gislaus Oddi* Epiſcopi *filius*, qvod hic tetigiſſe ſufficere videtur, cum plura de ipſo ſcribendi occaſio alibi ſe offerat (a). In cauſa autem, qvod Gislaus tantulo tempore pædagogiam geſſit, fuit ejus ſucceſſor

vice auctorem laudat, qvaſi ex ejus *recenſu Rectorum ſcholæ Skalholtinæ* ſua hauſerit, qvod qvidem non negamus, ſed multa *THORKILLIDES* ex ſuo addidit, qvæ illi nunqvam in mentem venerunt, qvale eſt illud, qvod brachium cuiqvam propolæ Arnas comminuerit, qvippe qvi menſura cubitali plebem pauperculam fallere conſveviſſet; qvod Arnas in ipſo auguſtiſſimo ſenatu & ipſo Rege præſente iteratis ſæpius congreſſibus ad incitas hoſtem redegerit; qvod uno tantum eqvo incredibili velocitate tantum viæ ſolus, per montana, per tesqva, per fluenta periculoſiſſima, omnia ſibi incognita absqve comite qvatuor diebus emenſus ſit, qvantum alii vix qvatuordecim abſolvunt. Hæc omnia aliaqve multa bonus *Thorkillius* ex proprio finxit cerebro, niſi qvod Arnas qvatuor diebus id itineris abſolverit, id enim plures ſcripſerunt, qvod nec diffiteor poſſibile eſſe, ſed pluribus opus eſſe eqvis, ita ut recens feſſum ſemper abſolvat, aut aptata eqvorum viribus & viæ longitudini mutatio ſæpius fiat. De interdicto Herlovii nautis Danicis propoſito, ne Arnam in Iſlandiam transfretare volentem reciperent, & de Batava celoce, omnes qvotqvot aliqvid de hac re ſcripſerunt, conſentiunt, licet in rei circumſtantiis referendis diſſentiant, qvod, ut credamus, haud adduci poſſumus. Qvidni enim Arnas talibus preſſus incommodis ſe ad Regem convertit, ad cujus, & ſenatus gratiam (fatente ipſo Thorkillio) viam ſibi aperuerat? Aut ſi Rex non præſens fuit, qvare Commiſſariorum Friſii & Windii, qvi eodem anno vecti nave Regia in Iſlandiam transfretarunt, opem non imploravit, qvi in tali caſu ipſi non defuiſſent? Sed de his talibusqve nulli litem movemus.

(a) Infra Period. 6. Sect. 3. cap. 1.

ceffor *Jonas Giffuri filius*, qvi in boreali qvarta natus, aliqvamdiu fcholæ Holanæ Hypodidafcalum egerat, deindeqve Hafnienfes falutavit Mufas, unde diploma qvoddam, qvo ei Skalholtenfis fcholæ Ephoria demandabatur, attulit, cujus vi & auctoritate Gislao omnino erat obtemperandum, Jonæqve Rectoris munus cedendum, qvod ad annum 1630 geffit, qvo in gratiam Vigfufi Gislai filii, confentiente utroqve Epifcopo, id cum Holano commutavit, cui cum biennium præfuiffet, Mulenfe facerdotium, & paulo poft Præpofiti in Toparchia Thingeyenfi officium nactus eft, qvibus, qvoad vixit, præfuit.

§. 21.

Qvæ hactenus recenfuimus, Skalholtinam maxima ex parte fcholam concernunt. Reftat autem, ut qvantum ad Holanam attinet, aliqvid etiam dicamus, qvæ omnia fi minutias qvasdam exceperis, Skalholtinæ fimilia fata experta eft; Nam ut *Isleifus* & *Giffurus* totam Islandiam, fpeciatim autem Skalholtinam diœcefin, ita ad eorum exemplum *Jonas Ogmundi* Holanam ex longo infcitiæ lethargo excitare aggreffus eft, qvi viri laboriofiffimi conatus, haud fecus ac illorum paulatim vires & incrementa cœpit, nam de hocce viro certum eft, qvod non tantum ipfe & literatus & literarum amans fuerit, fed etiam, qvod fcholam & feminarium literarium Holis inftituerit, ex qva plurimi viri doctrina pollentes exierunt, qvorum præcipui fuerunt *Klangus Thorfteini*, *Biörnus Gilfi*, ille Skalholtenfis, hic vero Holenfis poftea Epifcopi, ut & *Vilmundus* Thingeyrenfis ac *Hreinus* Hytardalenfis cœnobiorum Abbates. Idem aut fimile qvid ut de ejus fucceſſoribus *Ketillo Thorfteini*, *Biörno Gilfi* & *Brando Sæmundi* credamus, par eft, licet eorum in hujus rei gratiam molimina hiftoriæ taceant; Nec *Gudmundo Arii* filio hujus rei incuria merito objici poteft, literatus enim fuit, literasqve amavit, & fcholam Holis aliqvamdiu inftituit. De *Jörundo Thorfteini* idem expreffe docent Hiftoriæ. Unde etiam hoc temporis tractu Holana diœcefis fat largum doctorum virorum proventum habuit, qvorum nominatiores fuerant, *Asgrimus*, *Carolus*, *Vermundus*, & *Biarnus* Abbates Monafterii Thingeyrenfis, *Nicolaus*, *Hallus* & *Ormus* Thveraaënfes Cœnobiarchæ, ut & *Oddus* ac *Gunnlogus* Thingeyrenfis Monafterii alumni digniffimi. Qvam apud Holanos virilem literarum ætatem, fenectus, per qvam feculum decimum qvartum intelligimus,

mus, subsecuta est, nam qvicqvid eruditionis eo incipiente in *Laurentio* & *Egillo* Episcopis, *Bergo Socki* filio, *Hafliđo Steini*, *Enaro Hafliđi*, & paucis forte aliis exserere visum est, id reliqviæ prioris ætatis fuerunt. Sed ineunte seculo decimo qvinto Holanam diœcesin, in extremam incidisse barbariem & bonarum artium inscitiam, vel inde liqvet, qvod epidemica illa pestis communiter appellata *svarte daude* in eadem 6 tantum Sacerdotes, tres Diaconos, & unum Monachum reliqvit, nec per integrum sesqvi seculum ab anno scilicet 1400 ad 1450 doctum virum exstitisse scio, si *Enarum* Abbatem ejusqve filium *Finnbogum* exceperis, qvos literis plusqvam alios eorum coætaneos deditos fuisse ferunt.

§. 22.

Sub ipsum autem Reformationis initium qvidam, sed perpauci ex diœcesi Holana literarum gratia ad exteros abierunt, qvorum celeberrimi fuerunt *Olaus Hialti* & *Oddus Gotskalki*, neqve ea laude privandus est *Jonas Arii* filius, qvod ipse indoctus, virum tamen literatum *Jonam Matthiæ* filium ex Svecia in Islandiam vocavit, qvi, ut verisimile est, Episcopi auspiciis apud qvosdam discendi cupidos, prima Latinæ lingvæ fundamenta jecit. De scholis autem apud omnes Annalium conditores & Biographos altissimum est silentium, usqve ad annum 1552, qvo *Olaus* Episcopus Regio jussu Holanam scholam ad Hvitfeldianæ fundationis modum aperuit, nisi qvod, ut supra diximus, Rectoribus certa prædia assignata fuerunt, ex qvorum canonibus salaria perciperent, qvod Regiæ Majestati proprio confirmare Rescripto placuit (a).

§. 23.

De hujus scholæ Rectorum serie fatis & gestis, haud bene informati sumus, nam eorum recensus, qvos nobiscum viri qvidam inter nos doctissimi communicaverunt, valde sunt jejuni & lacunosi, ex qvibus seqventem Catalogum adornavimus, qvi licet sit hiulcus & valde imperfectus, aliqvid tamen nihilo præstare putamus. Anno 1552 Olaus Hialti filius Hafnia revertens, adduxit *Laurentium*, natione Danum, qvi primus

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 322.

mus Holanæ ſcholæ Rector exſtitit, ſed qvamdiu, incertum eſt; nam nullius hujus ſcholæ moderatoris mentio ſe offert, priusqvam in (ita dicto) *Regiſto Sigurdiano* ſcripto 1569, ubi *Martinus* Rector ſcholæ nominatur, qvem Danum fuiſſe veriſimile eſt (a); & ſi inter hos aliqvi intermedii fuerunt, eos itidem Danos fuiſſe res ipſa loqvitur, cum Islandia hoc tempore virorum huic officio parium copiam non haberet, præter ſolum *Gudbrandum Thorlaci* filium, qvi eodem hoc anno 1569 Lycæi moderator factus eſt, nec id officium ultra unum annum geſſit, nam 1570 a Rege evocatus ad capeſcendum Epiſcopatum in Daniam transfretavit; Cui ipſe Rex ſucceſſorem miſit *Johannem Gyllebrun*, qvi qvomodo & qvamdiu ſcholam rexerit, non liqvet, ſed anno 1573 *Sigurdus Jonæ* hanc ſpartam usqve ad annum 1576 adornaſſe videtur, de qvo plura vide ſupra §. 13.

§. 24.

Sigurdo anno 1576 ſucceſſit *Biarnus Gamalielis* filius, qvod ex doctiſſimi Arngrimi ætate colligi poteſt, qvi octennis Holas venit Rectorem agente Biarnio, qvod incidit in annum ſeculi 76. Hic poſtqvam decennium in hoc officio transegerat, Sacerdotio cuidam præfectus fuiſſe videtur, ſed Greniadarſtadenſe 1595, & Præpoſiti officium in Præfectura Thingeyrenſi, adminiſtrandum ſuſcepit. Ipſi autem in ludi literarii magiſterio ſucceſſit anno 1586 *Oddus Enari* filius, eiqve biennio præfuit, de qvo alibi plura dicendi locus erit (b).

§. 25.

Oddo, qvi anno 1588 Hafniam tetendit, qvis ſucceſſerit, nobis non innotuit, ſed anno 1589 hanc in ſe curam ſuſcepit, vir poſt ipſum Gudbrandum omnium Holanæ ſcholæ Rectorum celeberrimus *Arngrimus Jonæ*, eiqve usqve in annum 1598 incubuit, niſi qvod *Jonas Enari* Rector ſcholæ Skalholtenſis anno 1592 — 93, abſente Arngrimo, eam in ſe ſuſcepit,

(a) Qvod & Inſtructio Walchendorphio data innuit; vid. ſupra pag. 3.

(b) Infra Sect. 3. cap. 4.

ſuſcepit, de qvo ſupra §. 14. De Arngrimo hac vice ſcribere plura ſuperſedemus, cum mox commodiorem occaſionem occurſuram ſciamus (a).

§. 26.

Arngrimo penitus diſcedenti ſucceſſit *Olaus Jonæ* filius, poſtea factus Sacerdos Miklabajenſis & Præpoſitus Thoparchiæ Hegraneſenſis. Qvem in officio excepit *Gudmundus Enari* Gudbrandi Epiſcopi conſobrinus, qvi ſtudiorum gratia anno 1592 Hafniam petiit, ſed 1595 reverſus, Rector ſcholæ præficitur, idqve officium usqve in annum 1603 geſſit, tum vero Hafniam repetens opimam præbendam Stadaſtadum obtinuit, poſteaqve Præpoſitus Toparchiæ exſtitit, usqve ad annum 1618, qvo ei Regii Commiſſarii Fridericus Friis & Georgius Wind, illicitæ ſimulationis aut neglecti officii in cauſa affinis ſui Jonæ Nomophylacis, inſimulato, officium abrogarunt, ſed Hafniam eodem anno tranſiens, utrumqve Eccleſiam & Præbendam ejusdem (ut videtur) Friſii commendatione ſublevatus recepit (b), vixit ad annum usqve 1648. Exſtat ejus *de fænore* ſcriptum, ut & ſcriptum *contra Fiandafælu* ɔ: Refutatio ineptiarum Jonæ Gudmundini *Docti* per ironiam vocati. Tranſtulit & in lingvam Islandicam *Nicolai Hemmingii antidotum contra deſperationem*. Huic ſurrogatus fuit *Paulus Gudbrandi* Epiſcopi filius, qvi triennium ab anno 1600 ad 1603 Hafniæ literis operam dederat, ſed poſtqvam unum tantummodo annum officio præfuerat, uxore ducta eodem abiit, tandemqve Toparcha Hunavatnenſis, ut & conductor cœnobii Thingeyrenſis ac Redemturæ Vatnsdalenſis factus, mortuus eſt anno 1622.

§. 27.

Paulo, qvis ſucceſſerit, omnino incertum eſt; Id tantum liqvet, qvod anno 1615 *Olaus Olai* filius, communiter, ſed ironice vocatus *Lærde-karl* (Doctulus), Rectoris locum tenuerit. Sed cum omnino improbabile videatur, talem idiotam ab anno 1604 ad 1619 tali officio præfuiſſe, qvidam ſibi duos inveniſſe Olaos Olai filios videntur, qvorum alterum

(a) Infra Sect. 4. cap. 3.

(b) Vid. ſupra pag. 43.

alterum ſcholæ Holenſis ab anno 1604 usqve ad annum 1615 Rectorem fuiſſe exiſtimant, deindeqve eum faciunt Sacerdotem Grimstungenſem, & tandem ob adulterium & inceſtum ab officio remotum tradunt, eiqve ſurrogant Olaum Lærde-karl; nam qvod hic fuerit ſcholæ Holanæ Rector nullum eſt dubium. Hic a Gudbrando Epiſcopo educatus, ejusqve auſpiciis in ſcholam Holenſem receptus & inde dimiſſus, ad Hafnienſem Academiam ablegatus fuit, unde reducem, Thomæ Finkii tum temporis Rect. Magnif. teſtimonio, aliorumqve, præmunitum Præſul ſcholæ præfecit, cui etiam pro modulo ingenii (a) inſerviit usqve in annum 1619, qvo Rex novo Islandiæ Præfecto Friderico Friis Reſcripto dato 21 Aprilis (b) mandavit, ut inqvireret, num qvid veri haberet delatio, qvod Gudbrandus Epiſcopus indoctum virum ludo literario præpoſuerit, ſuisqve loculis Rectoris ſalarium intulerit? Cum vero Friſius, uno tantum triduo in Islandia exacto, animam exhalaret, Petrus Johannis filius, qvem ille moriens ſibi ſubſtituerat, Epiſcopo dicam ſcripſit, ut in Dicaſterio Generali hanc cauſam defenderet, ſeqve ſi poſſet, purgaret. Cui Præſul obtemperans Olaum ſecum ad Comitia adduxit, qvi ibidem ſibi a Rectore Magnifico datum teſtimonium produxit, & ſi qvisqvam in arenam, de eruditionis prærogativa ſecum certaturus, deſcendere vellet, ſemet paratum eſſe publice proclamavit, qva animi fortitudine imminens procella incaſſum cecidit. Olaus poſthac ſacerdos factus, Confeſſionarium ſuum, Jonam Pauli, qvod ſibi ſangvinem pro vino in ſacra cœna propinasſet, inſimulavit, Jonas autem Olaum ſangvinem in calicem inſpuiſſe dixit, a qvo Olaus ſe duodecimvirali juramento purgavit, tandem vero in adulterio & inceſtu deprehenſo officium abrogatum fuit. Hoc pleriqve de Olao Lærde-karl fatentur, alii utriusqve & adulterii & inceſtus inſimulant. Noſtra, utrum duo & diverſi, an vero unus idemqve fuerit Olaus, ad

(a) Qvam profunda viri fuerit doctrina, docet traditio ferens eum diſcipulos comparationem voculæ *parvus* docuiſſe: *parvior, parviſſimus*, qvod Thorlaco Skulonis tunc temporis Hypodidaſcalo hoc diſtichon elicuit:

Parvior eſt parvo parviſſimus ipſe Magiſter,
Corpore perparvo, parvior ingenio.

Fuit enim Olaus nani inſtar puſillus.

(b) Vid. ſupra pag. 62.

ad qvem hæc referenda ſint, parum refert, ideoqve rem in medio relinqvimus.

§. 28.

Olao Lærde karl, ſucceſſit vir revera doctus *Thorlacus Skulonis*, qvi Holani Lycæi moderatorem egit ab anno 1619 usqve in annum 1625, niſi qvod Magnus Olai, dum anno 1621 in Dania abſens fuit, ejus vices geſſit, ſed num anno 1626 ex altera in Daniam peregrinatione, redux ad ſcholam redierit, non liqvet, neqve qvis ab anno 1625 ad 28 hoc officium geſſerit. Sed cum alibi (a) de hoc viro plura ſcribendi occaſio in promtu ſit, illa eidem reſervabimus. *Magnus Olai*, qvi Skulonii, dum in Dania fuit, vices geſſit, eſt is ipſe vir doctus, cum qvo celeb. *WORMIO* annuum fuit comercium literarum, in epiſtolis Wormianis editum, autor *Lexici Runici* in Wormii gratiam conditi, qvod hic poſtea edi curavit 1536, & *verſionis Eddæ*, qvam *RESENIUS* edidit, *Poëmatumqve* variorum, tam Latine qvam Islandice ſcriptorum, qvæ omnia ingenium & eruditionem ſpirant. Laufaſenſi Præbendæ diu præfuit, ibidemqve obiit 1636, æt. 63. Poſt Skulonium primus ſe offert *Vigfuſius Gislavi* filius, & ab eo proximus *Jonas Giſſurius*, de qvibus inter Skalholtenſes pluribus.

§. 29.

Hoc modo fundatæ & conſtitutæ fuerunt, qvæ ad qvodvis templum cathedrale in Islandia exſtiterunt, hodieqve, florent ſcholæ publicæ. Qvinam autem qvalesqve earum hoc temporis tractu fuerint Rectores, ex ſuccincto eorum, qvem dedimus, recenſu, cognoſci poteſt, unde etiam qvalis earum fuerit ſtatus facile eſt divinari; Initia nempe valde fuerunt tenuia & infantiæ non abſimilia, præſertim dum extranei, qvorum qvidam nec bene docti, nec diſcentium lingvam bene intelligentes fuerunt, Rectoris munere fungebantur; ſed paulatim ita maturuerunt, ut ex ipſis tandem tales prodierint, qvi ad Academiam Hafnienſem ſe conferentes, aliarum ſcholarum alumnis ſi non præferrentur, ſaltim non poſtponerentur, auctoqve ibidem eruditionis penu, reverſi alios dextre ducere &

(a) Vid. infra Period. 6. Sect. 4. cap. 1.

& docere possent. Sed qvænam præcepta aut auctores prælegerint, licet non constet, eundem ac in aliis Daniæ scholis docendi modum observatum fuisse, præsertim dum in Dania nati ad clavum sederant, Autoresqve, qvos præscribit *Ordinatio Ecclesiastica*, in inferiore scilicet classe *Donatum, Gramaticam, Moralia Catonis, Esopi Fabulas, Mosellani Pædalogiam* & *Colloqvia Erasmi*; in Superiore autem *Terentii Comædias, Virgilii Eclogas, Metamorphosin Ovidii, Ciceronis Officia*, & *Epistolas ad familiares*, ut & *Rhetoricam* & *Dialecticam Philippi* prælecta & explicata fuisse valde sit verisimile, non neglecto styli Latini & versificationis exercitio Sed Græcæ lingvæ gustus, non priusqvam circa annum 1600 aut sub finem hujus Periodi introductus fuit. Qvæ qvi rite pensitaverit, non inepte rei literariæ statum usqve ad annum 1580, cum infantia, inde autem cum virénte & indies maturescente adolescentia comparari posse judicabit.

Cap. III.

De aliis qvibusdam viris, meritis & autoritate conspicuis, qvi religionis negotium aut promoverunt, aut eidem obfuerunt.

Etsi eruditos, qvi literas & bonarum artium studium ante annum 1600 multum promoverunt, præter Episcopos, & paucos oppido scholarum Rectores, non facile invenire liceat; Exstabant tamen hoc tempore utriusqve Ordinis magnæ autoritatis viri, qvi Reformationis negotium opere & consilio, qvantum in iis fuit, & foverunt, & promoverunt; Qvales primo Reformationis tempore fuerunt:

§. I.

Sacri ordinis ministri qvi Ordinationem Ecclesiasticam primo receperunt, inqve ejus verba jurarunt, qvod plus simplici vice publice factum fu-

iſſe, ſupra innuimus. Celeberrimæ Synodi in qvibus id factum eſt, fuerunt Thingvallenſis anno 1541, præſente & homagium ab ordine Eccleſiaſtico exigente Chriſtophoro Hvitfeldio; Et Middalenſis anno 1542, a Giſſuro Epiſcopo habita, ubi partim iidem denuo, partim etiam alii, qvi prioris anni Synodo non interfuerunt, ei ſubſcripſerunt, plurimiqve eorum ore & opere eandem exinde profitebantur; Qvi licet obſtante eruditionis tenuitate, non multum ad Religionis profectum conferre potuerint, nullum tamen eſt dubium, qvin hoc eorum factum ſubſeqventi Reformationi viam ſtraverit. Mereri itaqve videntur, ut eorum nomina ad poſteritatem perveniant, & licet alibi ſparſim ſint recitata, hic tamen præcipue ex pluribus Actorum Exemplaribus (a), qvorum qvædam plura, qvædam vero pauciora adſcripta habent nomina, in unum qvaſi faſciculum collecta, locum ſibi vendicant (b).

§. 2.

(a) Synodo Thingvallenſi tantum ſubſcripſerunt No. 16 — 20. 23. 24 30. 31. 33. 35 — 7. Middalenſi tantum No. 8. 14. 15. 21. 25 28. 29. 32. No. 22 & 34. in neut a præſentes fuiſſe videntur, cum nomina illorum in Giſſuri Epiſcopi *libro Memoriali* non inveniantur, ſed poſtea eos ſubſcripſiſſe alia actorum Synodalium exſcripta, qvæ illorum nomina conſervarunt, ſvadent.

(b) 1) *Alexius Pauli* filius Abbas Vidøyenſis.
2) *Brynjolfus Haldori*, Paſtor Oddenſis.
3) *Martinus Einari*, Paſtor Stadaſtadenſis.
4) *Bardus Ejolfi*, al. *Bödvar*, Reinevallenſis.
5) *Freyſtenus Grimi*, Stafholtenſis.
6) *Eirikus Jonæus*, Reykholtenſis.
7) *Jonas Biarni*, Paſtor Cathedralis.
8) *Sveno Thorbiörni*, Hvammenſis in Nordurardal.
9) *Eirikus Grimi*, poſtea Gilsbackenſis.
10) *Biörnus Olai*, poſtea Runenſis.
11) *Jonas Thorleifi*, Hiardarholtenſis.
12) *Loptus Narfi*, Stadarhraunenſis.
13) *Arnas Arnori*, Hytardalenſis.
14) *Stephanus Hallkeli*, Laugardalenſis.
15) *Asgeir Haconis*, Paſtor Lundenſis.
16) *Oddus Halldori*, Gaulveriabajenſis.
17) *Magnus Ejulfi*, Selardalenſis.
18) *Einarus Olai*, Gardenſis in Alftaneſia.
19) *Snorro Hialmi*, Holtenſis ad Ejafioll.
20) *Gislaus Jonæ*, poſtea Selardalenſis.
21) *Jonas Enari*, poſtea Gardenſis, ultimo Reykholtenſis.
22) *Eirikus Ejolfi*, poſtea Paſtor Cathedralis.
23) *Thorleifus Eirici*, Breidabolſtadenſis.
24) *Olaus Kolbeini*, Saurbajenſis.
25) *Gudmundus Jonæ*.
26) *Magnus Jonæ*.
27) *Thumius Gudmundi*, al. *Gunnari* vel *Gudnii*.
28) *Jonas Jonæ*.
29) *Thordus Gisli*.
30) *Gislus Nicolai*.
31) *Olaus Jonæ*.
32) *Baudvar Ejolfi*.
33) *Jonas Bardi*.
34) *Arnas Jonæ*.
35) *Arius Thorgrimi*.
36) *Halldorus Gisli*.
37) *Thordus Ejolfi*.

§. 2.

Plurimi horum, ut mox diximus, in ſemel facta confeſſione conſtantes permanſerunt; Qvidam vero, qvi anno 1541 in Synodo Thingvallenſi in *Ordinationis* verba juraverant, ut arcus doloſus reverſi ſunt, qvales fuerunt, *Thorleifus Eirici*, Sacerdos Breidabolſtadenſis, & *Olaus Kolbeini* Saurbajenſis ſacrificulus, qvi in Middalenſi Synodo Reformationem aperte recuſarunt. Thorleifus conciliabulo Thingvallenſi anno 1550 a Jona Aræſonio coacto, ut ab eo conſtitutus Officialis præfuit, omniaqve ex ejus nutu contra Lutheranos concludi curavit (a). Qvibus ſe aſſociarunt, *Sigurdus* Abbas Thyckvabajenſis, *Jonas Hedini* Paſtor Runenſis, de qvibus alibi (b). *Bergus* aut *Bergthorus Jonæ*, nam differenter hoc nomen ſcriptum reperitur, Reinevallenſis ſacrificulus, & *Jonas Eirici* Paſtor Vatnsfiordenſis, vir magni nominis, & ſui ſeculi Sacerdotum ditiſſimus, qvi diu cum Biörno Godvini & ejus hæredibus de prædiis Vatnsfiord, Stad in Adalvik, aliisqve acriorem controverſiæ ſerram reciprocaverat, qviqve Jonam Epiſcopum 300 armatis ſtipatum, cum Vatnsfiordum invadere & occupare inſtituerat, pari aut majori apparatu ita excepit, ut Præſul re infecta rediret. Hi ſenium, & neſcio qvid aliud frivolum cauſſantes, *Ordinationem Eccleſiaſticam*, & conſeqventer omnem Religionis Reformationem recuſarunt: Qvibus, præſertim prioribus illis, qvi in manifeſto perjurio deprehenſi fuere, adnumerandum eſt nobile par fratrum, *Freyſteinus Grimi* Paſtor Stafholtenſis, & *Ericus Grimi* Gilsbackenſis, qvi utrobiqve Thingvallis & Middali in novæ *Ordinationis* juraverant verba; Sed qvam primum Jonas Aræſonius ſigna contra Reformationem, & novæ Ordinationis aſſeclas movere cœpit, prioris ſacramenti immemores, non ut alii nolentes, & coacti, ſed volentes, & ſua ſponte ejus ſigna ſeqvebantur, & qvoad hic vixit, perſeveranter ei adhæſerunt, nam in obſidione Skalholtenſi anno 1548 uterqve ei militabat, ſimiliter etiam anno 1550, cum Skalholtum tandem occuparet; Tandemqve

(a) Hic Thorleifus a qvibusdam ſtatuitur fuiſſe Paſtor Melenſis, a qvibusdam vero Breidabolſtadenſis, qvæ hoc modo conciliari poſſunt, qvod unus idemqve Thorleifus aut utramqve habuerit Præbendam, ſed ſucceſſive, aut qvod diverſæ perſonæ ejusdem nominis fuerint.

(b) Supra Tom. 2. pag. 671. & infra §. ſeqv.

qve cum Saudafelli caperetur, ipsi qvidem adfuerunt, sed inter eos, qvi monente Davide eum ante prælium deseruerunt; Præterea etiam non fuerunt minima pars judiciorum & constitutionum, qvas contra Religionem puriorem & Reformatos in diœcesi Skalholtina annis 1548 - 1550 fieri curavit, sed post ejus mortem ad meliorem frugem se receperunt, nam de Freysteino testatur Joh Bucholtzius Præfectus Islandiæ in constitutione data 1577, qvod aliqvot semper juvenes domi suæ aluerit & informaverit. Obiit Freysteinus 1565, vir magni nominis & autoritatis, sed in Religionis negotio instabilis. Plures qvidem ad Catholicorum castra reversi sunt & Jonam Aræsonium pro legitimo Skalholtinæ diœceseos Administratore acceperunt, sed coacti & metu persecutionis, qvo remittente ad saniorem mentem pleriqve redierunt.

§. 3.

Nec minimi momenti hujus temporis historiæ partem faciunt famosum par Sacerdotum, Jonas Hedini & Jonas Biarni, uterqve suo tempore cathedræ Oeconomus, ut & maximarum qvæ acta sunt tragediarum fax & tuba. *Jonas Hedini* fuit Parochus Hrunensis, & ultimis Augmundi Episcopi annis Cathedralium opum Dispensator, qvi anno 1539 lanienam illam Skalholtensem contra Episcopi voluntatem instituit, in qva Dietericus Myndensis, vir qvidem impius & neqvam, taliqve fato dignus, sed Regii Præfecti vicem sustinens, sine omni juris processu & temerario ausu, cum decem asseclis misere mactatus, & post mortem barbarico plane more tractatus ac tumulatus fuit (a). Qvod ejus factum, insonti Episcopo, qvi Jonam a facto dehortatus fuerat, & Dietericum, ut sibi caveret, submonuerat, deindeqve ab omni facinoris conscientia jure jurando se purgaverat, captivitatis & opum confiscationis, aliorumqve malorum causa exstitit. Illud autem Jonas perpetrasse videtur, non tantum ut illatas Præsuli injurias ulcisceretur, sed etiam ex zelo læsæ a Dieterico Religionis Catholicæ, (in eo enim jam erat, ut monasteria occuparet), hujus enim Hedinides valde tenax fuit, nam inter eos numeratur, qvi anno 154 novam illam Ordinationem Ecclesiasticam, & conseqventer Reformationem Religionis recusarunt.

§. 4.

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 282. sqq. 537.

§. 4.

Jonas Biarni primum fuit templi Skalholtensis primarius Sacerdos, statimqve Lutheranam accepit Religionem, cui deinde constanter adhæsit. Deinde a Gissuro Episcopo opimæ parœciæ Breidabolstadensi præfectus, & ipso moriente supremus cathedræ Oeconomus fuit, qvod officium strenue & fideliter gessit, ut ex ejus actis, qvæ subinde in historia personali Martini & Jonæ Aræsonii memorantur (a), satis constat. Præcipuum qvod ei vitio vertitur, est Jonæ Aræsonii, ejusqve filiorum intempestiva occisio, qvam primum consuluisse fertur, qvæ Christiano Scribæ & 13 asseclarum morte stetit, Martino autem & ipsi Jonæ peregrinationis & coram tribunali Regio apparitionis, tandemqve perpetuæ criminationis causa exstitit. Senescens, si non mente captus, saltem raptibus spasmaticis affligi cœpit, qvod ei in ultionem Aræsonianæ cædis accidisse superstitiosum vulgus putavit. Interim pro posse Lutheranam Religionem semper promovit, qvo præcipue hic locum sibi vindicat; ut videtur, mortuus circa annum 1570.

§. 5.

Inter eruditos, qvi solo veritatis amore inducti religionis negotium ore & opere promoverunt, primum locum meretur *Jonas Einari*, qvi apud peregrinos literis operam dederat, gustumqve Lutheranæ religionis inbiberat, qvem in patriam reversus, clam popularibus habuit, unde ob eruditionem a multis, præsertim Episcopis, magni æstimatus fuit, ideoqve Ogmundus eum in Episcopum diœçeseos Holanæ ingratiis clero, qvi electionis sibi vindicavit jura, imo per fas & nefas, promovere voluit, ipsum enim ut eligerent, priorem vero electionem qva Aræsonius officio designabatur, rescinderent, anno 1524 in generali diœceseos Synodo primores cleri Holani adegit, Jonamqve eodem anno in Norvegiam Capituli Thrundheimensis & Archiepiscopi approbationem acqvisiturum emisit, qvod licet frustra fieret, & Jonas Aræsonius, qvi Enaridæ rivalis fuit, causam obtineret, ab omnibus tamen tali officio dignus habebatur, nec hæc de episcopatu Holensi inter Aræsonium & Enaridem contentio amicitiam

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 671. sq. 683. 697. sqq. 718. & infra Sect. 3. cap. 2.

amicitiam dissolvit, aut efficere potuit, qvin Aræsonius illum semper maximi faceret (a). In patriam redux ab Ogmundo Episcopo templi Skalholtini primarius Mysta constitutus, coram ipso universaqve concione festo Purificationis Mariæ Lutheranam doctrinam de impia & superstitiosa Sanctorum adoratione omnium primus in Islandia publice profiteri ausus est, qvod ante annum 1530 factum esse putamus, Ogmundus enim licet hunc virum amaret, doctrinam tamen exosus, eum circa annum 1530 Oddensi parœciæ præfecit, ubi Jonas deinceps & pacate vixit, & mortuus est (b).

§. 6.

Arnas Arnori filius primo inter satellites Ogmundi Episcopi numerabatur, qvi eum suis ad Archiepiscopum Legatis Gissuro Einari & Ejulfo Kolgrimi anno 1536 adjunxit, cum qvibus a Præfecto Arcis Bergensis captus & in carcerem detrusus fuit, sed Gebelii Petræi intercessione liberatus (c), iterumqve ejusdem Præsulis ex sorore nepoti Sigmundo Ejulfi filio sacerdoti Hytardalensi, cum anno 1538 episcopatum Skalholtensem aucupaturus Thrundheimum peteret, ut cautor & consiliorum moderator adjunctus fuit, sed Sigmundo ibidem mortuo, statim ut videtur ab Archiepiscopo, sibi & capitulo jus patronatus & vocationis in hanc Præbendam vindicante, in ipsum collata fuit, de qva ei circa annum 1540 a qvodam controversia mota fuisse videtur (d). In hisce peregri-

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 525 sq. 539 651. sqq.

(b) Qvalis hic vir fuerit, & qvantis præditus dotibus, vel inde constat: α) Qvod Jonam Aræsonium infestum sibi sciens, Ögmundum etiam veritatis confessione offendere non fuerit veritus, licet probe sciret Episcoporum inimicis in Islandia tum temporis nullibi tutum esse habitaculum. β) Qvod licet utrumqve horum graviter offendisset, ab utroqve tamen amatus & magni æstimatus fuit.

(c) Vid. supra Tom. 2. pag. 536.

(d) Tale qvid, ut & qvod præbenda Hytardalur ab Archiepiscopo, sed non ab Ögmundo, in illum collata fuerit, indigitare videtur Gissurus Episcopus ita scribens: *Ego Gissurus* &c. *Qvoniam proxima æstate a clero Skalholtino in universali foro conclusum fuit, ut collationes beneficiorum qvæ ad Archiepiscopi ordinationem pertinent, firmæ manerent, nec a qvoqvam mutari deberent, cui tum temporis nemo contradixit, pluribus bonis viris notum*

peregrinationibus & ex diutina cum Giſſuro Epiſcopo converſatione aliisqve crypto-Lutheranis aliqvalem reformatæ Religionis cognitionem acqviſiviſſe videtur, nam inter primos novæ Ordinationi Eccleſiaſticæ nomen dedit, eiqve ſemper & Epiſcopis Skalholtinis eandem promoventibus firmiter adhæſit, unde mortuo Giſſuro Epiſcopo diœceſeos ephoria illi ab electo Epiſcopo Martino Einari filio & Synodo Skalholtenſi anno 1548 concredita fuit, qvam, qvantum in eo fuit, fideliter geſſiſſe videtur, primusqve inter eos fuit, qvi Jonæ Aræſonii, qvem Sigurdus Abbas Thyckvabajenſis a Catholicæ religionis aſſeclis electus, dum inaugurationem petiturus abeſſet, ſibi vicarium ſubſtituerat, omnia in hac diœceſi eo nomine acta anno 1549 in Synodo Thingvallenſi ſufflaminarunt. Unde ut & qvod cognato ſuo Davidi Gudmundino in omnibus faveret, & contra Aræſonium opitularetur, qvod etiam veneficiis feciſſe putabatur (a), tantum in illum Præſul concepit odium, ut eum unacum Martino Epiſcopo anno 1549 captivum Holas devehi curaret, qvod circa medium Octobris eodem anno factum eſſe videtur, nam die Lunæ poſt feſtum qvatuor temporum autumnale, ut Skalholtenſis diœceſeos Officialis, Hytdali documentum edidit & obſignavit, qvo teſtatur Gudmundum Snorronis confeſſum fuiſſe templum Nordtungenſe ex ſua cum Davide Gudmundi filio velitatione pollutum non fuiſſe. Per integrum trimeſtre ab Epiſcopo in fœtido carcere male habitum uxor tandem fletu & precibus addito univerſo mundo muliebri, aliisqve, qvæ corradere potuit, pretioſis, cum antea ſe Epiſcopo nunqvam obſtiturum fore jurasſet, liberavit, poſthac qviete vitam transegit (b). Anno autem 1560 in emporio

---

notum eſt. Amice itaqve omnes probos viros tam clericos qvam laicos rogatum eo, ut id approbent, ne probo huic viro Arnæ Arnori ideo aliqvid incommodum creetur, ſed ut omnia ejus & præbendæ ſarta tecta maneant, ſecus enim malæ qvædam conſeqventiæ inde fluent, qvod nos grate uni ac ſingulis remuneraturi ſumus. In fidem 16 calend. Decembris Anno 1540.

(a) De talibus qvædam ex ore vulgi refert Jonas Egilli, qvod (noſtra ſententia) non vulgaris doctrinæ ſignum eſt, nam cæcum illum Seculum pleroſqve, qvi aliqvod ſupra vulgum ſapuerunt, veneficii inſimulare ſolebat.

(b) Vid. ſupra Tom. 2. pag. 689. 691 ſq.

emporio Stapa constitutus, noctuqve in tenebris incautius egrediens, in stagnantem rivum Stapalæk decidit, ibiqve vitam cum morte commutavit.

§. 7.

Circa annum 1540 in monasterio Helgafellensi floruit frater *Gunnlaugus*, ut ex excerptis Gissuri Episcopi in *libro* ejus *memoriali* notatis patet, qvi anno 1544 alio (forte in diœcesin Holanam) se contulisse videtur, tunc enim ex numero membrorum monasterii Helgafellensis expunctus est. Hic circa hæc tempora Lutheranæ Religioni nomen dedisse, eandemqve in diœcesi Holana promovere fategisse videtur, eoqve majori modo Jonam Aræsonium offendisse, cujus iram & persecutionem evitaturus anno 1549 aut 1550 ad exteros abiit; De eo enim Episcopi filii Biörnus & Arius anno 1550 Cancellario scribunt, qvod inter aliqvot infamia notatos ob maleficia, furta & blasphemiam aufugerit; sed inter tales ab Aræsonio & ejus filiis numerari & blasphemiæ insimulari, certissimum Lutheranismi signum fuit (a). Hafniam autem delatus hicce Gunnlaugus Regi statum monasterii Helgafellensis retulisse & deplorasse videtur, qvod jam sub politicorum imperio, duos tantum haberet male moratos monachos, præstare autem, ut schola ad juventutem ibidem informandam erigeretur, proposuisse, qvod benigne Rex exaudivit, literasqve ad Martinum Episcopum & Laurentium Mule anno 1550 edidit, qvibus denuo mandavit, ut schola Helgafelli institueretur, ipsiqve ut ejusdem Ephori curam gererent, & proventus monasterii talibus impenderentur usibus. Sed Gunnlaugus eodem anno in Islandiam reversus omnia vi & ferro agi, Martinumqve in captivitatem redactum offendit, Laurentius autem, cum vita & illæsus ex Jonæ Episcopi manibus elabi magnam reputavit fortunam, unde omnia hæc molimina ob subseqventes turbas incassum exciderunt. Qvænam autem Gunnlaugus posthac habuerit fata, nobis ignotum est. Hicce autem Gunnlaugus Arnæ filius, cum viro sui seculi doctissimo Gunnlaugo monacho Thingeyrensi, qvi 1218 obiit, haudqvaqvam est confundendus.

§. 8.

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 740.

§. 8.

Alter *Jonas Enari* filius, frater Giſſuri Epiſcopi, primo fuit Paſtor Cathedralis Eccleſiæ, deinde Mosfellenſis, & deinceps Gardenſis, in lingula Akranes, ſed tandem Reykholtenſis Parœciæ Sacerdos & Præpoſitus Eccleſiarum Borgfiordenſium, qvam præbendam anno 1569 d. 31 Martii in eum contulit Gislaus Jonæ Epiſcopus Skalholtinus, qvod Beſſaſtadis eodem anno d. 4 Julii Chriſtophorus Walkendorfius, tum temporis Islandiæ Satrapa confirmavit (a). A qvo anno usqve in 54 præſentis Seculi, per annos 185 eadem mediocris plane præbenda, ut & ephoria Eccleſiarum Borgfiordenſium, qvaſi hæreditate a patre ad filium tranſierunt, exceptis tantum 40 annis qvibus Jonas Jonæ curio Melenſis Præpoſiti officium geſſit. Fuit Enarides hicce (teſte Gislao Epiſcopo) vir pius & Eccleſiæ utilis, moriens anno 1591, ætatis 78, filium *Bödvarum* in utroqve officio ſucceſſorem reliqvit, qvi primo fuit Paſtor Eccleſiæ Grunnavikenſis in Toparchia Iſafiordenſi, unde in ſeneſcentis patris adjutorium evocatus, Reykholti ſedem fixit, vir gravis & pro ſeculi modo doctus, poëtaqve haud ignobilis, ab Epiſcopis Gislao & Oddo maximi ſemper æſtimatus, & magni Gudbrandi fidus ſemper amicus, ut ex mutuo eorum literarum commercio patet; Obiit octogenarius anno 1627 numeroſam ex duabus uxoribus relinqvens progeniem. Hujus Einaridæ & Giſſuri Præſulis germanus fuit *Haldorus Einari*, vir itidem bonæ frugis & Eccleſiæ utilis, qvi Selardalenſi parœciæ diu præfuit.

§. 9.

Enarus Arnæ filius ante annum 1541 ſacrum officium ſuſcepit, nam in Synodo Thingvallenſi ejusdem anni, cum Giſſurus Epiſcopus ſacer-

 dotibus

(a) Codicilli a Walkendorffio editi, a Præſule etiam obſignati ſunt, ſigilla autem ita impreſſa, ut cera inter extremum chartæ limbum paululum intortum, & ipſam chartam valde tenuiter illita, hodie poſt ducentos annos tam firma ſit & illibata acſi heri impreſſa fuerit. Hicce Jonas Enari noſter fuit atavus, Bödvarus abavus, Jonas ex Bödvari ultima conjuge proavus, Haldorus Jonæ avus, Johannes Haldori noſter patruus, cui anno 1732 ſucceſſimus, inde autem a Regia Majeſtate ad hanc, qvam jam obtinemus, ſtationem anno ſeculi 54 evocati ſumus.

dotibus ſevere ei mandaverat ut conjugium inirent (a), cum donum continentiæ non haberent, hunc Enarum ſingulariter rei admonuit, iterumqve in literis datis Kolſrejuſtad, idibus Auguſti, eodem anno, ejusdem rei mentionem facit (b), eumqve vocat virum honorabilem, qvod non mirum, cum eodem tempore factus fuerit Epiſcopi Officialis in toparchia Mulenſi. Anno 1544 Hallormſtadenſem præbendam, qvam huc usqve tenuerat, tradidit Oddo Arnæ filio, ſed Vallaneſenſem adeptus eſſe videtur anno 1572, villam Vidaſtadi Vallaneſenſi parœciæ adjecit, concedendo ut ſacellum Ketilſtadis exſtrueretur; præterea templo Vallaneſenſi dedit egregias veſtes ſacras, baptiſterium & novam tabulam. Anno 1554 monaſterium Skridenſe 30 imperialibus, & Kirkiubæenſe 40 imperialibus annua mercede conduxit. Anno 1574 ut Officialis Thorlaco Ivari, qvi ſacrum officium ob commiſſum adulterium amiſerat, reſtituit, cum emendationem promiſerit, & mulctam pecuniariam promte ſolveret. Certe melioris notæ ſacerdotibus adnumeratus fuiſſe videtur hicce Einar; in eo autem maxime notabilis, qvod primus omnium Islandiæ ſacerdotum conjugium iniviſſe videatur, poſtqvam id 280 circiter annis exſulaverat, qvo aliis bonum dedit exemplum.

§. 10.

Enarus Sigurdi filius, natus in Boreali Islandiæ qvarta, anno 1539; Poſtqvam conſvetæ ejus ſeculi eruditionis domi jecerat fundamenta, qvæ intra

---

(a) " Svo og er þad mitt ſierligt bod og biſaling ad Sira Einar Arnaſon fylgi fiamm þeim " articula lögtekinnar kyrkiuordu af Ríkiſins Ráde Danmarkur og Noregs ſem nú var " ſamþykt í ár af kennemönnum Skálholts Stiktes í ſumar á almennelegre preſtaſtefnu, ad preſtar aller binde ſitt hiúſkaparband og ſieu egergifter ſem ecke hafa " bindindesgáfu af Gude þeged, ſvo þeir kunne einſamler ad blífa, enn ſtraffe og " ávite þá alla er ödruvís giöra. " Id eſt: *Ita & in ſpecie jubeo & præcipio, ut Sacerdos Einar Arnæ filius*, Ordinationis Eccleſiaſticæ, *qvæ legis inſtar a regnorum Daniæ & Norvegiæ Senatu recepta eſt, & hoc anno a ſacerdotibus diœceſeos Skalholtinæ in ſynodo generali recepta, articulum illum urgeat, ut omnes ſacerdotes conjugium contrahant & uxores ducant, ſi modo donum continentiæ a Deo non ſint nacti, ita ut in cælibatu vivere qveant, ſed ſecus facientes reprehendat & caſtiget.*

(b) Vide Summe Ven. *HARBOE Afhandl. om Reform. i Island* in *Kiöbenb. Selſk. Skrifter* Tom. 5. pag. 257 ſqq.

intra peritiam legendi, ſcribendi, & canendi, conſiſtebant, anno ætatis decimo qvarto, ſeculi 53, primo, qvo Holenſis ſchola aperta fuit, in eandem ablegatus fuit, ibiqve qvadriennio tam felicem operam literis impendit; ut 18 ætatis agens annum, rude ſcholaſtica donaretur, eodemqve anno ſacris initiatus, aliqvantisper Myſtam parœciæ Módruvallenſis egit, qvam poſtea cum Neſenſi in tractu Adalreykiadal commutavit, inde autem anno 1589 a filio ſuo Oddo ad Skalholtenſem Epiſcopatum evecto, avocatus, anno 1590 Parœciæ Hvammenſi in Nordurardal, & mox anno 1591 Eidalenſi in Toparchia Mulenſi, præficitur, ejusdemqve provinciæ Præpoſitus, aut (ut qvidam volunt: honoris augendi cauſa) Officialis a filio conſtituitur, qvam ſpartam ad decrepitam usqve ſenectutem egregie ornavit. Majorem ætatis partem ſacra ſcribendo poëmata contrivit, illum enim autorem agnoſcunt prior pars libri, qvi a ſacris, qvos continet, Rhytmis nomen habens, communiter vocatur *Visnabók*, editi Holis 1612 & 1748, ut & multa alia, tam edita, qvam inedita ſacra poëmata, qvæ in hominum manibus non ſine fructu verſantur. Obiit anno 1625 d. 15 Julii ætatis 87 cum in ſacro officio undeſeptuaginta transegiſſet annos. Firmam ita & vegetam nactus eſt ſenectam, ut licet ultimis miniſterii annis comminiſtro uteretur, ultima tamen, qva vixit, die Dominica in templo ſacra faceret, & ultimo vitæ die, ut alias conſveverat, e domo egrederetur, templumqve adiret, veſperaſcente autem die familiæ valedixit, fauſtamqve omnibus precatus noctem, ad lectum, pro more ſuo in genua procumbens, precationem fudit, moxqve, ubi ſe in lectum compoſuerat ſvaviter exſpiravit. Ex duabus, qvas duxerat, uxoribus, relinqvens 90 filios & nepotes, qvi ante ipſius obitum hanc lucem viderunt.

§ 11.

Jonas Thorſteini celebris Veſtmanneyenſis ſacerdos poëta egregius, reliqvit præter multa poëmata inedita, *Paraphraſin metricam libri Geneſeos* & *Pſalmorum Davidis*, qvæ typis publicis divulgatæ ſunt, illa qvarta vice anno 1753, hæc vero 1662, & iterum anno 1746. Anno 1627 cum Algerani piratæ maritimam ad auſtrum ſe porrigentem Islandiæ oram depopularentur, & Veſtmannejas miſere deſolarent, primo qvidem ſe & familiam in antro aut ſpelunca qvadam abdiderat, ſed a Thorſteino qvodam, natione Islando, qvi antea in his inſulis degerat, omnesqve late-

bras probe novit, proditus, ut hoftes adventare vidit, poftqvam familiæ, ut in Chriftiana fide & confeffione perfeveraret, mandaverat, intrepidus exiit, & a Thorfteino, qvem fcelerum in templo publice olim arguerat, fcoptice interrogatus, qvare jam non in templo effet? refpondit: *Mane hujus diei ibidem fui;* ad qvæ ille regeffit: *At cras ibi non eris*, fimulqve viro, qvi Stephani verbis animam Salvatori commendavit, letiferas aliqvot plagas inflixit, qvæ ei mox mortem attulerunt (a). Sunt qvi ipfis piratis facinus, cum ejus cauffam audirent, difplicuiffe, & Thorfteinum ideo ut impium occidiffe produnt. Martyris titulo a noftratibus qvibusdam infignitur, non (ut qvidam volunt) qvia a Turcis occifus fuit, fic enim multos haberemus Martyres, fed qvod a fcelerato nebulone in ultionem officii fideliter acti, & in firma fide coram infidelibus religionis Chriftianæ perfecutoribus crudeliter occifus fuit. Reliqvit optimæ frugis filios *Jonam* & *Thorfteinum*, hunc Holltenfis, illum vero Melenfis, Parœciarum Myftas; Uxor autem cum filia & filio natu minimo in Algerianam fervitutem abducti fuerunt. Filia a divite qvodam Hifpano (ut fertur) redemta eidem nupfit; filius autem poft varios exantlatos labores & cruciatus, ex fervitute, nefcio qvomodo, elapfus, Hafniam tandem venit, ibiqve a multis ob virtutem militarem, variarumqve rerum cognitionem magni æftimatus fuit, Centurionis titulo ornatus anno 1649 occubuit (b).

§. 12.

Huic fubjungimus *Olaum Jonæ* filium Paftorem Ecclefiæ Sandenfis in tractu Dírafiord, virum doctum, & ingenio pollentem. Qvando præbendam Sandenfem nactus fuerit, non liqvet, fed factum id effe ante annum 1600 certum effe videtur, nec certius eft qvamdiu vixerit. Superaffe eum annum 1621 inde colligitur, qvod in qvodam fuo poëmate dicit

(a) Vide fupra pag. 82.

(b) Hic eft Jonas ille Weftmannus, de qvo Epift. 133 ita fcribit *WORMIUS* ad Thorlacum Epifcopum: *Obiit nuper aqud nos Jonas Weftmannus, vir certe, cujus obitum multi admodum ægre ferunt, tam magnates qvam alii. Caufam tibi referent fufiore dictione alii.* Et Epift. 979. Ad Brynjolfum Svenonium: *Amifimus popularem veftrum Jonam Veftmaunum, virum certe ingeuio variarumqve rerum peritia infignem, cujus obitum magnopere doleo, qvia fuit mihi familiariffimus.*

dicit jam undecim annos effluxisse ab anno, qvo morbus, dictus *Bráda-sótt* ɔ: morbus repentinus, grassatus fuerat, qvod anno 1611 accidit; Hujus permulta & egregia exstant poëmata sacra, vita & spiritu plena, qvæ a piis & bonis omnibus, qvibus eorum copia est, magni æstimantur; Sed dolendum magnopere est, qvod publicam lucem non viderint, nec nisi manuscripta a perpaucis haberi possint; Ejus *hymnos pœnitentiales* Episcopus Svenonius maximi æstimavit, eosqve morbo lethali decumbens sibi assidue prælegi voluit.

§. 13.

Nec silendus est *Oddus Oddi* filius, sacerdos Reinevallensis, Oddi Episcopi alumnus & discipulus, primo per annos qvindecim Pastor fuit Ecclesiæ Stadensis in Grindavik, sed anno 1618 Reinevallensi parœciæ præpositus, cedente Ormo Thorvardi filio, qvi repentino morbo usum loqvelæ amiserat, remittente autem morbo eandem recuperavit; Vir inter suæ ætatis doctissimos numerandus; Hebraicæ lingvæ, cujus primum gustum ab Oddo Episcopo imbiberat, satis peritus evasit; Exstat enim ab eo *liber Jobi*, ex lingva originali in vernaculam transpositus. Qvidam etiam tribuunt ei talem *Psalmorum Davidis* translationem. Medicorum etiam & Astrologorum inter suos princeps habebatur. Anno 1642 omnia sua armenta, pluviæ ac nivis inundatione amisit, qva forte ita commotus fuit, ut præbendæ & officio renunciaret, & posthac eleemosyna emeritis Sacerdotibus destinata vixit in annum usqve 1649, qvo vitam cum morte commutavit; Prædixisse fertur Sacerdotem Reinevallensem intra 60 annos in tali profluvio periturum fore, qvod ejus ex filia nepoti Oddo Jonæ filio anno 1699 evenit. Floruerunt præterea hoc tempore alii multi egregii & antiqvæ fidei ac virtutis viri, qvi Ecclesiam ore & opere ornarunt, licet prolixis scriptis non innotuerint, qvales fuerunt: *Svenus Simonis*, Sacerdos Holtensis; *Torfus Thorsteini*, Gilsbackensis; *Einarus Martini*, Stadastadensis; *Sigurdus Snorronis*, Vatneyrensis; *Sigurdus Oddi*, Arnarbajlensis; *Stephanus Gisli*, Oddensis; *Arnas Gisli*, Holtensis; *Gunnlaugus Jonæ*, Hrunensis; *Bergsvenus Enari*, Utskalensis; *Jonas Kraki*, *Olaus Jonæ*, uterqve Gardensis Ecclesiæ Minister; *Jonas Bödvari*, Reykholtensis; *Snæbiörnus Stephani* Oddensis; aliiqve permulti, qvorum nomina tantum recensere nimis longum foret.

§. 14.

§. 14.

Qvæ huc usqve memoravimus ſtudia, intra theologiæ & poëſeos Islandicæ terminos ſteterunt; Aliæ autem artes ac ſcientiæ licet hoc temporis tractu floruiſſe dici non poſſint, non tamen earundem omnino expers hoc ſeculum fuit; Nam; Medicinæ ſtrenuam operam dederunt *Chriſtianus Willatzi*, qvi librum *Criſtiansbók* reliqvit (a), *Arnas Gislai* Nomophylacis filius, & *Oddus Oddi* Myſta Reinevallenſis (b), qvisqvis ſuo tempore magnus ſalutatus Machaon. *Paulus Sveini* & *Magnus Giſſuri* Hafniæ diu Chirurgiæ operam dederant, qvorum prior ibidem deceſſit, poſterior autem in patriam redux utilem multis navavit operam. Sed minoris notæ ungventarios & circumforaneos, qvorum nunqvam non magnus fuit numerus, conſulto præterimus. Matheſeos & Geometriæ gnari fuerunt *Oddus Einari* Epiſcopus, & ſæpius a nobis non ſine laude nominatus *Oddus Oddi* Reinevallenſis, & *Gudmundus Einari* Stadaſtadenſis. Jurisprudentiæ permulti haud pænitendam dederunt operam, qvorum duntaxat nomina adferre nauſeam creare poſſet; Qvidam autem codicem legum Islandicarum, aut qvandam earum partem commentationibus illuſtrarunt, qvorum celeberrimi ſunt *Magnus Jonæ* Bardaſtrandenſis, ac *Thorſteinus Magni* Skaptafellenſis toparchiarum magni nominis prætores, ut & *Claudius Ejolfi* filius, aliiqve minoris notæ. Hiſtoriam e luto & tenebris primus protrahere conatus eſt *Oddus* Epiſcopus Skalholtinus, qvi haud contemnendam antiqvorum codicum congeriem undeqvaqve contraxerat, ipſeqve *Annales* ſcribere aggreſſus fuerat, qvod viri doctiſſimi nobile inceptum intra conatum ſtetit, nam omnia in incendio ædium Skalholtenſium anno 1630 perierunt, præter perpaucas ſchedulas & *Jonæ Egillidæ Annales*, cui Præſul, ut eos ſcriberet, autor fuerat.

§. 15.

Et ſiqvidem jam in mentionem hiſtoriæ & hiſtoricorum incidimus Skalholtinorum, agmen claudant fratres *Jonas* & *Olaus Egillidæ*. Jonas fuit Paſtor Hreppholenſis, qvi poſtqvam periculoſo caſu crus comminuerat,

(a) Vide ſupra pag. 174.

(b) Vide §. præced.

erat, ſvaſu Oddi Epiſcopi parœciam reliqvit, Skalholtumqve, a Præſule ſuſtentandus, commigravit, qvod ea intentione Epiſcopus feciſſe videtur, ut Paulo Eraſmi filio, qvi opimam Præbendam Breidabolſtadenſem, ſive volens, ſive ſecus, Sigurdo Epiſcopi fratri ceſſerat, Holenſem diſceſſu Jonæ vacantem traderet; Jonas autem Skalholti ab Oeconomicis & officii curis liberatus inſtigante Epiſcopo *Annales rerum Eccleſiaſticarum*, ſive recenſum Epiſcoporum Skalholtenſium a Thorlaco Sancto, qvi anno 1193 obiit, ad ſua usqve tempora concinnare inſtituit, cumqve ibi ordiatur, ubi definit *Húngurvaka*, a multis ejus ſcriptum perperam vocatur *Húngurvaka* (a). Cum vero nullis aut paucis ſuffultus ſubſidiis ſed memoriæ confidens ſcripſiſſe videatur, non mirum etſi qvandoqve hallucinetur, qvod tamen non efficit, qvin ejus opus & conatus laude dignus

(a) Cum hic ultima (ut videtur) vice, in libri *Hungurvaka* nomen & mentionem incidimus, non abs re eſſe putamus, ut noſtram de illo aperiamus ſententiam, qvæ talis eſt: α) Nomen habet ab *húngre*, eſurie, & *vöku*, vigilia, qvod variis modis explicari & ad rem applicari poteſt, ſcilicet qvod ipſa ſit *jejuna lucubratio*, & nihil niſi lucubratiuncula, vel qvod apta ſit, ut *vigiliis jejuniorum* legeretur; vocatur etiam a qvibusdam *Biſkupaſögur* ɔ: Epiſcoporum Vitæ. β) Auctor ſecundarius, ſive libri ſcriptor incertus eſt, ſed primarius ſeu auctor relationum qvas continet eſt Giſſur Halli, ſui temporis vir doctiſſimus, qvi plusqvam octógenarius obiit anno 1206. γ) Tempus ſcriptionis eſt intervallum annorum 1193 & 1200, nam poſt mortem Thorlaci Epiſcopi, qvæ in 1193 incidit, ſed anteqvam ſanctitas Jonæ Ögmundini proderetur, qvod anno 1200 factum eſt, ſcriptum eſſe, prodit in Vita Klangi, ubi expreſſe dicit neminem Iſlandorum in Sanctorum numerum receptum fuiſſe præter Thorlacum Epiſcopum. δ) Libri Chronologia eatenus vitioſa eſt, qvod ſemper & ubiqve fere a vera annorum computatione diſcrepet, ſi cum annis æræ chriſtianæ conferatur; Ex. gr. dicit Klangum mortuum eſſe 1169, cum revera 1176 occubuerit, Thorlacum Runolfi anno 1125 qvi 1133 obiit, & ſic de cæteris. Sed in computatione annorum cujusvis Epiſcopi, ſcilicet qvot vixerit, qvot officio præfuerit, &c. accuratus eſt. Error perantiqvus eſt, nam in omnibus, qvæ exſtant exemplaribus occurrit; Inde autem profluxiſſe videtur, qvod exſcriptor indoctus in determinatione annorum Iſleifi Epiſcopi erraverit, ſeptem annos anticipando, qvem errorem deinde per totum opus continuavit, ſed obſervato hoc errore, & adjectis ubiqve ſeptem annis, omnia ſe bene habent. ε) Hujus libri nulla inveniuntur antiqviora exemplaria, qvam apographa, qvæ Thorlacus & Brynjulfus Epiſcopi priori ſeculo ex codicibus antiqvis, qvi jam perierunt, exſcribi curaverant.

dignus censendus sit (a). *Olaus* autem *Egilli* filius, fuit Vestmannejensis Parochus, qvem piratæ Algerienses una cum uxore & familia anno 1627 in Africam deportarunt; sed anno seqvente libertate donatum in patriam miserunt, aptus enim visus, qvi popularibus, ut suos ex servitute redimerent, persvaderet, sed ad laborandum omnino inutilis (b). Hic de laniena Vestmannejensi & barbaroum crudelitate ac moribus & itinere Algeriano scriptum qvoddam edidit (c), qvod Autorem simplicem sed veritatis studiosum fuisse prodit.

§. 16.

Inter Politicos primum locum merito concedimus *Oddo Gotskalki* filio, viro nobili, ob diutinam in Norvegia mansionem, dicto *Norske*, qvi patrem habuit Gotskalkum Nicolai filium, Episcopum Holensem, (d) ex nobili in Norvegia familia oriundum, qvi (ut videtur) natus est circa aut post initium Seculi 16. Hunc pater ex ephebis egressum Bergas Norvegorum ad Guttormum fratrem suum, Nomophylacem Gulatingensem transmisit, cujus auspiciis albo scholasticorum Bergensium inscriptus, eandem aliqvamdiu freqventavit scholam, forte sub viro non minus pio qvam docto Mag. Gebelio Petri postea ejus civitatis ac diœceseos primo Episcopo Lutherano, qvi hac tempestate scholam Bergensem moderabatur. In hac civitate primum Lutheranismi gustum imbibit, forte ex conver-

(a) *BIORNUS* de Skardsaa, vir alias non indiligens, *JONÆ EGILLIDÆ Annales* nunqvam inspexisse videtur, nec ullam ejus cognitionem habuisse, nam ipsum nunqvam nominat, nisi forte ad annum 1542 de Augmundi Episcopi captivitate agens, auctorem suæ relationis laudans Oddum Episcopum, de qvo ita loqvitur: *Dominus* Oddus Enari *(beatæ memoriæ) hujusmodi historias ex ore Egilli cujusdam, viri veracis & sapientis calamo suscipi curasse fertur, qvi sine dubio annosus fuit, cum hæc fierent &c.* Sed hic sine dubio sermo est de excerptis Egilli filii Olai, patris Egillidarum, de qvibus jam sermo est; Qvæ excerpta sine autoris nomine adhuc in Bibliotheca Magnæana existunt No. 215 in Fol. Biörnus præterea universam de Ögmundo & Gissuro Jonæ relationem ita invertit, ut ima summis misceat.

(b) Vide supra pag. 82.

(c) Olaus Egilli nunqvam, ut puto, fingit, sed res, qvas vidit & expertus est, ita refert, ut a figmento non multum absint; Vid. supra pag. 83.

(d) Vid. supra Tom. 2. pag. 616. 628.

converſatione Germanorum, qvi ibidem, utpote Hanſeatici fœderis celeberrima, freqventes verſabantur. Cumqve animum pium & veritatis indagandæ cupidum inter ſacrum qvaſi & ſaxum in ſumma dubitatione nunc huc nunc illuc inclinantem, maxima affligeret anxietas, nec qvisqvam eſſet, cui aut perſecutionis metu perculſus auderet, aut ob talium cognitionis defectum animi ſenſa aperire poſſet, id tandem conſilii cepit, ut præter aſſidua & qvotidiana ad Deum miſſa ſuſpiria, unam tantum interulam indutus e lecto intempeſta nocte ſurgens in pavimento cubiculi pronus proſtratusqve ardentiſſimas ad Deum funderet preces, vellet ſibi cor, mentem & intellectus oculos aperire, aut aliqvo modo indicare, cui tandem Religioni accederet, qvod cum tribus continuis noctibus feciſſet, omnia, ut ipſe poſtea retulit, antiqvæ religionis dogmata, qvæ ſibi antea in ſuccum qvaſi & ſangvinem verterat, ei ſordeſcere & tam improbabilia videri cœperunt, ut ea jam penitus faſtidiret. Lutheranæ autem ſectæ placita, qvæ obiter tantum, & primis, ut dicitur, labris guſtaverat, & verbo Dei conſona, & intellectu facillima, utpote multo probabiliora videbantur; abjecta itaqve omni dubitatione huic nomen dedit, tantusqve poſthac illius impugnator, qvantus hujus aſſertor & promotor exſtitit.

§. 17.

Relicta Bergenſi civitate, qvo ſe contulerit, non liqvet, licet veroſimile ſit eum in Germaniam ad majorem in ſtudiis maturitatem & ad recentem in negotio religionis perſvaſionem per doctorum virorum colloqvia & oralem informationem ſtabiliendum transmigraſſe, inter qvos a qvibusdam ipſe Lutherus & Melanchton numerantur, indeqve tandem aut per Hamburgum Bergas, aut etiam directe Hamburgo Islandiam petiiſſe. Sed qvicqvid ſit, id ſaltem certum eſt, qvod in Islandiam venerit, & in Ogmundi Epiſcopi familiam accerſitus fuerit, anteqvam Ogmundus oculorum uſum amiſit, qvod anno 1535 accidiſſe putamus (a). Certe non multum a veriſimilitudine abludit, qvod ipſe Ogmundus eum aut ex Norvegia aut Germania anno 1534 ſecum adduxerit, nam eodem anno Præſul utrobiqve fuit (b), ſed in Islandiam redux Skalholti in familia

(a) Vid. ſupra Tom. 2. pag. 540.
(b) Vid. ibid. pag. 527 ſq.

lia Ogmundiana aliqvot annos egit. Hic in Gislaum Jonæ tum temporis Pastorem Cathedralem, Gissurum Enari Præsulis famulum, & Oddum Eyolfi Oeconomum, omnes crypto-Lutheranos, incidit, qvi in ædibus Oddi Oeconomi libris a Luthero scriptis legendis & mutuis colloqviis semet exædificando, noctu & interdiu, aut qvotiescunqve vacavit, tempus triverunt. Tandem autem Oddus Gotskalki frigus caussans, in bovili sibi cellulam fieri curavit, ibidem *Novi Testamenti* ex Lutheri Versione Germanica in Islandicum sermonem translationem aggreditur, & Evangelii Matthæi expositionem absolvit, de qvo dicere solitus fuit, ut ipsi Domino nostro in mundum venienti, nulla alia domus qvam stabulum patuerit, ita sibi ipsius nativitatis historiam & vitam scribenti nusqvam nisi in stabulo tutum locum concedi; Utqve Episcopi familiares, qvid ageret, non odorarentur, qvasdam antiqvas Episcoporum constitutiones ad manus habuit, qvas qvotiescunqve aliqvis eorum advenit, se exscribere simulavit, tandemqve cartæ penuria laborans Præsulis auxilium imploravit, qvi qvid scriberet, interrogans, responsum accepit, se in antiqvis constitutionibus exscribendis desudare, inqve rei signum qvasdam schedas nuper a se exscriptas protulit, qvod ille laudans institutum, qvantum opus haberet papyri promisit.

§. 18.

Hæc molienti in ædibus Lutheranæ sectæ hostis acerrimi tutum non fore habitaculum prævidens, Reykis in Olveso non ignobili prædio villicationem instituit, ibiqve sedem fixit, perfectoqve opere anno 1539 Hafniam se conferens, Regi novam hanc, imo omnium primam Novi Testamenti in lingvam Islandicam versionem obtulit, cujus impensis & auspiciis (ut qvidam volunt) Roskilldiæ impressa fuit 1540; qvidam autem ipsi Oddo hanc editionem deberi autumant. Abhinc videtur Oddus Reykis mansisse, usqve ad annum 1545, qvo iterum ad peregrinos abiit, Rostochiiqve *Postillam Evangelicam Ant. Corvini* anno 1546 imprimi curavit. Exposuit etiam *Historiam Passionis Domini & Desolationis urbis Hierosolymitanæ, & Catechismum Lutheri.* Sunt & qvi ei tribuunt expositionem *Concionum D. Justi Jonæ in librum Jonæ Prophetæ,* ut & *Esaiæ Cap. 53* cum commentario, qvod alii aliis adscribunt; Sed qvicqvid sit de eo, id tamen certum est, Oddum de Islandica Ecclesia optime me-

ritum

ritum esse, qvi laïcus & nullo beatus stipendio sua sponte & propriis sumtibus Evangelium & purum Dei verbum propria lingva primus ei propinavit. Qvamdiu Reykis se continuerit, dicere non habemus, inde autem cedens Reykholtum se contulit, qvod circa annum 1546 factum esse putamus. Hanc præbendam a Gissuro Episcopo sibi concessam, aliqvot annis tenuit, juvenem qvendam more seculi sustentans, qvi sacris initiatus, Sacerdotis titulum habuit, ut Sacramenta administrare & cæremonias Ecclesiasticas peragere posset, Oddo autem annui canones aliaqve Sacerdoti debita cesserunt, qvi qvamdiu Reykholti mansit, Præpositi officium in provincia Borgfiordensi gessit. Sunt & qvi eum etiam Melensem præbendam simul cum Reykholtensi habuisse volunt, sed qvo nixi fundamento id asserant, nobis non constat. Petrus Palladius & Gissurus Episcopus, ut sacris initiaretur & sacerdotium susciperet, ei persvadere conati sunt (a), sed frustra.

§. 19.

Reykholto Reinestadum se contulit, aut, ut credo, Reykholtensem adhuc retinens præbendam monasterii Reinestadensis Conductor anno 1553, & 1554 Borealis Islandiæ Nomophylax exstitit, in qvo officio, utpote paucorum tantum annorum, pauca memoratu digna gessit, præter qvam qvod Conventui Bessastadensi anno 1555 interfuit, & sententias qvasdam pro tribunali dixit; Moris fuit tunc temporis, ut qvi Toparchiis præfuerunt, aut redemturas aliqvas a Rege aut Regiis habuerunt, circa festum Johannis Baptistæ Bessastadis ad solvendas Redemturarum mercedes comparerent, cujus causa Oddus anno 1556 eodem tendens, cum anteqvam domo abierat, clare satis se non fore rediturum prædixerat, idem etiam Reykholti fecit, ubi aliqvantisper substitit, antiqvisqve amicis ultimum vale dixit (b), collem Reinevallensem transiens, ex qvo in vallem Kiosensem & fluvium Laxaaënsem prospectus patet, audiensqve fluvii strepitum, famulos

(a) Vid. Summe Vener. *HARBOE Afhandl. om Reform. i Island*, in *Kiöbenhavnske Selsk. Skrifter* Tom. 5. pag. 286.

(b) De hoc Oddo multa paradoxa narrantur, scilicet qvod futura multa præviderit, absentia & longe dissita cognoverit, aliisqve monstrare potuerit, corvorum voces intellexerit, & id genus alia, qvorum fides sit penes autores.

los ut alacrius adeqvitarent, monuit, horam enim, fed non hominem, adeffe dixit: Hi itaqve fluvium ingredientem corona cinxerunt, ut ab eqvo in fluvium decidere non poffet, usqvedum ad ulteriorem ripam ventum effet, & eqvus anterioribus terram fere tangeret pedibus, Oddus ab eo in aqvam decidens, a famulis eodem momento extractus eft exanimis, cum non totus unqvam fub aqva fuiffet, nec libri facrarum meditationum & rationarium, qvos in finu habuit, qvicqvam detrimenri ceperant. Corpus Skalholtum devectum fuit ibiqve fepultum. Thuridam qvandam dictam ob ftaturam corporis *Stóra* (a), qvæ primo fuit Theodori Enaridæ, & deinde Sigmundi Ejolfidæ facerdotum Hytardalenfium concubina, & ex utroqve mater facta, paulo anteqvam moreretur, legitimo fibi junxit conjugio, poftqvam ex ea nothos qvosdam fufceperat, qvod nemini ea ætate magno vertebatur vitio, nifi forte Sacerdotibus, fi vagis libidinibus indulgerent. Petrus Oddi filius in Norvegiam tranfiit, ibiqve familiam propagavit (b).

§. 20.

Erlendus Thorvardi Nomophylacis ex Stephani Epifcopi forore filius, vir non minus vitiis qvam virtutibus clarus, nam mulierofitatis & iracundiæ a qvibusdam infimulatur; Primum autem in cœnobio Vidöenfi avunculi fatellitem agens, fororium fuum Ormum Thorolfi filium occidendo, homicidium, fed poftea plura (ut expreffe qvidam fcribunt, licet non determinent, qvando & ubi) commifit. Nomophylacis officium in qvartis auftrali & orientali fufcepit anno 1527, in qvo fe prudenter femper geffit, nec ulli litigantium parti fe adjunxit, unde Chriftianus Scriba de eo dixit, cum David Gudmundi eum rogaret ut Erlendum in fuas traheret partes, fcire hunc Nomophylacem, qvid ipfum facere deceret, nec fe monitore opus habere, cumqve plurima ejus in hoc officio acta ad noftrum fcopum non pertineant, ea hic prætermittimus, præter qvam qvod Religionis Reformationem attinet, ab ea enim nunqvam alienus fuit, fed primorum patriæ fere folus cum clientibus, & qvibusdam fuæ juris-

(a) Vide fupra Tom. 2. pag. 571.

(b) De Oddo Gottfkalki filio relatio qvædam coæva exiftit, qvæ cum dictis conferri meretur, qvam igitur nos ad finem Cap. Litr. A. exhibebimus.

jurisdictioni subjectis anno 1540 Gissurum Episcopum & Ordinationem Ecclesiasticam accepit, eiqve obedientiam promisit (a), qvod constanter observasse & cum Gissuro amicitiam sæpius (b) coluisse videtur, nam hic ad illius opem & consilium confugit anno 1541, cum ab Ogmundi & Jonæ Episcopi insidiis & invasione, sibi & religionis negotio timeret (c). Senescens oculis captus anno 1554 Nomophylacis officium abdicavit, cum id in maximis, qvibus patria tum temporis affligebatur turbis, annis 27 gessisset.

§. 21.

Huic subjungimus *Ormum Sturlæ* filium, virum indidem tempore Reformationis non obscurum, ex antiqva & locuplete familia oriundum, qvi sæpius (ut videtur) magis more seculi, qvam discendi causa, in Daniam profectiones instituit, qvarum unam circa annum 1542 unacum Petro Einari suscepit, ut ex Petri Palladii literis anno 1546 ad illos scriptis, patet, qvibus acceptis, Ormus Hafniam petiisse, & Thorleifo Pauli, Petro Enari, ac Davidi Gudmundino, insignem aliqvam calumniam fecisse videtur, de qvo in literis ad Laurentium Mule datis 1547, David conqveritur. Cum vero Thorleifus hoc anno Nomophylacis officium in Davidem juxta constitutionem Christophori Hvitfeldii factam anno 1541 transferre vellet, ille autem turbulentum reipublicæ statum caussans,

(a) *Ego Erlendus Thorvardi filius australis & orientalis Islandiæ qvartæ Nomophylax, his meis patentibus literis notum bonis viris facio, qvod Anno Christi MDXL in generali Dicasterio Oxaraaënsi, petiit Dominus Gissurus Enari a me & aliis ibidem congregatis, sententiam de codicillis, qvos ibidem recitari curaverat; Primo Regio Edicto, qvo diœceseos Skalholtinæ Superintendens constituitur; Item spontaneis resignationis literis Episcopi Augmundi. Tertio, consensu clericorum & sacerdotum diœceseos Skalholtensis. Promisit autem nominatus Dominus Gissurus, se ita Ecclesiasticam jurisdictionem inter omnes, tam divites, qvam pauperes, tractaturum, uti corani Deo rectissimum & verissimum sciret. Ad qvæ unacum aliis omnibus ante nominatis nos Dominum Gissurum per universam diœcesin Skalholtinam pro legitimo nostro Antistite accepturos respondemus; In cujus fidem sigillum meum huic schedulæ impressi. Scriptæ anno die & loco ut supra.*

(b) Qvod consulto addimus, nam Gissurus eum calumniæ & hostilis in se animi, in scripta ad Erlendum epistola, aperte satis arguit.

(c) Vid. supra Tom. 2. pag. 560 sqq.

ſans, accipere tergiverſaretur, non abſimile vero eſt Ormum iterum in Daniam tranſiiſſe, ut vacantem hancce ſtationem aucuparetur, fuit enim honorum, elegantiarum, & luxuriei appetentiſſimus, qvorum cauſa nulli pepercit ſumtui, nulli labori, aut periculo; Hinc in Dania qva veſtitum, famulitium, & inſignia ſuperbe & more nobilium ſemet geſſit, eorumqve converſationem in diverſoriis, & qvandocunqve affulſit occaſio, valde concupivit. Aliqvando itaqve accidit, ut honeſtum qvoddam intrans diverſorium, in talem incideret ſocietatem, qvi more ejus ſeculi priusqvam conſideret, ornamenta, ut baculum, aliaqve ejusmodi, inter qvæ etiam fuit tuba ex ingenti dente balenæ argento ornata & affabre cælata, ex clavo qvodam in pariete ſuſpendit. Cum vero abituri ſuum qvisqve reciperet, unus eorum oculis in Ormi tubam conjectis, eaqve accuratius conſpicata, interrogavit, cujus illa eſſet, cui Ormus ſuam qvidem fuiſſe, illius autem nunc eſſe, ſi modo poſſidere non dedignaretur (a). Qvo ignotus ille nobilis, qvi revera fuit Princeps hæreditarius, poſtea Rex Fridericus Secundus, audito reſponſo, tubam accepit, data permiſſione, ut a ſe peteret, qvod vellet, una cum promiſſione ſe nunqvam ei defuturum, modo honeſta & decora peteret, aut qvæ ei prodeſſe poſſent, qvibus verbis a tali perſona prolatis, nullum tubæ, ne decies qvidem numeratum, pretium pretioſius eſſe potuit, cujus etiam Ormus, qvamdiu vixit, ingentem fructum percepit.

§. 22.

Primum itaqve qvod Ormus accepit tubæ pretium videtur fuiſſe Toparchia Thorneſenſis, omnium in Islandia lucroſiſſima & populoſiſſima prætura, qvam ab anno 1547 in annum ſeculi 51 aut diutius geſſit. Alterum Nomophylacis in qvartis occidentali & boreali officium fuit, id enim ab anno 1547 in annum 1554 geſſit (b). Tertium vero cœnobium, Munkathve-

(a) De ingentibus balænarum dentibus vide ſupra Tom. 2. pag. 31. & de tubis ex illis affabre factis ibid. pag. 525.

(b) Paulus Hvitfeldius noſtrum anno 1553 ob nomina impedita & alias prævaricationes exauctoravit, qvas Rex Ormo penitus condonavit, officium reſtituit, & Toparchiam Hunavatnenſem iis conditionibus contulit, ut omnes Regios reditus, mulctas & tributa

kathveraaënse, qvod qvando in eum collatum fuerit, non liqvet, sed anno tandem 1551 post mortem Jonæ Aræsonii id accepit; Qvibus proventibus & præterea annuis ex suis, uxorisqve, qvæ fuit filia Thorleifi Grimidæ, viri suæ ætatis ditissimi, canonibus subsistere non potuit, qvin multum alieni æris faceret; Cumqve annuam mercedem cœnobii Munkathveraaënsis solvendo non par esset, ejusdem administratione a Canuto Steini anno 1554, ut & Nomophylacis officio depositus, qvod Regi cum innotesceret, valde displicuisse fertur, factum tamen prævalente Præfecti gratia, cum Ormus absens esset, infectum fieri neqvivit; Delituit itaqve potiusqvam vixit, nunc in uxoris prædiolo, nunc in ditiorum famulitio usqve ad annum 1567, qvo animum resumens, omnium expers, nudus fere ac pannosus in Daniam tetendit, cumqve alio modo in Regis conspectum venire non posset, aliqvando in via, per qvam Regi transeundum erat, se ei objecit, qvi mox ubi eum agnovit, ipsius statui conveniens vestitus, stipendiumqve, ut ei daretur, mandavit, denuoqve ei Nomophylacis officium concredidit & Toparchiæ Bardastrandensis omnes reditus, exceptis multis tredecim marcarum, & literas insuper protectorias concessit. Anno autem 1568 in patriam reversus, in tantam cum Eggerto Johannis, qvi ei cedere noluit, controversiam incidit, ut nihil ex ea dicasterii publici parte concludi aut peragi posset, qvapropter Eggertum ad Regium citavit tribunal, causamqve anno 1569 obtinuit, & literas protectorias iterum nactus est, qvo eodem anno Rex inter illum & Jonam Martini intercessorem agens, dimidium famosæ illius hæreditatis Mödruvallensis ei procuravit, & edito edicto, Præfecto, ut monasterium Mödruvallense Ormo conferret, mandavit. Ab hoc tempore in annum usqve 73 officium gessit, tunc autem tertia vice depositus anno 1574 Regis gratiam imploraturus Hafniam abiit, ubi anno 1575 vitam cum morte commutavit.

§. 23.

Ejus in officiis acta ad Reformationis negotium perpauca pertinent, præter judicia Hvammense & Snoksdalense in causis Jonæ Aræsonii &

buta qvæ qvinqve marcas non excederent, si modo reliqva Regi nomina expediret, concessit (Literæ scriptæ sunt die Veneris post Galli, 1553), sed Ormum his clementissimis conditionibus non stetisse, evin[c]it [e]jus anno mox seqventi iterata exauctoratio.

& Davidis Gudmundini annis 1548 & 1550 facta, ut & dura sententia anno 1549 in Jonam Aræsonium pronuntiata, qva huic aqva & igne interdicebatur, tunc enim judicio præsedisse videtur, pariter ac Oddeyrensi, qvo ejus & filiorum bona fisco Regio adjudicata fuerunt (a). Id etiam ei laudi est, qvod unacum Petro Enari, Palladio ansam dederit, ut *Catechismi Expositionem*, latine a se scriptam & in Danicum sermonem versam in Islandiam transmitteret, ideoqve ejus hic mentionem fecimus, nam reliqva ejus acta, præsertim qvæ solus & sine collega fecit, non magni sunt momenti. Fuisse dicitur purus putus assentator. Hinc cuicunqve suam causam referenti, solitus erat respondere, *bonam habes causam, eamqve obtinebis*, tantæqve inconstantiæ, ut uno fere die, plures, easqve contrarias, de eadem re paratus esset sententias dicere. Eaqve propter, ut & qvod Regium qvoddam prædium aliqvando ut suum vendiderat, & nomina alia Regi non expediret, Nomophylacis officio ter exauctoratus fuit, qvæ omnia ei Rex Clementissimus condonavit. Splendidum vero suum patrimonium, unacum sat speciosa uxoris dote, numeroso famulitio, gynæceo, unde tot nothos, qvot legitimos habuit liberos, luxui & peregrinationibus ita impendit, ut pauper tandem & ex gratuita qvadra vivens moreretur.

§. 24.

Petrus Einari filius, Martini Episcopi frater, qvam primum per ætatem licuit, more hujus seculi ad exteros, Danos scil. & Germanos, abiit, ibiqve multarum rerum notitiam, qvas sibi suo tempore aliqvid profuturas putabat, ut & Lutheranæ Religionis aliqvalem cognitionem acqvisivit, qvam in patriam redux aperte profiteri non ausus, in Ogmundi Episcopi famulitium se dedit, cui mox se ita insinuare potuit, ut brevi eum non tam pro famulo, qvam familiari haberet, ibiqve cum Gissuro Episcopo amicitiam junxit, cum qvo etiam anno 1539 Hafniam petiit, sed qvo se deinde contulerit, utrum cum Gissuro in patriam redierit, an vero statim se in peregrinorum famulatum dederit, non liqvet. Verisimillimum videtur, qvod tum præturam Kiosensem acqvisiverit, eandem enim gessit anno 1541, ut ex ejus sententia judiciali de villis

(a) Vide supra Tom. 2. pag. 679 sqq. 702. sqq. 712 sqq. 729.

villis Backa & Skrautholis conſtat; Diſcedensqve ex Islandia Hvitfeldius illum Oeconomum Beſſaſtadenſem conſtituit. Cumqve Ogmundus Epiſcopus a Hvitfeldio eodem anno captus, liberationis autem promiſſione inductus, omnes ſuas villas & prædia Regi ceſſiſſet, deindeqve Hvitfeldio omnia ſua pretioſa & argenteam ſuppellectilem eadem conditione deluſus tradidiſſet, nihilo minus in Daniam aveheretur, veriſimile eſt Petrum unacum Giſſuro Epiſcopo eundem funem traxiſſe, eoqve ſua direxiſſe conſilia, ne libertate donaretur, indeqve natam eſſe Ogmundi qverelam, eos ſibi infidiſſimos exſtitiſſe qvibus maxime fuiſſet confiſus, & ſumma præſtitiſſet beneficia (a). Sed Petri offenſio Ogmundo facta in occupatione monaſteriorum conſiſtere non potuit, ut pleriqve ſentiunt, cum ea tandem anno 1543 poſt diſceſſum & mortem Ogmundi inſtituta fuerit. Poteſt etiam fieri, qvod Ogmundus ad mutationem Religionis a Petro anno 1540 in Dania factam reſpectum qvendam habuerit; Tunc enim in Palladii familiaritatem venerat, cumqve eo, in Islandiam reverſus, literarum commercium habere cœpit, ut ex Palladii literis ſcriptis 1546 d. 10 Martii patet, in qvibus ſe ejus & Ormi Sturlæi, ut & Abbatis Petri Pauli filii rogatu impulſum Catechiſmum qvem latine in gratiam Norvegorum ſacerdotum ſcripſerat, in Danicum vertiſſe ſermonem, ipſe fatetur Palladius (b), cujus illis qvædam exempla unacum literis miſit.

(a) Vid. ſupra Tom. 2. pag. 548.

(b) Hunc libellum ipſe Palladius fatetur ſe ante qvosdam annos latina lingva in gratiam ſacerdotum Norvegiæ conſcripſiſſe, ſed rogatu Petri Paulini, Abbatis Munkathveraaënſis, aliorumqve in Islandia amicorum, præcipue autem Ormi Sturlæi & Petri Enaræi, qvi id præſentes a ſe deſideraverint, per Islandum qvendam Thorvardum Einari, bonarum in Academia Hafnienſi literarum Studioſum in Islandicam lingvam transferre inceperit, eo autem operi immortuo, Matthiæ Parvo ut librum in lingvam Danicam in eorundem gratiam exponeret, mandaſſe, plures enim tunc temporis in Islandia lingvam Danicam intelligere novit, qva translatione abſoluta, librum extemplo, per Johannem Wingaard, Hafniæ imprimi curavit, ut ex inſcriptione ſeu titulo & ſubſcriptione abunde patet; Inſcriptio enim ita ſe habet: *En kort Catechiſmi Udlægelſe ſchreffven paa Latin aff Doct. Petro Palladio for Norſke Sognepræſter, og nu ved Matthiam Parvum Roſæfontanum udſæt paa Danſke de Chriſtne udi Island til gode. MDXLVI.* Sed ſubſcriptio talis eſt: *Denne chriſtelige og nyttige Bog, er Prentet i Kiöbenhavn aff Hans Wingaard, den trettende Dag i Maji Maaned, Aar efter Guds Byrd*

§. 25.

Anno 1542 vocat se totius Islandiæ Præfectum Regium, ut ex ejus & utriusqve Nomophylacis Erlendi Thorvardidæ & Thorleifi Paulini sententia de prædiis Horn & Biarnanes in generali foro anno 1542, in ipsa (ut scribunt) commemoratione Pauli Apostoli facta, patet; sed si qvid judicio valemus, fuit Petrus tantum Hvitfeldii vicarius, sed ut majorem sibi honorem & auctoritatem conciliaret, Regium se vocat Præfectum, cum tantum ejus loco judicio præsideret. Anno 1543 Otto Stigoti per eum Vidöense Monasterium Regio fisco subjecit, ejectis tandem penitus monachis, qvos Petrus indigne tractasse fertur, & ut ostenderet cordis sinceritatem, qvod revera reformatus esset, & Papismum odio haberet, non tantum totum Capitulum seu monachorum cellas, sed etiam templum recens & affabre ædificatum destruxit, loco autem capituli hypocaustum, culinam & latrinam exstruxit, cujus sordes per cloacam in sepulcretum derivavit, ruderaqve omnia dejectarum ædium in sepulcretum conjecit. Anno autem 1543 aut 44 Abbatem & Monachos ex cœnobio Helgafellensi seminudos & male multatos, ipsiqve & successoribus infausta qvævis imprecantes extrusit, monasterium vero cum omnibus ad id pertinentibus affini suo Davidi Gudmundino, cujus sororem Ingeridam Gudmundinam Petrus in matrimonio habuit, ut proventuum conductori tradidit, qvæ omnia ut Præfecti vicarius gessisse videtur. Qvamdiu in tali statu vixerit, non liqvet, certe anno 1546 magna adhuc præditus fuit auctoritate & potestate, ut ex Palladii epistola patet, qvod Petrum per eandem obsecrat, ut Religionis negotium promoveat; Et si conjicere licet, non est improbabile usqve ad annum 1550, qvo Jonas Arii Videyam occupavit, Danos inde ejecit, & omnia in priorem statum

---

Byrd MDXLVI. Unde apparet viros eruditissimos *JOHANNEM MOLLERUM* in *Cimbria literata* Tom. I. pag. 477. ut & *PONTOPPIDANUM* in *Annal. Eccles. Dan.* Tom. 3. pag. 94. aut nescivisse, aut oblitos fuisse: α) qvod Palladius hunc libellum circa annum 1541 primo latine scripsit, &, ut puto, 1542 edidit. β) Qvod in gratiam Islandorum in lingvam Danicam a Matthia Parvo translatus fuit. γ) Qvod ipso Palladio procurante, anno 1546 Hafniæ ab Hans Wingaard in gratiam Islandorum impressus fuit; nam eam tantum memorant editionem, qvam Matthias Parvus, permittente Palladio, ut aliqvid lucri ex translationis labore perciperet, Magdeburgi hoc eodem anno prodire curavit.

tum redigere conatus est, si non est Præfectus ille Regius, qvem Jonas Videya expulit; hoc enim anno ad exteros abiit, forte qvestum injurias sibi ab Aræsonio illatas, perinde ac Brynjolfus Jonæ, qvem Præsul simili modo Biarnaneso ejecerat, hos enim ita conjungit, & se diffamatum in Daniam trajecisse in literis ad Cancellarium datis innuit (a); Anno 1551 cum Ottone Stigoti, cujus antea Vicarium egerat, in Islandiam revertens, ab eo ut & Christophoro Trundsonio & Axelio Julio discedentibus denuo Præfecti Vicarius constituitur (b), qvid autem in eo officio gesserit, non liqvet, nisi qvod cœnobia in diœcesi Holana occupavit, qvod tamen, ita jubentibus Julio & Trundsonio majore moderatione, qvam sub Hvitfeldio & Stigotio usus fuerat, perfecisse videtur, ipseqve primus Reinestadensis Conductor anno 1552 exstitit, 15 Joachimicos, & Abbatissæ sororumqve sustentationem mercedis loco pendens. Id autem, anno 1553 ita jubente Rege, eo qvod Petrus mercedem numerare detrectavit, Oddo Gotskalki filio tradidit.

§. 26.

Florente rerum statu & favore Præfectorum utens Petrus nobile prædium Arnarstapa ad cœnobium Helgafellense pertinens, a Præfecto provinciæ Hvitfeldio, Stigotio aut Mulenio emerat, ubi superba satis evexerat ædificia, qvo se Reinestado discedens contulit, ibiqve paucos annos qviete vixit, sed senescente paulatim fortuna summum tandem subseqventium Præfectorum incurrit odium, qvod eo processit, ut non tantum ex Arnarstapa eum extruderent, sed etiam sublestæ fidei rationum, & qvod tam parvi emendo, aut inscio Rege tam nobile & lucrosum Regis prædium sibi vindicando, crimen læsæ Majestatis commiserit, accusarent, tandemqve eo ultionis processum est, ut captivum eum in Daniam emittere constitutum esset, qvem turbinem sua intercessione ejus affinis David Gudmundi aliiqve magnæ autoritatis amici & cognati ita sedarunt, ut loco Arnarstapæ, Ellidaejam, qvæ itidem Helgafellensis monasterii fuerat peculium, obtineret, ubi aliqvantisper delituit, nunqvam vero a Præfectorum ira & odio tutus, priusqvam Præbendam Hiardarholt in Laxardal

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 740.
(b) Vid. ibid. pag. 319.

Laxardal nactus, & ejusdem parœciæ curio factus eſt. Sed cum jam ſexagenario officium ineunti oculi caligarent, & memoria hebeſceret, qvæqve theologica junior didicerat, per totam vitam aliud agens, penitus dedidicerat, perſpicillis uti neceſſum habuit, ideoqve inde a facetis qvibusdam cognominatus fuit communiterqve vocatus *Gleraugna Petur* (ɔ: conſpicillarius, aut Petrus conſpicillis utens). Uxorem duxit Ingeridam Davidis Gudmundini ſororem. ex qva unicam ſuſcepit filiam Talem Religionis, Eccleſiæ, & præſertim monachiſmi Reformatorem in utroqve ſtatu, tam Eccleſiaſtico, qvam Politico, Petrus ſe præſtitit.

§. 27.

Thorleifus Pauli patrem habuit Paulum Jonæ, qvi ab Erico Haltori Abbatis Helgafellenſis filio inſidioſe occiſus fuit, matrem vero Solveigam Biörni Thorleifsſonii, Eqvitis & Islandiæ diu Satrapæ, filiam, vir opulentus & magnæ famæ, ſed ſedati ingenii, qvem ideo contribules anno 1530 in locum Rafni Brandini Nomophylacem ſubſtituere voluerunt ſed factione Jonæ Aræſonii victi, ab incepto deſtiterunt, vixitqve Thorleifus qvietus & privatus, niſi qvod aliqvando cujusdam tractus Prætorem egit, usqve in annum 1541, qvo Arius Nomophylax ſponte ſua officium abdicavit, cumqve nullus magnatum, qvi eidem par habebatur, id appeteret, omnium vota in eum collinearunt, illo autem id conſtanter recuſante, Senatusconſulto, accedente ipſius Satrapæ autoritate id eidem demandatum fuit, qvod cum nondum accipere vellet niſi ipſius tam ſangvine qvam vicinitate propinqvus David Gudmundi ſibi in arduis & majoris momenti rebus adjutor daretur, id ei itidem Senatusconſulto adnitente Satrapa conceſſum fuit, qvo facto officium in ſe recepit, idqve in annum 1547 non ſine laude adminiſtravit. Sed licet omnem adhiberet curam & prudentiam, ne qvemqvam offenderet, æmulorum tamen inſidias, & invidiam non effugere potuit, nam Ormus Sturlæ filius Nomophylacis officio imminens, malæ adminiſtratæ provinciæ eum clanculum apud Regios, & in aula graviter diffamavit, ſed qvin ab Aræſonii factione aperta vi in teterrimam captivitatem abductus fuiſſet, perparum abſuit, ſedecim enim armati, qvos ad illum comprehendendum miſerat, & prope in manibus habentes, conſcientiæ ſtimulis viri innocentia & facinoris atrocitate territi, re infecta redire maluerunt, qvam tanto ſe ſcelere inqvinare

qvinare

qvinare (a). Tales autem insidiæ & persecutiones virum sedati ingenii adegerunt ut anno 1547 die Saturni post festum corporis Christi officium abdicaret, & Davidi cederet (b). Qvod tamen nihilo secius, sed nescio qva interveniente causa, in proxime seqvente Dicasterio gessisse perhibetur. Lutheranæ religioni nunqvam obstitit, nec inter eos fuit qvi anno 1540 Ordinationem Ecclesiasticam rejecerunt. Hinc etiam cum Gissuro Episcopo amicitiam coluit, eiqve debitam præstitit obedientiam, qvod non facit, ut illis consentire qveam, qvi eum persecutionem ob Religionem a Jona Aræsonio passum esse volunt. Nomophylacis enim officium & ingentes viri divitiæ, qvibus inhiabant, Præsulem & Arium ejus filium in eum incitarunt, reliqva viri fata & gesta huc non pertinent, qvare ea libenter prætermittimus; Huncce Nomophylacem qvidam intelligunt, per integrum illum *Kotúngs son* de qvo locutus est Jonas Aræsonius, dicens se jam totam sibi subjecisse Islandiam, præter sesqvi Rusticum, aut Rustici filium, alii autem majore probabilitate putant eum indigitasse Petrum Enari, sed de semi illo nullum est dubium, qvin Davidem intellexerit (c).

§. 28.

Etsi hic nulla nova aut in præmissis omnino intacta, de *Davide Gudmundino* proferre possimus, postulat tamen operis forma & instituti ratio, ut inter hujus ætatis viros celebriores, qvi ad Religionis in Islandia Reformationem aliqvid contribuerunt, ipsi locus concedatur. Natus fuit circa initium seculi decimi sexti ex celebri satis, sed non divite familia. Abavum habuit virum, suo tempore celebrem, cui etiam David nomen fuit, qvi cum calvus esset, & in provincia, cui nomen Dalir, habitaret, communiter dictus fuit *Dalaskalli*, sive calvus ille Dalensis. Hujus filiæ, nostri Davidis aviæ, cui Thoruna nomen fuit, Arnas Olai filius, Episcopus Skalholtensis, utpote sibi consangvinitate junctæ, celebre prædium Snoksdal concessit, qvod adhuc ejusdem familiæ est. Assumta toga virili, David pecuniæ corradendæ omnem dedit operam, in hoc

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 675.

(b) Vid. supra Tom. 2. pag. 705.

(c) Vid. supra Tom. 2. pag. 699.

hoc enim per omnes vitæ dies intentus fuit & ad id obtinendum, officia, qvæ gessit, optatissimam subministrarunt occasionem, varias enim a Regiis præturas, nunc Strandensem, nunc Dalensem, aut Bardastrandensem, nunc universam Thornesensem, vel etiam Borgfiordensem, Toparchias dirigendas nactus est. Primus etiam, ut qvidam volunt, monasterii Helgafellensis proventus parva mercede redemit, qvod jussu Ottonis Stigoti una cum Petro Enari, invasisse, & ex ingentibus ibidem congestis Abbatum divitiis non parum lucri cepisse perhibent, sed qvicqvid de eo verum sit; id saltem certum est, qvod anno 1554 ab ipso Rege id ei concessum fuerit, ea conditione, ut mercedis loco qvotannis solveret tres lastas induratorum piscium, mystamqve, qvi verbum Dei doceat, sustentaret, qvæ facile conciliari possunt si statuatur, Davidem primo beneficio Stigoti, monasterio ad tempus præfuisse, sed deinde per commendationem Hvitfeldii, ab ipso Rege id obtinuisse. Præterea anno 1553 reditus novem majoris notæ villarum gratis ad dies vitæ recipiendos a Rege nactus est. Præterea Ogmundi Episcopi & ejus successorum, Gissuri & Martini, nunc in hac, nunc in alia. Toparchia Præpositus fuit, qvod officium eo tempore cuivis telonio feracius habebatur; Ab eorundem itaqve partibus contra Jonam Aræsonium semper stetit.

§. 29.

Vatiniani, qvo Jonas Episcopus Davidem perseqvebatur odii causæ præcipuæ fuerunt: 1) Arcta ejus cum Episcopis Skalholtensibus amicitia, cum qvibus Jonæ Episcopo sæpius aperta dissidia, nunqvam vero fida fuit amicitia. 2) Prædium Hvammur in Hvammsveit, qvod post mortem Teiti Thorleifssonii primo ab Ogmundo, & deinde Gissuro Episcopo, ut fidei commissum habuit; Jonas autem id suum esse contendebat. 3) Prædium Saudafell, qvod David sibi ab Ormo Sturlæo comparaverat, sed Arius Nomophylax sibi id ab Ormo promissum fuisse dixit, ideoqve Davidem eo privare voluit. 4) Fuit Nomphylacis officium, qvod licet Arius sponte sua aut metu depositionis, a Hvitfeldio imminentis, anno 1541 abdicaverat, nemo tamen reperiebatur, qvi id in se recipere vellet, metu persecutionis, qvam ab Episcopo & Ario, qvam primum ipsi metu solverentur, imminere prævidebant. Cumqve omnium vota in Thorleifum Pauli collinearent, ille autem præfracte negaret se id suscepturum,

nisi

nisi cognatus & vicinus suus David Gudmundi, vir dives & strenuus, sibi coadjutor daretur, factum est Senatus conclusum, consentiente & confirmante Hvitfeldio, ut Thorleifus Nomophylacis officium gereret, sed David eum in arduis & adversis rebus adjuvaret, & poscente necessitate ejus vices ageret, tandemqve ut Thorleifo deficienti succederet, qvod Thorleifus tandem in conventu Asgardensi anno 1647 Davidi officium penitus cedendo exseqvi voluit, sed hoc valetudinem caussante, & in hujus anni comitiis non apparente, Thorleifus in se officium recepisse, & hujus anni munia exsecutus fuisse videtur, qvod Arium officium denuo appetentem maxime contra Davidem incitavit, vidit enim Davide incolumi, nec Thorleifum superari, nec se officio potiri posse. 5) Et forte maxima odiorum causa fuerunt, ingentes Davidis divitiæ, qvibus inhiabant. Qvæ probe noscens, & imminentem a Præsule turbinem dudum prævidens David, statim anno 1541 non tantum ipsius Hvitfeldii, sed & per eum anno 1542 peculiarem protectionem Regiam acqvisiverat (a).

§. 30.

Ut hæc, ita & reliqva, qvorum Præsul Davidem accusavit, crimina, aut purum putum figmentum, aut speciosus tantum prætextus fuerunt, præter solam mulierositatem & impuram valde vitam, nam licet uxorem haberet, Gudrunam Einari filiam, Martini Episcopi sororem, sed Haldori cujusdam viduam, ea tamen non contentus plures habuit concubinas, inter qvas famosissimæ fuerunt, Euphemia qvam domi aluit, ex qva licet nullos haberet liberos, cum tandem nuberet, prædium Baj in Hrutafiord ei donavit, & Ingvellda Arnæ filia, qvæ villicationi, qvam Saudafelli instituerat, præfuit, ipsi tertio & secundo consangvinitatis gradu juncta, cum qva qvinqvies puerperio manifestatum adulterium & incestum commiserat, sed eorum condonationem ab Episcopis Skalholtensibus obtinuerat, qvorum erat talium peccatorum pœnitentias præscribere & multas pecuniarias determinare & accipere, qvibus ita satisfecerat, ut plusqvam contenti essent; Illorum enim apographa aut qvittantiæ

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 300. 669. 672. sq.

tantiæ (ut vocant) hodiedum exſtant, qvarum ultima a Giſſuro Epiſcopo Thingvallis die Martis poſt Petri & Pauli 1545 ſcripta eſt, in qva Davidem & Ingvelldam, ſuo & omnium ſuorum ſucceſſorum Skalholtinæ diœceſeos Epiſcoporum nomine, ab omni multa & pœna, adulteriis & inceſtibus promeritis, abſolvit & liberat; Omnia etiam ſua ut & Ogmundi Epiſcopi illis antea data chirographa & qvittantias penitus & perfecte confirmat; Sed utcunqve hæc fuerint, Jonæ tamen, Epiſcopo Holano, Davidis, civis diœceſeos Skalholtinæ peccata, in Skalholtina diœceſi dudum commiſſa & expiata, ulciſci non competebat. Affinitas aut cognatio inter Davidem & ejus uxorem Gudrunam, qvam crepabat Epiſcopus, nullius fuit momenti, præſertim poſtqvam Chriſtiani III. Ordinatio Eccleſiaſtica, qvæ talia permittebat conjugia, in leges relata fuit. Qvod ipſe ſe in Præpoſiti officium intruſerit, manifeſtum fuit mendacium, exſtant enim adhuc officiorum codicilli, ipſi a Giſſuro dati (a). Nomophylacis officium nunqvam petiiſſe, ſed qvaſi coactus eidem deſtinatus fuiſſe videtur, ut ex ſubjuncto patet documento (b). Tandem etiam non tanto fervebat David Religionis Lutheranæ zelo, ut Catholicæ ab eo multum timendum eſſet; Res enim huic viro magis qvam Religio curæ & cordi fuerunt, qvod tota ejus vita ſatis comprobat, novæqve Religioni unacum Jona Epiſcopo & ejus aſſeclis anno 1540 manifeſte adverſatus fuerat, ſed politicis, non minus qvam alii, inter qvos ipſe Jonas, qvi id anno 1542 per legatos fecerat, numerari poteſt, inductus rationibus eandem primo accepiſſe videtur. Sola itaqve invidia, avaritia, & dominandi cupido, Præſulis odium, in Davidem inflammaſſe veriſimillimum eſt. De ejus & Jonæ Epiſcopi controverſiis & hujus in illum ſuſceptis expeditionibus actum eſt ſupra; Nam Tom. 2. pag. 669. Earundem

(a) *Giſſurus &c. Notum facio qvod in Davidem Bonda* (Colonum) *Gudmundi filium contuli Præpoſiti officium in ſuos ſubditos eo modo, ut ille ejusqve ſubditi a meis & Cathedræ partibus ſint, in omnibus ſanctæ Eccleſiæ cauſis; decimas & Divi Petri denarium commodo tempore domum ad me vehat, mihiqve eorum rationem reddat. A qvocunqve Sacerdote ei placuerit & ipſum & ejus aſſeclas abſolvi permittetur, mihi tamen omnium rationem reddat, qvorum in fidem &c.* Hic per Davidis *ſubditos* α) intelligendi videntur ejus Toparchiæ incolæ, cujus præturam tunc geſſit, (ſc. Strandenſis). β) Per *aſſeclas*, qvi poſtea nominantur, qvos cuivis ſacerdoti abſolvere permittitur, ejus domeſtici & ſtipatores, qvorum opere in rebus gerendis utebatur.

(b) Vid. infra ad finem hujus Cap. Litr. B.

rundem origo & causæ qvædam exponuntur; pag. 672 prima in Davidem molimina; pag. 676 expeditio in provinciam Dalensem, & judicium Hvammense; pag. 677 Davidis defensio & iterata anno 1549 in eum expeditio; pag. 689 in eum & Martinum Episcopum instituta excursio; pag. 691 de ejus ab Episcopo ultima & maxime solenni excommunicatione agit; pag. 702 — 723 agitur de ultima Præsulis in Davidem expeditione, ejus morte, & qvæ ex eadem fluxerunt turbis, qvorum plurima, Davidem aliqvo modo tangunt. Infra Sect. 3. §. 5 & 8, ut & alibi, sparsim ejus mentio injicietur, qvo lectorem remittimus, hic enim eadem repetere superfluum videtur. De aliis hujus viri actis & controversiis, nobis nihil innotuit, præter unam, qvam cum Snorrone Gudmundi, Colono Nordtungensi, habuisse videtur, nam de ea exstat qvæstio Arnæ Arnoris filii, habita Nordtungæ anno 1549, numne templum Nordtungense tumultu ibidem inter Davidem & Snorronem orto pollui contigisset. Conf. & supra Tom. 2. pag. 328.

§. 31.

Ut Episcoporum Skalholtensium semper, ita etiam Islandiæ Satraparum amicitia diu usus est, qvod ex ejus cum illis mutuo epistolarum commercio patet, & qvod multo majus & honoratius fuit, ipsius etiam Regis non vulgari gratia floruisse, literæ a Rege scriptæ singulari gratia & gratiarum actione plenæ, testantur (a). Cum Ingvelda post annum 1541 illicitam consvetudinem abominatum fuisse ex *Annalium* de hac re silentio, & Gissuri Episcopi ad eum literis, datis 1544, colligi potest; qvem David consuluisse, & consolationem expetivisse videtur, cum Episcopi responsum lectu dignissimum existat (b). Certe Ingvellda nec Saudafelli, nec Hvammi, neqve tandem Snoxdali fuit anno 1548, cum Præsul eadem occuparet, si enim ibidem adfuisset, certe eam ut notoriam peccatricem captivam Holas, ad promeritas peccatorum pænitentias & durissimas carinas exantlandum, abduxisset. Sed mortuam fuisse ante Davidem, valde facit verisimile, qvod nullam ejus in Testamento mentionem injiciat. Cum

Ee 2 tamen

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 275, *No. 14.* 276, *No. 23 sq. 29.* 273, *No. 45.*

(b) Vid. S. Ven. *HARBOE Afhandling om Reformationen i Island*, in *Kiöbenhavnske Selskabs Skrifter* Tom. 7. pag. 12.

tamen multis aliis, qvorum numerus ſupra qvinqvaginta aſcendit, nec parva legaverit (a), cui ſententiæ nihil obſtat, ſcopticum Epiſcopi carmen (b), factum ut videtur anno 1548, nam licet Ingvelda tum temporis mortua fuerit, ipſa tamen, aut ejus peccata, ut expeditionis cauſa, per licentiam poëticam adferri potuit, ſi non ipſe David per *geitahvönn* (ſeu Angelicam erraticam) intelligi poteſt; Aut etiam hic mera eſt alluſio ad nomen villæ Snóksdal, cum qvidam angelicam illam erraticam Islandice *ſnókla*, qvidam *geitla* vel *geitahvönn*, appellent.

§. 32.

A morte Jonæ Epiſcopi qviete vixit usqve in annum 1563, qvo diutino & multorum annorum carcinomatis aut cancri in facie eſu & putredine exſpiravit, unum ex filia relinqvens nepotem, ingentium opum unicum hæredem, nam reliqvi ejus legitimi liberi aut in adoleſcentia, aut cælibes occubuere. Sed Paulus Stigoti Islandiæ Satrapa audita Davidis morte ſuum ſtatim Vicarium Andream Hoffmann Snoksdalum miſit, qvi omnes a Davide relictas opes confiſcaret, qvod autoritate & interventu Eggerti Nomophylacis, pupilli patrui & tutoris, primo dilatum fuit, poſteaqve inter Satrapam & Eggertum convenit, ut tota hæcce hæreditas qvingentis Joachimicis Regio fiſco ſolvendis liberaretur, qva oblatione Rex contentus anno ſeqventi juſſit, ut Satrapa pecuniam acciperet, & hæredi ſuo nomine chirographum daret (c). Sed anno 1569 novus Satrapa Chriſtophorus Walkendorff, ſuſurris Pauli Stadarholenſis incitatus, hanc litem denuo movit, cauſamqve Ormi Nomophylacis ac delegatorum

(a) Teſtamenti Davidis exemplum ad calcem hujus Capitis ſub. Litr. C. exhibebimus.

(b) Hujus tenoris:

" Geitahvanna grunn rót,
" galar hátt í Snóksdal,
" heyrduz hennar heimſk ord
" hörd allt í Eyafiörd,
" þoldu ekke þegnar vel,
" þettad hróped dala glóp,
" fóru af ſtad med fiölda her,
" og fengu med ſier margan dreng. "

Id eſt: *Tenuis Angelicæ erraticæ radix magnopere Snoksdali clamat, cujus ſtulta verba Ejaſiordum usqve audiebantur, qvem clamorem fatui illius Dalenſis viri non perferre potuere, ſed magno collecto exercitu, illuc ſe contulerunt.*

(c) Vid. ſupra pag. 7. ſq. 16. & Tom. 2. pag. 337.

delegatorum optimatum judicio ſubjecit, cauſſans, poſtqvam Chriſtianus Tertius thronum aſcendit, nemini, & neqvidem Epiſcopis tam gravia peccata remittere licuiſſe. Judices autem cenſuerunt, Epiſcopis id licuiſſe, usqvedum Rex eos tali poteſtate privaverit, qvod hoc ipſo anno 1563, dudum poſtqvam hæc peccata David commiſerat, factum eſt, ejusqve nepoti univerſam hæreditatem adjudicarunt. Ultimo afflictus morbo privus in domuncula habitavit, in qvam nemo admittebatur præter uxorem, unum famulum, & Gislaum Epiſcopum, ſi qvando ea proficiſcebatur, qvi eum piis monitis & conſiliis adjuvit & erexit; In hoc rerum ſuarum ſtatu teſtamentum condidit, qvo peccata confitetur & deplorat, animamqve Deo, non vero ut qvidam volunt, Sanctæ Mariæ commendat (a). Templis autem, cognatis, amicis, famulis, aliisqve, qvos permultos enumerat, circa 2000 Joachimicorum valorem legavit.

§. 33.

Jonas, per exochen communiter vocatus *Nomophylax*, natus anno 1536 Svalbardi intra diœceſin Holanam ad ſinum Eyafiörd; patrem habuit Jonam Magni filium, virum divitem, & ſua ætate celebrem, a qvo notiſſima inter Islandos gens prognata eſt communiter dicta Svalbardsætt; Ad virilem provectus ætatem Vindheimis primo ſedem fixit, unde ſe ipſum cognominavit *Vindheima Jon*, deinde anno 1569 Gunnarum Giſlai filium affinem ſuum cœnobio Reineſtadenſi ſubdole privavit, qvod cum novem annis tenuiſſet & aliqvamdiu toparcha Skagfiordenſis fuiſſet, pari aſtu Henrico Gerken cœnobium Thingörenſe abſtulit, cui mox præturas Hunavatnenſem & Snæfellsneſenſem, redemturas Stapenſem, Vatnsdalenſem, Midfiordenſem, ac Strandenſem, adjecit, tandemqve anno 1574 Nomophylax conſtitutus eſt, ita ut brevi totius Islandiæ ditiſſimus & potentiſſimus evaderet. Famoſæ ejus cum Gudbrando Epiſcopo controverſiæ ac odia in hujus Epiſcopi Hiſtoria perſonali deſcribentur, qvorum cauſa Jonas anno 1592, licet verbo in publicum commodum id fieri prætenderet, Hafniam transfretavit, unde anno 1593 redux reportavit Regia Reſcripta de Islandiæ proprio ſigillo, & de generalis fori Dicographo; Reliqva autem de Epiſcoporum & cleri continuis contentionibus, de

 ipſius

(a) Vid. ad finem hujus Cap. Litr. C.

ipſius cum Gudbrando controverſiis, minorem ei honorem conciliarunt, ſiniſtros enim de ſtatu Eccleſiaſtico rumores ab ipſo diſſeminatos ſapuerunt (a). Ejus in officio geſta, qvæ huc pertinere videntur, ſunt præcipue conſtitutio qvam anno officii primo una cum collega fecit, laicis & plebi proficua, ſed templis, clero, & pauperibus damnoſa, antiqvum enim decimationis methodum immutavit, ita ut poſthac tres hundredæ rerum inanimatarum pro una æſtimarentur. Laudatur autem ob dignam officio autoritatem & ſeveram gravitatem in negotio Biörni de Oxl, communiter dicti Axlar-Biörn, nebulonis ſceleroſiſſimi præſtitam, hic enim ad viam publicam habitans, ſed longe ab aliis diſſitus, multos viatores, adjuvante uxore, inſidioſe & crudeliter vario modo occiderat, corporaqve in fœnili ſuo defoderat, hæc Nomophylax, qvi etiam fuit Prætor Toparchiæ Snæfellsneſenſis, ſubolens, non prius deſtitit qvam indagaverat, ita ut reus tandem dignam ſceleribus pænam exantlaret, novem ſe innocentes viros occidiſſe faſſus eſt, ſed fere duplo plura inventa ſunt corpora, ut hoc inter maxime enormia, qvæ habent annales noſtri, ſcelera & maleficia numeretur, illud etiam exqviſitiſſimis cruciatibus punitum fuiſſe fertur, qvos reus obſtinato animo tuliſſe, & ſine pœnitentia deceſſiſſe perhibetur.

§. 34.

Prima ejus uxor fuit Helga Giſlai filia, ex qva nullos reliqvit liberos; Mox itaqve poſt ejus mortem duxit Gudrunam Einari Martinidæ filiam, Martini Epiſcopi neptim, virginem ſui temporis ditiſſimam, ex qva unam ſuſcepit filiam, qvæ patri ſuperſtes fuit, ſed paulo poſt obiit, unde univerſa Nomophylacis hæreditas ad Gudrunam tranſiit, qvæ ſecunda cum Steindoro Giſlai filio vota iniit, qvi omnes illius ſuasqve opes brevi dilapidavit. *BIORNUS* de Skardſa dicit Jonam aliqvando fuiſſe Satrapæ Vicarium, ſed qvando, non determinat, veroſimile ultimum Henrici Kruſe annum, ideoqve Beſſaſtadas ab ejus ſucceſſore Herluſſio Daa, ut rationem adminiſtratæ provinciæ redderet, evocatum fuiſſe, qvamprimum in Islandiam venit 1606, ubi eum Satrapa magnifico epulo excepit. Qvo finito Nomophylax vino madidus cubitum in tentorio iit, ſed proximo mane mortuus

(a) Vid. ſupra pag. 31. 51.

mortuus in lecto inventus eſt, unde qvidam calumniati ſunt venenum ei propinatum fuiſſe, alii autem qvod in cervicali ſuffocatus fuerit, qvorum utrumqve fabulæ qvam veritati propius eſſe videtur; egit tum annum ætatis ſeptuageſimum, ſed officii trigeſimum ſecundum, multis qvidem animi corporis & fortunæ dotibus clarus, ſi eas avaritia, & in clerum conſtans odium non fœdaſſent, qvod rei eccleſiaſticæ non raro obfuiſſe perhibetur, præſertim cum ejus collega Thordus Gudmundi ad ipſius lyram plerumqve ſaltaret, qvi etiam hoc anno, cum in eodem officio vixiſſet annos 36, id abdicavit.

§. 35.

Tandem etiam numerandus venit *Brynjolfus* qvidam *Jonæ* filius, natus, ut videtur, in tractu Hornfiordenſi intra Toparchiam Skaftafellenſem, vir ſtrenuus & pecunioſus. Hafniam primo petiiſſe videtur anno 1541; Nam Gottorpii præſens fuiſſe videtur die Jovis poſt Dominicam Lætare 1542, cum Rex ei locaret prædia Biarnanes & Horn. Ex Palladii etiam epiſtola ad Petrum Einari & Ormum Sturlæ, data Hafniæ 1546, patet, qvod ipſi non ignotus fuerit, nam illum inter amicos in Islandia numerat; Eosdem autem codicillos, qvos a Rege acceperat, in hujus anni Dicaſterio generali protulit, rogans a Petro Enari, qvi ſe tunc vocat Regium totius Islandiæ Præfectum, & utroqve Nomophylace, ſententiam, num ne ſibi utrumqve prædium ex tenore codicillorum occupare licitum eſſet? Sed cum Giſſurus Epiſcopus ibidem etiam præſens judicibus probaret, hæc prædia nunqvam Ogmundi Epiſcopi fuiſſe peculium, qvare Rex eo titulo illa non poſſideret; ſed eſſe ea templi cathedralis Skalholtini, cujus prædia Ogmundus his permutaverat, judices cenſuerunt, æqvisſimum videri, ut Epiſcopus hæc prædia teneret, usqvedum ipſe ſe Regi ſiſteret, & ſuam cauſam ad Regem, ſicut juſſus erat, actutum enavigaturus, coram eo peroraret; Qvid autem Giſſurus in hac cauſa obtinuerit, non liqvet, ſed anno 1545 ea tandem cecidit, Brynjolfus autem Biarnaneſum ingratiis utroqve Epiſcopo tenuit, usqvedum Jonas Epiſcopus eum inde vi expulit, qvod plus ſimplici vice, annis nempe 1544, 1547, & 1550 factum eſſe videtur, hujus enim criminis incuſatur a Chriſtiano Scriba in accuſatione Skalholti ſcripta anno 1550, & in judicio Oddeyrenſi 1551. Biarnaneſo expulſus anno 1550 Hafniam qveſtum injurias commi-

graſſe

graſſe videtur, id enim non obſcure innuunt Epiſcopi filii in literis ad Cancellarium hoc anno datis (a). Inter primos Islandiæ incolas Lutheranæ Religioni nomen dedit, qvod anno 1541 factum eſſe videtur, cui exinde conſtanter adhæſit, nam Palladius eum anno 1546 inter vere fideles numerat, qvo ſolo nomine ſibi hic locum promeruit, cum incertum ſit, utrum ob mutatam religionem, an vero ob occupatum prædium Biarnanes & retentos ejusdem annuos canones, Jonæ Epiſcopi perſecutiones ſibi contraxerit.

§. 36.

Nec minorem clarorum virorum ſegetem hoc tempore produxit dioecesis Holana, qvorum primum locum concedimus *Sigurdo*, Myſtæ Grenjadarſtadenſi, *Jonæ* Epiſcopi filio, qvi anno 1535 Magno fratri proximo ante Sigurdum hujus eccleſiæ Paſtori ſucceſſit. A patre anno 1542 Hafniam miſſus ejus loco & proprio nomine Regi homagium ſolvit; Hinc in Islandiam reverſus nunqvam aperte Lutheranæ Religioni adverſabatur, nec patris ſigna in eam ejusqve aſſeclas moventis unqvam ſecutus eſt, niſi qvod expeditionis, qvam Præſul anno 1547 verſus orientem ad occupandum prædium Biarnanes ſuſcepit, ſocius qvidem fuit, alias autem ſe domi continuit, unde apud ſuos ſocors & deſes audiebat. Cum ultima vice pater fatalem ſibi in Toparchiam Dalenſem irruptionem faceret, Sigurdus qvidem triginta viris ſtipatus, magis, ut videtur, ad intercedendum, qvam invadendum, paratus, ſubſeqvebatur, qvare etiam qvam primum patrem captum eſſe cognovit, neqve liberationis ullam ſpem eſſe, domum pacate reverſus eſt (b). Poſt patris mortem Holanæ œconomiæ præfuit,

(a) Vid. ſupra Tom. 2. pag. 530. 664 ſqq. 683 ſq. 691. 699 ſq. 717. 731. ſqq. 735. & infra Sect. 3. cap. 1. §. 24. De hoc Brynjolfo narrant ruſtici Hornfiordenſes traditionem a majoribus acceptam, qvod aliqvando appropinqvante, cum globo armatorum, Epiſcopo, de cujus adventu nil audierat, priusqvam in conſpectu villæ fuit, & nullum prorſus aufugiendi medium appareret, aſſumto tetro ruſtici habitu eqvum aſcendit, inqve occurſum Præſulis tendens, cumqve ab illis interrogaretur, num Brynjolfus domi eſſet? reſpondit: domi qvidem fuit cum abirem, ſed mature conſulto opus eſt ne effugiat, qvod illi ſimpliciter dictum credentes villam citato gradu advolarunt, ille autem interim hoc ſtratagemate liberatus, ut avis ex laqveo avolavit, nam de capite viri agi putabatur.

(b) Vid. ſupra Tom. 2. pag. 667 ſq. 716.

præfuit, & a clero diœcefeos Holanæ unanimi voto ei fucceffor defignatur, fed odiofa patris facta, & fufpicio, qvod ad Catholicam Religionem inclinaret, qvo minus voti compos fieret, obftiterunt. Similiter etiam anno 1568 poft mortem Olai Hialtidæ diœcefeos curatorem agens, a clero electus, ob eandem fufpicionem rejectus fuit. Fuit vir fedati ingenii, & fi non doctus, certe literas amans, nec plane illiteratus, nam juvenes qvosdam domui fuæ inftituiffe fertur. Scripta ejus, qvantum fcio, nulla exftant, præter id qvod Holis eft, fic dictum *Sigurdi Regeftrum*, & libellum qvendam de obfeffis, ex Danica lingva translatum. Qvam fincere Religionem Lutheranam acceperit, & amaverit, faltem qvoad ulla fpes catholicæ reftituendæ fuperfuit, feu qvamdiu concilio Tridentino finis non fuit impofitus, qvod fub exitum anni 1553 factum, feqvens oftendit documentum (a), ex qvo colligi poteft, fuiffe eum ad utrumqve æqve paratum, aut faltem eum in finem hoc inftrumentum exaratum & teftimoniis firmatum fuiffe, ut fi catholica religio rurfus invalefceret, probare poffet, fe invitum ad Lutheranam tranfiiffe, fi vero Lutherana dominaretur, idem fibi prodeffet, probaretqve fe fponte tandem Papifticis cæremoniis valedixiffe. Obiit anno 1595, cum Greiniadarftado 60 annos præfuiffet.

§. 37.

Biörnus Giflai filius licet forte non fit inter eruditos numerandus, literatum tamen & literarum amantem fuiffe conftat, hic enim Oddum Enari filium Epifcopum poftea Skalholtenfem, & virum fuæ ætatis doctiffimum, puerum paupertate preffum, fuis impenfis literis primo imbui curavit, & ad ulteriorem in illis profectum faciendum in fcholam Holanam mifit, indeqve dimiffum ad Academiam Hafnienfem ablegatum fuo ære fuftentavit. Tantæ fuit æftimationis & autoritatis, ut poft mortem Jonæ Arii Holanæ Ecclefiæ ephoriam gefferit, & mortuo Olao Hialti filio a qvibusdam fucceffor deftinaretur. Poft Jonam Fimbogi filium a Jona Epifcopo monafterio Mödruvallenfi præpofitus fuit, idqve poft reformationem parvo pretio conduxit, tandem vero Sacerdos Saurbajenfis exftitit. Nec filendus eft *Jonas Matthiæ* filius, natione Svecus, profeffione Theologus &

(a) Vid. ad finem Cap. Litr. D.

& Typographus, qvem Jonas Arii filius, Epiſcopus Holanus, e Svecia vocatum, Sacerdotem Eccleſiæ Breidabolſtadenſis conſtituit. Hic omnes Præſulis epiſtolas & codicillos, qvi latine ſcribendi fuerunt, & dictavit & ſcripſit, librosqve qvosdam Præſulis impenſis & auſpiciis ex ſua, qvam primo Holis, & deinde Bridabolſtadis, erexerat typographia, emiſit, qvorum præcipui fuerunt, *Breviarium Nidaroſienſe*, & ut qvidam volunt, *Calendarium Latinum*. Breidabolſtadis vero *Manuale Paſtorum* & forte alia ex ſua Typographia emiſit. Obiit ſenex anno 1567, filium relinqvens Jonam, & ex eo Brandum nepotem, qvorum uterqve typographiæ Gudbrandianæ præfuit.

§. 38.

Sub magno Gudbrando magna & multa ingenia efflorefcebant, qvorum celeberrima tantum nominare conſtituimus, qvalia fuerunt: 1) *Olaus Gudmundi* filius, Sacerdos Saudaneſenſis, Poëta egregius, cujus ſunt permulti hymni, qvi in publico Islandiæ pietatis exercitio canuntur. Præterea bona pars libri præſtantiſſimos continentis hymnos vulgo & per exochen *Pſálmabók* inſigniti; Ut & haud contemnenda pars libri poëmata ſacra continentis, qvæ communiter vocatur *Víſnabók*. 2) *Sigfuſus Gudmundi* Paſtor Stadenſis in Kinn, cui ſimilia aut pars eorundem librorum debentur, licet Olao habeatur paulo inferior, aut non in omni adæqvandus. 3) *Jonas Biarni* filius, myſta Preſtholenſis, qvi *Paraphraſin* metricam *in librum Tobiæ* & *ſeptem Salvatoris verba* reliqvit, ut & verſionem Islandicam *Ottonis Caſmanni Incendii Caræ Pietatis*, & *Raræ Caritatis* impr. Holis 1622. 4) *Sigurdus Enari* Paſtor Saurbajenſis, qvi *Buntingii Itinerarium Biblicum* in lingvam Islandicam tranſtulit.

§. 39.

Præter jam nominatos, qvi Theologiæ, Philologiæ, & Poëſi ſacræ vires & vitam præſertim impenderunt, protulit etiam hæc ætas alios haud paucos poëtas & juris conſultos, qvorum celeberrimi fuerunt: *Thordus de Striuge*, *Hallus Magni*, *Biörnus Sturlæ* filius, & *Thomas Halli*. Reliqvas artes & ſcientias hoc temporis tractu in diœceſi Holana, non ſecus qvam Skalholtina, excultas fuiſſe non eſt qvod dubitetur. Nam Matheſeos

ſeos apprime periti fuerunt Gudbrandus Epiſcopus, Arngrimus Jonæ & forte plures. Præterea jurisprudentiæ Islandicæ periti permulti exſtiterunt, nam præter Nomophylaces Jonam Jonæ, & Jonam Sigurdi, legum apprime peritos, nonnulli etiam inferioris ſtatus viri ſcriptis in hunc vel illum juris Islandici titulum commentariis inclaruerunt, qvos omnes ac ſingulos recenſere noſtri non eſt inſtituti.

Litr. A.

(a) Fráſaga Þormódar Asmundarſonar í Brædratúngu um afgáng Odds Lögmanns Gottſkálksſonar, ſamanſkrifud af Herra Odde Einarsſyne epter Þormóde, árid 1613, þá 74 ára gömlum, enn 17 vetra gamall kom hann til Odds Lögmanns á ſama áre oc hann drukknade.

Oddur Gottſkálksſon ſiglde úngur til Noregs oc ólſt þar upp hiá födur frændum ſínum, oc lærde þar vel í ſkóla, kom ſídan út aptur híngad, oc var hiá födur ſínum Gottſkálk Biſkupi á Hólum. Þar var hann ſaklaus ſtúngenn med pukk hiá vinſtra auganu af Olafe í Dal, födur Markúſar, oc þar af lýtteſt hann nokkud. Hann var hár madur oc þykkur epter hæd, frídur í andlite. Epter andlát födur ſíns ſiglde hann aptur, oc var þá nokkur ár utanlands, kom ſídan aptur oc var Sveinn Ogmundar Biſkups í Skálhollte. Þar epter ſetteſt hann í bú med Þuríde Einarsdóttur oc bió med henne nokkur ár á Reykium í Olveſe ógiptur, þángad

til

(a) Relatio Thormodi filii Asgrimi, de Brædratunga, de obitu Ottonis Gottſkalkini, Legiferi, conſcipta a Domino Ottone Einaris filio, dictante anno 1613 eodem Thormodo tunc ſeptuaginta qvatuor annos nato, qvi ſeptimo decimo ſuæ ætatis anno in familiam Ottonis Legiferi, eodem qvo hic ſubmerſus obiit anno, tranſierat.

Otto Gottſkalki filins puer in Norvegiam transfretavit, ubi apud agnatos educatus, per ſcholaſticam inſtitutionem multum profecit. Inde redux apud patrem ſuum Gottſkalkum Epiſcopum Holenſem egit, ubi ab Olao de Dalo, patre Marci, genam, prope oculum ſiniſtrum, pugione ictus, nævum qvendam retinuit. Vir erat ſtatura procerus, & pro proceritatis modo corpulentus, facie formoſus. Patre defuncto iterum exteras terras inviſit, & per aliqvot annos peregre egit, exinde autem redux Ögmundo Epiſcopo Skalholtenſi operam ſuam collocavit. Poſtea cum Thurida filia Einaris villicationem inſtituit, & cælebs per qvosdam annos Reykis Ölveſenſium

usqve

til hann átte ſon med henne Petur ad nafne, ſídan tók hann hana til egta. Þá flutte hann ſig til Reykhollts, hvar hann var tvö ár, oc hellt þar Kapellan, enn á ſeinna árenu vard hann Lögmadur fyrer nordan oc veſtan, þá flutte hann ſig nordur til Reinisſtadar klauſturs, oe var þar tvö ár. A þridia áre lögmannsdæmes hanns reid hann nordan, oc villde til alþínges; enn þá hann kom í Borgarfiörd, villde hann ſigla þadan til Beſſaſtada med ſitt gialld á einu ſtóru ſkipe er hann átte; Honum gaf eigi, enn beid þó í hálfan mánud; Reid ſvo landveg, oc á þeirre leid drukknade hann. Enn þad bar ſvo til, ad hann reid epter ödrum fram í Laxá í Kiós, heſturenn datt under hönum aptan, ſvo hann fell úr ſödlinum, oc rak ſtrax ad einne eyre; komſt þá á fiórar fætur, enn kápunne ſló um hanns höfud, oc rak ſvo ofan lengra ad nokkuru adkaſte; þar nádu hanns menn honum lifande, oc tiölldudu yfer honum ſamſtundes. Hanns fylgdarmenn vóru: Síra Einar Hallgrimsſon hanns Kyrkiupreſtur, er ſídar var á Utſkálum, Þorſteinn Einarsſon hanns búſveinn, Petur ſonur hanns, oc hanns heſtamenn. Um midnætte vaknade hann, oc ſagdeſt allur lerkadur vera. Hanns menn ſögdu þad eigi kyniande vera, því hann hefde fallid í ána. Litlu þar epter talade hann aptur til þeirra, oc ſkikkade ad flytia ſig í Skálhollt, oc

usqve qvo illa ei filium, nomine Petrum, peperit, cum ea cohabitavit, eamqve poſtea ſibi matrimonio junxit. Poſthac Reykholtum demigravit, ubi vicarium ad ſacra peragenda ſuſtentans, biennio manſit, cujus poſteriore anno Legifer qvadrantum terræ ſeptentrionalis & occidentalis devenit, & boream verſus ad cœnobium Reineſtadenſe demigravit, ubi & biennium permanſit. Tertio, qvo officium Legiferi geſſerat, anno, a ſeptentrione comitia univerſalia adire conſtituerat, in tractum autem Borgarfiordenſem devectus, magna, qvæ illi erat, cymba, mercedem admodiationis Beſſaſtadum transvehere, & ipſe ſimul itinere maritimo proficiſci ſibi propoſuerat, ſed vento adverſo per menſem dimidium detentus, iter tandem terreſtre capeſſivit, qvo in itinere ſubmerſus obiit, qvod ſeqventi modo obtigit: Alios ſecutus amnem Laxa in tractu Kioſenſi eqvo vectus tranſibat, eqvus autem, pedibus poſterioribus ſtratus, cecidit, & ſeſſorem dejecit, qvi curſu fluminis in ripam qvandam planam mox delatus, in genua & brachia ſe erigebat, ſed toga caput obvolutus, ulterius vi fluminis actus, ad ripam cujusdam parvi vorticis vivus a comitibus extractus eſt, ubi illi tentorium confeſtim in ripa amnis ad eum reficiendum erigebant. Ejus comites tunc erant: Dominus Einar Hallgrimi filius, proprius ejus parochus, qvi paſtor Utſkalenſis exinde evaſit, Thorſteinn filius Einaris villicus, Petrus filius, & eqviſones. Media nocte expergefactus ſe contuſi inſtar eſſe qverebatur, qvod comites ejus, non mirum eſſe, dixerunt, cum in fluvium decidiſſet. Paulo poſt eos iterum allocutus, corpus ſuum

oc bad sína menn ad segia fyrer sig öllum sínum vinum gódar nætur, oc andadest þar epter. Hann átte eigi börn epter sig utan Petur Oddsson. Þurídur kvinna hanns lifde epter hann fimm ár. Enn á því sama áre sem hann andadest, kom híngad Kóngs bref ad hann skyllde sigla. Hann var svo ydenn madur oc ástundunarsamur, þá hann átte ekki öl, edur var hindradur af ödrum (*) mönnum, ad hann tók ser ekkert annad fyrer hendur, enn ad lesa, skrifa oc útleggia bækur. Hann átte stóra kistu, sem taka munde tuttugu vætter smiörs, hún var full af skrifudum bókum, þær hafde hann margar siálfur skrifad oc útlagt, oc má med rettu telia hann med þeim sem þessu sínu módurlande hafa gagnsamaster verid. Petur son hanns var eigi fulltída þá fader hanns andadest, því tók Þórdur Gudmundsson Lögmadur vid öllu því umbode; Epter þad giptest Petur, oc bió nokkur ár búe sínu, siglde sídan til Noregs med konu sína oc andadest utanlands.

Litr. B.

(b) Vinsamleg oc kiærleg heilsan í Christo Jesu tilsendest ydur heidarlege mann oc míns Herra Kóngsins Fóvite yfer Island, Lassi Mul, ydur þakkar ec kiærlega fyrer hæversklegt skrifelse sem þer sendud med Petre Bónda Einarssyne í sumar epter alþíng; Svo oc fyrer þad dagsbref sem

 Þer

suum Skalholtum deportari jussit, suosqve comites amicis omnibus salutem moribundi suo nomine dicere mandavit, & mox exspiravit. Nullos præter Petrum libeios reliqvit. Vidua ejus Thurida qvinqvennio ei supervixit. Eodem, qvo ille obiit, anno, literæ Regiæ, qvæ iter ad exteros ei imperabant, allatæ sunt. Erat vir studiosus & sedulus, ita ut qvotiescunqve convivio non interesset, aut aliis negotiis non distineretur, in libris exscribendis & transferendis semper versaretur. Arcam viginti circiter octogepondiorum butyri capacem, libris manuscriptis repletam, qvorum permultos ipse scripserat & transtulerat, habuit, nec immerito inter patriæ suæ utilissimos numeratur. Filius ejus Petrus ad maturam non pervenerat ætatem cum pater ejus obiit, qvare Thordus Legifer filius Gudmundi omnia pupilli bona ad se recepit. Petrus uxore posthac ducta, per aliqvot annos villicabatur, deinde unacum uxore in Norvegiam trajecit & apud exteros obiit.

(b) Amicam & blandam in Christo salutem Vobis, vir honorande meiqve Domini Regis in Islandia Qvæstor, Laurenti Muhle, mitto, & amicas simul grates reddo pro concinna vestra, qvam per Dominum Petrum Einaris filium, hac æstate post comitia peracta

(*) *Forsan* önnum.

Þer mer útgáfud vegna Þórdar Oddsſonar. Her med vil ec ydur kunnigt giöra Laſſi Múl, ad ec ſende nú mín bref fyrer vorn nádugaſta Herra Kóngenn, med Petre Bónda Einarsſyne, oc er þad mín kiærleg bón til ydar, ad Þer framfylged oc med gód oc ærlegheit tillegger ſvo, ad ec fáe fullkomlegt ſvar oc kvittaner uppa mín bref af mínum Herra Kónginum. Því ec trúe ad Þer munud hafa vel fornumed oc underſtaded af nokkurum mönnum í Islande, ad þad ſtóra órigtuga ámæle, ſem mer er ſagt ad þeir hafe til mín haft nú í ſumar á alþinge, ſem er um míns Herra Kóngſins ſakeyre oc peninga, ad ec hafe ekke ſvo löglega med þá fared ſem vera ſkyllde, hvad ec villde med ſannindum kynne þeir alldrei med æru til mín ad bevíſa. Svo oc vil ec ydur kunnugt giöra, ad ec ſende útſkrift af þeim dóm ſem dæmdur var á alþinge um Lögmanns kiör, þá Chriſtophorus Hvitfeld var Hirdſtióre yfer Iſlande, oc ec trúe ad þann heidursmann mune vel minnaſt, oc nú med þeim dóm þá ſende ec annad bref þad ſem Þorleifur Pálsſon Lögmann nordan oc veſtan á Islande hefur mer útgefed med ráde oc ſamþykke þeirra gódra manna ſem í þann tíd voru nærſtadder þeim heidursmanne. Hvad kiære Laſſi Múl ad ec vil ydur vel undervíſa, ad ec kunne ei til alþinges ad koma þetta ár ſaker míns ſtirdleika, ſvo oc var ec ekke madur til ſvo vandrar ſtettar ſaker míns framaleyſes oc fákunnande. Enn ec veit ſannarlega, ad hver epter Guds

---

acta miſiſtis, epiſtola, ut & pro literis iſtis ſalvi conductus, qvas in gratiam Thordi Ottonis filii mihi ſcripſiſtis. Nunc autem vobis, Laurenti Mule, indicare volui, me per Dominum Petrum Einaris filium Regi noſtro clementiſſimo literas ſcribere, qvare vos amice rogo, velitis pro veſtra integritate & candore intercedere, ut exactum reſponſum & apochas pro meorum documentorum tenore recipiam, credo enim vobis a qvibusdam in Iſlandia viris diligenter inculcatam eſſe magnam & falſam illam de me calumniam, qvam mihi hac æſtate in comitiis univerſalibus intentatam fuiſſe audio, ac ſi Domini mei Regis mulctas & pecuniam legitime non tractaſſem, qvod ut vere & honeſte de me nunqvam probare poſſint, opto. Ita & vobis indicare volui, me ſententiæ, qvæ in comitiis univerſalibus, anno qvo Chriſtophorus Hvitfeldius Præfectus Iſlandiæ erat, de electione Legiferi latæ, exemplar mittere, cujus ſententiæ virum illum honorandum adhuc meminiſſe opinor; Cum hac ſimul ſententia alias literas a Thorleifo Pauli, Legifero qvadrantum borealis & occidentalis Iſlandiæ, ex conſilio & conſenſu virorum integrorum, qvi honorando illi viro tum aderant, editas mitto, qvod Vobis, dilecte Laurenti Muhle, perbene notum facere volui, ut & qvod hoc anno ob haud proſperam meam valetudinem comitia univerſalia adire non potuerim, nec enim ego ob defectum autoritatis & imperitiam tam arduo officio par ſum aut unqvam fui. Certe

Guds vilia oc míns Herra Kóngsins forsiá skal nú Lögmadur í Islande blífa, þá þarf sá ad vera bæde megtugur, vís oc hyggenn, saker þess óhófs oc órettar sem nú framfer oc fared hefur í nokkur forlidenn ár í Islande, hvad ec bid alsmegtugann Gud, ad hann láte þann verda, sem landenu oc almúganum er nytsamlegastur, oc mínum Herra Kónginum hollur oc trúr, epter sinne skylldu. Þyker mer vel trúlegt ad ydur mune nokkud kunnigt til vera um þad stóra órykte sem Ormur Bónde Stullason skal haft hafa um Lögmann Þórleif Bónda Palsson, Petur Bónda Einarsson, oc mig, hvad ec hópunst til, med Guds tilsiá, ad ekke mune med sannendum þad reynast sem hann skal hafa svo stórt oc freklega þar um talad, sem Petur Bónde kann nú med sannlegheit vel ad afsaka, ef hann oc vær náum vorum sannendum, sem þyke vel trúlegt. Kiærlega bid ec ydur ad minnast uppá þad kvittunar bref, sem ec hefe ydur ádur beded vegna Þórdar Oddssonar, oc hvad Þer viled minn vin, góde Lassi Múl, mer her úti til styrks edur vilia vera uppá mín bref oc erinde, skal ec oc vil ec ydur þad med Guds hiálp med se oc vinskap vel bítala, sem Petur Bónde Einarson kann ydur vel ad undervísa. Hefi ec nú svo góda trú til ydar kiære Lassi, ad Þer munud mínum brefum oc erendum gott tilleggia, epter því sem ydart bref innehellt sem Þer mer skrifudud. Epter þesse skrifud ord er ec ydur almátt-

Certe autem scio, qvod, qvicunqve ex voluntate divina & Domini mei Regis auspiciis officium Legiferi in Islandia nunc susceperit, illum, ob impotentiam & injustitiam, qvæ in Islandia dominatur, & per aliqvot retro annos dominata est, tam autoritate pollentem, qvam sapientem & prudentem esse oporteat. Ego autem omnipotentem Deum rogo, donec nobis talem, qvi insulæ & publico utilissimus, & Domino meo Regi pro suo debito fidelis sit. Notam vobis esse credo atrocem illam calumniam, qvam Dominus Ormus Sturlæ filius de Domino Thorleifo Pauli filio Nomophylace, Domino Petro Einaris filio, & me dixisse fertur, qvam Deo juvante veritatis tam atrocis & exaggeratæ, ac ille asseruit, convincendam non fore spero, qvod Dominus Petrus nunc veritate exculpare poterit, si, ut credo, veritate frui illi & nobis concedatur. Apochæ, qvam nomine Thordi Ottonis filii vos rogavi, meminisse obsecror, & qvicqvid mi dilecte amice, bone Laurenti Muhle, qvod in mea documenta & negotia præsidii & benignitatis conferetis, ego juvante Deo, ære & amicitia ex asse rependam, qvod Dominus Petrus Einaris filius diligenter enarrabit. Magnam certe in Vobis, dilecte Laurenti, fiduciam colloco, vos literas meas & negotia, ex promisso literarum ad me vestrarum, promoturos fore. Ad horum verborum jam scriptorum finem

almáttugum Gude bífalande. Skrifad í Snóksdal, þridiudagenn næsta fyrer Bartholomeus messu um sumarid, árum epter Guds burd MDXLVII.

Dade Gudmundsson.

Litr. C.

(c) In nomine Domini, Amen! Saker þess at mannsins lífdagar eru med stöddum endimörkum oc ekkert er vissara enn daudenn, svo oc kemur hann þá sízt varer; Því í Gudz nafne, Amen: giöre ec Dade Gudmundsson heill ad vite enn nokkud kránkur ad líkama svo fellda skipan oc testamentum fyri mer í nafne Födurs, Sonar oc Anda heilags, Amen. I fyrstu gef ec mig oc mína syndugu sál allsmektugum Gudi í valld (*), bidiande audmiúklega af öllu hiarta allsmektugann Gud, ad hann veite mer aumum oc syndugum sína nád oc miskunseme fyri mín ótelianleg afbrot oc misgiörder oc syndsamlegt framferde, sem ec æ hefe allt her til mínum liúfa lausnara oc skapara Födur oc Syni oc Heilögum Anda í móte broted, Amen. Her med kýs ec mínum molldlegum líkama legstad í kyrkiunne eda ad kyrkiunne í Snóksdal, hver ed helgud er einum gódum Guds ástvin Sancte Stephano, ad hann hvíle þar svo lenge oc þar til allsmektugur Gud med sinne margfalldre nád oc miskunseme lífgar hann í almennelegre upprisu.

---

finem Vos Deo omnipotenti commendo. Scriptum Snoksdali, die Martis proximo ante festum Bartholomæi in æstate, anno post nativitatem Dei 1547.

David Gudmundi filius.

(c) In nomine Domini amen! Qvoniam vita humana præfinitos habet terminos, nihilqve morte certius est, qvæ improvisa sæpe venit, ideo in nomine Dei, amen; ego David Gudmundi, mente sanus, sed corpore parumper æger, talem constitutionem & testamentum condo, in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti, Amen: Primo me, meamqve animam peccatricem Deo omnipotenti commendo, humillime & ex toto corde orans, misero mihi peccatori innumera mea delicta, peccata, & pravas actiones, qvibus jugiter & huc usqve clementem meum redemtorem & creatorem, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum offendi, ex sua gratia & misericordia condonare velit. Amen. Simul & in templo, vel juxta templum Snoksdalense, præclaro Dei amico Sancto Stephano dicatum, sepulturæ locum corpori meo pulvereo exopto, ut hoc, usqve qvo omnipotens Deus ex multa sua gratia & misericordia illud in resurrectione

(*) *Ex qvatuor, qvæ ad manus sunt, apographis, unicum addit:* oc hanns velsignudu módur, id est: *& benedictæ ejus matri.*

risu. Skipa ec kyrkiunne í Snóksdal tíu kýr oc þriátíu ásaudar í sína innstædu. Medtók ec hennar vegna fimtán hundrud í kvikum peningum oc daudum, auke hennar ornamentum sem hún átte innan sig. Nú skipa ec henne tvö hundrud í gelldum saudum, oc önnur tvö í nautum; Hest fyrer hundrad. Vil ec þetta gialldest reidulega heim í Snóksdal ad næstum fardögum epter mig afgenginn. Eru þetta fimm hundrud í gelldum peningum med einum heste oc fimtán málnytu kvígyllde. Sitt ornamentum vil ec hún hafe sem ec hefe medtekid, oc þad framar sem ec hefe vidbætt, sem sýnast má í hennar Registrum. Enn þad lítid sem ec hefe látid giöra ad kirkiunne, ad hún er betre enn hún kom mer í hendur, þad gef ec Gudi oc hinum helga Stephano, oc allt hvad ec hefe til hennar lagt í bókum, messuklædum oc kaleik. allt annad þad henni má til prýdi, heidurs oc sæmdar vera. Enn húsbót á stadnum gef ec oc skil under minn rettann erfingia, hvern hellst ad Gud vill vera láta. A kyrkian hálflönd þriú: Hálfan Hördabol, Gilsbakka oc Snóksdal, oc þar til á hún hálfar eyar fimm hundrud ad dýrleika. Gaf Biarne heitinn Eyólfsson henni, hvörs sál Gud gledie, nokkura peninga, sem er hálf jördin Vífilsdalur enn fremre. Hefi ec bref biskups Ögmundar heitins Pálssonar, hvers Herramanns sál ad

rectione universali vivificaverit, ibidem qviescat. Templo Snoksdalensi loco suæ sortis decem vaccas & triginta oves lactarias assigno. Dicti templi vice, qvindecim hundredas in rebus, tam animatis, qvam inanimatis, ut & ornamenta qvæ intra illud sunt, accepi. Jam duas hundredas vervecibus, duas itidem tauris castratis persolvendas, & eqvum hundreda æstimandum, illi lego, qvæ proximo post meum obitum domiciliorum permutandorum tempore Snoksdali exacte persolvenda jubeo. Hæc jam dicta qvinqve hundredas in non lactantibus, (præter unum eqvum) & qvindecim in lactariis pecudibus constituunt. Ornamenta sua, qvæ ego accepi, ut & qvæ ego exinde addidi, ex Regesti ipsius præscripto illud habere jubeo. Qvæ in reparationem hujus templi, ex qvo in mea cura fuit, ut & libros, vestes sacras, calicem, & omnia alia qvæ ei ornamento, splendori & decori inservire possunt, contuli, Deo & Sancto Stephano dono. Sed reparationem ædificiorum prædii legitimo meo hæredi, qvemcunqve Deus mihi concesserit, rependendam jubeo. Templum, dimidium trium villarum, Hördaboli scilicet, Gilsbakki, & Snoksdali, ut & dimidium insularum, qvod qvinqve hundredis æstimatum est, possidet. Biarnius, jam defunctus, cujus animæ Deus propitius esto, Eyolfi filius, bona qvædam, dimidium scilicet villæ Vifilsdali ulterioris, templo dono dedit, qvam villam meam esse, literis Ögmundi Pauli filii, qvondam Episcopi, cujus viri nobilis animam Deus omnipotens sua gratia beet, evinco,

ad allsmektugur Gud hafe til ſinna náda, þegid fyrer henne; Því vil ec míner erfingiar eigniſt hana. Kyrkiunne á Saudafelle ſkipa ec fiögur málnytu kvígillde oc tuttugu í ſína innſtædu. Því ec medkenniſt ad ec hefe uppibored af Ormi Bónda Sturlaſyne tólf kvígillde kyrkiunnar vegna, enn ec hefe lofad ad ſvara ödrum tólf kvígilldum fyrir jördina Erpſtade, ſem bref þar um giört útvíſar oc innehelldur. Hefur hann afhendt mer þriár jarder er ſvo heita: Hlídartún, Kroſs oc Hamar, oc aunga penínga adra hefi ec med henne tekid, því þar er miög lítid ornamentum innan kirkiu. Kyrkian á Eyri í Bitru á hiá mer tíu kvígillde. Þar heima á hún lítid ornamentum. Vegna kyrkiunnar í Sídumúla hefe ec medteked tíu kúgillde oc einn hundradsheſt. enn aunga dauda peninga, utan þad lítid ornamentum ſem henni tilkemur, oc þar mun vel ſýnaſt. Villda ec giarnan ad allar fyrrſkrifadar kyrkiur fengi ſína peninga vel oc reidulega epter minn dag. Gudrúnu minne Einarsdóttur hefe ec gefed fiórdúngsgiöf úr hundrade hundrada ſvo framt ſem hún lifer mig; oc í hana vil ec hún fáe tuttugu oc fiögra hundrada jörd, þá ſem henne vel líkar, oc þar med ſex kuígillde. Her med bid ec audmiúklega mína erfingia oc þeirra umbodsmenn, ad þeir giallde reiduliga allar mínar ſkullder oc vitafe, epter því ſem andligt lögmál oc veralldligt giöra rád fyri. Her med bífala ec Gudrúnu minne Einarsdóttur til friálsligrar medferdar jördina Snóksdal, ef hún lifer mig, í næſtu

---

evinco, qvare & illam a meis hæredibus retinendam volo. Templo Saudafellenſi pro ejus ſorte viginti & qvatuor vaccarum lactariarum æqvamenta aſſigno; fateor enim me a Domino Ormo Sturlæ filio templi nomine duodecim vaccarum æqvamentum accepiſſe, & totidem loco villæ Erpſtadi, ex literarum hac de re ſcriptarum tenore & præſcripto expendere promiſiſſe. Ille mihi tres villas, nomine Hlidartun, Kroſſ, & Hamar, ſed nulla alia bona, cum perparum ornamentorum templum intra ſe poſſideat, hujus nomine tradidit. Templo Eyrenſi in Bitra decem vaccarum æqvamentum debeo, illud qvoqve parum ornamentorum ibidem poſſidet. Nomine templi Sidumulenſis decem vaccarum æqvamentum, unum eqvum hundredæ æſtimatum, ſed nullas res inanimatas præter parum ornamentorum, qvod templo competit, & in illo videri poterit, accepi. Ut omnia prædicta templa ſua bona poſt meum obitum exacte & laute perſoluta recipiant, obnixe rogo. Gudrunæ meæ Einaris filiæ, ſi modo mihi ſupervixerit, qvartam partem centenarii hundredarum donavi, qvo nomine villam viginti qvatuor hundredis æſtimatam, qvamcunqve illa elegerit, & ſex vaccarum æqvamentum accipiat, volo. Ita & meos hæredes eorumqve mandatarios, ut omnia mea nomina & debita legitima, ex Juris canonici & civilis præſcipto exacte perſolvant, humiliter rogo. Ita & Gudrunæ meæ Einaris filiæ, ſi mihi ſuperſtes vixerit, prædium Snoksdalum

næſtu þriú ár, med öllum þeim peníngum kvikum oc daudum ſem þar til heyra, oc ec giöre ekke rád fyrir, ſem er ſmiör oc hey, kýr oc ær, uxa oc gelldinga oc tuttugu kapla, oc þar til vil ec hún fáe alla kyrkiunnar innſtædu, oc her med ſkal hún hafa med í Snóksdal þeſſar jarder ſem ſvo heita: fyrſt Hamarendar, Skard, hálfur Vífilsdalur, oc tíu hundrud í Hóle, Hamar oc Bugduſtader oc Horduból, oc þau kvígillde öll ſem med fyrrſkrifudum jördum ſtanda oc jardarpörtum; Her med gef ec henni allan ábata á fyrrſkrifudum peningum. Her til gef ec henni til fullrar eignar hálft annad ſkip vid Hellna, oc alla hlute af þeim, ſem mer tilkoma, oc þar til ſkal hún hafa alla hlute af áttæringnum í Dritvík, þá ſem mer tilkoma, utan einn, oc ſkal Eya Jónsdótter eignaſt hann. Sömuleides ſkal fyrrnefnd Gudrún mín eignaſt ſkip á Ondverdarneſe þad ſem Gamle er fyrer, oc alla hlute af því, þá mer tilkoma, enn áttæringurin forne ſem gengur í Dritvík oc teinæringurinn ſtóri ſkulu fylgia Snóksdal. Hefi ec fengid henni ádur kroſs oc linda oc nokkur ſpenſl, edur hvad annad þad ec hefi henni fengid, oc hún vænist minni heimilld ad, ſkal hún friálslega eignaſt fram yfer þá peninga ſem ec hefi ted oc gefid í þeſſari minni teſtamentisgerd. Her med á ec tíu hundrud í Saurbæarfiöru, oc þar gef ec önnur fimm hundrud Snóksdalskyrkiu, enn önnur Saudafells kirkiu.

 Biarna

dalum cum omnibus eo pertinentibus facultatibus animatis & inanimatis, qvas ego ſpecialiter non legavi, exempli cauſa, butyro, fœno, vaccis, ovibus, tauris caſtratis, vervecibus, & viginti eqvis, per triennium libere utendum lego, ita &, ut totam templi ſortem, & unacum Snoksdalo ſeqventes villas: Hamarendas, Skardum, dimidium Vifilsdali, decem hundredas de Holo, Hamarum, Bugduſtados & Hördubolum, atqve omnes pecudes lactarias qvæ dictis villis & villarum portionibus adhærent, retineat volo; ſimul & omnium prædictorum bonorum proventum ei dono. Præterea & ſeſqvi apud Hellnos navem, & omnes de iis, qvæ ad me pertinent, capturæ portiones, in plenam poſſeſſionem dono, ſimul & omnes capturæ de navi octo remis inſtructa, & in Dritvika ſita, qvæ mihi competunt, portiones, unica, qvæ Eyæ Jonæ filiæ cedito, excepta, retineto. Similiter & prædicta mea Gudruna in Ondverdarneſo navem, cujus gubernator eſt Gamaliel, & omnem de illa capturam qvæ mihi competit, poſſideto, ſed vetuſta navis octo remis, qvæ Dritvikæ eſt, & magna illa navis decem remis inſtructa, ad Snoksdalum pertinento. Gudrunæ meæ crucem (argenteam), zonam, & fibulas aliqvot antea dedi, & qvæ plura illi tradidi, & illa ſe a me dono accepiſſe aſſeruerit, hæc omnia ſupra bona illa qvæ in hoc teſtamento ei aſſignavi & legavi, libere poſſideto. Decem hundredarum partem litorum Saurbænſium poſſideo, qvarum qvinqve templo Snoksdalenſi, reliqvas templo Saudafellenſi dono. Fratri

Biarna bródur mínum Gudmundsſyne gef ec jördena Hródnýarſtade í Laxárdal, oc þau kvígillde ſem þar med eru. Svo oc gef ec hönum jördena Dúnkurbakka í Snóksdals kyrkiuſókn med ſömu ſkilorde, oc þau kvígillde ſem þar med eru. Oc her til gef ec honum ſex vætter ſmiörs oc þriár vætter ſkreidar í Snóksdal, oc tvö naut gömul. Sömuleides gef ec hönum alla hlute af ſkipe því ſem Sigurdur Jónsſon er fyrer, þá ſem mer tilkoma. Her med ſkipa ec ad geſeſt fátækum heima í Snóksdal þriár vætter ſmiors oc þriár vætter fiſka, uxahúd oc kýr, tvær voder vadmáls, oc þar til ſex kaplar, oc þar ſkipa ec Gamaliel Einarsſyne af einn, oc hann kvittann um þad ſem ec átte hiá hönum meira. Her med ſkipa ec ad geſeſt eitt hundrad á Saudafelle, oc annad í Höfnum, þridia í Sídumúla, fiórda á Eyre. Petur Sveinbiarnarſon ſkal vera kvittur um þad ſem ec á hiá hönum oc þar til ſkal hann eignaſt þann kapal ſem ec hefe led hönum. Olafur ſem verid hefur á Mióabóle ſkal eignaſt kapal, oc móder hanns þann ſem hún hefur farid med. Gudrúnu Hálfdánardóttur, kvinnu Jacobs; þau ſkulu eignaſt þá kú oc áſaudar kvígillde ſem hiá þeim er. Jón í Hlídartúne ſkal vera kvittur um landſkulldina, enn ſvara ſex kvígilldum gilldum mínum erfingium. Jón á Hördubóli ſkal hafa kvitta ſína landſkulld. Nikulás á Bakka ſkal vera kvittur um þann kapal ſem hann miſti fyrer mer. Vermundur Jónsſon ſkal vera kvittur um þær tólf ær ſem hann miſte fyrer mer.

---

tri meo Biarnio Gudmundi filio villam Hrodnyarſtados in Laxardalo, & pecudes ferreas eo pertinentes dono, ut & villam Dunkurbakkum intra parœciam Snoksdalenſem ſitam, & pecudes ferreas lactarias eodem pertinentes ſimili conditione, & ſex præterea octogepondia butyri, tria piſcium arefactorum de Snoksdalo octogepondia, & duos tauros caſtratos annoſos lego. Similiter & omnes qvæ mihi competunt capturæ portiones de navi, qvam Sigurdus Jonæ filius gubernat, ei dono. Jubeo qvoqve ut hic Snoksdali pauperibus diſtribuantur tria butyri octogepondia, piſcium arefactorum tantundem, corium tauri & vaccæ, panni inqvilini ulnæ qvadraginta octo, & ſex eqvæ, qvarum unam Gamalieli Einaris filio lego, illiqve ſimul ſua mihi ſcripta nomina remitto. Ita & unam hundredam Saudafelli, alteram Höfnis, tertiam Sidumulii, qvartam Eyræ ſimili modo diſtribui jubeo. Petro Sveinbiörnis filio nomina remitto, præterea & ille eqvam, qvam ei commodavi, poſſideto. Olaus qvi Mioaboli fuit, eqvam, & mater ejus alteram, qva uſa eſt, poſſidento. Gudruna filia Halfdanis, ejusqve maritus Jacob, vaccam & ſex oves lactarias, qvas uſui habuerunt, poſſidento. Jonæ de Hlidartuno locarium remitto, ſed ille ſex vaccarum æqvamentum hæredibus meis plene perſolvito. Jonæ de Hördubolo locarium remitto. Nicolao de Bakkio eqvam meam, qvam per incuriam ſuam amiſit, remitto. Vermundo Jonæ filio

mer. Jón Oddsſon oc Gudrún Arnadótter; Þeim gef ec kú oc kapal. Oddi mínum Audunarſyni (*al* Bödvarſyni) gef ec kapal. Olafur í Selárdal ſkal vera kvittur um ſína landſkylld. Þórdi á Hamri gef ec kvitta ſína landſkylld. Jón Pálsſon á Mióabóli ſkal vera kvittur um ſína landſkylld Þorſteini Grímsſyni á Skardi gef ec kvitta ſína landſkylld. Petri á Gilialande gef ec upp ſína landſkylld, oc þar til eitt kvígillde ſem hann hefur til leigu. Olafi Araſyni gef ec upp ſína landſkylld, oc eitt kvígillde af þeim ſem hann hefur til leigu. Arnbirne frænda Narfaſyne gaf ec þær fiórar (*al. þriár)* ær ſem hiá hönum eru, oc þar til kapal. Gudrúnu Chriſtoforusdóttur á Hóle gef ec hundrads heſt, oc þar til kú, nema hún vilie helldur áſaudar kúgillde. Hallgerde á Harraſtödum gef ec kvígillde ſem hiá hennar manne er. Sveini Jóns ſyne heim í Snóksdal gef ec hundradsheſt, oc konu hans Þuríde gef ec kú. Item tuttugu álner hvörre vinnukonu heima í Snóksdal. Gudmundi Jónsſyni ſem geymer ſe mitt í Snóksdal gef ec kvígu þá ſem hiá hönum er. Sveini Magnúsſyni gef ec tvævetran kapal, oc annann tvævetrann Jóni Laugufyni; Olafi Einarsſyni veturgamlann. Pál Þorgeirsſon gef ec kvittann um ſína landſkylld. Gudlaugu Bödvarsdóttur gef ec þrevetra kvígu. Her med gef ec ſtúlku Arnà á Melum í Hrútafirdi er ber nafn Þórunnar minnar heitinnar tvö kvígillde hiá Arna

 Bónda

filio duodecim illas oves meas lactarias, qvas ſua culpa amiſit, remitto. Jonæ Oddi filio & Gudrunæ Arnæ filiæ vaccam & eqvam lego. Ottoni meo filio Audunis (*al.* Bödvaris) eqvam dono. Olao de Selardal locarium condono. Thordo de Hamaro locarium condono. Jonæ Pauli filio de Mioabolo locarium condono. Thorſteino Grimi filio de Skardo locarium condono. Petro de Gilialando locarium, & inſuper unum vaccæ æqvamentum, qvod illi utendum elocavi, condono. Olao filio Arii locarium remitto, & unum vaccæ æqvamentum, qvod ei elocavi, dono. Cognato meo Arnbiörno filio Narfii qvatuor (*al.* tres), qvas habet, oves lactarias, & eqvam dono. Gudrunæ Chriſtophori filiæ de Holo eqvum hundreda æſtimandum, & vaccam inſuper, niſi vaccæ æqvamentum ovibus lactariis perſolvendum maluerit, dono. Hallgerdæ de Harraſtadis vaccæ æqvamentum, qvod maritus ejus tenet, dono. Svenoni Jonæ filio, qvi Snoksdali eſt, eqvum hundreda æſtimandum, & uxori ejus Thuridæ vaccam, dono. Item viginti ulnas (pretii) cuiqve, qvæ Snoksdali eſt, operariæ. Gudmundo Jonæ filio meo opilioni Snoksdalenſi juvencam, qvam ipſe tenet, dono. Svenoni Magni filio eqvam bimulam, & alteram bimulam Jonæ filio Laugæ, Olao qvoqve filio Einaris eqvam anniculam, dono. Paulo Thorgeiris filio locarium condono. Gudlaugæ Bödvaris filiæ juvencam trimulam dono. Puellæ Arnæ de Melis in tractu Hrutafiordenſi, qvæ Thorunnæ meæ, jam in mortuis, nomen gerit, duarum

Bónda Gíslasyni, oc tvö kvígillde á Bálkastödum, oc þriár ær fekk ec henni í vor ed var; þar til skipa ec henne þriár ær sem her eru (*al.* her í Snóksdal). Annari stúlku, er heiter Þórunn, dóttur Gudrúnar Gudmundardóttur, gef ec fimm hundrud hiá Gudrúnu minne Einarsdóttur. Pillte Sveins á Kýrunnarstödum er heitinn er epter Einari mínum gef ec tvö kvígillde af þeim átta sem hann hefur til leigu, oc þar til tvö gelldfiár hundrud, annad í saudum, annad í nautum, oc hest; eru þetta fimm hundrud. Stúlku Brands Bónda Einarssonar, er heiter Þórunn, gef ec fiögur kvígillde er ec á í byggingu hiá Þorvallde Bónda Einarssyni, oc hid fimta á Oddastödum hiá Asgrími. Pillte Arna Bónda Oddssonar, heiter Einar, gef ec fimm hundrud, oc skal hann taka í þau þriú málnytu kúgillde er ec á hiá Steindóri Bónda Finnssyne, oc hid fiórda á Þverá hiá Ormi, oc hid fimta í Selvelle hiá Þórólfe. Biarna Bónda Sumarlidasyni gef ec smiörtunnu í Sídumúla, oc kvittann um þad kvígillde sem ec átte hiá hönum, oc þar til skipa ec hönum hest. Svein Jónsson á Birnustödum gef ec kvittan um sína landskylld. Síra Freysteini Grímssyni gef ec adra smiörtunnu í Sídumúla. Ormi Bónda Sturlasyni gef ec smiörtunnu í Höfn, oc kvinnu hanns Þórbiörgu gamallt naut, oc þad vil ec gialldist í Höfn. Onnu minne Biarnadóttur gef ec jördina Höfn í Hvammssveit, oc jördina Kyrunarstade

rum vaccarum æqvamentum apud Dominum Arnam Gislai filium, & duarum Balkastadis, dono; Tres oves lactarias illi vere proxime præterlapso tradidi, & alias tres hic (Snoksdali) illi assigno. Alteri puellæ, filiæ Gudrunæ Gudmundidæ, cui nomen qvoqve Thorunna, qvinqve etiam hundredas, a Gudruna mea Einaris filia persolvendas, dono. Puero Sveinis de Kyrunnarstadis, de nomine Einaris mei denominato, duarum vaccarum æqvamentum ex octo illis, qvas ei elocavi, & præterea duas hundredas in pecudibus non lactariis, alteram scilicet vervecibus, alteram tauris castratis expendendas, & eqvum, qvinqve videlicet hundredas, dono. Puellæ Domini Brandi Einaris filii, cui nomen Thorunna, qvatuor vaccarum æqvamentum, qvod Domino Thorvalldo Einaris filio elocavi, & qvintæ apud Asgrimum de Oddastadis, assigno. Puero Domini Arnæ Oddi filii, cui nomen Einarus, qvinqve hundredas dono, ita ut trium vaccarum æqvamentum a Domino Steinthoro Finni filio, qvartæ ab Ormo de Thvera, & qvintæ vaccæ æqvamentum a Thorolfo de Selvöllo recipiat. Domino Biarnio Sumarlidi filio tonnam butyri de Sidumulo dono, vaccæ æqvamentum, qvod mihi debet, ei remitto; & eqvum ei præterea lego. Svenoni Jonæ filio de Birnustadis locarium condono. Sacerdoti Grimo Freysteinis filio alteram de Sidumulo tonnam butyri dono. Domino Ormo Sturlæ filio tonnam butyri de Höfna, & uxori ejus Thorbiörgæ taurum annosum castratum ibidem expendendum dono. Annæ meæ Biarni filiæ prædium Höfnam in parœcia Hvammensi, & villas Kyrunnarstados viginti &

arſtade fiögur hundrud oc tuttugu, Teig tíu hundrud, Hollt ſextán hundrud, fiögur kúgillde oc tuttugu þar til med fyrrſkrifudum jördum; Oc þar til átta hundrud í heſtum oc frídum peningum, oc önnur átta hundrud í daudum peningum þarflegum. Reiknaſt þetta hundrad hundrada. Salbiörgu (*al:* Hallbiörgu) minne Biarnadóttur ſyſtur hennar gef ec annad hundrad hundrada. Attatíge hundrud í jördum oc fiögur kvígillde oc tuttugu. Atta hundrud í heſtum oc frídum peningum, oc önnur átta hundrud í daudum peningum þarflegum. Skal hún eignaſt í fyrrſkrifad hundrad hundrada jördina Harraſtade á Fellsſtrönd fiögur hundrud oc tuttugu í Stadarfellskyrkiuſókn, oc jördena Breidabólſtad í ſömu kyrkiuſókn tuttugu oc fiögur hundrud, oc jordena Hellu ſextán hundrud, oc Hafſtade ſextán hundrud í ſömu kirkiuſókn, oc reiknaſt þetta áttatíge hundrud í jördum. Einari mínum Einarsſyni ſem er í Höfn ſkipa ec í ſín þiónuſtulaun þriú málnytukúgillde. oc hundrad í frídum peningum oc frídvirdtum. Einn heſt hefur hann úttekid. Gudrúnu minne Pálsdóttur ſkipa ec í ſín þiónuſtulaun fiögur (*al:* þriú) málnytu kúgillde med þeim átta ám edur tíu ſem hún átte þá hún kom til mín frá Selárdal, oc þar til ſkipa ec henne gelldfiárhundrad. Gríme oc Þórbiörgu í Sidumúla ſkipa ec í ſín þiónuſtulaun þriú málnytukúgillde, gelldfiárhundrad, oc hundrad í daudum peningum þarflegum

& qvatuor hundredis, Teigum decem hundredis, ac Holltum ſedecim hundredis æſtimatas, & cum prædictis villis viginti & qvatuor vaccarum æqvamentum; præterea & octo hundredas eqvis & rebus animatis, & alias octo rebus inanimatis utilibus expendendas dono. Horum ſumma eſt centenarius hundredarum. Sorori ejus Salbiörgæ (*al.* Hallbiörgæ) meæ Biarni filiæ alterum hundredarum centenarium dono, octoginta ſcilicet hundredas villis, viginti qvatuor vaccarum æqvamentum pecudibus lactariis, octo hundredas eqvis & rebus animatis, & alteras octo rebus utilibus inanimatis expendendas. Ad prædictum hundredarum centenarium conſtituendum, villam Harraſtados in tractu Fellsſtröndenſi parœciæ Stadarfellenſis viginti qvatuor hundredis, Breidabolſtadum in eadem parœcia viginti & qvatuor hundredis, Hellam ſedecim hundredis, & Hafſtados in eadem parœcia ſedecim hundredis, in ſumma villas octoginta hundredis, æſtimatas accipito. Einaro meo Einari filio de Höfna pro mercede laborum trium vaccarum æqvamentum pecudibus lactariis, & hundredam rebus animatis vel his paribus expendenda aſſigno. Ille unum eqvum jam tum accepit. Gudrunæ meæ Pauli filiæ pro mercede laborum qvatuor (*al.* trium) vaccarum æqvamentum aſſigno, qvo & octo illæ vel decem oves lactariæ rependuntur, qvas illa poſſidebat, cum Selardalo in meam familiam tranſiit. Illi præterea unam hundredam pecudibus non lactariis perſolvendam lego. Grimo & Thorbiörgæ de Sidumulo pro mercede laborum trium vaccarum æqvamentum, hundredam pecudibus non lactariis, & hundredam

þarflegum, ſvo oc ſkal þad ecke til reikningſkapar koma vid þau ſem ec hefe haft fyrir börnum þeirra. Þurídi Einarsdóttur gelld ec oc ſkipa í ſín þiónuſtulaun fiögur málnytu kvígillde oc eitt hundrad í gódum peníngum þarflegum þeim ſem henne líkar vel. Höllu Jónsdóttur á Saudafelle vil ec útgreideſt þau tvö áſaudarkvígillde oc tvær kýr ſem hún á hiá mer, oc heſtur ſá ſem úngur er oc vel reidt. Skúla ſyni hennar gef ec fimm hundrud í gódum peningum, med því ſem hann erfdi epter ſinn födur. Nú gef ec hönum þar til önnur fimm hundrud, ſkulu þau vera í málnytu þriú, gelldfiár hundrad, oc heſtur, ſvo hann egi tíu. Stúlku á Saudafelle Sigríde Þorláksdóttur vil ec útgialldeſt þau fimm hundrud ſem hún á hiá mer. Þórdi Halldórsſyni bródurſyni mínum gef ec hálfa Túngu í Hördadal tólf hundrud ad dýrleika, oc þar med átta kvígillde oc jördina Vík í Trekyllisvík, tólf hundrud ad dýrleika, oc þar med þriú kvígillde oc þar til gef ec hönum tvö hundrud í búsgagne, ſæng fyrer eitt hundrad, gellt naut fyrer eitt hundrad, oc kapal. Gudmundi Halldórsſyni bródur hanns gef ec jördina Nordtúngu í Þverár hlíd fimm oc tuttugu hundrud, oc þar med gef ec Sigríde Jónsdóttur Háfafell med ſex kúgilldum. Ingebiörgu Jónsdóttur ſyſtur hennar gef ec jördena Kallkak nordur á Bolum tólf hundrud ad dýrleika, oc þar med fimm kvígillde. Finne frænda Hálfdánarſyne gef

dredam rebus utilibus inanimatis conſtantes lego, ita & ſumtus, qvos in liberos eorum impendi, rationibus meis expunguntor. Thuridæ Einari filiæ pro laborum mercede qvatuor vaccarum æqvamentum, & unam hundredam rebus bonis & utilibus, qvæ ei perplaceant, expendenda aſſigno. Hallæ Jonæ filiæ de Saudafello duodecim oves lactariæ & duæ vaccæ, qvas illi debeo, & eqvus junior tolutarius, expenduntor. Skulio ejus filio qvinqve hundredas, ſuum ſcilicet patrimonium, rebus melioris notæ expendendas aſſigno. Alias præterea qvinqve hundredas, pecudibus ſcilicet lactariis conſtantes tres, non lactariis unam & eqvum illi lego, ita ut decem hundredas poſſideat. Puellæ de Saudafello, cui nomen Sigrida Thorlaci filia, qvinqve illæ hundredæ, qvas ego illi debeo, perſolvuntor. Thordo Halthori filio, meo ex fratre nepoti, dimidium villæ Tungæ in Hördadalo duodecim hundredis æſtimatum, una cum octo vaccarum æqvamento, & villam Vikam in tractu Trekyllisvik duodecim hundredis æſtimatum, & cum illa trium vaccarum æqvamentum, ſupellectilem præterea duabus hundredis, lectum una, taurum caſtratum una hundreda æſtimatos, & eqvam lego. Gudmundo Halthori filio ejus fratri villam Nordtungam in Thverarhlida viginti qvinqve hundredis æſtimatam, & Sigridæ Jonæ filiæ villam Hafafellum cum ſex vaccarum æqvamento, dono. Sorori ejus Ingebiorgæ Jonæ filiæ villam Kallbakum in Bolis duodecim hundredis æſtimatam & qvinqve vaccarum æqvamentum, dono.

gef ec Eyre í Bitru, oc þann forna áttæring ſem þar er. A kirkian þar þriátíu áſaudar oc þar med fimm kýr, enn allt annad ſem þar er afgángs af frídum peningum oc af daudum, þad vil ec ad allt færiſt heim í Snóksdal. Jóni frænda Olafsſyne gef ec jördena Sólheima í Laxárdal, oc þar med ſex kvígillde. Módur hanns Ingegerdi ſyſtur minne gef ec Hornſtadi, oc þar med ſex kvígillde.

Litr. D.

(d) Eg Sigurdur preſtur Jónsſon giöre gódum mönnum kunnigt med þeſſu mínu brefe, aht ec medkennunſt; aht ec hefe lofad gude oc mínum Herra Kóngenum, hafa oc hallda heilaga kriſtelega poſtulega trú, oc þá kriſtelega ſidu ſem inneſtanda í Hans *Ordinanciubók*, oc ſamhlióda eru heilagre ſkrift, eda þar útaf dregnar, þad framaſt ſem Gud fader fyrer ſinn ſon Jeſum Chriſtum med Heilags Anda nád gefur mer ad ſkilia; Oc því á mille annara greina hefur hann mer bodid, aht ec ſkule í eginlegu módurmále ſlytia oc handtera þad heilaga ſacramentum altaris ſem ver köllum meſſuembætte. Oc því fyrer þá ſkynſemdargrein, aht ec hefe vitad ſid oc lög her í lande ſvo vera, aht þad heilaga ſacramentum ſkírnarennar hefur verit optſinnes í naudſyn ſlutt í módurmále, oc þau ſömu börn ſem ſvo

---

dono. Cognato meo Finno Halfdanis filio Eyram in tractu Bitrenſi, & navem, qvæ ibi eſt, vetuſtam octo remis inſtructam, lego. Templum, qvod inibi eſt, triginta oves lactarias & qvinqve vaccas poſſidet. Reliqvæ omnes res animatæ & inanimatæ ibidem reſiduæ Snoksdalum devehuntor. Cognato meo Jonæ Olai filio villam Solheimos in Laxardalo cum ſex vaccarum æqvamento dono. Matri ejus Ingegerdæ meæ ſorori villam Hornſtados unacum ſex vaccarum æqvamento lego.

(d) Ego Sigurdus Jonæ filius, ſacerdos, bonis omnibus per has meas literas notum facio, me profiteri, qvod Deo & Domino meo Regi, ſanctam, chriſtianam apoſtolicam fidem & cæremonias chriſtianas qvæ libro ejus *Ordinationis* inſunt, & ſacræ ſcripturæ concordant, aut ex hac deſumtæ ſunt, me, qvantum Deus Pater per Filium ſuum Jeſum Chriſtum gratia Spiritus Sancti intelligere conceſſerit, obſervaturum fore promiſerim; ille autem me ſanctum illud Sacramentum Altaris, qvod nos officium miſſæ appellamus, propria mea vernacula proferre & adminiſtrare inter alia juſſit. Illa igitur ratione huc inducor, qvod legibus & uſu in hac terra receptum, ſanctum baptiſmi Sacramentum neceſſitate urgente vernacula perſæpe adminiſtratum, liberos autem hoc modo

ſvo hafa ſkírd verid oc helgud endurgetenn Gude fyrer hans ord, vatn oc Heilagann Anda, hafa ſídan í lánga tíma haldenn vered fyrer kriſtenn börn; Svo oc trúe ec einnin þat þó þetta ſacramentum altaris ſe nú í módurmále framflutt oc handterad ſva ſem ſacramentum ſkírnarennar, þá mune oc holld oc blód Jeſu Chriſti helgaſt med þeim ſómu ordum, ſem Jeſus Chriſtus talade ſiálfur á þeirre nátt ſem hann forrádenn vard, oc hann tók brauded oc gaf ſínum læreſveinum oc ſagde: *Taked oc eted, þad er minn likame, ſem fyrer ydur* &c. *Sömuleidis tók hann oc kaleikenn* &c. *Svo opt ſem þer* &c. Oc í hvada eda hveriu túngumále ſem þeſſe ord eru tölud tilheyrelega med trúnne rettre, hvert þad er í Latínu eda Norrænu, Þýdverſku eda Dönſku, ef þeir underſtanda rettelega oc med hæfelegum hætte, oc rettre trú oc meiningu handtera ſem þetta brúka, mune þeim húngrudum ſálum til endurnæringar oc hiálpar verda, epter því ſem Chriſtur hefur oſs ſiálfur játad. Því í Guds trauſte oc Heilags Anda nád tilkalladre, ad ſyrrſögdum greinum oc mörgum ödrum fleirum (athugudum), vil ec þetta ſacramentum altaris, ſem ver köllum *meſſu*, uppbyria nú á næſta epterfarande dag, ſem ver köllum páſkadag, í módurmále rettelegu. Oc því lýſe ec, ad ec giöre þetta til aungrar óhlýdne vid Heilaga Almennelega Kyrkiu, heilaga kriſtne, eda hennar yfermenn, helldur til hlýdne vid Gud oc hanns bod, oc holluſtu vid minn Herra Kóngenn, Kóng Chriſtian Frideriksſon, epter

---

modo baptizatos & ſanctificatos ac a Deo per ejus verbum, aqvam & Spiritum Sanctum regenitos, a longo inde tempore pro chriſtianis habitos fuiſſe noverim. Ita & credo, qvod qvamvis Sacramentum Altaris poſthac veluti Sacramentum Baptiſmi huc usqve, vernacula adminiſtretur, carnem & ſangvinem Jeſu Chriſti conſecratum iri iisdem illis verbis, qvæ ipſe Jeſus Chriſtus protulit ea nocte qva proditus eſt, cum panem accepit, & ſuis diſcipulis dedit, dicens: *Accipite & comedite, hoc corpus meum eſt, qvod pro vobis &c.* Similiter & calicem accepit &c. *Qvotiescunqve &c.* Et in qvali, aut qvalicunqve lingva hæc verba rite ex vera fide, ſive lingva Latina, ſive Norvegica, Germanica aut Danica, prolata fuerint, ſi modo recte & convenienter intelligatur, & utentes recta fide ac intentione adminiſtraverint, ex ipſius Chriſti promiſſo animabus eſurientibus refocillationi & ſaluti fore credo. Hinc in Deum fiducia, invocata Spiritus Sancti gratia, vi prædictorum & multorum aliorum articulorum, hoc Sacramentum altaris, qvod nos *miſſam* appellamus, die proximo ſubſeqventi, qvem nos paſcha appellamus, genuina mihi vernacula adminiſtrare incipiam; (ſimulqve profiteor, me iſtud ex nulla contumacia in ſanctam catholicam eccleſiam, ſanctam religionem chriſtianam, aut ejus antiſtites, ſed ex obedientia in Deum ejusqve mandata, & fidelitate in Dominum meum Regem, Regem Chriſtianum Friderici filium, ex ejus *Ordina-*

epter því ſem hans *Ordinancia* innehelldur, oc þeſſu bíhallda oc framfylgia þar til ſem önnur kriſteleg ſkipan ágiöreſt í almennelegu conſilium, þá vil ec mig þar epter retta epter því ſem hverium kriſtnum manne ber aht giöra, ſvo ſem minn Herra Konúngurinn ſiálfur ſegiſt giöra vilia, ſem í *Ordinanciu* í þeim Prologus ſem þar er fyrerſkrifadur, inneſtendur. Oc til ſannenda her um, ſet ec mitt innſigle fyrer þetta bref, hvört ed giört var med vitorde tveggia kennemanna, Síra Jóns Olafsſonar oc Jóns Semingsſonar, oc þeir ſettu oc ſvo ſín innſigle med voru innſigle fyrer þetta bref, hvert er giört var oc ſkrifad ad Greniadarſtödum í Reykiadal, laugardagen næſtann fyrer páſka; þá lided var frá holldgan vors Herra Jeſu Chriſti MDLIII ár.

Ordinationis præſcripto facere) in qvo & perſiſtam usqve qvo alia chriſtiana inſtitutio in Concilio Generali ſanciatur, qvam ego obſervabo, ita ut qvivis homo chriſtianus debet, & Dominus meus Rex ipſe in præfixa ſuæ *Ordinationi* prologo ſe obſervaturum profitetur. In qvorum teſtimonium ego ſigillum meum his literis apprimo, qvæ conſciis duobus ſacerdotibus Jona Olai filio & Jona Semingi filio, qvi ſua etiam ſigilla appoſuerunt, ſcriptæ ſunt Greniadarſtadis in Reykiadalo, die Saturni proximo ante paſcha, anno poſt nativitatem Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo qvingenteſimo qvinqvageſimo & tertio.

 SECTIO

SECTIO III.
De Episcopis Skalholtensibus.

Cap. I.
De Gissuro Enari filio.

§. I.

Gissurus Enari natus Bulandi in Toparchia Skaftafellensi, obscuro, ut qvidam volunt genere, qvidam autem Lopti Divitis (a), alii Einari Thorleifidæ (b), pronepotem fuisse asserunt. Patre amisso, qvi ex Gunnhilda uxore sex, qvi ad maturitatem pervenerunt, susceperat liberos, qvorum Gissurus natu maximus fuit, cum ephebis vix egressus esset, ab Haldora Abbatissa Kirkiubajensi, qvæ ejus fuit amita, educandus assumitur, qvæ, qvamprimum ejus ingenium, mite, docile, cujusvis artis capax, discendiqve avidum cognovit, primo ab Arna Abbate Thykkvabajensi, artibus, qvæ ibidem docebantur, informari curavit, usqvedum annum ageret 16 aut 18, deinde autem in Ogmundi Episcopi, ad cujus aures fama

(a) Olufa Lopti Divitis filia priusqvam Biorno Torleifi filio nuberet (vid. supra Tom. 2. pag. 234.), ex vago concubitu duos edidit partus, qvorum posterior fuit Sigvaldus, ab eximia corporis statura vocatus Lángalíf. Hujus liberi fuerunt: Enarus Gissuri pater, Gudmundus, Gunnarus, Geirthrudis, Helga & Halldora ultima Cœnobii Kirkiubajensis Antistes, qvæ Gissurum educavit; Sed Enari liberi fuerunt, Gissurus Episcopus, Thorlacus, Halldorus; qvi tres fratres connubio sibi junxerunt totidem sorores Johannis Eggertini, sed Eggerti Johannidæ germanas, qvorum uterqve supremam Islandiæ Præfecturam gessit (vid. supra Tom. 2. pag. 255. 292). Halldorus hicce fuit Pastor Selardalensis, Jonas Enari Gissuri frater, Pastor Reykholtensis noster tritavus, Arnam & Oddnyam Halldora Abbatissa educavit, Oddnyaqve inter ultimas ejusdem monasterii moniales numeratur; Hoc modo Gissurus ejusqve fratres fuerunt Lopti Divitis abnepotes, & Olufæ pronepotes.

(b) Vid. supra Tom. 2. pag. 228. 230. Jonas Gissurius Brynjulfi Svenonii frater uterinus, & Gissuri Episcopi ex fratre Thorlaco pronepos, scriptum reliqvit, uxorem Sigvaldi Langalif nomine Thuridam, fuisse filiam Einari Thorleifidæ notham.

fama de ejus præcoci ingenio volaverat, fatellitium venit, qvi egregiis adolefcentis ingenii dotibus delectatus, humanioribus literis, qvantum tum temporis fieri potuit, eum imbui curavit, in qvo ftudiorum genere brevi omnes condifcipulos longe fuperavit. Cernens itaqve Præful ingenium hocce multo majoris capax effe eruditionis, qvam in Islandia adipifci poffet, fuis impenfis Giffurum in fcholam Hamburgenfem ablegavit, ibidemqve qvadriennium (aut ut qvidam volunt fexennium) fuftentavit. In qva Giffurus obediendo, difcendo, & qvæcunqve aut vidit aut audivit, annotando, fingularem Rectoris fcholæ favorem fibi conciliavit, qvi aliqvando dixiffe fertur, *aut fe omnia fallere, aut hujus juvenis induftriam magno ei commodo olim futuram;* Hic, ut videtur, Lutheri dogmatum guftum aliqvem imbibit (a), qvapropter, ut qvidam volunt, e fchola Hamburgenfi dimiffus, Wittebergam fe contulit, ibiqve triennio ipfius Lutheri & Melanchtonis fedulum egit auditorem (b).

§. 2.

Ex hac peregrinatione in patriam reduci nusqvam janua patuit, omnes enim eum ob hærefin (ut vocabant) Lutheranam averfabantur, præcipue autem Epifcopus & Abbatiffa, ejus qvondam fautores, & Mæcenates maximi; expers itaqve confilii, paterna rura, matre rem familiarem dirigente, exercere cœpit; Ut coloni Islandici folent, hyemali tempore pifcationi, per domefticum tali operi fvetum, operam dedit, alii autem ipfum id laboris in fe fufcepiffe innuunt. Qvicqvid eorum fuerit, in eo confentiunt, qvod ingentem aut tantam pifcium multitudinem ceperit, ut

(a) Num ipfa fchola Hamburgenfis hac tempeftate Lutheri dogmata publice receperit, non dicam, fed ejus doctrinam Hamburgenfibus notam fuiffe nullum eft dubium, & certe circa hæc tempora Bugenhagius in Holfatia & Hamburgi puriorem doctrinam publice profitebatur.

(b) Ad annum 1540 fcribit *BIÖRNUS de Skardsaa* Giffurum fcholam Hamburgenfem freqventaffe, ibiqve Lutheri dogmata imbibiffe; fed ad annum 1542, qvod Wittebergæ triennium ftudiis incubuerit, ibiqve Lutherum ac Melanchtonem audiverit; & *JONAS ARÆSONIUS* facerdos Vatnsfiordenfis, vir doctus, in *Annalibus*, qvos reliqvit, expreffe fcribit Giffurum poftqvam fcholam Hamburgenfem reliqvit, integrum triennium Wittebergæ Mufis operam dediffe, qvibus plures confentiunt, unde feqvi videtur, qvod fex annos aut feptennium literis Hamburgi & Wittebergæ operam dederit, de qvo pluribus infra §. 31. agemus.

ut magnam æris alieni partem ſolvere, & familiam inde ſuſtentare potuerit, qva miſera ſatis conditione cum ad unum aut duos annos vitam protraxiſſet, paullo melior ex improviſo, & unde minime ſperabatur, affulſit; Nam Sigurdus Abbas Thyckvabajenſis, acerrimus tunc temporis Lutheranæ doctrinæ oſor, honeſtam intra monaſterium ſuſtentationis obtulit conditionem, modo is ſe ſuosqve monachos lingvæ Latinæ rudimenta, & alia, qvæ diſcere cupivit, edoceret, qvam ille lubenter accepit, integrumqve biennium Religioſos iſtos erudiendo, maximum ipſe eruditionis fecit profectum, ibidem enim librorum utilium copia erat, qvorum rivis ſua irrigare arva non neglexit, ut ipſe poſtea ingenue confitebatur. Interea antiqvus ejus herus & Evergeta Ogmundus Epiſcopus, qvi diu luſcus fuerat, jam cœcus factus, ſenioqve paulatim ingraveſcente tali ſe opus habere Amanuenſi ſentiebat, qvi fidei & vigilantiæ ingenii acumen conjunctum haberet, qviqve res ſuas & rationes, qvæ ei cum multis tam indigenis, qvam exoticis difficiles & intricatæ interceſſerunt, expedire & extricare poſſet, cui negotio parem neminem cognovit, præter antiqvum ſuum clientem & alumnum Giſſurum Enari. Ipſi itaqve ex Monaſterio Thyckvabajenſi evocato, non jam obſtante hæreſeos ſuſpicione, hanc mandavit provinciam, ut ſibi a rationibus eſſet, cui Giſſurus per plures annos, tam aliorum, qvam ipſius Præſulis tanta approbatione præfuit, ut intimorum amicorum albo adſcriberetur, qvo tempore Giſſurum, divinam illam, de qva in corde & conſcientia convictus fuit, veritatem detinuiſſe, non videtur dubitandum; Sed qvicqvid ejus ſit, id tantum certum eſt, qvod Præſul eum Lutheranæ hæreſeos virus, (ut ipſe loqvebatur) ejuraſſe, & genuinum Catholicæ Eccleſiæ membrum eſſe putavit. Alias enim nec ſacris initiatum, ſuumqve Diaconum feciſſet, nec conciones publice habere, qvibus ipſe haud raro interfuit, permiſiſſet (a); nec tandem hæreſeos ſuſpec-

(a) Giſſurus, qvi de veritate Lutheranæ Religionis convictus, in contubernio Abbatis & Monachorum Catholicæ Religioni ſummopere addictorum biennium ita transegit, ut ne minimam illis de ſua religione & vero cordis ſenſu ſuſpicionem daret, qviqve tres aut duos annos in familia Epiſcopi & Archiepiſcopi, acerrimorum ejusdem religionis hoſtium, eodem modo vixit, imo, qvi Epiſcopi Catholici proprius fuit Diaconus, coramqve eo ſæpe eſt concionatus, & ſacra papiſtica adminiſtravit, & qvi tot annis in conſpectu omnium publice verſans, totius diœceſeos Clero talem de ſe opinionem inſtillaverat, qvod ipſo nullus eſſet magis Catholicus, & dignior, qvi Epiſcopo Catholico

ſuſpectum virum ad ipſum Archiepiſcopum Lutheranæ doctrinæ hoſtem & perſecutorem infenſiſſimum inſtitutæ legationi præfeciſſet, qvod tamen anno 1536 factum eſt, in qva peregrinatione Giſſurus bis in magnum venit periculum, primo Nidaroſiæ in ipſius Archiepiſcopi ædibus, apud qvem hyemavit, in cujus etiam familiaritatem ſe ita inſinuaverat, ut ei jam a libellis & lectionibus eſſet; Hic enim cum aliqvando in cubiculo ſecurus aliqvod reformatorum ſcriptum legeret, ex improviſo ei ſupervenit ipſe Archiepiſcopus, librumqve poſtulavit, qvem Giſſurus negare non ſuſtinens, ipſum qvidem porrexit, ſed ita, ut ſumma ſimul adhibita dexteritate, qvædam volveret folia, aliumqve ſibi minus periculoſum ei monſtraret locum, qvam revera legebat, qvo ille inſpecto ſine ulteriore examine librum ei reddidit, faſſus autem poſtea eſt Giſſurus, magnum ſibi tum impendiſſe periculum, ſi Archiepiſcopo id, qvod tum legebat, innotuiſſet; ideo, ne idem ſibi ſæpius eveniret, ciſtulam omnes ſuos ſuſpectos & prohibitos libros continentem, defodit. Altera autem vice cum Nidaroſia diſcedens per Bergas Islandiam peteret, indicatumqve eſſet Præfecto arcis Bergenſis Eskildio Bilde, legatos Ogmundi ſuſpectas aut Regi Regnoqve detrimentoſas ab Archiepiſcopo ad Præſulem Islandum ferre literas, ſtatim cum navis Præfectis captus, & ſeveriſſime examinatus fuit, ita, ut detractæ ipſi veſtes ac calcei accurate etiam excuterentur, & licet nihil inveniretur, in carcerem tamen conjecti ſunt, unde tandem interceſſione Epiſcopi Bergenſis Mag. Gebleri Petræi dimiſſi fuerunt; cujus beneficii & humanitatis Diacono ſuo præſtitæ Ogmundus in literis ad Geblerum anno 1537 datis, adjecta gratiarum actione, meminit. Giſſurus autem ex cuſtodia dimiſſus, velis vento datis, in Islandiam tranſiit, & ſuſpectas illas literas hero ſuo tradidit; qva eximia fidelitate, ejus de ſe conceptam opinionem multum confirmavit.

§. 3.

Exſtincto in Norvegia Sigmundo Ejolfi filio, ſuo ex ſorore nepote, qvem ſibi Ogmundus ſucceſſorem deſtinaverat, Giſſurum Enari ſubrogavit,

lico ſuccederet, Lutheranæqve Religioni obſiſteret, eandemqve reprimeret; qvomodo ab omni hypocriſeos crimine purus eſſe potuerit, non videmus; Sunt qvi hoc piarum fraudum nomine excuſare volunt. Noſtra autem ſententia eſt, ſimpliciſſimum & forte optimum eſſe, illicitam hic agnoſcere ſimulationem, qvæ neceſſitate qvadam, & imminentis perſecutionis periculo, non excuſari, ſed aliqvo ſaltem modo mitigari aut palliari poſſit.

vit, eundemqve anno 1539 generali Skalholtensi Synodo eligendum proposuit, moxqve, accepta Cleri electione, suas ad Regem scriptas Gissuro dedit literas (a), & præterea alias patentes a se subscriptas literas commendatitias, inter alia promittens, nomina, qvæ necesserio faceret, se una cum ipso expediturum (b).

§. 4.

Gissurus autem Hamburgum feliciter translatus, ibiqve aliqvantisper apud sibi qvondam notos morans; de cæde Dieterici Myndensis ejusqve satellitum, Skalholti post suum discessum perpetrata, certior factus sit, unde Hafniam adire & irato Regi causam cædis in Ogmundum conjicienti se sistere timuit, conducto itaqve tabellario, ad Regem literas scripsit (c), qvibus

(a) Literæ datæ sunt in foro generali feria tertia post festum Petri & Pauli, anno 1539, qvorum initio Ögmundus Regi gratias agit, pro datis admonitionibus de verbi divini vulgo prædicandi sollicita cura & diligentia, qvo Regis mandatum pro virili se exsecuturum promittit, insimulqve expetit, ut Monasterium Vidöense, sibi, cum Cathedræ & Diœceseos administrationem resignare in animo habeat, in dies vitæ concedatur. Sed de negotio Gissuriano ita scribit: " Gnedigester Konninck — Den ouerst; gnedigester Konninck, dat alle Ordenunge vnd Religion wol erholden werdenn, bidden " wii szamptlichen beides standes Jw. Kon. D. wil uns ene anderen vnser sprake vnd " nation thoschicken, dar wii alle szamptlich vmmebidden, alsze jegenwordegenn " Her Gisszer Enersfonne, so desuluige juwer Konninck D. ansteit vnd genoichsam " gefelt, confirmeren vnde insetten tho enen ouerheren den geistlichen prelaten, de " inbesunderlinx is en leeffhebber godtliches wordes, up dat gades wordt vnnd dat " hijllige Ewangelium by vns mochte upgenamen gehandthauet, dartho wassen vnnd " vormerenn. dennsaluigenn wil wii vthebevol jwer K. D. gehorsam vnd vnderdanich syn. — Datum vp aldingck, denn dinxstedach negest na Petri & Pauli, " Anno XVCXXXIX vnder des Stifftes ingeszegel. altidt de gehorszamenn vnder- " danenn *Ochgemunder Pawelszonne*

" Byffchup tho Schalholt szampt denn geistlichen
" vnnd weltlichenn standes in Islandt vor sindenn."

(b) Vide Summe Ven. *HARBOE Afhandl. om Reform. i Island* in *Kiöbenh. Selsk. Skrifter* Tom. 5. pag. 236.

(c) " Dorchluchtigeste, Grothmechtigeste Koningk, Hochgebaren forste, genedigeste Herr. " Myne plichtighe gehorszame vnderdanige demodighe vnd gantz willige dienste na " allem vnd hogestem vormoghe tho uornn. Dorchluchtigeste, grothmechtigeste " Koningk, gnedigeste Herr. Dorch thosfelle, die sich nha mynem auescheide yn " Islandt

qvibus ſuum adventum ejusqve cauſam ſignificavit, veniam præterea Regem

" Iſlandt thogedragen hebben, bewagen, do ich ju. K. M. mith vnderdoniger bede " tho wetenn dath ich mith denn Hamburgerſchen ſchepen vth Iſlandt vann ju. K. M. " vnderdanen, mynen landtzluden geiſtlykes vnd weltliches ſtandes, ſzo vort ſzuden ihm Stiffte Schalholte geſeten ſzy affgeferdighet ahnn ju. K. M. thoreiſende, vnd " dem ſullſtigenn orhe ſchriſte tho vorreikende vnd antothogende, dath ſzie ſzamptlick alle, geiſtliches vnd werltliches ſtandes ylnn allervnderdenigcheit myth gantz " hoger vnd flytiger danckſegginge willich ſynth, dem alſzo wo ju. K. M. beneueſt " vorreikeder Ordination vann der chriſtliken rechten und warhafftigenn Religion " hefft laten bevelen nathokamende vnde darneueſt orher underdanigen guden willen, " ſzampt der vorerhinge, darmede ſie j. K. M. bedacht hebben, thovormeldende. " Szo vele ith my onerſt belanget, bynn ick oich ſtedes wenthe nuher, up dat forderlichſte, ſzo balde ick myne anliggende vnd nodige handele hadde beſtelleth wider " ahn J. K. M. thoreiſende, vnde dem bevele, denn ick entfangenn hadde nathokamende geneiget geweſt; diwile ouerſt ick hyrtholande vann den, die norde warth " yhm lande geweſt, vnd um korth tho Hamborg gekamenn ſynth vornamen hebbe, " dath ſich, leyder, nha mynem aueſcheide diſſe vnfall in Iſlandt moge thogedragenn " hebben, alſze nemlich, dath ſich ethliche yn Iſlandt ahn Diderick von Myndenn " vnd denn ſzinenn J. K. M. vogedes bevelhebbere, dorch freuell vnd mannichfoldigenn hon vnd ſpoth ſzo iegen denn olden, kranken vnd beddelagerighenn Biſchupe und ock myt gewalt vnde vorwvndinge ethlyker der, de ynn des Biſchupes huſze werenn, alſe me ſecht, vororſaket, ſchollen vorgrepen hebben. Wowol " nu diſſe handel my edder ander J. K. M. arme unſchuldige vnderſaten nichtes belangenn, vnd oich ane twiffel by J. K. M. woll enthſchuldiget ſzinth: Szo hebbe " ick doch hyr ut ein thorugge denckenth gekregen, vnd geſchuwet vor Ju. Kon. " Majſt. thoer ſchinende, ick hadde denne thovorne anthoginge, daruth J. K. M. " gnedige wolle iegen my muchte vormercket werdenn. vnde bidde derhalven demodichlich vnde vnderdenichlich, J. K. M. wille myn genedigeſte herr ſzin, vnd " my des wath alſzo vann anderenn begangenn, ane myne ſchuldt, vnd ane myn " weten nicht laten entlıgeldenn, ſzundernn genedichlich horenn, vnd forderenn " vnd oich myth genedighenn vnd ſzicherenn geleide ahn J. K. M. ahne jennige " beſheringe vnde beſaringe thokamende, by jegenwordigenn bodden vorſzorghenn. " Dattſzulfftighe wyll ick ſtedes, nha allem vormoge, iegen Juver Dorchluchtigeſte " vnd grothmechtigeſte K. M. mith minem innigenn bedhe vnd vnderdenighen vnvordraten vnd willighen dienſthenn yhnn allervnderdenicheit vorſchuldenn, ſzo my " myn leuende ſparth godth almechtich, de J. K. M. unſz armen underſaten tho " troſte vnd heill mith genadhenn ffriſtenn vnd lange erholdenn wylle yhnn enem " langwerigen lnckſzilighenn vnd fredeſamen regemente. Datum Hamborgch Anno " &c. XXXIX ahm 29 Septembris.

" Juwer Konn. Mayth.

" vnderdanighe

" *Giſſer Enerſſonne.* "

gem adeundi, & ſi ea concederetur, literas ſalvi conductus expetivit; Qvibus acceptis, timore abjecto, deſtinatum iter ingreditur (a).

§. 5.

In Daniam delatus Regi ſemet ſiſtebat, a qvo gratioſiſſime acceptus fuit, dataqve optione, ut aut latine, aut germanice cum Rege colloqveretur, lingvam poſteriorem elegit, qva tam ornate & expedite verba fecit, ut præſentes omnes admirarentur, Regina autem eum in Islandia natum credere noluit, priusqvam in omnium præſentia cum Islando qvodam puero, qvi ejus rei cauſa accerſitus fuerat, Islandico idiomate ſermones miſcuerat. Rex vero poſtqvam ipſum multa ſuper ſtatu Eccleſiæ, monte Hecla, aliisqve ejus modi rogitaverat, accurataqve ad qvævis rogata acceperat reſponſa, Profeſſoribus Hafnienſis Academiæ mandavit, ut virum examinarent, qvi paulo poſt mandatum exſecuti ſunt, eiqve, qvod eſſet vir doctus, moribusqve honeſtis præditus, cui Epiſcopi officium tuto concredi poſſet, teſtimonium dederunt, qvo accepto, Rex codicillos officii juſſit ſcribi (b), qvibus ei injungebatur, ut Evangelium purum & in temeratum ſecundum *Ordinationis* Regiæ ductum & præſcriptum intra patriam doceri curaret, deindeqve Dominica Jairi a Petro Palladio Siællandiæ Epiſcopo in Skalholtenſis Diœceſeos Superintendentem inauguratur (c).

§. 6.

Redux in Islandiam ab Ogmundo ſatis humaniter, ſed verbo tantum, exceptus fuit, qvi ei ſedem Epiſcopalem cum ſuis bonis & pertinentiis, ut tum vocabant, haud bona fide tradidit, diſcedens enim qvædam

dam

(a) Reſponſio prædictarum literarum. " Chriſtiann van Gots gnadenn &c. Lieber ge- " treuwer. Dein ſchreiben an vnns gethan habenn wir entſangenn, vnd eurs inn- " halts wol vornamen. Vnnd ſchicken dir hyrmit das gepettene geleith. " — — Reliqva deſunt: *Tertio Calendis Novembris kom mit bud fra Kongen. In die Leonardi Confeſſoris. IIX Idus Novembris begyndte jeg min Reeſe fra Hamburg, Gud give i god Tid. Kom jeg igien til Hamborg Tordags aften næſt for Dominicam Palmarum:* GISSUR ENARSON.

(b) Vid. ſupra Tom. 2. pag. 274. not. c.

(c) Vid. Sum. Ven. *HARBOE* loc. cit. pag. 240.

dam Templi pretiosa secum abstulit, qvasi indignum esset, ut ea Skalholti remanerent, ubi hæreticus sacris præesset, jam enim Gissurus Lutheri dogmata se sectari ac tueri, novamqve illam *Ordinationem Ecclesiasticam* accepisse, & in ejus verba jurasse, palam profitebatur. Cum vero senex ille Præsul, Gissurum jam in aula & apud Proceres gratia valentem, non omnino irritandum, nec Regis mandata aperte contemnenda censeret, scripto die 14 Calend. Junii edito declaravit, Gissuro Hafniæ ordinato & diœceseos Episcopo constituto, se diœcesin cum minimo pariter ac maximo ad eam pertinentibus tradidisse (a).

§. 7.

Ad forum deinde generale ab utroqve Episcoporum itum est, ibiqve coram clero, qvi freqvens eo confluxerat, legi curavit Gissurus: α) Resignationis literas, qvas Ogmundus proximo anno Regi miserat. β) Testimonium, qvod Hafniæ examinatus fuerit. γ) Codicillos officii a Rege sibi impertitos. δ) Mox (ad §. 6.) memoratam Ogmundi abdicationis tabellam; qvo facto, omnes eum ut suum Episcopum acceperunt, eiqve debitam observantiam & obseqvium promiserunt (b); qvod etiam fecit Erlendus Nomophylax, cum suæ jurisdictioni subjectis; Vicissim autem Gissurus se pium, justum & mitem Episcopum omnibus fore promisit (c). De *Ordinatione* vero *Ecclesiastica* convenire non potuit, nam Jonas Arii filius, cum omnibus Borealis & Occidentalis Islandiæ incolis ei aperte contradixit, & eam plane rejecit, Ogmundus autem, qvem reliqvi seqvebantur, tempori serviens hac vice non aperte refragabatur, sed paulo post contumacibus se adjunxit (d).

(a) Hæ literæ in idioma Danicum conversæ legi possunt in *HARBOE Afhandling* &c. loc. cit. pag. 242.

(b) Vid. infra ad finem hujus Cap. Litr. A.

(c) Vid. ibid. Litr. B.

(d) Vide qvæ scripsimus supra Tom. 2. pag. 541 sqq. 555. 567. 659.

§. 8.

Post comitia Giffurus Episcopus primam per qvartam orientalem, ut qvidam volunt (a), orsus est Visitationem Ecclesiasticam, cum antea patentibus literis omnes præmonuisset, ne liberos suos sibi papistico more confirmandos sisterent se enim episcopale officium non alio modo administraturum fore, qvam qvem libellus, qvi vocaretur gratiosissimi Regis *Ordinatio Ecclesiastica*, ab universo Senatu Regni tam Ecclesiastici qvam Politici status approbatus, præscriberet; cumqve jus Ecclesiasticum juberet, ut templorum curatores Episcopum cum 12 famulis gratis exciperent, eiqve ad proximum usqve templum 13 eqvos utendos darent (b), non immerito veritus est, ne qvidam talia sibi denegarent, hinc etiam omnes præmonuit, ut si qvis se non recipere constituerit, de eo se tempestive certiorem faceret, ut de alio sibi hospitio prospicere posset. Et sive qvod qvorundam fidem suspectam haberet, sive ut magnificentiam more prædecessorum ostenderet, ne cuiqvam contemtui esset, duodecim (alii volunt qvindecim) armatis stipatus iter ingreditur (c). in qvo nihil novi accidit, nisi qvod novum jus jurandum a sacerdotibus exegit, cujus formular

(a) Hæc aliorum vestigiis insistentes scribimus, inter qvos fide & eruditione longe eminet Illustrissimus Dominus *LUDOVICUS HARBOE* Siællandiæ Episcopus dignissimus in *Hist. Reform. Island.* part. 1. Dissimulare tamen non possumus, nobis verisimilius videri, Giffurum hoc anno qvartam orientalem non visitasse, nam id seqvente mox anno fecisse omnino certum est; Unam itaqve & eandem Visitationem, Qvartæ Orientalis & hic, & §. 13, a nobis describi putamus; Rationes autem, qvæ nos movent, Sunt: 1) temporis angustia & negotiorum multitudo, qvæ illum hoc anno a tali instituto impedire potuerunt. 2) Jus Ecclesiasticum, qvod tertio qvovis anno qvamvis qvartam Episcopo Skalholtensi visitaré permittit. 3) Epistola Ögmundo Episcopo mense Septembri scripta, (qvam nobis videre non contigit) qvæ si non in toparchia Mulensi data & inde Ögmundo missa est, verosimile facit, eum hac æstate eo non venisse. Sin vero Skalholti aut in qvarta australi scripta est, rem omnino conficit. Sed de re tantilli nullam litem movemus.

(b) Confer *Jus Eccles.* cap. 9. ubi Episcopo officium negligenti decimas aliaqve debita, denegare permittitur, qvod ut in se torqverent telum, Giffurus, qvi infantum confirmationem illis negabat, non sine causa suspicatus est, qvod etiam evenit, ut infra monebitur.

(c) Duodecim comitibus stipato licuit Episcopo ecclesias visitare, sed plures secum ducere non permissum, vid. *Jur. Eccles.* cap. 3. & Constit. Ecclef. Pining supra Tom. 2. pag. 245. 490. 500.

formular tale fuit (a): *Ego N manum meam Sacro Codici imponens, Deum obtestor, qvod velim Sanctæ Ecclesiæ Skalholtensi, ejusqve Antistiti Domino Gissuro Einari, fidus & favorabilis esse, prout in mea inauguratione promisi. Tam vere me Deus in æternum juvet.*

§. 9.

Diximus supra Ogmundum Episcopum, licet in Dicasterio publico *Ordinationem Ecclesiasticam* accipere visus fuerit, idem tamen de ea sensisse ac Jonam Aræsonium, ideoqve cum eo clanculum egisse ut suo nomine Regi id rescriberet; Qvod utrum in comitiis inter eos conclusum fuerit, an vero postea per epistolas & internuntios, non liqvet, id tantum certum est. qvod vergente hyeme aut sub initium veris 1541 pœnitentia ductus, qvod Gissurum unqvam & Ordinationem admiserit, clandestinis cum Jona Episcopo agere cœperit consiliis, ut in convocato Torfastadis, (qvod est prædium sacerdotale, uno tantum milliari a Skalholto distans) Sacerdotum qvorundam conciliabulo, armatis (ut verisimile est) stipatus, apparere vellet, suaqve autoritate efficere, ut & Gissurus & nova illa *Ordinatio Ecclesiastica* sufflaminarentur, qvæ etsi non aperte scribat. de sensu tamen non potest dubitari (b). Qvod subolens Gissurus & nactus epistolii exemplar, id & rem omnem cum Erlendo Nomophylace communicavit. orans, ut ipse suis stipatus satellitibus Torfastadis etiam adesse, sibiqve conjunctus, his moliminibus obviam ire aut obicem ponere vellet, non enim jam sui solius, sed Regis & Reipublicæ causam agi, qvæ ex ejus literis ad Erlendum datis satis clare apparent; Sed detecta fraude, omnia intra consultationes steterunt (c).

§. 10.

Anno 1541 Christophorus Hvitfeldius Regius Præfectus in Islandiam venit, in mandatis habens, ut de Claudii Merwitzii sceleribus, qvo-

 rum

(a) Nec id prorsus novum, plures enim id fecerunt Episcopi, primus autem hunc morem in Islandiam introduxit Audinus Ruffus, ut in ejus Vita legi potest, supra Tom. 2. pag. 156.

(b) Vid. supra loc. cit. pag. 544 sqq. 559.

(c) Vid. ibid. pag. 545. 560.

rum ab Islandis accusabatur, qvæstionem haberet, qvi Gissuro Episcopo Regis attulit mandatum, ut ipsi in omnibus qvæ agenda essent, & opus haberet, manum porrigeret (a), qvo accepto Præsul Hvitfeldium statim adiit, in qvo conventu de Ogmundi Episcopi captivitate deliberatum fuisse eventus docuit, extemplo enim missi fuerunt, qvi eum comprehenderent (b). Gissurus autem statim Clero diœceseos Skalholtensis mandavit, ut freqvens generalia comitia adiret, ad audiendum mandata qvæ Regius hicce Legatus illis foret manifestaturus; Qvi in foro generali magno stipatus satellitio præsens, omnes, qvi aderant, Regi homagium præstare adegit, & de Merwitzio qvæstionem instituit.

§. 11.

Licet Augmundus anno 1539 templorum ornamenta & cimelia octo induratorum piscium lastis redemisset, nihilo minus Hvitfeldius hoc anno novam iis contributionem Regis nomine indixit (c). Contra qvam Gissurus cum præsente clero, ne hiscere qvidem ausi sunt, sed omnes in id consenserunt, (metune armati Hvitfeldii, an amore optimi Regis, non dixero) ut Gissurus ex templi Skalholtensis ornamentis & cimeliis omnium nomine sexcentos argenti lothones erogaret, qvam pecuniam, alia minoris notæ, qvæ cimelia non habebant, & longius dissita templa, qvorum portiones tam cito haberi non potuerunt, aut eorum tutores illi postea rependerint, non est qvod dubitemus, cum omnium nomine hæc erogatio fieret, utpote omnibus indicta. Qvibus Præsul, ut Regem singulari aliqvo munificentiæ signo demereretur, sine Synodi consensu centum lothones & ingentem calicem aureum e templi bonis & sexaginta Joachimicos ex suo adjecit (d). Qvi sine dubio fuit idem ille aureus calix, gemmis ornatus, qvem Klangus Episcopus circa annum 1152 templo Skalholtino donavit, vulgo ab capacitatem *Skriódr* vocatus (e).

§. 12.

(a) Vid. supra loc. cit. pag. 274. not. d.

(b) Vid. ibid. pag. 547 sq.

(c) Vid. ibid. pag. 297.

(d) Loc. cit. pag. 299.

(e) Calix, qvem Magnus Einari ex schypho, qvem ei Haraldus Norvegiæ dederat, confici curavit, argenteus fuisse putatur, sed qvem Klangus templo donavit, aureus & gemmis

§. 12.

Utriqve præterea Præsuli Hvitfeldius attulit mandatum, ut in hisce, qvibus præfuit navibus, Hafniam se conferrent, ad deliberandum & informationem accipiendum de Christiana illa Reformatione, qvam ex Senatus Regni & aliorum eruditorum consilio esset facturus (a). Cujus edicti, qvædam exempla, qvæ apud nos circumferuntur, habent datum 1542 qvædam vero 1541, qvod nos ut verisimilius seqvimur. 1) Qvia mentionem facit duarum Regis navium hoc anno in Islandia præsentium (*Et af disse Skibe*) qvod optime qvadrat in annum 1541, nam Hvitfeldius duas adduxit, sed non in annum 1542, qvo una tantum, aut, ut expresse scribit Jonas Episcopus in literis ad Regem datis postridie festum Olai 1542, nulla Regia navis ea æstate ad Islandiam appulit. 2) Cum Reformatio illa, de qva loqvitur Rex, primario constiterit in notissimis illis 26 Articulis, qvi communiter vocantur *Articuli Ripenses*, eo qvod Ripis in Cimbria conscripti & conclusi fuerint die Philippi & Jacobi anno 1542, non est verisimile mandatum, ut Episcopi Islandiæ eidem interessent, scriptum fuisse die Saturni post Dominicam Lætare eodem anno, tam arcto ante Concilii initium tempore, ut literæ Regiæ vix aut ne vix ad eos pervenire potuerint, multo minus illi eo, aut Hafniam proficisci. Scripta itaqve est Epistola eo anno, qvo una plures naves Regiæ in Islandia fuere, & tanto tempore ante Synodum Ripensem, ut Episcopi Islandiæ commode illuc se conferre possent, atqvi neutrum horum qvadrat in annum 1542. Ergo verisimilius videtur eam scriptam fuisse anno 1541. Sed qvicqvid sit, Gissurus, ut verisimile est, multitudinem negotiorum caussans, & humillime Regi se excusans, hac vice pedem Islandia non extulit (b).

§. 13.

Cum jam Augmundi tricis & astu non amplius impediretur Præsul, opus Reformationis eo intentius urgere cœpit, denuo enim hujus anni Synodo

gemmis insitus fuit, *skriódr* a capacitate vocatus; Sic enim ingentia vasa, ut & edaces qvicunqve vocari iole nt. Vid. supra Tom. 1. pag. 278. 286.

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 296.

(b) Qvod satis probant ipsius hoc anno gesta. Vide proxime seq. §. sed qvod Hafniæ fuerit 1542 seqventes clare testantur.

Synodo publice significavit, a se sperandum non esse, ut aliter officio fungeretur, qvam Regia *Ordinatio* mandaret, cui jam omnes nomen dederunt, omnes itaqve, datis dextris ei obedientiam promiserunt, si modo sua illis manerent privilegia. Eodem tempore conclusum, ut, qvi in peccatis proæreticis viverent, ab usu sacræ cænæ arcerentur, publiceqve tandem absolverentur; Statutum etiam fuit, ut qvotqvot commode adesse possent, saltim domestici, administrationi Baptismi interessent. Singulariter autem præcepit Præsul Sacerdoti cuidam Enaro Arnæ filio, ut uxorem duceret, cum castitatis donum non haberet, pauloqve post in Ordinaria Visitatione Toparchiæ Mulensis de conjugio Sacerdotum circulares, (ut vocant) literas scripsit (a).

§. 14.

Anno 1542 audiens qvosdam qvi anno priore in *Ordinationis Ecclesiasticæ* verba in Dicasterio generali instante Hvitfeldio juraverant, aut facti pænitere, aut in semel facta confessione vacillare, ut eos in viam reduceret, reliqvos vero confirmaret, freqventem Middali in Toparchia Arnesensi, die Mercurii ante Petri et Pauli, Synodum habuit, qvo ex qvarta meridionali & occidentali melioris notæ Sacerdotes ad deliberandum de rebus qvibusdam magni momenti ad universam diœcesin pertinentibus convocavit, cumqve 34 ibidem convenerant, Præsul illis denuo novam *Ordinationem* obtulit, & ut eidem subscriberent, mandavit, qvod viginti octo sine mora fecerunt, si modo privilegiis sacerdotalibus salvis fruerentur, sex vero senium taliaqve causantes semet excusarunt (b).

§. 15.

Num Rex hoc anno denuo & iteratis literis Episcopos evocaverit, non liqvido constat, qvod tamen verosimilius videtur (c). Gissurum autem

(a) Vid. supra pag. 196. & Summe Vener. *HARBOE Afhandl. om Reform. i Island*, in *Kiöbenhavnske Selsk. Skrifter* Tom. 5. pag. 257.

(b) Vid. supra pag. 187. sqq. *HARBOE Afhandling* loc. cit. pag. 263. 264. 266.

(c) Cum certum sit Jonam Holensem Episcopum hoc anno a Rege invitatum fuisse, ut in Daniam transiret, ut ex ejus literis Regi scriptis postridie Festum Sancti Olai 1542 constat,

autem hoc anno ſtatim a comitiis iter ingreſſum eſſe certum eſt; Ipſe enim ſe ex Straumfiordo die Mercurii poſt Viſitationem Mariæ ſolviſſe, ſed die Jacobi hora tertia Hafniam veniſſe, propria manu annotatum reliqvit. Illuc delatus Regi ſe ſtitit, cui miſerrimum Eccleſiæ Islandicæ ſtatum accurate delineaſſe videtur, præcipue autem conqveſtus fuiſſe de Paſtorum inſcitia & ruditate populiqve ſuperſtitione, qvi in vigiliis, inferiis, miſſis, & talibus omnem fere ſalutis ſpem poſuit, qvibus optime mederi poſſe, ſi monaſteria in ſcholas converterentur, vigiliarum vero & inferiarum abuſus edicto Regio ſevere prohiberetur, Paſtoribus autem, qvi eapropter magnam proventuum & ſalarii partem amitterent, templorum ſuperfluis divitiis damnum rependeretur, qvæ ſtatim approbata fuiſſe eventus docuit, nam paulo poſt die Repræſentationis Mariæ, qvi eſt 21 Novembris, edita ſunt edicta Regia, unum de monaſteriis Videyenſi & Helgafellenſi, ut ibidem ſcholæ, in qvibus lingva Latina doceretur, erigerentur (a). Alterum vero ut Thyckvabajenſe, Kirkiubajenſe & Skridenſe itidem in ſcholas mutarentur, in qvibus juventuti legere, ſcribere, & Religionis fundamenta inſtillarentur (b). Eodem qvoqve die data ſunt edicta, unum, qvo vigiliæ & inferiæ prohibentur & abrogantur (c), alterum vero, qvo egenis Paſtoribus tantum ſuperfluarum templorum opum ac proventuum attribui jubetur, qvantum ad eorum ſuſtentationem ſufficere videatur (d).

§. 16.

Sed tam pie cogitata, bene conſulta, & utiliter conſtituta, diu haudqvaqvam durarunt, nec multum tulerunt fructum, interveniente enim

---

conſtat, ubi Regis literas ſe accepiſſe profitetur qvibus jubeatur Regia navi in Daniam proficiſci, qvam in Iſlandiam nunqvam veniſſe cauſatur. Vid. ſupra Tom. 2. pag. 661. Veroſimile qvoqve eſt Giſſurum tales etiam literas accepiſſe.

(a) Vid. in Sum. Vener. *HARBOE Afhandling om Reformat. i Island* in *Kiöbenh. Selſkabs Skrifter* Tom. 5. pag. 273.

(b) Vid. ibid. pag. 271.

(c) Loc. cit. pag. 274.

(d) Vid. loc. cit. pag. 277. Conf. etiam ſupra Tom. 2. pag. 275.

enim Aulicorum qvorundam, aut invidia aut avaritia, qvi ex monasteriorum proventibus ditescere sperabant, edictum de monasteriis, si non statim revocatum, saltim mutatum fuit, cum Rex eodem anno d. 25 Decembr. literis ad Præsulem datis, qvæ de Videyensi monasterio scripserit, publicari vetaret; Causans deesse sibi in Islandia villam, ubi suus Præfectus habitaret villicationemqve instituere posset, qvare destinatum sit, ut Videyense cœnobium huic usui mancipetur (a). Brevi etiam de reliqvis sententia mutata est; Nam Helgafellense a Regiis occupatum & certa mercede locatum fuisse videtur anno 1543 aut 44, sed omnia tandem anno 1547 & 52. Regio peculio adscripta. Edictum autem de inferiarum, vigiliarum, reliqvorumqve abusuum & superstitionum abrogatione aliqvalem qvidem fructum tulit, sed paulatim & post longum tempus; ea autem secum tulit incommoda, ut sublatis illis, cessarent etiam legata & oblationes, easdem seqvi solitæ, qvæ sacerdotum salarii maximam partem efficiebant, qvod autem ex templorum proventibus tribueretur, non sufficiebat, & plerumqve parum aut nihil fuit, simul enim templorum ex iisdem legatis proventus non parum imminuebantur. Nonnulla qvidem villas possidebant, sed earum mercedes sacerdotibus cedere, eorum domini plane abnuebant, unde tanta in diœcesi Skalholtensi sacerdotum paucitas exstitit, ut unus verbi præco, isqve plerumqve indoctus, 3, 4, aut 5 parœciis præesset, antiqvi enim Parochi novos ritus fastidiebant, causantes Præsulem promissis non stare, qvi illis, cum *Ordinationi Ecclesiasticæ* subscripserunt, omnia sua jura, proventus & privilegia sarta tecta mansura promiserit; ditiores vero tam tenuem conditionem magno cum labore & plurimorum odio aut contemtu conjunctam aversabantur. Infimæ ergo sortis juvenes & antiqvos Colonos, si modo legere & scribere possent, imo Pedarios & Politici ordinis viros, qvibus id persvaderi potuit, sacris initiare & Ecclesiis præficere necessum fuit. Qvantum vero talium doctorum ministerium fructum tulerit, facile conjici potest. Qvod vero Præsul, qvantum potuit, his malis mederi non destiterit, qvosdam scilicet pauperes juvenes suis sumtibus erudiendo, qvosdam vero amicis commendando, ut & monasteriorum Antistites, qvibus Rex talia mandaverat, de officio monendo, non videtur dubitandum, qvod inter alia literæ commendatitiæ puero cuidam datæ ad Sigurdum Abbatem Thyckvabajensem scriptæ svadent (b).

§. 17.

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 298.

(b) Vid. Illustriss. *HARBOE Afhandling* loc. cit. pag. 276.

§. 17.

Paucitati & ignorantiæ docentium merito addi poteſt penuria librorum, tranſtulerat qvidem Oddus Gotſkalki filius *Novum Teſtamentum* in lingvam Islandicam, qvod 1540 imprimi curaverat, deinde etiam *Antonii Corvini Poſtillam Evangelicam* expoſuerat, de qva, aliisqve ab Oddo translatis libris, in Synodo Generali 1545 deliberatum concluſumqve fuiſſe videtur, ut datis a Clero ſymbolis, Oddus ad exteros abiret, librosqve excudi curaret, qvod ipſe hoc anno perfecit; Nam *Corvini Expoſitionem Evangelicam Dominicalium* Roſtochii anno 1546 impreſſam Oddus in Islandiam redux importavit, qvod Præſul in Synodo generali Clero ſignificavit, eandemqve rudiores Paſtores, ut emerent, & populo prælegerent, juſſit; Deinde idem literis ad ſuos Officiales & Paſtores datis, graviter admonuit (a). Sed ſegniter rem proceſſiſſe, ipſius Oddi qverela innuere videtur (b), qvod utrum a paupertate, an vero faſtidio aut tergiverſatione provenerit, incertum eſt. Circa hæc tempora impreſſus etiam fuit *Catechiſmus minor Lutheri*, ab Oddo itidem in Islandicum idioma transpoſitus, qvem Præſul illis etiam ſæpenumero, ut auditoribus inſtillarent, commendavit (c).

§. 18.

Graviſſimum ei cum iconolatris interceſſit certamen, nam non tantum in uno qvoqve templo & ſacello, ſed in qvavis fere domo ſimulacrum aut crux exſtitit, qvæ miſeri homines devote adorarunt. Inter omnia autem excelluerunt Thorlaci ſcrinium qvod Skalholti fuit, & crux Kaldadarneſenſis, ad ea enim feſto Thorlaci, qvi fuit 20 Julii, & feſto exaltationis crucis 14 Septembris, homines undiqve gregatim confluebant, qvam ut abrogaret conſvetudinem, Thorlaci ſcrinium in angulum qvendam templi, ubi adiri non potuit, detruſit, crucem vero propriis manibus dimovit. Et ut omnibus ſimul de hac idololatriæ ſpecie concionare-

 tur,

(a) Vid. S. Ven. *HARBOE Afhandling om Reformationen i Island*, in *Kiöbenhavnſke Selſkabs Skrifter* Tom. 5. pag. 284.

(b) Vid. ibid. pag. 282.

(c) Loc. cit. pag. 285.

tur, graviſſimas ſcripſit literas, qvibus adjunctæ fuerunt qvæſtiones hanc rem concernentes, ab illo fideliter diſcuſſæ (a).

§. 19.

Nec minoris momenti fuit articulus de ſacerdotum conjugio, qvibus ut uxores ducerent & a concubinatu deſiſteretur, luculentas ſcripſerat literas anno 1541 (b), ſed cum illis parum proficeret, optimum ratus eſt, ſi iisdem ſuo exemplo præiret. Anno itaqve 1542 (c) anteqvam patria exceſſit, ſibi deſponſaverat, Gudrunam Gotſkalki Epiſcopi Holenſis filiam, aut (ut qvidam volunt) nuptias etiam cum ea celebraverat, qvæ, dum abſuit Præſul, a ſacerdote qvodam Eiſteno Brandi filio ſtuprata fuit, exqve eo tergeminos peperit, de qvo exſtat Præſulis joculare dictum; Paſtori autem in patriam redux mox dicam ſcripſit, reumqve egit, ut ſibi 400 Joachimicorum valorem ſolveret, Gudrunæ autem crimen condonare, & illam, qvaſi nihil peccaſſet, retinere voluit, ſed cum illa id reſpueret, & ipſius frater Epiſcopi intimus amicus Oddus Gotſkalki filius, id ut rem mali exempli diſſvaderet, a propoſito deſtitit. Anno itaqve 1543 qvartam occidentalem viſitans, Catharinam Johannis Eggerti filii, Islandiæ qvondam Præfecti, filiam, ſed Eggerti Nomophylacis ſororem hoc anno uxorem duxit, ſperans, alios ſacri ordinis viros, ſuo exemplo excitos idem facturos fore.

§. 20.

(a) Has vide in S. V. *HARBOE* Tractatu ſæpius laudato pag. 293.

(b) Vid. ibid. pag. 257. ſupra pag. 196.

(c) Non audiendus eſt *JONAS EGILLI* Paſtor Hreppholenſis in ſuis *Annalibus* ſcribens, hoc factum eſſe 1539 cum Giſſurus Hafniæ hyemaret, Ögmundus enim Præſul Catholicus haud paſſus fuiſſet, ut proprius ſuus Diaconus conjugium contraheret; Neqve talem, ſeu deſponſatum, ſibi ſucceſſorem eligi curaſſet. Giſſurus itidem parum prudenter feciſſet, ſi in aliis multo majoris momenti rebus ſimulans, in hac ſolum defeciſſet, & mentem Lutheranæ Religioni addictam prodidiſſet. Refert idem autor, Gudrunam tam faſtuoſam fuiſſe, ut Epiſcopi thalamum ſpreverit, ſed propius vero videtur, pudore ſuffuſam ſe eo indignam judicaſſe. Innuit præterea patratum facinus fuiſſe conſulto, & unice in contumeliam Epiſcopi intentatum, ideoqve ejus fratres Thorlacum & Jonam Eiſtenum occidere voluiſſe, ſed aliorum interventu, 13 vulneribus ſauciatum, iis ereptum fuiſſe. Eqvidem non indignum notatu videtur, qvod Olaus Hialti filius primus Holanæ diœceſeos Epiſcopus Lutheranæ Religioni addictus parem conjugis perfidiam expertus ſit, ut Sect. 4. cap. 1. notabimus.

§. 20.

Sacerdotalis conjugii ofores, cum fuis machinationibus (ut qvidam volunt) Præfulis cum Gudruna Gotfkalki filia conjugium impedivisfent, isqve mox Catharinam Johannis filiam duxiffet, libidinis maculam ei afpergere non erubuerunt, taleqve conjugium pro fcortatione habendum, utpote contra leges ecclefiafticas contractum, & liberos ex eo natos pro nothis habendos, muffitarunt, de aliorum clericorum conjugiis fimiliter judicantes (a). Qvo factum eft, ut perpauci ejus feqverentur exemplum, qvod ut amoveret obftaculum, cum Ottone Stigoti Islandiæ tum temporis Præfecto egit, ut Edictum Regium acqvireret, qvo Sacerdotibus conjugium non tantum concederetur, fed eorum qvoqve liberi parentum legitimi hæredes declararentur (b); Qvod Præfecto perfacile fuiffe putamus, licet eapropter 30 Imperiales (ut ipfe fatetur) a Præfule acciperet, aut exprimeret (c).

§. 21.

Qvæ tum temporis a clericis & laicis committebantur adulteria, inceftus, & fcortationes, fæpius ei aliqvid negotii faceffiverunt, & magnam (ut verifimile eft) crearunt moleftiam. Anno enim 1541 confentiente univerfo clero, in generali diœcefeos fynodo Sacerdotem qvendam Sæmundum Jonæ, qvi ter fcortationes & femel adulterium commiferat, ab officio removit, Jonæ autem Egilli filio, qvi itidem enormiter peccaverat, fed clanculum & fine magno fcandalo, ni inimicorum technis manifeftum fuiffet, pepercit, fimiliter etiam de Giffuro Jonæ, ut ob bona, qvæ alias habuit, teftimonia, difficultatem viarum cum parœcia vifitanda effet, & præcipue ob Sacerdotum paucitatem, ut tolerari poffet, convenit. In eadem Synodo Enaro Arnæ filio, cum continentiæ donum non haberet, ut ex Regiæ *Ordinationis* præfcripto uxorem duceret, fevere mandavit, qvod ille primo parum curaffe videtur, fed eadem æftate qvartam

 Orientalem

(a) Conf. *JONÆ EGILLI Annales*, ut & Epiftolam Theodori Martinidæ ad Palladium datam 1550. Conf. fupra Tom. 2. pag. *666*.

(b) Vid. *HARBOE Afhandling* loc. cit. pag. 279.

(c) Vid. fupra Tom. 2. pag. 286.

Orientalem viſitans, id ut faceret, perſvadere potuit, nam in Epiſtola paſtorali edita Kolfreyuſtad Idibus Auguſti 1541, dicit *Honorabilem virum Dominum Enarum Arnori conſenſum ſuum petiiſſe, ut ſibi cum Arndiſe Snorronis contrahere matrimonium liceret, ut præſcriptarum perſonarum filii & filiæ hæredes efficerentur legitimi.* Unde patet Venerabilem huncce Enarum plures habuiſſe filios & filias, & qvod non tam pudicitiæ & conſcientiæ cauſa uxorem duxerit, qvam qvod liberi ab hæreditate non excluderentur. Eodem anno Skridæ in Toparchia Mulenſi die Jovis poſt feſtum divi Olai poſterius, Aſſeſſoribus Brando Priore Skridenſi, & qvinqve aliis Sacerdotibus, de cauſa Gudnii cujusdam, qvi Ingeborgam uxorem habens, ſed Gudrunam, cum qva conſveverat, & ex ea qvosdam ſuſceperat adulterinos, domiqve ſalva uxore aluit, ut ſcortum abigeret, ſed cum uxore habitaret, decrevit, ſecus autem qvamdiu ſupereſſent, cælebs viveret, qvod vero ob duo ultima adulteria nullam præſtiterit ſatisfactionem, Epiſcopi gratiæ judices commendarunt. Exſtitit etiam Thorlacus qvidam Arngrimi filius, qvi fratriam bis impraegnaverat, cui ut & aliis tolerabiles ſcripſit pœnitentias, ut ſuo loco dicetur. Gunnarum autem Veſtari ſuam abigere juſſit concubinam, cum tertio & qvarto gradu cognati eſſent (a). Anno 1543 Thorleifo Thoroddi, qvi ſorori uxoris ſuæ ſtuprum intulerat, ut uxorem nihilo ſecius retineret, permiſit; Et ad annum 1544 Biarnus Skeggi filius memoratur, qvi matrem & filiam conſtupraverat, cui tolerabilem præſcripſit pænitentiam.

§. 22.

Qvam ſeriam & indefeſſam in eradicandis vitiis & ſuperſtitionibus oſtendit Præſul induſtriam, tantam etiam in aliis officii partibus, ne qvid, qvantum

(a) Hæc abunde monſtrant tam mores ſeculi, qvam Giſſuri lenitatem, qvid autem bono viro mentis fuerit, cum Gunnarum Veſtari ſuam potius abigere concubinam juberet, qvam connubio ſibi jungere, licet tertio & qvarto gradu cognati eſſent, cum tale conjugium *Ordinationi Eccleſiaſticæ* non adverſaretur, non capio. Omnia enim circa conjugium huc usqve, imo in annum 1547, qvo tandem Regium de conjugio Sacerdotum Reſcriptum datum 1545 accepit, ad ductum *Ordinationis* diſpenſavit. Interim tamen inveterata illa opinio de cognatorum in tertio & qvarto gradu illicito conjugio, usqve ad tempora Chriſtiani Qvarti duravit. Vid. ſupra pag. 48. ſq. Dictus Enarus Arnæ ſine dubio poſt (270 annorum) ſacerdotalis conjugii ex Iſlandia proſcriptionem illud autore Giſſuro Epiſcopo primus in patriam reduxit. Vid. ſupra pag. 196.

qvantum in eo fuit, Respublica detrimenti caperet, vigilantiam adhibuit, cumqve illi ea infpectio incumberet, ne bona Ecclefiaftica aliqvid jacturæ facerent, audito Ogmundum Regi omnia fua bona emancipaffe, litem movere cœpit, de Templi Skalholtenfis forte & poffeffionibus, qvas nondum fibi, ut legitimo fucceffori & cathedræ curatori tradidiffet, eamqve delegatis in Synodo judicibus 1541 fecandam commifit, qvorum conclufio fuit, Ogmundum fua, non vero aliena, qvæ ei fuerunt concredita, donare potuiffe, Templo itaqve Skalholtenfi ex ejus facultatibus compenfationem deberi. Denuo etiam anno 1542, die Jovis in hebdomade Pafchatis, Kyraugaftadis, 12 delegatorum judicio eandem caufam commifit, qvibus fuperioris anni mox nominata Synodi conclufione, & rationario propria Ogmundi manu fubfcripto probavit, Odmundum accepiffe magnam auri, argenti, pannorum, aliusqve pretiofæ fupellectilis fummam, qvam non reftituiffet, pronuntiarunt itaqve judices, talem fententiam; Giffuro tutum effe, omnia ea fuæ poteftati fubjicere, qvæ cathedræ Skalholtenfis unqvam fuerint, & præterea Ogmundi mobilia & immobilia bona, usqvedum Cathedra Skalholtenfis plenam fuarum poffeffionem acceperit compenfationem, fed num Giffurus his moliminibus aliqvid profecerit, nos latet, interim verifimile eft, villicationes Ogmundi, qvas Reykis in Olvefo & Haukadali inftituerat, non tenues & paupertinas fuiffe, præfertim Haukadalenfem, qvo Augmundus fua, ut in proprium domicilium congefferat, qvo etiam Giffurus ftatim poft Ogmundi captivitatem fe contulit, experturus forte, numne ejus pretiofa ibidem poffet reperire. Tandem vero Regiæ Majeftati caufam retulit, ejusqve decifionem expetiit, & impetravit (a).

§. 23.

Cum Præful infantum confirmationes, templorum dedicationes, campanarum, altarium, fuggeftorum, taliumqve confecrationem more majorum perficienda, aliaqve ejusmodi, omitteret, plebs viciffim decimas debitas ei denegavit, *Antiqva* enim *lex Ecclefiaftica* Cap. 9 expreffe dicit: *Si Epifcopus negligit ea facere, qvæ ejus funt officii, Coloni a decimarum folutione liberi funto*, qvod telum in eum retorqvere plurimi cœperunt; Anno

(a) Vid. fupra Tom. 2. pag. 298.

Anno itaqve 1545 hanc caufam delegatorum judicum decifioni commifit, qvam, cum ab aliis, qvæ huc usqve memoratæ funt, in eo differat, qvod illæ *jus Canonicum*, hæc vero *Scripturam Sacram*, ut primarium fundamentum allegat, hic fibi locum vindicat (a).

§. 24.

Generalia comitia, ut moris eft Epifcopo Skalholtino, qvotannis adire folebat, præterqvam anno 1544, tunc enim negotiorum multitudinem caufans, domi remanfit, ut ex epiftolio ad Magnates ibi congregatos fcripto patet (b); & gravem aliqvam obftitiffe caufam haudqvaqvam dubitandum putamus, nam præcedente anno promiferat Jonæ Epifcopo in proximo foro generali fe adfuturum, ut caufa Biarnanefenfis ibidem disceptaretur, & fi fieri poffet, ad optatum finem deduceretur; Sed non obftante ejus abfentia caufa fexvirali judicio fubmiffa fuit, qvi decifivam pronuntiare fententiam non audentes, Regiæ Majeftati referendam cenfuerunt, Ejusqve judicio partibus ftandum effe edixerunt, qvo anno feqvente fententiam pronunciante Jonas caufam obtinuit (c), licet paulo poft aut a Giffuro, aut, qvod non eft improbabile, Brynjolfo Jonæ melius de ejus connectione & circumftantiis informatus, hanc fententiam Rex revocaret, & Biarnanefum perinde ac alia Ogmundi Epifcopi bona fifco Regio adjudicaret (d).

§. 25.

Sub Papifmo cognatione & affinitate, tam corporali, qvam fpirituali (ut loqvebantur), intra qvintum gradum junctis conjugium contrahere non licuit, qvod multis magni fæpe fuit caufa damni & infortunii, ut ex hiftoriis patet. Has leges Giffurus ftatim abrogatum ivit; Nam anno 1542 Jonæ Grimi filio & Thorunæ Helgonis filiæ, qvarto affinitatis gradu junctis,

(a) Vid. ad finem Cap. Litr. C.

(b) Vid. fupra Tom. 2. pag. 663. 730.

(c) Vid. ibid. pag. 300.

(d) Vide hujus controverfiæ luculentam relationem fupra Tom. 2. pag. 530. 649. 656. 663. fqq. & infra cap. 3. §. 5.

junctis, conjugium inire promisit; Simile qvid Thorsteino Arfidi & Vilborgæ Sigurdi filiæ 1546 concessit. In aliis decessorum morem tenuit, ut scortatores pecunia mulctaret, & competentes pænitentias injungeret, qvod ex pluribus ab eo editis apochis probari potest, præsertim vero ex literis, qvibus Thorlaco Arngrimi filio, qvi fratriam bis imprægnaverat, competentes scripsit pœnitentias (a). Nec minus Denarium Petri qvam illi collegit, sed qvam, & cui, ejus reddiderit rationem, non liqvet.

§. 26.

(a) Ego Gissurus Einari Superintendens diœceseos Skalholtinæ per has patentes bonis hominibus notum facio, qvod consilio & consensu probissimorum virorum Clericorum & Laicorum, pront judicium, cui hæ meæ literæ affixæ sunt, indicat, Thorlaco Arngrimi has seqventes præscripserim pœnitentias & admonitiones; Ne templum ingrediatur, nec eqvo, nisi urgente necessitate, vehatur, sit in carina qvovis die veneris, pane solum & aqva vescens, qvolibet die lunæ cibum dumtaxat durum & aridum, & ante singula Mariæ festa solam aqvam gustet, legatqve Psalterium, nec calceamenta nec arma gester, ab omni concubitu caveat, domi se contineat, conventus aut compotationes non adeat, nec cœnam Domini accipiat, priusqvam ab Ecclesiæ antistitibus permissum fuerit, thermis & balneis, vestimentis linteis & plumeis, jurejurando & maledictione, abstineat, semper aliqvid utile pro virili peragat, fidelitatem & obseqvium illi, qvi eum sustentat, exhibeat, & has admonitiones tamdiu servet, qvamdiu antistes Cathedræ Skalholtensis nullam fecerit mutationem. In cujus rei verum testimonium sigillum meum his literis affigo, scriptis Skalholti in festo Mariæ Magdalenæ, Anno 1545. Sat multæ tales ejus exstant apochæ, una data Davidi 1542, qva eum a qvarto cum Ingvelda Arnæ filia incestus & adulterii crimine absolvit, de qva præcipue notandum est, qvod dicat: " I sva máta ef þesse kona er med barne " nú af hans vauldum, þá skal þesse lausn þeim óbrigdanlega nægiast, og so kvittan." Id est: *Eodem modo si hæc mulier jam ex eo gravida est, hæc absolutio & apocha illis sufficiet;* Qvæ clausula superflua & parum prudenter adjecta esse videtur. Aliam iisdem personis impertivit absolutionem 1545, in qva dicit se ipsum Davidem absolvisse a qvinto cum Ingvelda adulterii peccato, & tolerabiles pœnitentias præscripsisse. Unde ut ex reliqvis omnibus ejus a scortatione & adulterii peccatis absolutionibus eum satisfactionem operum, seu pœnas qvasdam corporales, talibus injunxisse patet, qvod qvo sensu aut ratione fecerit, non liqvet, verisimillimum videtur ea id intentione fecisse, ne Lutherani neophyti nimia ejus indulgentia scandalizarentur. Ultimam tandem & generalem Davidi dedit qvittantiam, scriptam Middali anno 1547, qva omnes priores tam Ögmundi qvam suas ei impertitas absolutiones & apochas denuo plenissime confirmat. Plures hujusmodi ab eo datæ exstant, ut Biörno Johannis filio, Thorleifo sacerdoti, aliisqve, qvas longum est enumerare.

§. 26.

Præter memorata ejus acta exſtant in Cartophylacio Skalholtenſi: 1) judicium ſub ejus præſidio, de cauſa qvam ipſe Eyolfo Jonæ intentavit 1541, aliudqve de eadem cauſa 1542; accuſabat autem Eyolfum, qvod vaccas cum prædio Reykis locatas aut non reſtituerit, aut earum mercedem non ſolverit. 2) Ejusdem permiſſio aut conſenſus, ut Sigurdus Oddi habeat villam Tinda, qvæ fuit peculium templi Budardalenſis, ſed templum ejus loco certam partem fundi Budardalenſis 1544. 3) Judicium & inqviſitio, de decimis, qvæ ex piſcatura in Veſtmanneyis pendi ſolent, juſſu Regiæ Majeſtatis inſtituta, num ad Paſtores loci, an vero ærarium Regium, pertinerent, qvam cauſam Paſtores obtinuerunt, datum 1545. 4) Inqviſitio forenſis ab ipſo mota & inſtituta, num ne ſibi licitum eſſet, omnia illa prædia retrahere, qvæ qvondam aut aliqvando cathedræ Skalholtenſis fuerint, ſed ab Epiſcopis conceſſa Sacerdotibus, qvi in ſua parœcia nullum certum haberent domicilium, aut prædium, qvod habitarent; qvod ipſi a judicibus non modo permiſſum, ſed fere injunctum fuit, neqvid cathedræ opes detrimenti caperent. 5) Judicjum ſub ejus præſidio promulgatum, qvo prædium Kroſſ in Landeyis cathedræ Skalholtenſi adjudicatum fuit 1546. 6) Transactio cum Erlendo Nomophylace, qva ille Epiſcopo tradit & venditavit omnia illa jura, qvæ haberet in prædia Arbai, Thoruſtad, & Forſnes in tractu Olveſenſi, ut & oram maritimam prædii Hraun & maris in eam ejectamenta, cum ſtatione navis piſcatoriæ in ora maritima Biarnaſtadenſi, 1546.

§. 27.

Ne legibus, qvæ Epiſcopo injunxerunt tertio qvovis anno diœceſeos viſitationem abſolvere, ullam faceret fraudem, prima ſtatim æſtate 1540 viſitationem cujusdam partis orſus eſt, ſed ubinam, nobis non conſtat, qvidam enim auſtralem deſignant, qvidam vero orientalem, qvam annis 1541 & 44 illum viſitaſſe certum eſt (a), & Veſtfiordenſem 1543, Snoxdali enim die Mercurii in autumnali qvatuor temporum hebdomade ſcripto confeſſus eſt Davidem ſibi bona fide reddidiſſe rationem omnium

(a) Vid. ſupra pag. 252.

um proventuum ejus Præpoſituræ, qvam ei concrediderat, & in regreſſu Helgafelli hoſpitans 19 Jan. 1544 generalem Davidi dedit apocham. Eandem qvartam iterum inviſit 1546, tunc enim Hagæ in Bardaſtrond conſtitutus effecit, ut ſacerdos Magnus Eyolfi opimam præbendam Selardal affini ſuo Giſlao Jonæ cederet; Sed annis 1545 & 1547 auſtralem qvartam viſitaſſe, nullum eſſe dubium putamus, viſitationes autem armatis cinctus obire, & anteqvam iter iniret, talem præmittere epiſtolam ſolitus eſt (a).

§. 28.

Giſſuro ad clavum reipublicæ eccleſiaſticæ in diœceſi Skalholtina ſedente, 150 in ea numerabantur Sacerdotes; Abbates vero & Monachi fuerunt in cœnobio Videyenſi; *frater* Petrus, *fr.* Thorleifus, *fr.* Jorundus, Ædituus. In Helgafellenſi; Abbas Halldorus, *fr.* Gunnlaugus, *fr.* Olaus, *fr.* Jonas Backi, *fr.* Gunnarus. In Thykvabajenſi; Abbas Sigurdus, *fr.* Jonas Arnæ, *fr.* Jonas Oddi, *fr.* Magnus, *fr.* Jonas Grimi, *fr.* Sæmundus. In Skridenſi; Prior Brandus, *fr.* Olaus, *fr.* Magnus, *fr.* Thorſteinus. In Kirkiubajenſi; Abbatiſſa Halldora ipſius Epiſcopi amita, *ſoror* Gudruna, *ſoror* Oddnya Epiſcopi germana, *ſoror* Arnleifa, *ſoror* Aſtrida, *ſoror* Margreta, *ſoror* Valgerda. Antiqvis Presbyteris & Parochis plerisqve ob religionis ac rituum mutationem, eamqve ſubſeqventem ſalarii ac proventuum imminutionem, inviſus, junioribus autem, qvi ad talem dignitatem nunqvam alias perveniſſent, ut & piis ac bonis omnibus ſatis acceptus & carus fuit. Cum Primoribus & melioris notæ Politici ordinis

(a) N. N. Vobis omnibus Clericis & Laïcis, qvartam orientalem inhabitantibus ſalutem in Deo amicam dico. Notum vobis faciens, qvod ex bono & antiqvo more Dei gregem intra dictos terminos mihi concreditum inviſere conſtitui, & poſt proximum Thorlaci feſtum iter ingrediens, Skalholto, Skridufellum & inde per Spreingeſand Mödrudalum tendere, ſingula ad officium meum, & jurisdictionem Eccleſiaſticam pertinentia bonorum virorum conſilio, prout optime decet, ordinaturus. Si qvi hoſpitio me excipere non valeant, mihi obviam eant, & me aut meum Architriclinum, ad hoc, ut tempeſtive præcognoſcam, indicandum, conveniant. Præterea bonos homines monitos volo, ut expeditas & diſtinctas, prout par eſt, templorum rationes in promptu habeant. Jubeo & præcipio, ut ſinguli Beneficiati & Parochi, has meas Viſitationis literas, ad ſuum qvisqve templum recitent, & deinde unus ad alterum transmittant, ut per prædictam qvartam in tempore circumeant. In fidem &c. Skalholti 1544.

dinis viris concordiam & amicitiam coluit, & (ut qvidam volunt) nimiam, ita, ut ſtatui eccleſiaſtico detrimento eſſet; eam enim obſtitiſſe putant, qvominus Sacerdotes loco proventuum, qvos ex vigiliis, inferiis &c. habebant, aliqvid ex templorum reditibus acciperent, prout juſſerat, ipſiqve injunxerat Regia Majeſtas cum inferias taliaqve abrogaret; Sed ejus vera cauſa non fuit mera adulatio, aut intempeſtive iis præſtita indulgentia, ſed prudentiæ qvædam ſpecies, clericis qvidem damnoſa, ſed reformationis negotiis utilis, probe enim prævidit vir ſagax, ſi potentes & divites Proprietarios, templorum Curatores, eorumqve poſſeſſionum uſurpatores, fundorum aut eorum vectigalium privatione irritaret, parum vel nihil ſe in Reformationis opere profecturum, nam ut illi, qvos nimia Epiſcoporum & cleri potentia & avaritia injuſte huc usqve oppreſſerat & exſuxerat, non parum lætabantur eos jam ſuis proventibus privari, ideoqve forte plures eorum tam promte reformatam amplexi ſunt religionem, ita non ſine ratione putavit verendum eſſe, ſi jam templorum jura patronatus & vectigalia ab illis in clericos transferrentur, ne acerrimi purioris religionis hoſtes exiſterent. Hanc ſcyllam ut vitaret Præſul, Regii mandati exſecutionem diſtulit, potius qvam neglexit, putans brevi, cum Religio Lutherana altiores fixerit radices, ſe huic malo facilius mederi poſſe. Sed hac dilatione graviter in carybdin incidit, ut hodiedum (a) exiguum valde ex hac Regiæ Majeſtatis conſtitutione fructum Sacerdotes exceperint; Nam nec tempus vitæ ei ad propoſitum perficiendum ſuffecit, nec ejus ſucceſſores de ea re ſolliciti fuerunt, qvocirca Regium Edictum, cujus exſecutio primum fuit intermiſſa, tandem ut lex obſoleta & antiqvata æſtimabatur.

§. 29.

Anno 1548, cum circa feſtum Purificationis Kaldadarneſi ingentem illam & publicæ adorationi proſtitutam crucem dejeciſſet, aut ibidem ſtatim, aut in regreſſu, lethali morbo correptus eſt, qvi ei poſt qvatuor aut qvinqve ſeptimanas vitam eripuit, cum Epiſcopatum geſſiſſet annos octo, vixiſſet autem paucos ultra 40. Corpus primo fuit ſepultum intra templum Skalholtenſe, ſed exacto biennio juſſu Jonæ Aræſonii Holenſis Epiſcopi

(a) Vide infra Cap. 4. §. 11. & 12.

Epiſcopi exhumatum & indigne tractatum, in foveam qvandam conjectum, unde paulo poſt juſſu Regio ſublatum, & in priori ſepulchro honorifice conditum fuit; Statura fuit procerus, & viribus robuſtus, prout fuerant ejus majores. Nam avus ejus Sigvaldus a proceritate cognominatus fuit *Lángalif*, ſed Einari patris ejus longitudo dicitur fuiſſe 4 ulnarum uno minus qvartario; Ingenio præditus fuit acuto, docili, facili, læto & affabili, memoria tenaci, qvicqvid legit, egit aut promiſit, cujus oblivisci noluit, codicillis ſtatim inſcribebat. Islandorum ſuæ ætatis doctiſſimus, in Islandicam lingvam tranſtulit *Proverbia Salomonis* & *Librum Syracidis*, plures, ſi diutius vixiſſet, haud dubio expoſiturus, erat enim magnæ induſtriæ, ut ſemper aliqvid legeret aut ſcriberet, aut etiam mechanicum qvicqvam fabrefaceret (a). Qvantum ei debeat Eccleſia Islandica, præſertim in diœceſi Skalholtina, vel me tacente, res ab eo geſtæ luculenter docent. Ex uxore duos ſuſcepit liberos, qvi recens nati obierunt, hæredes itaqve habuit fratres, qvi cum ſucceſſore de templi & ædificiorum vitiis ita paciſcebantur, ut illi duæ partes mobilium defuncti Epiſcopi cederent, hæredes vero tertiam duntaxat hæreditatis nomine retinerent. Taxant in eo inimici & invidi: 1) Qvod Ogmundum nutritorem de ſe optime meritum male multaverit, qvod Ogmundi protervia & machinationibus, ut & amore veræ Religionis, & fide in Regem facile excuſatur, cum magis Deo qvam hominibus obedire debeamus. Noſtro judicio nihil in Ogmundum peccavit, niſi verum ſit, qvod refert *JONAS EGILLI* famam tuliſſe, Giſſurum Ogmundo ſcripſiſſe, nihil illi a Hvitfeldio mali impendere, eumqve hoc modo ſecurum feciſſe & prodidiſſe, qvod haudqvaqvam laudandum cenſemus, præſertim cum ipſe ejus captivitatem machinaretur, certe enim tum tacuiſſe præſtabat (b). 2) Qvod tot annos in cœnobio Thyckvabajenſi, in ſatellitio Ogmundi, & aula Archiepiſcopi Nidaroſienſis tam inſignem egerit hypocritam, ut in mente de Lutheri dogmatum veritate convictus Catholicorum ſacris ſemet dederit, iisdemqve ut primarius Myſta operatus fuerit, qvod qvantum video, non niſi neceſſi-

(a) Libri, qvos moriens reliqverat, lingva Latina vel Germanica ſcripti erant numero ſexaginta; Iſlandici autem idiomatis: *Codices Legum*, *Jonæus* & *Grágás*, *Speculum Regale*, *Annales*, *Proverbia Salomonis*, *Corvini Poſtilla*, *Novum Teſtamentum*, *Sermones ſacri*, *Biblia Islandica*, & *Sermones de martyribus*, ut & alii *de Sanctis*.

(b) Vid. ſupra Tom. 2. pag. 547. ſq.

neceſſitate, & ea qvidem haud inevitabili, aliqvali modo palliari poteſt (a). 3) Ei objiciunt, qvod miniſtris Eccleſiæ gravia onera impoſuerit, ſed de ſalario non proſpexerit, & qvod prædia, illis antiqvitus ab Epiſcopis conceſſa, retractare conatus fuerit, qvam maculam, qvantum potuimus, §. 28. abſterſimus, ſed qvicqvid ſit, tanta ejus exſtare merita, ut omnes hosce nævos facile ſuperent & diluant, confidenter aſſerere audemus.

§. 30.

Cum apud Chronologos in computo annorum Giſſuri Epiſcopi tantus ſit diſſenſus, ut fere tot occurrant ſententiæ, qvot ſcriptores, noſtri officii eſſe ducimus, ut eundem enucleare operam demus. Inter hos primo occurrunt duo Skalholtenſis diœceſeos Epiſcopi, Giſſuri in officio ſucceſſores digniſſimi, Mag. *THEODORUS THORLACIUS* in *Diſſert. de Island.* Sect. 2. Theſ. 3. §. 4. & Mag. *JONAS ARNÆUS* in *Vita* ſoceri ſui *Einari Thorſteinidæ Epiſcopi diœceſeos Holanæ* impr. Hafniæ. (Nam ipſa concio funebris autorem agnoſcit Paſtorem *JONAM GUNNLAUGIUM*, ſed vita Epiſcopi *ARNÆUM*, tunc temporis ſcholæ Holanæ Rectorem.) Qvi expreſſe dicendo Martinum Einari fuiſſe primum Reformatæ Religionis Epiſcopum Skalholtenſis Curiæ, Giſſurum aut Catholicis adnumerare, aut ex catalogo Epiſcoporum expungere voluiſſe videntur, qvod non ex livore aut invidia qvadam, ſed ignorantia aut lapſu memoriæ proveniſſe libenter concedimus, nam Mag *THORLACIUS* rectiora edoctus in *Catalogo Epiſcoporum Skalholtenſium* Schedis Arii Polyhiſtoris, impr. Skalholti 1688, ſuffixo, nomen viri eidem inferendo, errorem aliqvatenus correxit, nimis tamen jejune ibidem de tanto viro loqvitur, cujus in Eccleſiam Islandicam tot tantaqve exſtant merita, cum duntaxat de eo ſcribat, *eorum eum primum fuiſſe, qvi cælibatum Paſtorum ſuſtulerunt*, qvaſi alios in eo habuerit cooperarios, ſed tantum primus opus aggreſſus fuerit, & nihil aliud memoratu dignum geſſerit. Noſtro judicio præſtabat omnino tacuiſſe, qvam tam nude, ne dicam contemtim, de tanto viro ſcripſiſſe. Sed hos erroris convincunt, qvotqvot de Giſſuro aliqvid ſcripſerunt. 2) Se offerunt, qvi electionem ad annum 1540, ſed confirmationem & ininaugura-

(a) Vide ſupra pag. 246. ſq.

augurationem ad annum 1541 referunt, eumqve cum Hvitfeldio in Islandiam veniſſe, qvorum magnus eſt numerus, potiſſimi autem Mag. *BRYNJULFUS SVENONIUS* Epiſcopus Skalholtenſis, *ARNGRIMUS JONÆ*, qviqve eum ſemper ſeqvitur, Mag. *THEODORUS THORLACIUS*; *JONAS ARII* Paſtor Vatnsfiordenſis, aliiqve, qvæ, qvam erronea ſint, ex allatis ſupra documentis ſatis patet. 3) *BIORNUS de Skardſaa* in eo primum cum illis facit, qvod Giſſurus anno 1541 Epiſcopus factus, in Islandiam venerit, mox autem ad annum 1542 id retractare videtur, innuendo ejus electionem 1541 factam fuiſſe, hoc autem anno, ſeu 1542, in Islandiam cum Hvitfeldio veniſſe, & plura ejusmodi, qvæ piget recitare, nam totam Giſſuri hiſtoriam ita invertit, ut ſe ipſum refutet. 4) *Skardsaaënſis* & *Vatnsfiordenſis Annalium* ſcriptores volunt huncce Epiſcopum anno 1541 conjugium Paſtorum introduxiſſe, qvod eqvidem eſſet tolerabile, ſi doctrinam de conjugio & cælibatu Sacerdotum, qvam Giſſurus 1541 primo publice profitebatur, cum Edicto Regio dato 1545 non confunderent. 5) Qvod autem *BIORNUS de Skardſaa* ſcribit Giſſurum anno 1541 Ogmundo officium abrogaſſe, eoqve cæcum virum compuliſſe, ut ad ſororem ſuam Asdiſam confugerit, non tantum repugnat veritati, ſed etiam Giſſuro Epiſcopo nimium probroſum eſt. 6) *Skardſaaënſis* & *Vatnsfiordenſis*, Epiſcopi nuptias ad annum 1544 referunt, qvas Skalholti celebratas fuiſſe volunt, de qvo illis gravem non movemus litem, licet putemus, eos nuptias Thorlaci Epiſcopi fratris & Gudrunæ, Catrinæ uxoris Epiſcopi ſororis, pro ipſius Epiſcopi nuptiis venditare, illæ enim Skalholti celebratæ fuerunt 1544, ut ex pactis dotalibus, ſcriptis Skalholti hoc anno Dominica 4 poſt Paſcha, ſatis conſtat. 7) Recte ſcribit *JONAS EGILLI* Paſtor Hreppholenſis Giſſurum 1539 electum fuiſſe, & 1540 Cathedram aſcendiſſe, ſed qvod expreſſe dicit Myndenſem eodem anno Skalholti occiſum fuiſſe, ad lapſus memoriæ referendum eſt, pari modo etiam, qvod innuit Giſſurum eodem anno Gudrunam Gotſkaki filiam uxorem duxiſſe; graviter autem errat, cum ſcribit eum anno 1544 Hafniam petiiſſe, ibiqve a Rege impetraſſe, ut cœnobia Sacerdotibus attribuerentur, qvi ſcholas ibidem inſtituerent, qvæ Diplomata ab eo, cum Hamburgi domum tendens commoraretur, tabellarius Hafnia veniens, repopoſcerit, rem enim publicam ſtare non poſſe, ſi proventus ex Islandorum monaſteriis amitteret, cujus cauſam in Cancellarium Joh. Friſium non obſcure conjicit, qvæ cum ſuperius exhibita documenta frivola eſſe demon-

demonſtrent, digna non ſunt, ut iis diu immoremur. 8) Emortualem ei faciunt *ARNGRIMUS*, *THORLACIUS*, *SKARDSAAENSIS*, *VATNSFIORDENSIS*, aliiqve annum 1546, ſed perperam, ſolus fere ex antiqvioribus *JONAS EGILLI* filius recte ſcribit, eum tempore qvadrageſimali 1548 occubuiſſe.

§. 31.

Tandem oritur qvæſtio, qvot annos vixerit? De qva inter Autores non convenit, cum qvidam ei plusqvam 40, qvidam autem 33 annos tribuant; licet omnes iisdem fundamentis ſuam ſuperſtruant ſententiam, qvalia ſunt; Einarum Giſſuri patrem ex uxore Gunnhillda qvatuordecim ſuſcepiſſe liberos, qvorum Giſſurus fuit natu maximus, ſed Enarum mortuum fuiſſe anteqvam Giſſurus in Ogmundi Epiſcopi famulitium adſciſceretur, ergo veriſimile eſſe eum tunc ex pueris exceſſiſſe, qvod etiam affirmat *JONAS EGILLI*, dicens eum fuiſſe (*vaxinn*) maturum, vocabulum autem *vaxinn* notat maturam ætatem & ſtaturam, diciturqve communiter de iis, qvi ſunt inter 16 & 20 annos; qvidam etiam fatentur eum tunc fuiſſe annos natum ſedecim. In ſchola Hamburgenſi, qvidam ei annos ſex, alii ſeptennium, qvidam vero unicum tantum qvadriennium, & in Wittebergenſi Academia triennium tribuunt; In eo autem omnes conſentiunt, qvod redux in patriam unum annum apud matrem, & duos in cœnobio Thyckvabajenſi transegerit, anteqvam denuo in Ogmundi Epiſcopi famulitium adſcitus fuerit. Cumqve horum pleraqve conjecturis nitantur, nobis etiam noſtram in medium proferre fas erit, qvæ talis eſt: 1) Giſſurum 16 circiter annos natum in Ogmundi familiam adſcitum fuiſſe, & in eadem biennium circiter transegiſſe, brevius enim tempus ad probandam hero tantam in famulando obedientiam & manſvetudinem, in diſcendo induſtriam & capacitatem, in rebus gerendis fidem & dexteritatem, ut dignum cenſeret, cujus ſtudiis & diutinæ peregrinationi haud contemnenda pecuniæ vis impenderetur, & qvod multo majus eſt, id efficere, ut poſt multos annos virum ob odioſam & teterrimam hæreſin, ſibi & bonis (ɔ: Catholicis) omnibus exoſum & inviſiſſimum in gratiam reciperet, cui intima conſilia ac res maximi momenti tuto concredere poſſet, unde ſeqvi videtur Giſſurum (qvam minimum) 18 annos natum in Hamburgenſem ſcholam transmiſſum fuiſſe. 2) In eadem ſex annos aut ſeptennium triviſſe concedimus qvidem, ſed eatenus qvod non integrum

trien-

triennium Wittebergæ transegerit; nam omnino est incredibile, Ogmundum Episcopum, ex cujus gratia Gissurus apud exteros vixit, pecuniam ipsi suppeditasse, ut Wittebergæ eam sub institutione Lutheri & Philippi, ad imbibendam hæresin Lutheranam, expenderet. Si itaqve Gissurus unqvam Wittebergæ fuit (qvod eqvidem non penitus negamus) oportet id factum esse: α) Ogmundo inscio & curto tantum tempore; aut β) si qvid illa assertio veri habet qvod triennium Wittebergæ fuerit, verosimillimum videtur, semel qvovis anno Wittebergam ad audiendum Lutherum & Philippum excucurrisse, & mox Hamburgum repetiisse, ne tales excursiones Ogmundo innotescerent, ibidem enim fuisse anno 1532 die 15 Mart. ex literis ad Ogmundum datis liqvido constat (a); vel etiam γ), Ultimum tantum annum aut ejus maximam partem Wittebergæ transegisse, qvod maxime arridet, sed anno 1533 in Islandiam reversum fuisse statuimus, unde talis emergit annorum computatio: Natus videtur anno 1508. Prima vice in Ogmundi domum adscitus est anno 1524, ætatis 16, ibidem permansit in annum seculi 26, ætatis 18. Eodem anno ad exteros abiit, abfuitqve annis 7, ut reversus sit anno 1533, ætatis 25. Deinde unum annum domi apud matrem, & biennium in cœnobio Thyckvabæjensi, transegit, ita ut anno 1536, ætatis 28, in Ogmundi domum altera vice intraverit. Eodem anno ad Archiepiscopum mittitur, & 1537 revertitur, ut ex Ogmundi literis ad Mag. Gebierum patet (b). Anno 1538 in Islandia permanens,

(a) Literæ Gissuri Enari ad Ögmundum Episcopum, datæ Hamburgi: *Venerande Domine. Noverit tua Celsitudo non excidisse mihi qvare huc sim missus, nempe ut doctior & melior ad vos redeam, qvam exspectationem ne vos frustra de me habuisse videamini, ego sedulo daturus sum operam pro mea virili. Porro qvod mihi non parce ministretis ea, qvibus ad hanc rem opus est adolescentibus, ut mihi gratissimum est, ita facit me sollicitum, qvantum possim, referam gratiam, etiamsi videam, nunqvam fore, ut par sim tantis beneficiis. Qvia hoc sciat Tua Celsitudo, me nactum esse bonum hospitem, ut qvi præstiterit omnia, qvæ pollicitus est, ad hæc nactus fideles præceptores, & dignos qvos parentum loco semper observem & venerer. Qvod ad studium meum attinet, ego possum Latinum sermonem utcunqve intelligere; perfecte scribere, & loqvi nondum licet. Sed spero me eam operam adhibiturum, ut nunqvam pœniteat Vos impensæ; Dominus servet nobis Tuam Celsitudinem diu sanam, amen. Hamburgi Anno 1532 Martii 15. Tuæ Celsitudinis deditissimus.*

(b) Datæ sunt hæ literæ Anno 1537. Qvibus Augmundus Mag. Geblero magnas solvit gratias pro beneficiis Diacono suo Gissuro Enari filio præstitis, promittitqve se soluturum nomina, qvæ Gissurus ei fecerat. Vid. supra Tom. 2. pag. 536.

nens, Mag. Gebleri literas accepit (a). Anno 1539 ut electus Episcopus in Daniam transiit ad capessendam confirmationem Regiam & ordinariam inaugurationem, qvam eodem anno Dominica Jairi (b), natus annos 31, accepit

(a) Vide Summe Ven. *HARBOE Afhandl. om Reform. i Island* in *Kiöbenh. Selsk. Skrifter* Tom. 5. pag. 235. Ex utriusqve epistolæ collatione colligi poteſt: α) Giſſurum ex legatione ad Ögmundum reverſum fuiſſe anno 1537. β) Geblero mentem ſuam de cauſa Religionis, qvæ tum ſervebat, aperuiſſe. γ) Oblitum fuiſſe anno 1537 Geblero ſcribere, & pro præſtitis beneficiis gratias agere. Tandemqve qvod periculoſum illud in Norvegiam iter inciderit in annos 1536 —37, ex qvo patet Giſſurum ſecunda vice in Ögmundi familiam tranſiiſſe anno 1536.

(b) Ipſum Palladii teſtimonium Giſſuro datum ſupra pag. 250. allegavimus, circa qvod varia veniunt obſervanda, qvæ ne ibidem prolixiori & mere critica digreſſione hiſtoriam interrumperemus, ad finem Capitis reſervavimus, qvorum præcipua ſunt: α) Giſſurus in *Memoriali* propria manu ſcripto dicit ſe iter Hafniacum Hamburgo ingreſſum fuiſſe 8 idus Novembr. anno 1539; Sed Palladius teſtatur ſe eum ſolenniter inauguraſſe Dominica Jairi, qvod non facile fieri potuit Dominica Jairi anno 1539, decimo tertio die, a qvo Hamburgum reliqvit, nam Dominica Jairi hoc anno (qvi fuit Cycli ſolaris 8, ſed lunaris 1, habuitqve lit. Dominicalem A) incidit in 19 Novembr. Qvomodo enim tam longum iter tempore hyemali perfici, cum Rege colloqvium abſolvi, illius ad Profeſſores Reſcriptum expediri; examen abſolvi, Regiqve Giſſuri habilitas ab illis reſcribi; Juramentum fidelitatis præſtari; Ipſius deinde Codicilli confirmationis expediri, nam eorum in teſtimonio mentionem facit Palladius, tandemqve Giſſurus ſe ad tam ſolennem actum decenter præparare. β) Codicilli confirmationis dati ſunt Gottorpii die Lunæ poſt Judica, unde Giſſurus recta Hamburgum tetendit, qvo poſt triduum venit ɔ: die Jovis ante Dominicam Palmarum vide ſupra pag. 250. indeqve mox in Iſlandiam transfretavit, ex qva pedem non extulit priusqvam anno 1542. Hæc qvomodo conciliari poſſint, non videmus, niſi Dominica Jairi, qvæ eſt 24 poſt Trinitatis, hic pro alia qvadam in Januario, Februario, aut Martio incidente, ex lapſu memoriæ aut oſcitantia qvadam adſcripta eſſe intelligatur. Si hic conjecturis uti liceret, aptiſſimum forte foret dicere pro Dominica Jairi ſubſtituendam eſſe Dominicam 3 poſt Epiphaniam. Cum utriusqve Evangelici Textus, licet diverſi ſint, non tamen plene diſſentiunt, alter enim agit de ſanatione leproſi & ſervi Centurionis; alter autem de ſanatione menſtruoſæ mulieris, & reſuſcitatione filiæ Principis Synagogæ, qvi fuit Jairus, uterqve duplex continet miraculum, qvæ prope & in urbe Capernaum facta ſunt, qvæ ſimilitudo talis memoriæ lapſus cauſa facile fieri potuit. Sed ſublata hac difficultate, ſupereſt alia haud levior, in eo conſiſtens, qvod Palladius expreſſe dicit, Giſſurum ante ordinationem Juramentum fidelitatis Regi præſtitiſſe, & ab eodem confirmatum fuiſſe, cum Codicilli confirmationis dati ſint Gottorpii die lunæ poſt Judica, ſeu 4 circiter menſibus a Dominica Jairi, qvomodo tolli poſſit non video, niſi ſtatuatur Regem bis Giſſuri vocationem confirmaſſe, primo ſcripto qvodam ad Palladium

accepit, fed Confirmatio Regia data eft Gottorpii die Lunæ poft Dominicam Palmarum 1540. Unde Hamburgum, & inde in Islandiam tetendit. Ephorum ecclefiarum diœcefeos Skalholtinæ anno feculi 1540, ætatis 32, agere cœpit, qvam fpartam magna fui laude & earum emolumento ornavit usqve in annum 1548, qvo (fecundum noftrum calculum) qvadragenarius in Domino placide obdormivit.

Litr. A.

(a) Ollum mönnum þeim fem þetta brief fiá edur heyra, fenda Halldór med gudz nád Abóti á Helgafelli, Alexius med fömu nád Abóte í Videy; Jón Hiedinfon, Þorleyfur Eiryksfon, Marteinn Einarsfon, Arne Arnórsfon, officiales; Gudmundur Jónsfon, Rádsmann; Jón Biarnarfon, Kyrkiupreftur; Snorri Hiálmsfon, Freifteinn Grímsfon, Þórdur Olafsfon, Eyólfur Grímsfon, Gífle Jónsfon, Olafur Magnúsfon, Jón Þorleifsfon, Þorleifur Eiríksfon, Eirekur Hansfon, Olafur Kolbeinsfon, Snorre Jónsfon, Loptur Narfafon, Olafur Jónsfon, Magnus Eyólfsfon, Biarne Jónsfon oc Gífle Nichulásfon med ödrum fleyrum preftum oc kiennimönnum Skálholltz bifkupsdæmiz kvediu gudz oc fína. Kunnugt giörande ad ab anno gratie MDXL mánudagenn næftann fyrer Pieturzmeffu oc Pálz á Þínguelli í almennilegri preftaftefnu vorum vier í dóm nefnder af verdugum herra í gudi Herra Augmund med gudz nád bifkup í Skálhollte, fömuleidis

Palladium & Profeffores, & deinde publico Diplomate dato Gottorpii die lunæ poft Judica. Nam qvamvis laudatum Palladii teftimonium fit de anno 1542, ut revera eft, ordinatio tamen Giffuri ad hunc annum nullo modo deprimi poteft.

(a) Omnibus has legentibus vel audientibus, Halthorus Dei gratia Abbas Helgafellenfis, Alexius eadem gratia Abbas Videyenfis, Jonas Hedini, Thorleifus Erici, Martinus Einari, Arnas Arnori, Officiales; Gudmundus Jonæ, Qvæftor; Jonas Biarnii, Paftor Cathedralis; Snorro Hialmi, Freyfteinus Grimi, Thordus Olai, Eyolfus Grimi, Giflaus Jonæ, Olaus Magni, Jonas Thorleifi, Thorleifus Erici, Ericus Johannis, Olaus Kolbeini, Snorro Jonæ, Loptus Narfii, Olaus Jonæ, Magnus Eyolfi, Biarnius Jonæ & Giflaus Nicolai, una cum pluribus diœcefis Skalholtinæ facerdotibus & clericis, falutem fuam & Dei dicunt, notum facientes qvod anno gratiæ 1540 feria fecunda proxime ante feftum Petri & Pauli, Thingvallis in Synodo generali, denominati fuimus a Reverendo Domino in Deo, Domino Augmundo Epifcopo Skalholtenfi, fimiliterqve ab

leides af heidarlegum manne Herra Gyſſure Einarsſyne huor ſig reiknadi SuperintendensSkálholltz biſkupzdæmiz, ad ſkoda oc rannſaka oc fullkomliga dóm á ad leggia þau brief ſem þar tieduſt In primis kom þar framm fyrir oſs brief ſo hliódande ad Herra Biſkup Augmund hafdi giefid Kónginum til ad kenna ſinn vanmátt ſaker þýngiandi elli: Kynni hann ekki framarmeir Skálhollz biſkupsdæmi ad regera ſem til bære, oc þar med audmiúklega bedid í ſama briefi Konúnglig Mayeſtat ad hanz megtugheit villde wtuelia oc ſkicka þennann fyrrnefnda mann Herra Gyſſur Einarsſon fullmegtugan Biſkup til Skálhollz ſticktez &c. I annare grein kom þar framm fyrer oſs brief í hvöriu vier fornámum ad hann hafdi verid af hinum beſtu mönnum examineradur oc ordineradur efter Konúngſins bode oc ſkipan. I þridiu grein audſýnde hann oſs Herra Konúngſinz brief med hanz hángande innſigle, huad ſo innehiellt, ad hann ſkickade oc ſkipade ádurgreindann Herra Giſſur fullmegtugann Superintendentem yfer öllu Skálholltz biſkupsdæme. Item í fiórdu grein frammlagde hann fyrir oſs opit reſignacionis brief Herra Biſkup Augmundar med hanz heila hánganda inſigle, ſo látanda, ad hann velviliuglega reſigneradi Herra Gyſzuri í hand allt Skálholltz ſtickte í minna hlut oc meira þad dómkirkiunni tilkiæmi. Lituſt oſs öll þeſſi fyrrſogd brief í allan máta myndug oc ſkiallig med öllum ſínum greinum oc articulis. Beiddiſt fyrrnefndur Herra Gyſſur anſuarz oc uilian-

ab honeſto viro Domino Giſſuro Einari filio, qvi ſe Superintendentem diœceſeos Skalholtinæ ferebat, ad conſiderandum, examinandum, & pacto confirmandum literas ibi producendas. Inprimis nobis proponebantur literæ ejus tenoris, qvod Dominus Epiſcopus Augmundus Regi ſuam a ſenectute profectam infirmitatem notam fecerit, unde diœceſin Skalholtinam debito regere non valeret, ſimulqve iisdem literis Regiam Majeſtatem ſubmiſſe rogaverit, vellet ejus potentia nominatum huncce virum Dominum Giſſurum Enari filium plenipotentiarium diœceſeos Skalholtinæ Epiſcopum eligere & conſtituere, ut &c. Secundo producebantur literæ, ex qvibus comperimus illum Regis juſſu & mandato ab optimis viris examinatum & ordinatum fuiſſe. Tertio nobis monſtravit literas Domini Regis cum ejus ſigillo penſili, qvæ continebant ſe ſupramonitum Dominum Giſſurum totius diœceſeos Skalholtinæ Superintendentem plenipotentiarium deputare & conſtituere. Item qvarto nobis coram produxit patentes Reſignatorias Domini Augmundi literas, cum integro ejus penſili ſigillo, ejus tenoris; qvod ſua ſponte in manum Domini Giſſuri reſignaret totam diœceſin Skalholtinam in minimis æqve ac maximis, qvæ templum Cathedrale concernunt. Omnes prædictæ literæ nobis, qvocunqve reſpectu, in omnibus ſuis clauſulis & articulis authenticæ & fide dignæ videbantur. Poſtulavit laudatus Dominus Giſſurus reſponſum

uilianligrar samþycktar kiennimanna Skálhólltz biskupsdæmes vppá ádurskrifud brief. Þuí in nomine Domini, Amen. Efter þessum briefum oc skilríkium samþyckium vier aller med einnre raust fyrrgreinder Klerkar oc Kiennimenn optnefndann Herra Gyssur Einarsson ad vier vilium hann hylla oc yfer oss taka fyrer fullmegtugann formann oc Superattendentem yfer oss alla oc Skálholltz dómkirkiu oc stickte, játandi honum vora trú hollustu oc hlýdni sem tilber oc oss er möguligt, oc hann hafe jurisdictionem yfer oss í sína tíd enn enginn annar, Hier í mót hefur hann lofad ad hallda oss alla med lög oc rett epter gódu oc gaumlu kyrkiunnar laugmále oc hennar priuilegiis, oc aungva breytni þar uppá ad giöra utan med kyrkiunnar ráde. Oc til sannenda hier vmm festum vier fyrr greinder menn Skálhollz biskupsdæmez wor innsigle fyrer þetta samþycktar brief, skrifad í sama stad deigi oc ári sem fyrr seiger.

Litr. B.

(b) Eg Gyssur Einarson Superintendens Skálholltz sticktez giöri gódum mönnum kunnigt med þessu mínu opnu briefi ad ec hefi lofad oc thilsagt heidursamligum persónum, Klerkum oc Kiennimönnum Skálholltz sticktez, ad ec vil hallda þá oc regera efter gódu oc gömlu heilagrar Kyrkiu laugmále, sierlega efter þuí sem þær setníngar oc statútur vatta er

Mm 3 lauglegar

sum & spontaneum consensum sacerdotum diœceseos Skalholtinæ super dictis epistolis. Igitur in nomine Domini Amen. Secundum has literas & documenta omnes prædicti Clerici & Sacerdotes communi consensu sæpe dictum Dominum Gissurum Einari filium admittimus, & ei fidem spondemus, eumqve omnibus nobis & diœcesi ac templo Skalholtinis Antistitem ac Superintendentem plenipotentiarium præficimus, profitentes ei fidem, fidelitatem & obseqvium nostrum in omnibus, qvæ debemus & possumus, ut per dies vitæ, in nos jurisdictione gaudeat, & nemo alius. Ille autem invicem promisit, se secundum jus & fas ex bonis & antiqvis Ecclesiæ legibus nos tractaturum, nullamqve innovationem sine consilio Ecclesiæ tentaturum. In fidem nos antea nominati diœceseos Skalholtinæ incolæ huic pacto sigilla nostra appendimus, anno die & loco ut supra.

(b) Ego Gissurus Enaris filius Superintendens diœceseos Skalholtinæ per has patentes omnibus bonis viris notum facio me promisisse & spospondisse honestis viris Clericis & Sacerdotibus diœceseos Skalholtinæ, qvod ego illos tractabo & regam secundum bonas & antiqvas sanctæ Ecclesiæ leges, præsertim juxta tenorem decretorum & statutorum,

lauglegar fýnaft oc naudfynlegar ad ókreinktum þeirra kennimannligum fríheitum, fömuleidiz efter þuí fem kriftinnrettur innhelldur, oc ei er á móte fonnu gudz laugmále. Suo oc ad ec uil veita þeim þann ftyrk oc forftödu fyrer öllum oc fierhvörium, innlendfkum oc wtlendfkum, fem dómkirkiunnar formanne tilber. Hier á móti hafa þeir játad mier trúa holluftu oc fkyllda hlýdne fem tilber, oc þuí famþycker ordid ad vera under minne jurisdictione enn einfkiz annarz í mína lífstíd. Oc til fannenda &c. Skrifad á Þínguelli in feftivitate Apoftolorum Petri & Pauli, anno 1540.

Litr. C.

(c) Öllum mönnum fem þetta Bref fiá edur heyra fenda Brynjólfur Halldórsfon, Rádzmann í Skálhollte, Jón Einarsfon Kyrkiupreftur í fama ftad, Gudmundur Jónsfon, Jón Biarnafon, Símon Jónsfon, Þorkiell Gudmundfon, Þórdur Olafsfon, Höfkulldur Kolgrímsfon, Jón Petursfon, preftar Skálhollts Bifkupsdæmes, Páll Vígfúsfon, Magnús Jónsfon, annar Magnús Jónsfon, fvarner lögriettumenn, kvediu Guds oc fína, kunnugt giörande, ad árum epter Guds burd 1545 midvikudagenn næftann epter þrettánda á nedre Reykium á Skeidum vorum vier í dóm nefnder af hr. Giffure Einarsfyne Superattendente Skálhollts ftifftes ad fkoda ranfaka

---

rum, qvæ privilegiis illorum legitima & neceffaria videntur; fimiliter & fecundum contenta juris Ecclefiaftici, qvæ veræ Dei legi non repugnant, illis tale præfidium & tutelam contra unumqvemqve, five peregrinum, five inqvilinum, præftabo, qvalem præftare templi Cathedralis Antiftitem oportet. Mihi invicem profeffi funt fidelitatem & debitum obfeqvium, meæqve jurisdictioni & neminis alterius, me vivente, fe fubjectos fore pacti funt. In fidem &c. Datum Thingvallis in feftivitate Apoftolorum Petri & Pauli Anno 1540.

(c) Omnibus has literas vifuris vel audituris falutem fuam & Dei dicunt, Brynjolfus Haldori Difpenfator Cathedræ Skalholtenfis, Jonas Einari facerdos Cathedralis, Gudmundus Jonæ, Jonas Biarni, Simon Jonæ, Thorlacus Gudmundi, Thordus Olafi, Höfkuldus Kollgrimi, Jonas Petri, Sacerdotes diœcefeos Skalholtinæ, Paulus Vigfufi, Magnus Jonæ, & alter Magnus Jonæ, jurati Pedarii, notum facientes, qvod anno falutis 1545 feria qvarta proxima poft Epiphanias, Reykis in Skeidis invitati, & ad fententiam ferendam denominati, fuimus a Domino Giffuro Einari filio Superintendente diœcefeos Skalholtinæ, ad confiderandum, examinandum, & categoricam fententiam

ranſaka oc fullnadar dóms atkvæde á ad leggia um þær biſkupstíundir ſem nockrir menn hefdu ecke golldid í næſtu forliden ár ſökum þörfnunar þeſſ Biſkupslegs embættes ſem veniulegt hefur vered ad fremia af hans forverurum hinum gömlu Biſkupum, enn ecke af hans hende nú ſídan hann kom til Stólſins, hvört ad greindur hr. Giſſur være riettur eignarmadur ſagdrar tíundar ſo hann mætte hennar ſkyllduglega krefia, edur ej. Ranſökudum vier þetta mál invirduglega oc fundum í fyrſtu af ſiálfum Gude inſett allvída í hans lögmále ad hvör madur ſkule Guds tíund giallda af allre ſinne eign, föſtu oc lauſu, med ſoddan ſkiffte oc afgreidſlu, ſem þar ſkilur, einkum í þeſſum ſtödum *Ex.* 22, *Levit.* 27, *Num.* 18. Item hliódar ſo andlegt oc veraldlegt lögmál, ad hvör madur ſkal tíunda ſie allt lögtíund, oc giallda tíund ſína alla effter því lögſkiffte ſem lögteked er oc í *Chriſtendómsbálke* ſtendur. I þridiu grein ſkodudum vier h. Ritning oc poſtulega Skrifft 1 *Tim.* 3, *Tit.* 1 af inſetningu biſkupslegs embættis, oc fundum þar ecki vera ſettar nie ſkipadar fermingar, chriſma vígſlur, nie adra þá hluti ſem ecke eru effter gamalle veniu framdar af hende hr. Giſſurar. I fiórdu grein ſaker þeſſ optnefndur hr. Giſſur er til þeſſarar Biſkuplegrar ſtiettar oc ſtigtis ſkickadur af Krúnunne oc Ríkiſins Rádi, oc af andlegu vallde Ríkianna, ordineradur, enn á almennelegu Oxarárþinge i lögrettu af enum beſtu mönnum þeſſa biſkups ſtigtis, lærdum oc leikum, fyrer

tentiam dicendum, de decimis Epiſcopalibus, qvæ annis qvibusdam præcedentibus retentæ ſunt, ob defectum muniorum epiſcopalium, qvæ ab ejus Prædeceſſoribus Epiſcopis obiri conſveverunt, ille autem, ex qvo Cathedram aſcendit, ea non perfecit; num ſcil. laudatus Dominus Giſſurus eſſet legitimus poſſeſſor dictarum decimarum epiſcopalium, ita ut illas juſto jure poſtulare illi licitum ſit nec ne? Dictam cauſam examinavimus: 1) Ab ipſo Deo ita conſtitutum eſſe in. ejus lege paſſim, ut qvilibet ex omnibus ſuis bonis mobilibus & immobilibus decimas ſolvat, tali partitione & ſolutione, ac ibidem præcipitur, his præſertim in locis: *Exod.* Cap. 22. item *Levit.* Cap. 27. item *Num.* Cap. 18. 2) Tam Eccleſiaſtica qvam civilis lex jubet qvemcunqve ex omnibus ſuis bonis legitimas decimas pendere, & omnes ſuas decimas ſecundum legi receptam & jure Eccleſiaſtico determinatam partitionem ſolvere debere. 3) Sacram ſcripturam conſideravimus, & ſcriptum Apoſtoli in *priori ad Timotheum Epiſtolæ* Cap. 3. Item *ad Titum* Cap. 1. de inſtitutione officii Epiſcopalis, ubi nec confirmationes, nec conſecrationem chriſmatis, nec alias res a Domino Giſſuro contra morem antiqvum neglectas, injunctas invenimus. 4) Qvia ſæpe laudatus Dominus Giſſurus huic muneri Epiſcopali & diœceſi a Corona & Senatu Regni præfectus eſt, & a Regnorum Magiſtratu Eccleſiaſtico conſecratus, ſed in comitiis generalibus Öxaraaënſibus ab optimatibus diœceſeos tam laïcis qvam clericis authenticus antiſtes, & Magiſtratus

fyrer fullmegtugan formann oc andlegan yfirbodara samþyktur effter því sem brief med heilum ósköddum insiglum hier um giört útvísar. Því fyrir þessar greiner oc adrar sem hier ad hníga, ad H. Anda nád tilkalladre, ad so prófudu oc fyrer oss komnu, dæmdum vier fyrrnefnder dómsmenn med fullu dómsatkvæde þráttnefndann hr. Gissur fullmyndugan umbodsmann, medtökumann, oc eignarmann fyrrsagdra biskups tíunda, oc fulla sókn oc sakir á þeim eiga hiá þeim sem þeim hafa óriettelega halldid um so lángann tíma sem hann kann med lögum bevísa án hans vilia. Samþyckte &c.

Cap. II.

De Martino Einari filio.

§. I.

Secundus Skalholtinæ diœceseos Episcopus, Reformatæ Religioni addictus, fuit *Martinus* filius *Enari* (a), nepos Snorronis, Pastoris Stadastadensis, & Sanctæ curiæ Skalholtensis inter Gilsfiörd & Botnsaa Officialis, suæ

tus Ecclesiasticus approbatus est, ut literæ cum integris & illæsis sigillis de his exaratæ testantur. Hinc ob prædictas & plures huc pertinentes causas, invocata Spiritus Sancti gratia, & causa ita examinata, plenam & categoricam sententiam nos supra memorati judices dicimus, sæpe laudatum Dominum Gissurum esse legitimum receptorem & possessorem antedictarum decimarum episcopalium, & justum titulum, justamqve & qvatenus leges permittunt, strictissimi juris actionem, in eos competere, qvi tamdiu ingratiis ejus illas retinuerunt, si ille id legitime probare possit. Hanc nostram sententiam nobiscum approbavit sæpe laudatus Dominus Gissurus, & ei suum sigillum, unacum nostrum ante nominatorum judicum sigillis apposuit Skalholti die 11 Januarii.

(a) Non opus est, ut prolixe recitem, qvomodo viri doctissimi *HOLBERG* in *Histor. Dan.* Tom. 2. pag. 382. ut & *PONTOPPIDAN* in *Annalibus Ecclesiast.* Tom. 3. pag. 215-299. similiter etiam in *Hist. Reform.* ad Annos 1540 & 1547 partim confundunt acta horum Episcoporum Gissuri scil. & Martini, partim etiam depravant, & ad annos inconvenientes referunt, sufficere enim videtur dixisse viros eruditissimos, hic non tantum magnopere cespitasse, sed etiam imis summa miscuisse, ut cuicunqve patebit, qvi eorum scripta cum supra allatis contulerit.

fuæ ætatis poëtæ eximii (a). Matrem habuit Ingeridam Jonæ filiam, fororem Stephani Epifcopi Skalholtenfis; fratres germanos habuit qvatuor, & tres uterinos, forores germanas duas, Gudrunam Davidis Gudmundini uxorem, & Gudlaugam nuptam Roberto cuidam natione Anglo (b), cum qvo Martinus novennis Angliam petiit, ibiqve lingvæ Latinæ & picturæ operam dedit (c). Decimum octavum agens annum in tractu auftralis Islandiæ Grindavik biennio divitum qvorundam in Anglia loco mercaturam exercuit, qvod patri adeo difplicuit, ut miffo nuntio eum inde avocaret; Ogmundi Epifcopi fatellitum albo deinde infcriptus fuit, qvi eum facris initiavit, tandem vero patris opimam præbendam Stadaftad nactus, Officialis Curiæ Skalholtenfis exftitit, fed qvando id officium fufceperit, non liqvet, certum autem eft id factum fuiffe anno 1538, vel etiam prius, hoc enim anno in judicio, qvod de facerdote qvodam, cui nomen fuit Einarus Gamalielis, exercuit, vocat fe Officialem Sacræ Curiæ Skalholtenfis, femperqve abinde in omnibus, ubi occurrit, Actis primus poft Abbates nominatur.

§. 2.

Eorum, fi non primus, certe tamen inter primos fuit, qvi Religionem Reformatam & Chriftiani Tertii *Ordinationem Ecclefiafticam* receperunt, ut ex Actis Synodi Thingvallenfis 1540 & Middalenfis 1542 clare patet. Interfuit etiam Synodo Skalholtenfi 1548, in qva a Lutheranis Skalholtenfis Epifcopus electus, & nolens in Cathedrali five Epifcopi fella confidere a præfente Clero adactus fuit, qvod certiffimum erat perfectæ electionis fignum. Cum vero contrariæ partis alumni Sigurdum Thyckvabajenfis monafterii Abbatem eligerent, qvi fuis confentientibus Jonam Holanæ

(a) Teftis eft Jonas Epifcopus ipfe fui feculi poëtarum princeps. Vid. fupra Tom. 2. pag. 394 fq.

(b) In celebri emporio dicto *Rif* tum temporis fuerunt 9 Anglorum naves mercatoriæ, qvarum qvævis unum vini cadum fymbolæ loco ad celebrandas Roberti nuptias addidit, qvæ duas feptimanas durarunt.

(c) Martinum picturam calluiffe teftimonio fuerunt fic dictum Sanctum Sanctorum in templo Skalholtenfi, templum Stadaftadenfe, & Alftanefenfe, qvæ omnia egregie pinxit.

Holanæ diœceſeos Epiſcopum ſuum conſtituit vicarium, Martinus omnem ſibi moram inutilem & nocivam ducens, Arna Arnori filio, Hytdalenſi Paſtore, Officiali conſtituto, ſed Jona Biarni Paſtore Breidabolſtadenſi Cathedralium opum & œconomiæ Diſpenſatore, qvibus Petrus Einari filius, Martini frater, & David Gudmundi, ejusdem ſororius, auxilio eſſent, ſtatim ad mare ſe contulit, & Hafniam enavigavit, conventoqve Rege, ab eo Profeſſoribus Academiæ Hafnienſis, ut in religionis negotio informaretur, commendatus fuit, qvod potiſſimum in ſe ſuſcepit D. Joh. Macchabæus, S. S. Theologiæ Doctor & Profeſſor, cujus ſub inſtitutione unius hyemis ſpatio tantum fecit profectum, ut exantlato examine; dignus judicatus fuerit, cui munus epiſcopale concrederetur, qvo facto, a Rege confirmationem & codicillos officii, cum ſe prius ad verbum divinum ex *Ordinationis Eccleſiaſticæ*, in Islandiam a Regia Majeſtate transmiſſæ, præſcripto, promovendum & promulgandum obligaſſet, & deinde a Doct. Petro Palladio conſecratus eſt (a).

§. 3.

Epiſcopatum Skalholtenſem cum adeptus eſſet Martinus Regiæ Majeſtati retulit & conqveſtus eſt, qvantas in Islandia turbas excitaret Epiſcopus Holenſis Jonas Aræſonius, qvantoqve in periculo & ipſe & clerus, qvi Jonæ non ſeqveretur ſigna, verſaretur, cui malo mederi volens Rex, novo huicce Præſuli tradi curavit literas tutelares, qvibus totum diœceſeos Skalholtinæ clerum, qvi Jonæ Arii filio non conſentiret, cum uxoribus, liberis, famulis, & omnibus ad eos pertinentibus, in ſingularem ſuam ſuſcepit tutelam, eosdem infeſtare, aut qvandam moleſtiam damnumve iis inferre, ſevere prohibet (b). Ipſum præterea Aræſonium, qvi ſuperiore anno Hafniam ſe conferre, additis literis ſalvi conductus, juſſus fuerat, ſed non comparuerat, jam penitus proſcripſit, omnes eum ſeqvi eiqve opitulari ſevere interdicens. Qvodqve ſuarum partium fuit, non omiſit Petrus Palladius Siællandiæ Epiſcopus vigilantiſſimus, qvi mitiſſimas huic refractario Præſuli ſcripſit literas, qvibus monuit, ut dum temporis

(a) Martini promiſſum legi poteſt in Summe Vener. *HARBOE Afhandling om Reformat. i Island*, in *Kiöbenhavnſke Selſk. Skrifter* Tom. 7. pag. 14.

(b) Vide ſupra Tom. 2. pag. 275.

poris adhuc esset, resipisceret, & reverteretur (a). Ipsi præterea Martino testimonium de sua legitima vocatione & ordinatione dedit, adjuncta hortatione ut incolæ eum libenter acciperent, qvibus eum magnopere commendavit (b).

§. 4.

His fretus subsidiis, rebusqve ex voto gestis, in Islandiam remeavit, ubi omnia turbis & timore plena invenit, priore enim anno Jonas Episcopus post Martini abitum armata manu Skalholtum invaserat, & aliqvot dies obsederat, qvod cum frustra fecisset, diœcesin armatus peragraverat, conventus habuerat, judicia promulgaverat, omniaqve munia episcopalia exercuerat, tandem etiam Davidem Gudmundi condemnaverat, & excommunicaverat, qvibus, ut probabile, non parum irritatus Martinus, per freqventem Synodum, qvam Thingvallis habuit, cum sibi a Regia Majestate communicatos officii codicillos & Doct. Palladii aliorumqve Professorum de suo examine & ordinatione testimonia, Regisqve literas tutelares clero datas manifestaverat, lata sententia, omnia Jonæ Aræsonii, cujuscunqve nominis essent, acta, qvæ se absente in diœcesi Skalholtina fecerat, sufflaminavit, & pro nihilo ac tanqvam non actis habenda declaravit (c). Skalholtum inde se contulit, ubi qvæ factu necessaria erant, cum constituisset, suisqve officiariis mandata de rebus, dum abesset, gerendis dedisset, visitationi qvartæ occidentalis se accinxit, qvam cum absolvisset, & Stadastadi securus ageret, circa initium hyemis a filiis Episcopi Jonæ, Biörno & Ario, centum armatis cinctis, hostiliter invaditur, bonisqve, re familiari, ac utensilibus, qvæ ibidem habebat, spoliatus, in carcerem conjiciendus, Holas deducitur (d), unacum carissimo amico Arna Pastore Arnoris filio, qvem simul comprehenderunt, & in carcerem detruserunt.

(a) Vid. Summe Venerab. *HARBOE Afhandling* loc. cit. pag. 18.

(b) Vid. ibid. pag. 19.

(c) Vid. supra Tom. 2. pag. 685.

(d) Vid. ibid. pag. 688. sqq.

§. 5.

Holas translatus obfervandus traditur cuidam mediaftino, nomine Steino, cujus diligentiam, cum liberiore primo frueretur cuftodia, aufugiendo delufit, fed ab omnibus fugienti neceffariis imparatus, tarde proceffit, inqve deferto Vindadal errans, captus retrahitur, & arctiori mandatur cuftodiæ, in qva non raro irrifiones ac Epifcopi de fe pacta contumeliofa carmina audire & concoqvere affvevit (a). Interea autem qvid ei faciendum, & qvomodo tanta victoria utendum effet, fedulo deliberabatur, aliis fvadentibus, ut epifcopatus ei folenniter abrogaretur, & præbenda qvædam, ex qva vivere poffet, in dioecefi Holana concederetur, aliis autem, ut conventus Thingeyris die veneris ante Cathedram Petri inftitueretur, in qvo interceffione optimatum Martinus, qvibus placeret Jonæ Epifcopo conditionibus, ex cuftodia liberatus, priftino honori reftitueretur (b), fed neutrum horum factum eft, Martinus autem, cum Jonas Epifcopus ejus calamitatibus aliqvantifper animum & oculos fatiaverat, Mödrufellum in tractu Eyafiord ad Arium Jonæ Epifcopi filium translatus eft, apud qvem tolerabiliter habitus fuit, qvam translocationem tanto ante feftum natalitiorum tempore factam effe certum eft, ut de ea jam tum nuntium accepiffent David & Chriftianus Scriba, ut ipforum mutuæ fvadent literæ, nec non ceffio prædii Biarnanes, qvam Martinus Mödrufelli Calend. Jan. 1550 fcripfit (c).

§. 6.

Appropinqvante Comitiorum tempore, Jonas Epifcopus ejusqve filii copias collegerunt, ftipatiqve 400 armatis eadem adierunt, Martinum fecum captivum & qvafi in triumphum ducentes. Qvo cum ventum

(a) Vide loc. cit. pag. 690. fq.

(b) Vid. Sum. Vener. *HARBOE Afhandling* &c. loc. cit. pag. 44.

(c) Non *Mödruvalle Klofter, id enim tum temporis habuit Biörnus Paftor Gifli filius,* fed Mödrufelli, prædio Arii Epifcopi Jonæ filii; non 1551, fed 1550. Hanc ceffionem Martinus invitus fecit, ut non eft improbabile, qvod volens libere, ac bona confcientia facere potuit, cum ei jam, ejusqve fucceforibus Epifcopis Skalholtenfibus, Biarnanefum ab ipfo Rege ante qvinqvennium abjudicatum effet. Vid. fupra pag. 264. & Tom. 2. pag. 666.

tum esset, duodecimvirali conciliabulo decerni curavit, ut præmii loco pro sumtibus qvos fecerat, ad restaurandum in diœcesi Skalholtina verum Dei cultum, sibi sumeret & possideret eorum bona, qvi nullo jure Curiam Skalholtensem & ejus bona administrare ausi fuerint, qvo haud obscure designabatur Episcopus Martinus, qvem, ut nec legitime vocatum, nec rite ordinatum spernebant, & adjudicando Jonæ Aræsonio totius diœceseos directionem Martino officium abrogarunt. Hinc cum abirent, Skalholtum tetenderunt, ubi perinde ac 1548 aditus omnes armatis obseptos, offenderunt, aptis enim locis collocaverat Jonas Biarni filius 300 circiter rusticos, qvi cathedralem sedem defenderent, omnemqve vim, si inferretur, propulsarent, qvo cognito, Præsul misit, qvi deditionem postularent, & cum illa negaretur, alios iterum ablegavit, qvi nuntiarent constitutum illi esse obsessos aggredi, & Martinum in prima acie collocare, ut globos & jacula suorum primus exciperet, qvod cum itidem susqve deqve haberent obsessi & in sententia perstarent, Martinum mortis comminatione adegerunt Holani, ut suis deditionem scripto mandaret, qvod cum ille fecisset, obsessi defensione destiterunt, Holanumqve Episcopum receperunt, qvi ibidem templum lustravit, Gissuri corpus exhumavit & in foveam qvandam extra cæmeterium conjecit, sacerdotes ordinavit, infantes confirmavit, conventus clericorum celebravit, & nulla non munia Episcopalia peregit, abiensqve Martinum ibidem in libera custodia reliqvit, in qva permansit usqve ad Jonæ Aræsonii captivitatem, qvæ eodem autumno eum tandem libertati plene restituit, cum integrum annum minus decem dies, in captivitate permansisset (a). Qvi eum hac occasione Jonæ Aræsonio homagium præstitisse, ideoqve ab eo diœceseos Officialem constitutum fuisse asserunt, magnopere fallunt & falluntur, nec suam assertionem probare possunt, qvis enim crederet, Regem Martino, si tale perjurium commisisset, munus postea Episcopale concredidisse.

§. 7.

Capto & in carcerem compacto Jona Arii filio, Martinus, (ut videtur) jussu Christiani Scribæ libertatem adeptus, ejus ac Davidis nutu Snoxdalum se contulit, ubi ab Ormo Nomophylace & 12 Pedariis judicatum

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 697 sqq.

catum fuit, recte & ex mandato Regio comprehenſum eſſe hunc Epiſcopum ejusqve filios, inqve cuſtodia a Chriſtiano Scriba adjuvante Martino Epiſcopo ad proxima usqve comitia retinendos eſſe, qva de re, ſeu ubi, & qvomodo, cuſtodirentur, ut accuratius deliberarent, Skalholtum captivos deduxerunt, ibiqve integrum ſeptiduum de hoc negotio diſceptatum fuit. Martinus licet ſibi qvemqvam eorum cuſtodire magnopere diffideret, non tamen omnino Arii curam in ſe ſuſcipere abnuebat, ſed cum Chriſtianus Scriba, cui ut Regis, aut Præfecti Regii, vicario hujus rei cura maxime incumbebat, cujusqvam eorum curam & cuſtodiam, utpote ſibi impoſſibilem, prorſus abdicaret, Jonas Biarni tum temporis Cathedræ Skalholtenſis Diſpenſator, moræ pertæſus, ſententiam primus dixit, ut ſecuri ac terræ cuſtodiendi mandarentur, qvam ſententiam Chriſtianus, tanqvam ex tripode dictam, ſtatim apprehendit, ſuamqve fecit, & magno impetu, ut exſeqverentur, inſtitit, cui Martinus etiam conſenſit. Qvo factum eſt, ut tres nobiliſſimi viri, ſine omni legitimo juris proceſſu, & contra judicium ab Ormo Nomophylace nuper pronuntiatum, carnificis ſecuri ſubjicerentur, qvod factum Chriſtiano eadem hyeme vita ſtetit, Martino autem & Jonæ Biarni multæ invidiæ, odii, & miſeriarum cauſa exſtitit, ut paulo inferius monendum erit. Hoc facinus, ut valde fuit temerarium, ita nihil minus humanum eſſe potuit, qvam qvod mortuorum corporibus ſepultura vix, aut non niſi bonorum virorum interceſſione, concederetur (a).

§. 8.

Primum qvod poſt liberationem ex captivitate pro officio egit noster Præſul, fuit abſolutio Davidis Gudmundini & ejus in prælio Saudafellenſi ſociorum, qvos omnes, aut Davidem omnium nomine, in templo Skalholtenſi die Veneris ante feſtum omnium Sanctorum, ex conſilio præſentis cleri, nominatim Jonæ Biarni, Arnæ Arnoris, Snorri Jonæi, Jonæ Halthoris, Lopti Narſi filii, & Petri Jonæi, abſolvit ab omnibus cauſis, qvæ in templo aut ſepulcreto Saudafellenſi acciderunt, & illa ex priſcorum ſententia, cum Jonas Epiſcopus & ejus filii ibidem caperentur, contaminare potuerunt, cumqve David pro ſe ſuisqve aſſeclis templo cathe-

(a) Vid. ſupra Tom. 2. pag. 709 ſqq.

cathedrali satisfecerit, ipsi, illisqve omnibus, vulnera, ictus, punctiones, & qvicqvid contra Deum, Sanctam Ecclesiam ac homines, sive magnum sive parvum, commisissent, perfecte pro se & suis successoribus condonat (a). Alterum qvod paulo post tanqvam Episcopus peregit, fuit concessio præbendæ Hvamm in Hvammsveit, Biörno Hannæ filio facta, aut ut ipsius verba sonant; *Cum David Gudmundi filius sibi tradiderit præbendam Hvammum, qvæ ei a duobus Skalholtinæ diœceseos Episcopis in dies vitæ concessa fuerit, ideo se eandam nobili viro Biörno Hannæ filio, qvoad vixerit, promisisse, tradidisse, & ad plenam possessionem dedisse, cum omnibus ad eam pertinentibus, sive sint mobilia, sive immobilia, præter portionem Ecclesiæ, modo templum ac omnes ejus possessiones sarta tecta conservet, ac Sacerdotem decenter sustentet* (b). Datum est hocce Documentum Skalholti pridie festum Magni 1550.

§. 9.

Anno 1551 Otto Stigoti cum 200 militibus, ut Martinum e carcere liberaret, aut, si mortuus esset, alium ejus loco Episcopum constitueret, incolasqve Skalholtinæ diœceseos in Regis verba jurare adigeret, a Rege missus in Islandiam venit; qvo audito Præsul universæ diœceseos Skalholtinæ clerum Thingvallas convocavit, ubi die Mercurii post festum Petri & Pauli, Regi, ejusqve filio Principi Friderico, solito more homagium præstitit. Cumqve Stigotius Regis nomine severe mandaret, ut *Ordinatio Ecclesiastica* observaretur, Præsul die Jovis post festum Matthæi, qvinqve primi Ordinis Officiales, Jonam Biarni, Snorronem Hialmi, Arnam

(a) Hæc absolutio satis clare testatur Martinum priscam sententiam rejecisse, qvod templa & sepulcreta per se operibus ibidem patratis contaminari possint, ita ut eadem denuo lustrari oporteret. Interim aliqvid Papisticum sapit, qvod absentes homines absolvit, & nomine Cathedræ Skalholtensis satisfactionem accipit, qvod tamen non magnopere mirandum est, cum testa diu servet odorem, qvo semel est imbuta, & præterea sit dulcis odor lucri ex re qvalibet.

(b) *Decenter Pastorem sustentet*, qvo antiqvissimam consvetudinem revocare videtur, oblitus præsentis Ecclesiæ status & necessitatis Sacerdotum, qvibus jam concessum fuit, conjugium inire; Unde seqvebatur conjugem & liberos etiam alendos esse, qvod autem dixit se Biörno præbendam Hvamm *ad plenam possessionem dedisse*, de proventibus tantum intelligendum est.

nam Arnori, Gislaum Jonæ, & Jonam Thorleifi, ut et Gudmundum Jonæ, Oddum Halthori, Gunnlaugum Arnæ, Jonam Einari, Stephanum Hallkeli, & Loptum Narfi, Sacerdotes, qvi omnes Lutheranæ doctrinæ acerrimi fuerunt propugnatores, Skalholtum accersivit, horumqve decisioni subjecit, qvomodo plecterentur Sacerdotes, qvi novæ *Ordinationi* obrogarent, aut eam omnino fastidirent, sed contra Regium mandatum antiqvum missæ canonem seqverentur, & observarent; Qvorum unanimis sententia & judicium fuit, cum talis temeritas Christianæ Religioni summo esset impedimento, summamqve contra supremum magistratum proderet contumaciam ac perjurium, tales non modo officio & præbendis privandos esse, sed excommunicandos, & a brachio seculari custodiæ & carceri includendos, ne populum falsis dogmatibus seducere possent. Martinum anno præterito Professoribus Havniensis Academiæ, calumniam, qva eum Jonas Arii onerabat, qvod nunqvam rite ordinatus fuerit, literis notificasse, verisimile facit testimonium, hoc anno a Rectore & Professoribus ipsi sub Universitatis Hafniensis sigillo transmissum (a). Cum etiam vigilantissimus Islandicæ Ecclesiæ Inspector Doctor Petrus Palladius, qvod suarum erat partium ac virium, eiqve emolumento esse credebat, nihil non faceret, hoc anno Skalholtinæ diœceseos clero epistolium misit, in qvo primum lætari se dicit, qvod non omnes post mortem Gissuri Episcopi veram Religionem abnegaverint, deinde se eorum sortem dolere, qvi adhuc veræ religioni & verbo Dei resistant, nec non eorum, qvi post Gissuri obitum veritatem cognitam abnegaverint. Tertio eos graviter objurgat, qvi in utrumqve pedem claudicantes, nunc hanc, nunc illam religionem profiteantur. Qvarto constantes in fide confortat, & consolatur (b).

§. 10.

Anno 1552 novus Præfectus Paulus Hvitfeldius Islandiam intravit, edicta qvædam & mandata Regia secum ferens, qvorum præcipuum fuit, ut de cæde Christiani Scribæ, ejusqve famulorum & affeclarum gravem exerceret qvæstionem, qvi per Eggertum Johannis filium 24 judicibus in foro generali causam commisit, ut decernerent, qvomodo tractandi, & qvanti

(a) Vid. Illustriss. & Sum. Vener. *HARBOE Afhandl.* loc. cit. pag. 55.

(b) Vid. loc. cit. pag. 99.

qvanti supplicii rei essent, qvi id facinus commiserant, qvorum sententiam, cum de causa gravissima agat, ne omnino pereat, hic inserere libet (a). Davidi etiam Rex denuo scripsit, ei injungens, ut Præfecto in

(a) *Omnibus has literas visuris seu audituris, Biörnus Jonæ, Erlingus Einari, Philippus Runolfi, Jonas Biörni, Magnus Jonæ, Petrus Jonæ, Gislavus Sveni, Jonas Gudmundi, Thorerus Sveini, Thorsteinus Hallbiarni, Hallus Olafi, Ingemundus Magni, suam & Dei salutem dicunt, notum facientes, qvod anno salvatoris 1552, in comitiis universalibus Auxaraaënsibus, postridie Petri & Pauli, judices denominati fuimus ab honorato Domino Eggerto Johannis filio, Regiæ Majestatis per totam Islandiam Præfecto & Qvæstore, ad considerandum, examinandum, & plenam sententiam dicendum, qvanti stare debeat causa iis, qvos Domini Regis homines, Christianum ejusqve comites, occidisse aut læsisse præsumitur. Literæ Domini Regis nobis proponebantur, ejus tenoris, qvod Regia Majestas omnes illos inexpiabilis delicti reos agit, qvi ejus homines occiderint. Secundo Codicem juris civilis consideravimus, qvi ita habet:* Qvicunqve cædem intra 12 horas non promulgat, homicida clandestinus esto, & pace & bonis privator. *Tertio loco ita legitur:* Latrones sunt delicti inexpiabilis rei. *Qvarto loco Codex ita præcipit:* Qvicunqve lucri causa homicidium patraverit, tanti, ut antea est relatum, rei sunto, nisi proferatur ratio legitimam excusationem continens, qvod necessitas ad factum impulisse videatur. *Ita & (sententiam dicimus) de omnibus, qvi istos viros ceciderunt, compunxerunt, traxerunt, verberarunt, vel retinuerunt, ita ut mortem ideo oppetierint. His etiam sententiam ferimus, qvanti reos esse oporteat istos, qvi postmodum venerunt, & argentum abstulerunt, nec tamen vulnera inflixerunt. Codex juris civilis ita habet:* Qvicunqvé bona alterius diripit, decem marcas Regi, & tantum, qvantum rapuit, ac pleni juris mulctam possessori solvito, cæteroqvin exul esto. *Præterea* in qvacunqve Toparchia deprehendantur, sex virorum juramento confirment, se non plus argenti habuisse, qvam tum declarant, hocqve juramentum coram Nomophylace & judicibus tribuariis deponatur, ubicunqve deprehensi forent. *Ita & argumentum (eorum) & alia bona sub rectam rationem & calculum Qvæstoris Regii fisco adjudicamus). Qviqvi autem hospitio vel tecto occisores hominum Domini Regis ab hoc tempore receperint, tanti sint rei, qvanti* Codex *præcipit* de receptoribus proscriptorum, postqvam proscriptionem eorum promulgatam audierint. *Simul etiam qvemcunqve* judicem tribuarium dictos homines comprehendere teneri, & proximo judici tradere, & ita singulos ad sibi vicinum, adhibita arcta custodia, deferendos, usqvedum in illam Toparchiam venerint, ubi delictum commiserunt. *Hinc in nomine Dei Amen! Omnibus ita examinatis & nobis propositis, nos dicti judices plenam sententiam dicimus, omnia prædicta Codicis loca, qvæ adtulimus, esse authentica & clara, ac antea memoratos homines tanti esse reos, ac jam dictum est; Qvam nostram sententiam approbavit antea laudatus Præfectus Regius &c.*

in comprehendendis & puniendis hisce sicariis auxilio esset, ad qvam rem qvantum contulerit, nobis ignotum est (a).

§. 11.

Habuit præterea in mandatis Hvitfeldius, ut cœnobia omnia jam tandem occuparet, eorumqve proventus certo pretio elocaret, qvod Regio ærario qvotannis inferri debebat, qvo prior constitutio facta 1542, qvod in scholas converterentur, omnino antiqvata fuit, vicissim autem ex cathedrarum Episcopalium proventibus, qvantum ad Rectoris & Conrectoris victum & salarium, ut & 24 discipulorum sustentationem, sufficere videretur, destinaret, qvod mandatum Hvitfeldius hac vice eatenus perfecit, ut constitutio de scholis fundandis literis consignaretur, licet tantum hoc anno Holensis, Skalholtensis autem non priusqvam seqvente anno perfecte aperiretur, cujus præcipua causa videtur fuisse defectus viri tam docti, ut Rectoris munere fungi posset, ad hunc tamen annum earum fundationem pertinere putamus, seqvente autem anno Olaus qvidam natione Danus in Islandiam missus fuit, qvi Skalholtinæ scholæ usqve ad annum 1555 præfuit (b).

§. 12.

Eodem anno duo in Islandiam Martino Episcopo Rex misit diplomata, qvorum unum datum est die Galli Confessoris 1551, agens de conjugio sacerdotum (c); Alterum autem scriptum die Dionysii eodem anno, de tribus diebus pœnitentiæ ac publicis precibus destinandis (d), cui debitam præstitam fuisse obedientiam, non videtur dubitandum. Qvid præterea hoc anno ad rem Ecclesiasticam pertinens gestum fuerit, nos latet,

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 311.

(b) Vid. supra pag. 166. sqq. & Tom. 2. pag. 310. 312.

(c) Cui ansam dedisse videtur Theodori Martini filii relatio de Jonæ Aræsonii in sacerdotes, qvi uxores duxerant, tyrannide, in literis anno præterito ad Palladium datis. Vid. supra Tom. 2. pag. 666. Qvas Theodori, ut & aliorum, qverelas Palladium Regi retulisse, & renovationem Rescripti de eadem re 1545 editi acqvisivisse videtur, nam hocce nihil aliud est, qvam illius compendium & iteratio.

(d) Vid. supra Tom. 2. pag. 307.

latet, præter qvod Præsul Qvartam Orientalem visitans, haud paucos invenit, qvi antiqvis ritibus adhærentes, novos & *Ordinationem* Regiam fastidiebant, qvorum omnes, aut plurimi, se ab incepto desstituros promiserunt, præter Biarnum Gudmundi præfracte sua insistentem sententia, cui itaqve Præsul dicam scripsit, causamqve sex Sacerdotibus in cœnobio Skridensi die Veneris post festum Sancti Olai ventilandam & judicio secandam submisit, qvi Biarnum ex conclusi Skalholtensis præterito anno facti præscripto excommunicationem promeruisse censuerunt, cumqve jam admonitus contumaciter neget se alio modo officium facturum, qvam huc usqve solitus fuerit, sacra autem scriptura expresse dicat *Rom.* 13, & 1. *Pet.* 2. *Qvicunqve Magistratui resistit, divinæ ordinationi resistit*; Ipseqve Rex in *Ordinatione Ecclesiastica* caveat, ne cuiqvam eandem contemnere impune liceat, judices Biarni bona, pari divisione inter fiscum Regium & Cathedram Skalholtensem, publicanda decreverant.

§. 13.

Qvid anno 1553 gesserit, invenimus nihil, nisi qvod concludi potest eum hac æstate visitasse ecclesias in qvarta australi sitas, intra qvas sunt Dalensis & Mulensis; Templorum ibidem constitutorum possessor aut tutor fuit Eyolfus Enari, Jonæ Episcopi gener, de his in fragmentis *Visitationum*, qvæ exstant, ita legitur, aut de ejus contumacia & contemtu ita qveritur Præsul: *Templum Eyvindarmulense possidet tantum fundi, qvantum unius Sacerdotis sustentationi sufficit, sed hic mihi nullum datur responsum.* Item: *Templo Dalensi Eyolfus Nomophylax* (hujus Eyolfi avus paternus) *qvondam dedit dimidium villarum* Sydstu Mörk *&* Saudhúsvöll, *cum alteram partem antea possiderent, ita ut templum jam possideat utramqve villam, sed hic ab Eyolfo Episcopi genero mihi nihil respondetur.* Qvod documento est, qvam odiosus & contemtus hic Præsul fuerit Jonæ Aræsonii familiæ.

§. 14.

Cum ultio necis Christiani Scribæ, qvam Rex tam severe mandaverat, tarde admodum procederet, nam pleriqve parricidarum ex ultricibus Regiorum manibus, aut in Angliam transfugiendo, aut data pecunia easdem deliniendo, elabebantur, Jonæ Aresonii cognati & affines, qvi

 Marti-

Martinum & Jonam Biarni, ut Jonæ Epifcopi & filiorum occifores, cane pejus & angve oderunt, per amicos & fautores Regi infufurrarunt, indignum effe hosce homines triviales tam acriter perfeqvi, cum ipfa malorum caufa Martinus Epifcopus, ejusqve Difpenfator, qvi Jonam ejusqve filios contra jus & fas occiderant, aut Chriftianum ad necem eorum inftigaverant, inulti effent, qvod nihil aliud effet, qvam vexare columbas cenfura, fed corvis veniam dare, pofcere itaqve ipfam Nemefin, ut in illorum acta fevere inqvireretur, qvod ut fat fpeciofa fuit delatio, ita talem habuit effectum, ut Præful & Jonas Biarni anno 1554 ad dicendam coram Regio tribunali caufam evocarentur, qvi extemplo enavigarunt, & Regi fe ftiterunt, dictaqve coram Rege ac Senatoribus caufa abfoluti funt, aut faltem non condemnati (a). Qvid aliud hac peregrinatione lucratus fuerit Præful, non liqvet, nifi qvod 1555 Hafniæ *Manuale Sacerdotum* & *Pfalterium* qvoddam, id eft hymnos & cantica qvædam Lutheri, qvos in Islandicum fermonem verterat, excudi curavit.

§. 15.

Anno 1555 Canutus Steini, qvi præterito anno poft difceffum Hvitfeldii Islandiæ Præfecturam acceperat, in foro generali juffu & nomine Regis fex magni momenti articulos utriusqve ftatus primoribus ventilandos proponere in mandatis habuit (b), fed cum res ibidem, nefcio qvas ob caufas, confici non poffet, fpectabilem Magnatum conventum Beffaftadis ftatim poft comitia habendum indixit, cui interfuerunt uterqve Epifcopus Martinus & Olaus, ambo Nomophylaces Eggertus & Oddus Gotfkalki, qvatuor præterea Politici ordinis viri, Paulus Vigfufi & David Gudmundi pro qvarta auftrali, Thormodus autem Arii, & Philippus Runolfi pro boreali qvadrante. Hi ibidem congregati, de rebus propofitis fententiam dixerunt, qvæ communiter vocari folet *Beffaftada famþyckt*, ɔ: conventio Beffaftadenfis, qvam hic adfcribere non gravabimur (c).

§. 16.

(a) Conf. fupra loc. cit. pag. 726.

(b) Vid. fupra Tom. 2. pag. 329.

(c) *Clementiffimo Domino noftro & Principi Potentiffimo Regi Chriftiano Friderici filio, Daniæ & Norvegiæ &c. Vobis omnes amicam & fubjectam falutem dicimus cum Deo noftro Domino Jefu Chrifto.*

Princeps

§. 16.

Anno 1556 Canutus in Islandiam reversus, Regium attulit diploma, qvo *Conventio Bessastadensis* partim confirmabatur, partim antiqvabatur,

Princeps Serenissime, Rex potentissime & Domine Clementissime.

Vestræ gratiæ potentia scire dignetur, qvod nos infra scripti Vestræ Majestatis potentiæ devicti fideles servi & pauperes subditi, Martinus Einari Superintendens diœceseos Skalholtinæ, Olaus Hialti Superintendens diœceseos Holanæ, Egerhardus Johannis Nomophylax Qvartæ septentrionalis & occidentalis, Biörnus Olai, Jonas Biarni, Pastores diœceseos Skalholtinæ, Biörnus Gislai, Jonas Magni, Pastores diœceseos Holensis, Paulus Vigfusi, David Gudmundi, Thormodus Arii, Philippus Runolfi, laïci, secundum Vestræ Gratiæ voluntatem & mandatum, qvod Gratiæ Vestræ Potentia huc in insulam ad Gratiæ Vestræ mandatarium Canutum Steini misit, de negotiis qvibusdam, qvæ Gratiæ Vestræ Potentia gerenda præcipit, de qvibusdam articulis, qvos Gratiæ Vestræ literæ continent; Nos igitur antedicti festo Sancti Johannis Baptistæ, unacum Regiæ Vestræ Majestatis Mandatario Canuto Steini, Bessastadis Alstanesensium convenimus, & vidimus ac accurate perlegimus Vestræ Gratiæ literas, qvæ insulæ bono utilissimæ nobis videntur, primo sc. loco, ubi ecclesias annexas & oratoria, aliaqve templa, qvæ parochialia esse non reqviritur, abrogata esse Regia Majestas tangit; Hinc nos supradicti ex Regiæ Majestatis jussu & mandato dictum articulum approbamus, ut prædicta templa sive oratoria, qvæ necessaria non sunt, in totum abrogentur. Illorum autem pecora & jumenta ex dimidia parte nosocomiis & sustentationi Pastorum addicantur, qvem in usum aptissima nobis prædia videntur Kaldadarnes in Qvarta meridionali, Gufudalur in occidentali, Glaumbær Skagafiordensium in septentrionali, & Biarnanes Hornafiordensium in Qvarta Orientali, si Regia Majestas ita voluerit & confirmaverit. Alteram autem mobilium partem ad antedicta templa & oratoria pertinentem & omnia prædiola, servitutes, sylvas, & jura littoris, qvæ sui majores dictis templis donaverunt, possessores prædiorum ex amplissimi Regis (bonæ memoriæ) Domini Magni literis & edictis, antiqvitus in hanc insulam missis, retineant. Antedictorum autem templorum & oratoriorum inventaria & vestes sacras Episcopi e consilio cleri & optimatum iis templis parochialibus, qvæ in illa toparchia, sive alia, maxime egent, distribuant. Secundo, de actione debiti in secularibus Pastorum ergo instituenda, fiat coram Toparcha intra ejus jurisdictionis limites, si autem ille judicio se sentiat imparem, actio coram Nomophylace instituatur. Tertio, de decimis, qvas ab omnibus tam templorum & diœceseos, qvam cœnobiorum & Coronæ prædiis Regia Majestas solvi jubet, ac præcipit, qvod nos tali conditione approbavimus, ut omnia prædia decimentur, exceptis prædiis in qvibus templa Cathedralia, parochialia & cœnobia sita sunt, unacum eorum inventario & mobilibus. Idqve ea ex causa, qvod illa olim & antiqvitus parochis & pauperibus in sustentationem data sunt. Item de bonis mobilibus & immobilibus templorum, ubi Proprietarii prædia possident, tunc decimæ ex tanta prædii parte non solvantur, qvanta ad templum pertinet in eodem prædio,

tur, qvædam vero ejus puncta silentio transmittebantur, qvædam immutabantur,

---

dio, ejusve inventario, cum omnibus ejus servitutibus & jure littoris, reliqua vero ejus prædia decimentur. De decimis autem Vestmanneyensibus nobis visum est, ut omnes qvi Vestmanneyis habitant, ibiqve domicilium habent, ut & eo navibus venientes, solitas pendant decimas, sive navium possessores sint extranei ibi habitantes, sive inqvilini; Solitæ autem istæ decimæ sunt decimus qvisqve in littore piscis, in qvatuor partes dividendæ; Pars autem pauperum nosocomio in qvarta meredionali instituendo accedat. Decimis vero ex avibus, ovis, & ad egenos pertinentibus, pauperes ibidem in insulis reperiundi, & sustentationem lege præscriptam non habentes, fruantur. Videtur etiam nobis nec majores, nec alias, ibi decimas introduci, vel prædiis Regiis imponi posse, qvam ut incolæ ibidem sua mobilia ex more patriæ deciment. De navibus vero ex continente eo venientibus, & per tempus piscaturæ ibi manentibus, ex Regiæ Majestatis mandato, uti in qvarta meridionali mos est, portorium pro statione in usum Pastorum Vestmanneyis habitantium ea conditione solvatur, ut pastores navium ex continente piscatoribus, domos & instrmmenta pisci in usum vertendo reqvisita subministrent, ita ut utriqve invicem redhostimentum reportent. Qvarto loco & articulo de sustentatione scholarum nobis visum est, iis stare debere, qvæ in antedictis Regia Vestra Majestas literis sigillo munitis & Vestræ Gratiæ Ordinatione *præcipiuntur. Videtur autem nobis cerevisiam ad mensam discipulorum qvotidianam ob patriæ paupertatem & alia impedimenta præberi non posse, discipuli enim potu hic bonis viris usitato secundum suam conditionem contenti esse possunt. Qvinto loco & articulo de beneficiis & domiciliis sacerdotum, qvæ a sacerdotibus secundum Regiæ Majestatis literas retineri debent, nisi qvod nobis necessitatis causa visum est, cum adhuc dum e senioribus non tam profunde in Dei Evangelio docti viri præsto sint, qvi recte prædicare qveant, aut omnibus beneficiis præfici, præsertim cum personæ scholam freqventantes, nondum ad eam ætatem pervenerint, ut iis talia Pastorum prædia concredenda sint, ut & si morbus vel epidemica lues Pastoribus, qvi concionari noverunt, inciderit. Hinc nobis visum est, bono cum Vestræ Regiæ Majestatis consilio & mandato, convenire, qvamvis honesti, fide digni & pii laici, qvi verbum Dei amant, beneficiorum, qvibus docti sacerdotes nondum præfici possunt, curam gerant, templa, domos, & bona iis pertinentia conservent, ea conditione, ut laicus præbendæ præfectus, in ejus prædio juniorem verbi divini ministrum, ab Episcopo constitutum, sustentet, qvi verbum Dei parochianis proferat, donec ordinarius concionator & persona habilis inveniatur. De præbendis vero Canonicorum in hac insula nullus potest esse sermo, nisi siqvid tale sit in Gratiæ vestræ cœnobiis, in qvibus & boni verbi divini concionatores per curam Episcopalem, si opus sit, esse debent. Sexto Episcopum diœcesin suam visitantem cujusqve Toparchiæ judex secundum Vestræ Regiæ Majestatis literas sigillo munitas, & Gratiæ* Ordinationem *comitari tenetur, ut verbum Dei eo rectius per diœcesin accipiatur, ut impii secundum Regiæ Majestatis Vestræ* Ordinationem *plectantur & percellantur. Videtur autem nobis Episcopum ob fluvios, transitu difficiles & tesqva ardua non posse iter facere paucioribus comitibus stipatum, qvam ad minimum septem, Toparcham autem ad minimum qvatuor; Honestum ii cum comitibus hospitium cum cibo & potu irreprehensibili*

tabantur, qvædam deniqve recens adjecta imperabantur (a). Satis itaqve non mirari possumus, qvod aperte dicunt, & in publico judicio anno 1598 declarant uterqve Episcopus Gudbrandus & Oddus, uterqve Nomophylax Thordus Gudmundi & Jonas Jonæ, unacum 24 consultissimis utriusqve ordinis viris, nescire se ullam confirmationem *Conventionis Bessastadensis* a Regibus in Islandiam missam, qvod de qvibusdam ejus punctis fuit verum, cum aut mutata, aut penitus rejecta fuerint, de qvibusdam autem minus accurate dictum, cum articuli de scholis & causis Sacerdotum pecuniariis, ut & decimis Vestmanneyensium, parvam aut nullam passi sint censuram, qva de re alibi forte commodior differendi occasio dabitur.

§. 17.

Anno 1556 Martinus Regis tandem nactus est consensum, qvem supplicibus petierat literis, ut bona ejus venia Episcopatum resignare liceret (b), qvo ipsius auspiciis in Synodo Generali publice lecto, officio se solenniter abdicavit, electoqve mox Gislao Jonæ, Pastori Selardalensi, cathedram cum universis bonis eadem æstate tradidit. Causæ autem, qvæ illum eo redegerunt, fuerunt variæ, præcipuæ autem: 1) Ingenium viri simplex, & qvietis amans, cui accessit valetudo minus prospera, qvæ eum

bili ubicunqve fuerint, habento. Cum autem Toparchæ Episcopum in visitando comitari debeant, videtur nobis Regiæ Majestatis Præfectum & Qvæstorem eligere in Toparchas debere viros fide dignos, integros, verbi divini amatores, justos, & in pauperem plebem misericordes, qvod Deus omnipotens nobis largiatur. Hinc Vestram Regiam Majestatem rogamus, ex Regia Vestræ Gratia & clementia, nobis pauperibus Vestris subditis omnium antedictorum articulorum, & punctorum, qvos secundum potentissimæ Vestræ Gratiæ literas, & christianum mandatum congessimus & composuimus, emendationem & confirmationem velitis impertiri. Dilectissime, Clementissime Domine! Si acciderit, ut qvis inqvilinorum huic confirmationi, qvam de prædictis locis & articulis Regia Vestra Majestas, nobis concedet, repugnare ausus fuerit, rogamus ut Regia Vestra Gratia & Clementia, pœnam, qvam Vestræ Regiæ Majestatis Gratia & Clementia justissimam & æqvissimam coram Deo reputaverit, annectere velit. Simul Vestræ Regiæ Potentissimæ Majestatis animam & vitam, Status & Regimen, Deo omnipotenti nunc & in æternum commendantes. Scriptum in pauperi Vestra insula Islandia, die Lunæ proximo post Petri & Pauli.

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 333.

(b) Vid. loc. cit. pag. 332.

eum ad mortem usqve exercuit. 2) Perſecutiones, odium, invidiæ, & contemtus, qvæ a familia Aræſonii pluribusqve Magnatibus perpeſſus erat, & qvas adhuc imminere timebat. 3) Tremenda plurimorum Sacerdotum inſcitia & auditorum contumacia, qvi religionem puriorem, cujus præco ipſe fuit, ſpernebant, antiqvas vero nænias, qvas abrogatum ivit, tuebantur & laudabant. 4) Præcipua autem, & qvaſi caput rei, fuit timor & cautela, ne cathedra Skalholtenſis ſe ad clavum ſedente, aliqvid detrimenti caperet, imminere autem prævidebat ingentem proventuum jacturam, cum Rex decimas omnes, omnesqve mulctas, qvæ Epiſcopi antea fuerant, ſuo jam inferri ærario juberet, præterea villas omnes Sudurneſenſes, ſeu maritimas, qvæ ob uberem piſcationem lucroſiſſimæ cenſebantur, ærarii albo inſcribi curaret, cathedræ autem alias multo viliores pretii loco aſſignaret, expenſæ vero & tributa qvotannis augebantur. Inciderat præterea 1552 hyems diriſſima, qvæ multum pecoris peremerat. Taceo navis mercatoriæ, qvæ eo ſedente periit, ut & prædii ac inſignis ſylvæ ad Cathedram Skalholtenſem in Norvegia pertinentium, jacturam, qvorum uſum, amiſſa nave, periturum prævidit, erat enim Martinus œconomiæ peritus, eiqve non leviter deditus, gravius itaqve anteqvam acciperet damnum, omni ſe onere & cura levare voluit; qvantumqve in œconomicis valuerit, oſtendit ingens pecorum multitudo (a) qvam in tali rerum ſtatu ſucceſſori, ut cathedræ perpetuum peculium, tradidit, qvæ ad noſtra usqve tempora majori oneri, qvam uſui fuerunt.

§. 18.

Abdicato officio, & ſucceſſori ſede Epiſcopali cum omnibus ad eam pertinentibus tradita, Skalholto circa feſtum Michaëlis Haukadalum petiit, ubi antea in omnes eventus villicationem inſtituerat, ibiqve hyemavit, proximo autem vere inde diſcedens, Alftaneſum in Toparchia Myrenſi ſe contulit, ibidemqve lares poſuit. Præbendam Stadaſtad, qvam habuerat, anteqvam ad epiſcopatum evectus fuit, ſemper retinuit, nec prius-

---

(a) Nempe boves caſtrati: qvadrimi & ſeniores 48, trimi 71, bimi 117, anniculi 95. Boves aut vituli prædiorum (dicti communiter *landnaut*) perpetui 125, verveces bimi & ſeniores 363, anniculi 473; eqvi qvadrimi & ſeniores 96, trimi 3, bimi 2, anniculi 4; eqvulei 5, eqvæ adultæ 46, trimæ 4, bimæ 8, anniculæ 8; eqvulæ 5. Taceo immenſam ſuppellectilis & utenſiliorum multitudinem.

priusqvam in senectute filio suo Enaro eandem concessit, Alstanesum etiam alteri filio Haldoro paucis ante mortem annis tradidit, inqve villam Midhus, qvæ Alstaneso contigua est, secessit, ibiqve anno 1570 supremum diem obiit. Post abdicatum episcopatum Officialis munus inter fluvium Hvita & sinum Gilsfiord in tractu occidentali suscepit, semperqve in publicis & privatis documentis, ubi nomen ejus occurrit, honoris ergo primus nominatur. Uxorem habuit nomine Ingebiorgam, nec genere nec genio spectabilem, ex qva tres suscepit liberos, præter qvos tres etiam nothos habuit, ex qvibus numerosa per universam Islandiam dispersa proles prognata est.

CAP. III.

De Gislao Jonæ.

§. I.

Tertius Skalholtinæ diœceseos puriori religioni addictus antistes fuit *Gislaus Jonæ*, natus Hraungerdi anno 1513, avum habens Gislaum Jonæ, Pastorem Gaulveriabajensem, patrem vero Jonam Gislavi, qvi patri tandem in parœcia Gaulveriabajensi successit. Thingvallis apud Alexium, postea Abbatem Videyensem, prima literarum rudimenta posuit, scil. legere, scribere & canere didicit, deinde circa annum 1529 in Ogmundi Episcopi familiam adscitus, & paulo post sacris initiatus, brevi non tantum primarius Templi Cathedralis Pastor, sed etiam Episcopo carissimus exstitit, patri autem nunqvam acceptus, qvem ominatum fuisse & prædixisse ferunt, hunc puerum aliqvando eorum futurum antesignanum, qvi novam introducere, veterem vero abolere religionem satagerent, in qvo non vanus vates fuit, nam Gislaus, ex conversatione Gissuri Einaridæ & Oddi Gotskalki filii, Lutheranæ religionis gustum primo imbibit, & cum tempore ejusdem in Islandia firmissima columna evasit, eam autem mentis mutationem clam Episcopo habere necesse fuit, qvi Lutherum omnesqve ejus sectatores cane pejus & angve exosus est, qvod Gislaum aliqvando in magnum conjecit periculum, legenti enim Lutheri versionem *Novi Testamenti Germanicam*, improvisus supervenit Præsul, rogansqve qvid legeret, librum poposcit, qvem cum Pastor celare vellet, Episcopus ira

accenfus, juffit fcorti filium eundem mox promere, qvo infpecto, indignatione plenus dixit effe hærefin Lutheri, &, qvam longiffime potuit, in plateam abjecit (a).

§. 2.

Qvamdiu Skalholti manferit, & qvo inde cefferit, non liqvet, nam poft annum 1539 Paftor Cathedralis non fuit, fed Jonas Biarni filius, ut ex Actis Synodalibus annorum 1540 & 1541 patet, nec præbendam Selardal ab Ogmundo Epifcopo, aut eo vivo, fed anno tandem 1546 pridie feftum nativitatis beatæ Virginis, cedente eandem Magno Eyolfi, fed intercedente Giffuro Epifcopo, nactus eft; Nec Chriftinam Eyolfi filiam, Magni fororem, uxorem duxit, priusqvam poft fata Ogmundi. Hæc Chriftina fuit filia Eyolfi, dicti aut cognominati Mókollur, ille autem fuit Magni Eyolfi filii, Skalholtinæ diœcefeos Epifcopi, ex fratre nepos. Habuit hicce Eyolfus plures liberos, Magnum fcilicet Paftorem Selardalenfem & Gislaum, filiasqve Chriftinam ac Thordifam, qvas Gislaus compreffit, ita ut utraqve foror ex eodem fratre germano mater fieret, qvo crimine patefacto fuga vitæ confuluerunt, tandemqve in templo Skalholtenfi tanqvam tutiffimo talium afylo fubfiftentes, Ogmundi Epifcopi gratiam & indulgentiam haud fruftra implorarunt, ille enim impofita reis grandi multa pecuniaria, & competentibus præfcriptis pœnitentiis, Gislaum fufficienti inftructum viatico, ad exteros ablegavit, ambas autem forores belle fuftentavit, qvarum utraqve, Chriftina autem præfertim, & formofa & multis aliis dotibus ornata fuit, qvibus Gislaus Jonæ, tum temporis Paftor Cathedralis, captus eandem adamare cœpit, utqve ejus conjugio potiri poffet, Regiam poftmodum acqvifivit difpenfationem, qva Chriftinæ non folum vita & fecuritas, fed & honefta nubendi conditio concedebatur (b), qvam ut adeptus eft, in patriam redux, cum Chriftina conjugium iniiffe videtur. Sunt, qvi fcribunt Gislaum iter navale facientem, in tanto conftitutum periculo, ut nullum videret elabendi medium, voto fe adftrinxiffe, fi Deus vitam fuam confervaret, fe vitam alterutrius fororum inceftarum, qvæ Skalholti fe continerent, conjugium cum ea ineundo,

(a) Vid. fupra Tom. 2. pag. 540.
(b) Vid. fupra Tom. 2. pag. 338.

do, servaturum, creditum enim tum temporis fuisse, tales personas ab omni crimine & reatu ingenui viri conjugio prorsus liberari, hocqve ejus factum, ut summum caritatis opus a speciali numinis directione provenìens deprædicant (a). Sed qvicqvid sit, & qvaliscunqve causa, sive vulgaris amor, sive votum ex singulari proximi caritate promanans, sive tandem specialis Dei providentia & directio, ad hocce factum impulerit, id saltim certum est, illum cum incesta muliere conjugium contraxisse, qvod licet sat feliciter cederet, mulier enim & formosa, prole felix, familiam regendi perita, & mariti amans fuit, ipsi tamen, postqvam Episcopus factus est (b), magno sæpe fuit in rebus gerendis & obstaculo & opprobrio, præsertim apud peregrinos & Præfectos Regios, qvi qvam primum Præsul illis vel unum verbum obloqvi audebat, non tantum conjugium cum muliere incestuosa contractum illi objecerunt, sed etiam qvod Regiam petens dispensationem, statum & circumstantias causæ celavisset, scilicet, qvod cum fratre duæ sorores incestum commisissent (c), qvod si notum fuisset, Regem nunqvam illis aut vitam aut securitatem concessurum fuisse, & multo minus illi, qvi talibus se tam arcte alligasset, Episcopi officium concrediturum; Ipsi itaqve aut silendum & parendum, aut officio abeundum, uxoremqve digno tradendam supplicio minitabantur.

§. 3.

Qvam primum Gissurus Episcopus puriorem Evangelii doctrinam publice annuntiare cœpit, Gislaus eam amplexus est, & Episcopo fidum se parastatam semper præstitit, qvi eum vicissim statim postqvam Selardalensem

(a) Magnopere falluntur, qvi Gislaum ob hocce conjugium a Jona Episcopo excommunicatum fuisse asserunt, nam in bulla excommunicationis, ne uno qvidem verbo memoratur, qvod documento est, Episcopum non ut scandalum aut vituperandum censuisse, sed ut voti pii ac liciti ex christiana caritate provenientis necessariam impletionem æstimasse; Vel, qvod veritati similius, Gislaus conjugium nondum, & sine dubio ante annum 1551 non contraxerat. Conf. loc. cit. pag. 338. 371.

(b) Conf. infra §. 7. ut & Friderici II. Rescriptum 1565, supra pag. 3. memoratum, in qvo hunc casum tangere videtur, vetat enim ut incestus cum duabus sororibus commissus posthac pecunia redimatur, sed capite plectatur, relatum esse talia aliqvando amicitiæ & pecuniæ gratia condonata fuisse.

(c) Vid. not. proxime præced. & supra Tom. 2. pag. 338.

lenſem præbendam acceperat, ſuum in Toparchia Bardaſtrandenſi Officialem conſtituit, qvod officium etiam ſub Martino retinuit, ad cujus evectionem haud parum contuliſſe videtur, qvod in templo Skalholtino, cum de novi Epiſcopi in locum Giſſuri electione ageretur, publice obteſtatus eſt, *ſe neminem electurum aut Epiſcopum paſſurum, qvi lituo & mitra uti geſtiret*, id eſt, qvi papiſticis ritibus & doctrinæ deditus eſſet, qvod ut divinum qvoddam effatum a reliqvis ejusdem fidei conſortibus acceptum fuit, ita ut citra omnes ambages Martinum eligerent, & nolentem in ſella epiſcopali collocarent, qvam electionem Rex anno ſeqvente confirmavit, qvod factum Jonæ Holenſi Epiſcopo, qvi diœceſi Skalholtenſi inhiavit, tantopere diſplicuit, ut ſemet a contraſentientibus ejusdem diœceſeos Viſitatorem eligi curaret, eaqve fretus electione Skalholtum vi occupare conaretur, ſed repulſam paſſus, nihilo minus alibi omnia Epiſcopi munia exercuit; Qvæ Martinus anno ſeqvente in patriam reverſus per Synodi Generalis concluſum irrita & nullius eſſe valoris pronuntiavit, cujus Synodi cum Gislaus non ultimus eſſet Aſſeſſor, ſed magnum contrariæ partis augmentum, & præterea ab ipſo Rege, qvi Jonam anno 1549 ut & 1550 penitus exauctoraverat, ac proſcripſerat, in ejus locum ut ſuccederet, denominatus fuiſſet, hæc omnia Jonam Epiſcopum ita irritarunt, ut Gislaum anno 1550 excommunicaret, qvi extemplo relicta uxore & liberis Hafniam qveſtum injurias aufugit (a); Præſul autem paulo poſt filium ſuum Biörnum miſit, qvi, collecto Vatnsfiordi conciliabulo, Gislao officium, præbendam, & qvicqvid habuit, abjudicari curavit, & paucis poſt

(a) Hac vice in domo Epiſcopi Palladii commoratus eſt, cujus Giſlao datum teſtimonium hic omnino legi meretur: *Petrus Palladius Doctor, Superintendens Selandiæ Pio Lectori ſ. p. d. Petivit a me Vir venerabilis Dominus Gilbertus Jonæ teſtimonium ſuæ vitæ & converſationis, qvalis fuerit mecum, cum hic apud nos Haffniæ, & in hac Academia verſatus eſt; id qvod ei denegare non potui, propter ipſius pietatem, humanitatem, & virtutes alias qvam plurimas. Proteſtor itaqve coram Deo bona conſcientia hunc Dominum Gilbertum Islandum ita ſe geſſiſſe hic apud nos in doctrina, vita & moribus, ut decet fidelem verbi Dei miniſtrum in omnibus; ita ut nullum aliud teſtimonium ei dare poſſim, qvam qvod eſt optimum, & poterit habere liberum reditum ad nos & ad ædes meas, in qvibus habitavit toto illo tempore qvo hic erat, habens interim ex Regia beneficentia & liberalitate menſam hic in Arce Haffnienſi, una cum optimo viro ſuo conterraneo Domino Olavo Hialteri; nec dubito qvin ipſemet Dominus Gilbertus ſuis virtutibus facile ſibi bonorum virorum animos ſit conciliaturus. Sit ergo bonis & piis omnibus gratus & acceptus in Jeſu Chriſto. Haffniæ Calendis Maji 1551. ſub meo Sigillo.*

post diebus bona ejus publicavit (a). Uxor autem cum liberis domo ejecta, & omnium indiga, ad fratrem suum Magnum sacerdotem Eyolfi filium confugit, qvi eam usqve ad reditum mariti sustentavit.

§. 4.

Anno 1551 Gissurus cum Ottone Stigoti in Islandiam reversus, omnia pacata invenit, præstito itaqve unacum aliis australis qvartæ incolis homagio, præbendam Selardal repetiit, ibiqve pacate vixit ad annum 1556, qvo pro more in comitiis præsens, cum Martinus officium permissu Regio deposuisset, unanimi omnium consensu Episcopus eligitur. Accepta deinde sede Episcopali, cum omnibus ad eam pertinentibus, advecta uxore & liberis, qvod tempus navigationi aptum transiisset, Skalholti hyemare necessum habuit, sed anno 1557, Snorrone Hialmi filio Pastore Holtensi, diœceseos officiali, dum abesset, constituto, Hafniam, confirmationem & ordinationem accepturus, properavit, ubi dum mansit, per Joh. Vingaard imprimi curavit *Historiam Passionis* ab Ottone Gotskalki transpositam, *Esaiæ Cap. 53* cum succincta expositione, qvibus *Palladius* prooemium præmiserat, *Historiam desolationis Hierosolymæ*, *Margaritam Theologicam* & *Psalterium* seu Hymnos qvosdam. Hic dum manebat, Regi significavit, qvantum damnum cathedra Skalholtina passa fuerit, ablatione decimarum & mulctarum, qvæ ad Reformationem usqve Episcopo pendi solebant, cum annuæ expensæ & sumtus Rectorum & scholæ sustentatione augerentur, qvod Rex eatenus exaudivit, ut ipsi decimas ex qvatuor Toparchiis restitueret, scil. Mulensi, Skaptafellensi, Arnesensi & Isafiordensi, unde impensæ in visitationes factæ restituerentur (b). Qvo facto a Rege confirmationem nactus, & a Doct. Petro Palladio ordinatus, anno 1558 in patriam reversus est.

§. 5.

Diximus supra timorem aut augurium Martini Episcopi, ne cathedra Episcopalis insignem faceret jacturam, non minimam fuisse causam, qva-

(a) Hæc omnia clarius & uberius exposita vide supra Tom. 2. pag. 670. 693.

(b) Vid. supra Tom. 2. pag. 336. sq.

qvapropter officio abivit, qvod non vanum fuisse eventus docuit, mox enim postqvam officium abdicavit, jussu Præfecti Regii Canuti Steini, ejus successor, Skalholti die visitationis Mariæ, tabulæ commutationis subscripsit, qva Præfectus cathedræ Skalholtensi octo optimæ notæ prædia in Toparchia Kialnesensi sita abstulit, qvorum nomina sunt: *Nes*, *Skildinganes*, *Eyde*, *Lambastader*, *Eyvindarstader*, *Svidholt*, *Skógtiörn*, *Brecka.* Vicissim autem & pretii nomine eidem emancipavit alia multo viliora in tractu Hornafiord sita, qvæ nuper Regio fisco adjudicata fuerant, qvorum nomina sunt: *Biarnanes*, *Horn*, *Efresiördur*, *Nedresiördur*, *Hafnarnes*, *Hollt*, *Borg*, *Krossbær*, *Kellduhollt*, *Hólmar*, *Dilknes;* & neqvid justitiæ speciei deesse videretur, decem vaccas, aut eorum valorem addidit, qvod opus Gislaus, ut dicæceseos Episcopus, omnium primum, sed nolens ac dolens, & ne unum verbum contradicere audens, facere coactus est. Et paucis interjectis annis omnia qvæ in tractu Kialnesensi possidebat cathedra, pleraqve lucrosa valde & piscationi aptissima, prædia numero 19, pari modo Canuti successor Paulus Stigoti, Regis mandatum prætexens, & officii abrogationem, ni pareret, minitans, eidem expressit, qvorum nomina sunt: *Hvalsnes*, *Lambastader*, *Gerde*, *Skeggiastader*, *Brecka*, *Varar*, *Holmur*, *Niardvík Meidarstader*, *Ivarshús*, *Kothús*, *Gufuskáler*, dimidium *Hvassahraun*, *Ofridarstader*, *Audnukot*, *Helleskot*, *Helgafell*, *Þerney* & *Kópavogur.* Cathedra autem vilissimas & longe dissitas monasterii Videyensis, & qvæ Ogmundi Episcopi fuerunt, villulas in toparchia Borgarfiordensi sitas, recepit, qvorum nomina sunt: *Uppsaler*, *Búrfell*, *Raudsgil*, *Ulfstader*, *Klepians-Reyker*, *Hurdarbak* dimidium, *Litle Kroppur*, *Heggstader*, *Hvítárveller*, *Brautartúnga*, *Höll*, *Snartastader*, *Brecka*, *Hestur*, *Hálsar*, *Galltarhollt* & *Hrísakot.* Qvæ commutatio facta est Bessastadis 37 Septembr. 1562 (a).

§. 6.

(a) Qvi Svenonem Prudentem prophetico spiritu præditum fuisse statuunt, creditumqve qvod de ejus prophetiis refert *JONAS EGILLIDES*, qvarum non ultima fuit, Cathedram Skalholtensem, ut magno honore ad summum fastigium fuerit evecta, ita ad infimas incitas redigendam fore (Vid. supra Tom. 2. pag. 488.), hac tempestate impleri cœpisse non sine ratione autumant, insigne enim damnum Cathedra hac commutatione passa est.

§. 6.

Ex ultima peregrinatione redux, ad reſtaurandum pro poſſe ruinoſos Zionis muros animum applicuit, primum enim tam homicidiis & horrendis, qvæ tum temporis exercebantur, (a) libidinibus, qvam variis matrimonii abuſibus, obviam ire, iis metam ponere, aut eradicare ſtatuit. Hunc in finem conventum inſtituit pridie feſtum Divi Thorlaci, delegatisqve judicibus cauſam ventilandam commiſit, qvorum ſententiam, cum mores ſeculi perſpicue delineet, hic inſerere non gravabimur (b).

§. 7.

Sed Fridericus Secundus, ubi thronum paternum aſcenderat, auditoqve impune fere in Islandia infandas graſſari libidines, Epiſcopis, qvi hucusqve ex *Juris Eccleſiaſtici* præſcripto & proprio lubitu tali modo peccantibus competentes dictaverant pœnitentias, clementiſſimo mandato injunxit, ut ductum *ſacræ ſcripturæ* & *juris civilis* ſeqventes, novam conſcriberent ordinationem, & certam pænam hiſce peccatis determinarent, ſibiqve eandem confirmandam transmitterent (c). Qvi ſuarum virium & ignorantiæ id non eſſe ingenue faſſi ſunt, honorem itaqve & onus humillime deprecarunt, qvod multo aptius Profeſſoribus Academiæ Hafnienſis committi poſſet (d). Qvo Rex motus reſponſo, anno 1563 die 20 Martii

(a) Hoc qvidem confidenter aſſerit Perilluſtr. *PONTOPPIDAN* in *Annal. Eccleſ.* Tom. 4. pag. 216, ſed qvid in tali negotio præſtiterit, nos latet.

(b) Vid. ad finem hujusce Cap. Litr. A.

(c) Vid. ſupra pag. 13.

(d) *Dilectiſſimo, Clementiſſimo, Sereniſſimo Principi noſtro & Gratioſiſſimo Regi Friderico Secundo Regi Norvegiæ, Daniæ, &c. Vobis, Veſtri pauperes ſubditi, Superintendentes Islandiæ, amicam & ſubjectam ſalutem dicimus cum Deo & Filio ejus dilecto Jeſu Chriſto. Submiſſas Clementiſſimæ Veſtræ Potentiæ gratias pro omni ſolatio & refectione, qvam Clementiſſimæ Veſtræ Potentiæ literæ a Veſtro Mandatario Paulo Stigoti acceptæ, nobis attulerunt. Veſtræ Gratiæ Potentiæ ſubmiſſe notum facimus, qvod Veſtræ Gratiæ literas in foro generali a Veſtræ Potentiæ Mandatario Paulo Stigoti, acceperimus, qvibus literis Veſtra Gratia nobis mandavit, ut conſideraremus & diſcerneremus, qvanti magnum dedecus & multa gravia ac neſanda delicta ſtare deberent, qvæ in pauperi noſtra terra patrantur, & patrata fuerunt. Antiqvas igitur, Domine Dilectiſſime, Clemen-*

Martii, rescripsit relatum sibi esse, in Islandia varias hæreses, adulteria, aliaqve immania scelera, impune committi & grassari, qvibus ut obviam eatur, jubet, ut qvi tales hæreses (ketterie) committunt, capite plectantur (a); Sed cum incolis hanc legem ad omnes incestuosos extendere, nimis

mentissime, insulæ nostræ leges inspeximus & perlegimus, qvæ nobis cum justis Dei legibus Veteris & Novi Testamenti maxime concordare videntur. *Primo* Codex juris Civilis *præcipit*, ut omnes flagitiosi, qvi in templa confugerunt, consilio Nomophylac's impune in Norvegiam transvehantur, ut templum ibidem intrent, exceptis iis, qvos templum juxta legum præscriptum protegere non debet. *Item* Antiqvum Jus Canonicum, *qvod in hac terra observatum fuit, ita habet:* Si qvis matrem suam, filiam aut privignam, compresserit, pace publica ambo destituantur, donec ab Episcopo acceperint absolutionem, & pœnitentias ab ipso præscriptas (*sustinuerint*) & bona utriusqve, inter Regem & Episcopum dividenda, publicentur. *Item gratiosissime Domine, in insulæ nostræ legibus non reperimus, iis, qvi remotioribus, qvam prædicti homines, gradibus consangvinitatis, aut affinitatis conjuncti sunt, gratiam & pacem denegandam esse* (*). *Cum autem, Dilectissime, Clementissime Domine! Vestras literas Potentiæ Vestræ sigillo munitas, nobis prælectas audiverimus, qvæ talis sunt tenoris, ut Islandicas leges & jura, retinere debeamus, hoc igitur ad Vestram gratiam & clementiam remittimus, qvicqvid Vestra Potentia præceperit, servaturi. Qvod autem illud Potentiæ Vestræ postulatum concernit, ut de horum pœna cathegoricum daremus responsum, propter nostram ignorantiam, indulgentiam a Vobis poscimus, per Deum Vestram Potentiam obtestantes, velit Regia Majestas jubere, ut Vestræ Gratiæ sapientissimi & doctissimi, tam Ecclesiastici, qvam Politici Ordinis Viri sublimes adeo articulos tractent, & de iis absolutam ferant sententiam, qvam, cum in terram nostram immissa fuerit, observabimus.*

(*) Hic non omni ex parte vera referre videntur Episcopi, cum *Jus Eccl. Arn.* Cap. 20. personas, cum qvibus incestus committitur, prolixe enumeret, dicens: *Incestum cum 17 personis esse delictum inexpiabile* (fellr til óbóta) *exilii & omnium bonorum publicationis pœnam annectat;* Locum autem ex ejusdem *Jur. Eccles.* Cap. 34. desumtum, eatenus mutant, ut sororem excludant, & pro ea privignam substituant; Cujus prævaricationis causam, qvi in matrimonio Episcopi Gislai Jonæ filii qvæsierit, probabilitate ex temporibus illi tunc adversis desumta, non destituetur. Fructus hujus epistolæ fuerunt Regiæ ad Professores Universitatis Havniensis hac de re literæ, sed qvid illi consuluerint, nos latet.

(a) Vid. supra pag. 13. sq. In Rescripto notanda est vox *ketterie*, qvæ hic non notat *hæresin theoreticam*, sed *practicam* seu incestum, qvod inde patet: 1) Qvia *hæreses* proprie sic dictæ hoc tempore nullæ in Islandia fuerunt, præter reliqvias qvasdam Papismi, qvæ tanguntur his verbis: *Den geistlige Ordinantz om Religionen bliver ikke holden ved magt.* 2) Pœnæ, qvibus hocce *ketterie* puniri jubetur, non competit hæresibus, sed incestui & gravissimis sceleribus. 3) Conjungitur hic *ketterie* cum adulteriis, ut ejusdem speciei peccatis. 4) Indigitatur hic tale *ketterie*, de qvo Ordinatio Regia nihil

nimis ſeverum videretur, Paulus Stigoti, ut de inceſtu, adulteriis, vagisqve libidinibus, conſtitutionem conderent, Nomophylacibus Paulo Vigfuſi & Eggerto Johannis mandavit, qvi anno 1564 in Comitiis generalibus cauſam 24 prudentiſſimis & Juris Islandici peritiſſimis viris ventilandam & decernendam commiſerunt, qvorum decretum, communiter vocatum *Stóre dómur* (a) (judicium magnum), Rex anno 1565 edicto confirmavit, inqve leges poſteris ſervandas referri juſſit (b), qvod denuo Chriſtiani Sexti edicto, dato anno 1734, confirmatum eſt, hodiedum valet, & ut lex irrefragabilis obſervatur. De ſponſaliis autem & matrimoniis, cauſisqve ea concernentibus, Rex glorioſiſſimus ſecundum *Articulos de conjugio* editos anno 1537 ſententias ferri juſſit.

§. 8.

Licet Paſtores jam aperte miſſas, inferias, vigilias, & talia celebrare non auderent, inveteratus tamen mos & ſuperſtitio non facile eradicari potuit, qvalia fuerunt, ſimulacrorum adoratio, votorum crucibus & ſimulacris facta nuncupatio, luminum coram illis accenſio, & plura ejusmodi, præſertim vero vigebat adhuc adoratio crucis Kaldadarneſenſis, qvam Præſul diſſecuit & combuſſit. Errantibus itaqve partim viva voce, cum eccleſias viſitaret, monendo & meliora docendo, veram ſalutis viam monſtravit, partim etiam ſcripto informavit, qvales fuerunt, dives qvidam Colonus Jonas Magni in qvarta orientali, & incolæ qvartæ occidentalis, qvibus ea de re Circulares (ut vocant) miſit literas; Paſtores qvoqve locorum maritimorum qvartæ meridionalis officia monuit (c), nec non Eccleſias Ejafiallenſes, qvibus luculentas ſatis literas miſit (d). Huc etiam referimus

---

nihil loqvitur, qvod multo melius qvadrat in inceſtum qvam hæreſin, nam hæc de illo nihil, ſed de hac multum loqvitur. 5) Omnes juris conſulti tum temporis ita hanc vocem intellexerunt.

(a) Hæc Conſtitutio impreſſa eſt ad calcem verſionis *legum Islandicarum* pag. 405 & ſeqv. edit. Hafniæ anno 1763.

(b) Vide loc. cit.

(c) Vide ad finem Cap. Litr. B.

(d) Vid. ad finem Capitis Litr. C.

referimus antiqvas Leges, domefticis Skalholtenfibus fcriptas, qvas a fermento Papifmi repurgavit (a).

§. 9.

Antiqvos ritus & canonem miffæ abrogare, novas vero introducere cæremonias ecclefiafticas, percare & magno labore ftetit, & ut haud improbabiliter conjicitur, res multo tardius proceffiffet, fi Paulus Stigoti, infulæ fupremus Præfectus, vir egregius, & ut qvidam eum vocant, *Præful Politicus*, Epifcopis tam efficaciter auxiliatrices manus non porrexiffet, qvi tres ad univerfos Infulæ incolas haud vulgarem redolentes pietatem, & Regiam fere præ fe ferentes auctoritatem, literas fcripfit; primæ datæ funt Munkathveraæ 31 Julii 1561 & per Holanam præfertim diœcefin divulgatæ, iteratæ autem eodem anno die 10 Septembris Midgardis in Stadarfveit & per diœcefin Skalholtinam emiffæ. In his Paftores decimis privare, fefta Pontificiorum, fc. qvæ in Ordinatione Regia non imperantur, obfervare, & lumina coram crucibus & fimulacris accendere prohibet, Epifcopis autem mandat, ut tales cruces & fimulacra removeri curent, fi vero qvidam ter moniti non pareant, eosdem excommunicandos, & pro qvovis die, five fex, five duodecim unciis, prout in legibus Canonicis æftimatur, multandos effe cenfet. Alterum ejus edictum de cæremoniis Ecclefiafticis datum eft Thingvallis fefto Vifitationis Mariæ 1562, in qvo fe ipfum oculatum effe teftem ait, qvam indecenter & male plebeji in templis, dum verbum Dei illis proponitur, & Sacramentum adminiftratur, fefe gerant, fevere itaqve mandat ac præfcribit, qvomodo fe gerant intra templum, & ante, & poft facrorum operationem, fcil. ut qvisqvis fuam fedem & ftationem intra templum immotus retineat, attente Deum laudet, oret, gratias agat, & verbum Dei audiat ac difcat, caveat autem ex templo exire, aut circum templum ac cœmeterium vagari. Hocce fuum mandatum rogat Epifcopum, ut in omnibus parœciis manifeftari curet. Tertium datum eft Beffaftadis 21 Julii 1565, qvo fevere mandat, ut omnes, qvi raro aut nunqvam templa freqventant, vel etiam fe ibidem indecenter gerunt, nec ter moniti refipifcant, a facra fynaxi excludantur, Toparchis vero injungit, ut tales refractarios virgis cædant, qvod edictum Joh. Buckhollt anno 1576 denuo confirmavit (b).

§. 10.

(a) Vide ibid. Litr. D.
(b) Vid. fupra pag. 6.

§. 10.

Qvantas exhaurire molestias, qvantisqve cum difficultatibus huic viro confligendum fuerit, dici vix potest. Tanta erat doctorum inopia, ut pleriqve nihil præter lingvam maternam intelligerent; librorum non major copia, qvapropter necessum fuit parœcias, aut sine Pastore relinqvere, aut indoctum aliqvem illis Pastoris loco præponere, qvod potius visum. Hinc juvenes, modo *Corvini expositiones Evangeliorum Dominicalium* decenter legere & sacramenta rite administrare scirent, sacris initiavit; Præbendas autem viris Politici Ordinis locavit, qvi templa cum suis possessionibus sartatecta conservarent, qvibus haud raro Præposituras etiam commisit. Qvi autem aliqvid præ aliis sapuerunt, & docti vocabantur, hos optimis præbendis in longe dissitis locis beavit, iisqve Officialis munus concredidit, qvales fuerunt in qvarta occidentali: Jonas Lopti Pastor Vatnsfiordensis, Sveno Simonis Pastor Holtensis, Jonas Thorleifi Pastor Gufudalensis, qvi omnes, unus post alterum, in tractu aut toparchia Thoskafiordensi Officiales fuerunt; In Mulensi autem seu qvarta Orientali: Einarus Arnæ filius, & post eum Thorvardus Magni, uterqve Pastor Vallanesensis; in tractu Thornesensi, seu a fluvio Hvitaa ad sinum Gilsfiord: Martinus Einari, qvondam Episcopus, & post eum Loptus Narfi filius; in Borgarfiordensi a Hvitaa ad Botnsaa: Jonas Einari Pastor Reykholtensis, & in aliis provinciis alii, qvorum fidei res ecclesiasticas commisit. Qvam anxiam autem Religionis & Ecclesiarum, præsertim longe ab eo dissitarum, gesserit curam, inter alia patet ex Epistola ad Johannem Buckholhtzium scripta, in qva ei significat præbendam Grunnavikensem contulisse se in Dominum Bödvarum Jonæ (a); unice itaqve orat & rogat, ut hanc suam vocationem confirmet, magni enim & sui & Ecclesiæ interesse, ut talem virum nanciscatur hæc Ecclesia, habebat autem tum temporis Episcopus jus vocandi, sed penes Præfectum Regium jus confirmandi fuit, qvod in tali Ecclesiæ statu & circumstantiis, cum omne qvidem vulgus rude, sed in extremis insulæ partibus, paganum fere esset, summe fuit necessarium. Cum au-

(a) Jonas Einari Pastor Reykholtensis & Officialis Borgfiordensis, qvi hic nominatur, fuit frater Gissuri Episcopi, sed Bödvarus Pastor primum Grunnavikensis & postmodum Reykholtensis, & Præpositus Borgfiordensis, fuit Jonæ Enaridæ filius, qvorum alter noster fuit abavus, alter vero atavus.

tem ſupra (a) adtulerimus ſpecimen codicillorum officii, qvibus Catholici Epiſcopi ſuos Officiales præmuniebant, non abs re videtur, ut hic etiam exemplar eorum, qvibus Gislaus uti ſolebat, inſeramus (b).

§. II.

Licet indoctos ſacris initiare & eccleſiis præponere neceſſum haberet, minime tamen eorum malos mores aut deſidiam toleravit, exſtant enim literæ, qvibus fatetur ſe Gunnarum qvendam Thorgeiri filium, commendatum ſibi ab Ario Magni filio, curiæ Trekillesvikenſi præpoſuiſſe, qvem acriter objurgat, graviterqve monet, ne officium negligat, non tamen commiſſo ſimplici ac rudi gregi imperioſe dominetur, ſed ſalutari doctrina, & modeſta vita, auditoribus præluceat, ſi ſecus fecerit, remotionem comminatur. Thorleifo Biörnonis Myſtæ Reykholenſi officium abrogavit, eo qvod ejus concio auditoribus inutilis eſſet, præſertim ob nimiam ejus loqvacitatem. Pariter etiam Indridæ cuidam Paſtori Kaldadarneſenſi, qvem (ut ipſe dicit) Paulus Jonæ, magnatum imperioſiſſimus, multum commendabat, officium abſtulit, unde non parum turbarum inter Epiſcopum & Paulum ortum eſt. Hinc ut ſacri miniſterii Candidatis officii curam eo impenſius imprimeret, eorumqve conſcientiam qvam arctiſſime obligaret, novam illis propoſuit jurandi formulam, ſub Papatu enim tantum Epiſcopo & Eccleſiæ fidem & obedientiam jurejurando promiſerant

(a) Tom. I. pag. 560.

(b) *Ego Gislaus Jonæ Superintendens diœceſeos Skalholtinæ bonis hominibus per has patentes notum facio & confiteor, qvod honeſtam perſonam Dominum Jonam Einari, elegi, deſignavi & conſtitui Officialem, atqve verbi divini Sanctæqve Religionis Inſpectorem, qvantum cauſas concernit eccleſiaſticas, qvas tractare & qvodam modo decernere meurum eſt partium, præſertim ut verbum Dei & ſanctum Evangelium pure prædicetur, & magis ac magis (creſcat &) conſervetur, cum alio divino miniſterio, ſanctisqve ſacramentis, tam intra qvam extra templum. Et qvicqvid prædictus Dominus Jonas in his rebus peregerit, tanti eſto valoris, acſi ipſe fecerim, ille vero mihi rationem reddito. Qvare omnes ac ſingulos laïcos & clericos rogo, ut huic Domino Jonæ his in rebus pareant & obediant. Si qvi autem illi in dicto officio morem non gerant, nihil ipſi cum iisdem eſto. Hæc ejus inſpectio a Botnsaa ad Hvitaa ſe extendito, & donec alia conſtitutio facta fuerit, durato. In fidem ſigillum meum his literis apprimo, ſcriptis, Skalholti, die 6 Octobr. Anno 1568.*

rant (a), jam vero Deo in officio fidem & vigilantiam, in vita caſtitatem, & morum innocentiam, promittere adegit, ut ex adſcripta forma patet (b).

§. 12.

Probe autem cum ſciret, nec ultra poſſe qvemqvam obligari, nec eſurientem, defatigatum & aliis intentum curis multum laboris in vinea Domini perferre poſſe, operarium vero dignum eſſe ſua mercede, cujus inopia permulti Skalholtinæ diœceſeos Sacerdotes ita premebantur, ut ruſticorum & laboratorum inſtar opere manuario ſe ſuosqve ſuſtentare neceſſum eſſet, hinc ipſe anno 1570 Regiæ Majeſtati rem retulit, ſubjectiſſime orans, vellet tantæ neceſſitati aliqvo modo ſubvenire, qvo audito, Clementiſſimus Rex 300 Joachimicos qvotannis Clero Islandico donavit, qvorum diœceſi Skalholtinæ 200, Holenſi vero 100 obtigerunt. Cum vero multi Skalholtinæ diœceſeos Sacerdotes nullum certum intra parœciam haberent prædium, qvo lares figere poſſent, Gislaus pro annuo 200 imperialium expenſo, ut villæ, qvæ tantundem annuum proventum darent, Paſtoribus concederentur, exoravit, qva occaſione illis ſeqventia ceſſerunt habitacula (c): 1) *Straumar* in Toparchia Mulenſi. 2) *Steinar* in Hornafyrdi. 3) *Foſſ* in tractu Sidenſi. 4) *Backe* in tractu Sidenſi. 5) *Aſar*, in parœcia Skaptartungenſi. 6) *Myrar* in Alftaveri. 7) *Gata* in Myrdal. 8) *Heide* in Myrdal. 9) *Eyſtre Skógar* in tractu Eyafiallenſi. 10) *Midmörk* in parœcia Dalenſi. 11) *Torfaſtader* in Fliótshlid. 12) *Bol-*

 holt

(a) Vid. ſupra Tom. 1. pag. 562.

(b) *Ego N. N. ſacris jam initiatus Deo & vobis confiteor, ac promitto, me in mea vocatione & ſacerdotali officio, qvoad vixero, fidum fore, ſimulqve juſto Norvegiæ Regi & legitimo diœceſeos Skalholtinæ Epiſcopo, obedientem. Præterea promitto me omnimoda ſollicitudine & induſtria, tam intra, qvam extra templum, hocce officium ſacerdotale ex legis divinæ præſcripto adminiſtraturum, qvamdiu vires ſuppetunt. Deinde etiam promitto, me pravos mores, ſcandala, libidines, & laſciviam depoſiturum & vitaturum fore, qvantum per Dei gratiam mihi poſſibile erit. Qvicqvid autem inſcitiæ aut carnis fragilitate negligi potuerit, id mihi Deus per filium ſuum Jeſum Chriſtum condonabit, ſed ex malitia aut negligentia non prævaricabor. Ita me Deus ſancto ſuo Evangelio juvet.*

(c) 1) Paſtori Hialltaſtadenſi. 2) Paſt. Kalfafellenſi in Hornafyrde. 3) 4) Paſt. monaſterii Kyrkiubajenſi. 5) Paſt. Skaftartungenſi. 6) Paſt. monaſterii Thyckvabajenſi. 7) Paſt. Dyrholenſi. 8) Paſt. Reinenſi. 9) Paſt. Holmaſelenſi. 10) Dalenſi. 11) Fliotshlidenſi.

holt in tractu Rangarvallensi. 13) *Steinkroff* in tractu Rangarvallensi. 14) *Saurbær*. 15) *Stærreborg* in Grimsnesi. 16) *Hvoll* in Olvesi. 17) *Breidholt*. 18) *Hals* in Kios. 19) *Skrautholar*. 20) *Mogilsaa*. 21) *Mosfell* in parœcia Mosfellensi. 22) *Haukagil*. 23) *Brúar-Reyker*. 24) *Litlekambur* in tribu Breidavikensi. 25) *Thæfusteinn* in Neshrepp. 26) *Skoravík* in Fellströnd. 27) *Mule* in parœcia Saurbajensi. 28) *Fiardarhorn*. 29) *Gröf*. 30) *Ingunnarstader*. 31) *Midianes*. 32) *Svarfhóll*. Cum adhuc nonnulli restarent, qvi nullum certum haberent habitaculum, ubi Cathedra Skalholtensis prædium aliqvod intra parœciæ limites possidebat, illis attribuit, qvalia fuerunt: 1) *Utskálir* in parœcia Gardensi. 2) *Arnarbæli* in Olvesi. 3) *Villingaholt* in Floa. 4) *Guttormshage* in Holltum. 5) *Fellsmúle* in parœcia Landensi. 6) *Hestur* in parœcia Andakylensi.

§. 13.

Skalholtensis diœceseos Episcopum Arnam Helgonis circa annum 1308 Nosocomium Gaulveriabajense, ubi emeriti Sacerdotes sustentarentur, instituisse supra (a) retulimus, qvæ utilis satis constitutio duravit qvamdiu Sacerdotes cælibes vixerunt, ita ut Pastores Gaulveriabajenses qvosdam sustentarent, sed cessante Sacerdotum cælibatu, necessario etiam hæc constitutio mutari debuit. Præterea usu receptum fuit, ut qvicunqve sacerdotali officio inauguraretur, unam argenti unciam Nosocomio aut Pastoribus emeritis daret, sed cum id nullo modo jam sufficeret, Pastoresqve emeriti a conjugibus & liberis non facile segregari vellent, & Gaulveriabajensis Præbenda tantam multitudinem sustentando non esset, instituta anno 1563 ab utroqve Episcopo deliberatione, consentiente Regio Præfecto Paulo Stigoti, conclusum fuit, ut optimæ & ditissimæ utriusqve diœceseos præbendæ, ad certum tempus talem Pastorem sustentarent, qvales intra diœcesin Skalholtensem fuerunt; in Qvarta Orientali: *Hof* in Vopnafiord, *Kirkiubair*, *Valthiofstadur*, *Vallanes*, *Eidaler*, *Stafafell*,

hlidensi. 12) Kelldensi. 13) Skumstadensi. 14) Parœciæ Holltensi in toparchia Rangarvallensi. 15) 16) Grindavikensi. 17) 18) Selriarnarnesensi. 19) Kialnarnesensi. 20) 21) Past. in tractu Mosfellensi. 22) 23) Husafellensi. 24) Breidavikensi. 25) Neshreppensi. 26) Skardstrandensi. 27) Saurbajensi. 28) 29) Trekillisvicensi. 30) Garpsdalensi. 31) Ögurensi.

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 57 sq.

Stafafell; in qvarta auftrali: *Hollt*, *Breidebolftadur*, *Odde*, *Gaulveriabair*, *Hrune*, *Gardar in Alftanefo*, *Melar*, *Reykhollt*. In Occidentali: *Stafhollt*, *Hytardalur*, *Stadarftadur*, *Setberg*, *Selardalur*, *Hollt* in Onundarfiordo, *Vatnsfiordur*, *Stadur* in Grunnavik, & *Stadur* in Steingrimsfiordo. Qvæ conftitutio duravit usqve ad annum 1647, cum propter varios, qvæ irrepferant, abufus, certi temporis fuftentatio in certum penfum mutata fuit, fed anno 1689 in Qvarta Orientali prioribus adjecta fuerunt: *Holmar* in Reidarfiordo, *Skorraftadur* & *Kolfreyuftadur*, qvarum omnium annua contributio facit 65⅓ imperiales.

§. 14.

Paffim etiam in commodum plebis, qvo facilius templa freqventare, & facris fæpius intereffe poffet, limites parœciarum, prout loci natura, viarum longitudo & difficultas poftulare videbatur, aut coarctavit, aut dilatavit; Qvo fpectat conftitutio de utroqve Lambhaga & Galltarhollt in Borgarfiordo, qvæ qvondam ad curiam Gardenfem pertinebant, ille autem Leiraaënfi adjecit, ea tamen conditione, ut alterutro anno decimæ aliaqve accidentia, templo Gardenfi penderentur, Lækiarbugum Krofsholto ablatum Stadarhrauno adjecit; Pari modo limites curiarum Krofshollt & Akra conftituit. Huc etiam pertinent Acta conventus Beffaftadenfis, in qvo unacum Paulo Stigoti, adhibitis confiliariis Domino Martino Einari, Lopto Narfi, Olao Sveini, Jona Haltoris, Brando Einari, & Arna Oddi, limites & pomœria parœciarum intra Toparchiam Snæfellsnefenfem conftituerunt, conclufumqve fuit, ut Breidabolftadi in Skogaftrönd novum templum exftrueretur, antiqvitus enim univerfus Skogaftrandenfis tractus pertinebat at templum Narfeyrenfe, a qvo qvædam villæ 4 aut 5 milliaribus diftabant, jam autem conftitutum fuit, ut omnes hujus tractus villæ inter hæc templa dividerentur. Abrogatum tum etiam fuit templum Eyrenfe in Eyrarfveit, fed conclufum ut omnes illius tractus incolæ templum Setbergenfe pofthac freqventarent; Sacellum Máfahlidenfe deftrui jubebatur, Máfahlid autem, Hollt & Tunga, templo Frodaaënfi adjiciebantur. Similia etiam expertum fata eft templum Saxholenfe, qvod defolandum judicabatur, Saxholl autem & Ondverdarnes Ingialdsholo attribuebantur. Lonenfe viciffim facellum in templum mutabatur, cui univerfa Beruvík & Holar adjecta funt. Templum Laugarbreckenfe, omnes,

qvi

qvi habitant extra amnem Sleggiubeinsa pro ſua ordinaria curia agnoſcant. Templum Haffiardarejenſe penitus deſoletur, ſed Hroſshollti aliud viciſſim condatur, qvod templo Kolbeinſtadenſi ita adjungatur, ut unus miniſter in utroqve ſacra faciat, qvod non diu duravit, nam ſubſeqvente tempore hocce templum Raudamelum translatum fuit, & Miklaholltenſi conjunctum. Hæc omnia & plura ejusmodi in commodum plebis, hujus Præſulis ductu & conſilio, conſtituta fuerunt. Qvandoqve etiam in gratiam ſenum & imbecillium nova ſacella ad villas longe a templis diſſitas exſtrui permiſit, inqve illis ac aliis ſacellis longe a templis diſtantibus conciones haberi, & ſacramenta adminiſtrari conceſſit. Tandem etiam, ut Paſtores viſitationes domeſticas non negligerent, anno 1569 graviter monuit.

§. 15.

Nec leve negotium aut curam ſchola Skalholtina ei faceſſivit, tanta enim erat literatorum penuria, ut ab exteris ſcholæ Rectores expetere neceſſum haberet, qvorum nec mores, nec doctrina ſemper apta & optiva fuerunt, præterea lingvam Islandicam non callebant, qvibus ipſe non magno potuit eſſe adminiculo, cum lingvæ Latinæ ignarus fere eſſet. Primis etiam officii annis cum inſolentia & contumacia incolarum luctandum ei fuit, cum pleriqve Papicolarum odio Lutheraniſmi, literas & literatos ſpernerent, ideoqve liberos ſuos iisdem operam dare dedignati ſunt, nec facile niſi pauperculi qvidam ſcholam ingredi voluerunt, qvibus licet omnia, qvibus opus habuerunt, ſuppeditaret, nihilominus eorum etiam multi, cum opus eſſet, aut ille poſtularet, ſacris initiari noluerunt. Omnia autem hæcce incommoda & obſtacula viri patientia & vigilantia vicit; Procedente enim tempore paulatim ſublata ſunt, nam indigenæ qvidam, qvi Hafniæ, Bremæ, aut etiam alibi, literis operam dederant, tantum profecerunt, ut huic officio merito præfici, idqve digne adminiſtrare poſſent. Refractarios autem, qvi ſacris initiari noluerunt, ab ipſo & Paulo Stigoti facta Conſtitutio coërcuit, qvæ, ut factum in eorum ſtudia ſumtum, aut remunerarent, aut ſervitio, ſi pecunia non ſuppeditaret, rependerent, jubebat (a).

§. 16.

(a) *Nos Jonas Biarni, Biörno Olai, Einarus Olai, Thordus Jonæ Diſpenſator, Thordus Gislai, Jonus Jonæ, Lergus Magni, Jonus Jonæ ſacerdotes, Gislaus Sveini, Magnus Jonæ,*

§. 16.

Anno 1572 cum patriam tam gravis affligeret annona, ut incolæ vitam ægre sustentare, multo minus pauperes de exteris qvicqvam emere possent, publica exstitit qverela, ob vini defectum sacram synaxin passim administrari non posse, qva motus necessitate, Bucholtzio tum temporis Regio Islandiæ Præfecto persvasit, ut convocato in foro generali Magnatum concilio, de re tanti momenti deliberatio institueretur, qvi qvæstionem, qvid in tali necessitatis casu agendum esset, utriusqve Episcopi, Gislai & Gudbrandi, Nomophylacum, Theodori Gudmundini & Ormi Sturlæi, præterea 24 utriusqve ordinis Primorum decisioni subjecit, a qvibus unanimiter (solo Gudbrando Episcopo excepto, qvi se huic sententiæ subscripsisse postea negavit) conclusum fuit, ut omnes, omnium templorum, qvæ duorum saltim imperialium annuum haberent proventum, tutores prospicerent, ne necessaria ad sacram cœnam administrandam panis & vini copia deesset. Ea autem, qvorum annui reditus majores essent, pauperioribus de superfluo subvenirent; Utqve semper aliqvid vini alicubi existeret, qvo egentes confugere possent, utriqve Episcopo injunctum fuit, ut tantam vini copiam coëmerent, & apud templa Cathedralia deponerent, qvantum pauperrimis cujusvis diœceseos templis sufficere posset, pretium vero unius sextarii esset ulna panni Islandici, qvæ tres pisces (sex obolos) æqvaret.

§. 17.

Nec templa, eorum prædia, utensilia, pecora, aliæqve res sacris usibus destinatæ, ejus curæ & diligentiæ expertia fuerunt, nam templum Skalholtense valde lacerum & nutans anno 1567 ipse refecit. In Insulis Vestman-

næ, alter Magnus Jonæ, Jonas & Magnus Petri filii, Pedarii, his patentibus literis notum facimus, qvod Skalholti anno 1563 judicavimus & perfecte decrevimus, eos ludi literarii alumnos, qvi viginti circiter annos habent, sed sacerdotale officium suscipere & Ecclesiæ in eo inservire nolunt, obligatos esse, ut templo Cathedrali rependant, qvicqvid in eos impendit, saltim suo servitio, si pecuniam non habeant. Qvod nostrum decretum, ipse Satrapa Paulus Stigoti confirmavit, & cum Episcopo Gislao Jonæ ac nobis obsignavit.

Veſtmannicis duo tum fuerunt templa, Kirkiubayenſe & Ofanleitenſe, utrumqve autem tam arctæ ſortis, ut conſiſtere neqvirent, cui incommodo medelam tulit, ſvadendo, ut utroqve deſtructo, unum, ſed tantæ capacitatis, ut omnes inſularum habitatores includere poſſet, exſtrueretur, qvod 573 effectui datum fuit (a). Conſcripſerant qvidem, ut probabile eſt, ejus prædeceſſores codicillos omnes diœceſeos templorum poſſeſſiones indicantes, qvi procul dubio Gislai ævo exſtiterunt, licet eorum nihil integrum præter *Indicem Vilchinianum* ad nos pervenerit, qvorum indicio, qvid templorum qvondam fuiſſet, probe cognoſci potuit, cum vero talium multa jam, tutorum incuria aut avaritia, eſſent abalienata, timendumqve, ne plura cum tempore pari modo amitterent, anno 1566 per Thordum Gudmundi, tum temporis Prætorem provinciæ Borgfiordenſis, ſed poſtea magni nominis & auctoritatis auſtralis & orientalis qvartæ Nomophylacem, in foro Heggſtadenſi ex ſententia ſex judicum, duorum nempe Sacerdotum & qvatuor Pedariorum, conſtitutionem confici curavit, qva Beneficiariis ſeu Sacerdotibus, qvi templorum jure patronatus beati erant, ut & Proprietariis qvi eodem poſſeſſionis nomine gaudebant, ut omnia templis injuſto titulo abalienata bona, aut legitimo juris proceſſu revocarent, aut ipſi penderent, graviter injunctum fuit, qvam denuo ejus inſtinctu anno ſeqvente Gislaus Sveini filius Prætor provinciæ Arneſenſis ex duodecimvirali, ſex ſacerdotum & ſex Pedariorum *ſententia* in foro Huſatoptenſi confirmavit, unde hæ conſtitutiones a locis ubi concinnatæ fuerunt, nomen trahentes, hodiedum vocantur *Heggſtadenſis* & *Huſatoptenſis*, qvæ poſtea in leges relatæ fuerunt. Acciderat etiam ſæpius, qvod & hodie non raro evenit, ut Beneficiarii & Proprietarii tanto obruti ære alieno decederent, ut hæredes ſolvendo non eſſent, qvod templis, qvæ talium curæ commiſſa erant, haud parum damni attulit, id ut præcaveret, per filios, Stephanum Paſtorem curiæ Oddenſis, & Arnam Sacer-

(a) Hocce templum (a loco, in qvo conſtitutum fuit, ſic dictum Landakyrkia) ad annum usqve 1627, qvo piratæ Algierenſes illud combuſſerunt, ſtetit, ſed qvod anno proximo illius loco erigebatur, ad annum 1723 duravit. Anno 1606 die 11 Octobris, ut ei præter conſvetam decimarum partem qvævis navis piſcatoria, ex qvavis piſcium captura, maximum aſellum attribueret, concluſum fuit, qvi contractus ab Andrea Johannis filio, Regio tum temporis Inſularum Prætore, Sacerdotibus Olao Egilli & Ormo Ofeigi, omnibusqve aliis Inſularum incolis confirmatus eſt. Idem hocce templum hoc anno, 1774, ex Regia noſtri Auguſti munificentia lapideum exſtruitur.

Sacerdotem parœciæ Holtenſis, qvos anno 1585 ſuo nomine qvartam Orientalem viſitatum miſerat, effecit, ut Biörnus Gunnari Toparcha tractus Mulenſis, legitimo judicio ſanciret, in tali caſu primo ſolvendam eſſe uxoris, & deinde templi dotem, ſi vero bona relicta utriqve non ſufficerent, templorum Curatores, qvi qvod ſui fuerat, muneris, neglexisſent, reliqvum illis penderent, qvam ſententiam natis & naſcituris, intra Toparchiam Mulenſem legis loco eſſe judices juſſerunt. Circa annum 1575 codicem adornavit, in qvem indicem omnium diœceſeos Skalholtenſis templorum, eorumqve poſſeſſionum, prædiorum, ſcilicet, ornamentorum, inſtrumentorum, pecorum, ſupellectilium, & qvicqvid tandem ad Religionem & cultum numinis ornandum, ejusqve miniſtros honeſte ſuſtentandum, larga manu pia qvondam contulerat antiqvitas, inſcribi curavit, qvi ab autore denominatus vocatur *Gísla Biſkups máldage*, ɔ: Gislai Epiſcopi index, hodiedum vigens, legisqve vim habere a Glorioſiſſimo Monarcha Friderico V. ſpeciali edicto anno 1749 edito, jusſus, præſertim, qvod prædia, agros, prata, paſcua, navalia, oras maritimas, piſcationes, & immobilia bona attinet, qvicqvid enim talium *Gislai Codex* Templis attribuit, licet in alienam tranſierit uſurpationem, ut injuſte abalienatum, retrahi & templis reſtitui debet.

§. 18.

Qvalem ſe Gislaus præſtiterit Epiſcopum, & qvam anxiam commiſſi gregis curam geſſerit, ex dictis abunde patet. Fuit præterea pacis & concordiæ amans, ſæpiusqve inter Magnates litigantes pacis ſeqveſtrum egit, cujus præcipuum anno 1560 ſpecimen dedit, cum in foro generali inter Eggertum Johannis Nomophylacem, Biörni Godvinidæ nepotem, ut ejus familiæ caput, & Arnam Gislai filium, qvi affinitatis vinculo junctus fuit familiæ Jonæ Ericidæ Sacerdotis Vatnsfiordenſis, ad qvem magna pars bonorum Biörni Thorlevidæ tranſierat, ideoqve jura uxoris ſibi proſeqvenda ſumſit, qvam controverſiæ ſerram, magna ſubinde violentia eorum majores per 80 annos reciprocaverant (a), unacum Regio Præfecto Paulo Stigoti, Olao Epiſcopo & Paulo Nomophylace concordiam conciliaret. Similiter anno 1569 inter Ormum Sturlæum Nomophylacem & Eggertum

(a) Vid. ſupra Tom. 2. pag. 244. 257. 259 ſqq. 331. præcipue autem pag. 495 ſqq. 529.

Eggertum Johannis aliosqve generos ac hæredes Thorlevi Grimidæ, qvi diu de hæreditatis jure litigaverant, tunc enim etiam unacum aliis Magnatibus pacis feqveftrem egit. Cumqve hæc viri ingenium boni publici pacis ac concordiæ amans, fatis oftendant, plura ejusmodi enumerare fuperfedemus.

§. 19.

Nihilo minus in eo qvidam, præter conjugium cum incefta muliere contractum, carpunt, nimiam, tam in perfonas, qvam res facras exercitam licentiam & imperiofitatem, qvam defpoticam plane & Catholicis Epifcopis ufitatam in Sacerdotes qvosdam exercuiffe, inde probare volunt, qvod multoties, & ut ipfi placuit, curias & habitacula mutare nonnullos eorum coëgit, qvod cum qvidam aut nollent, aut fine infigni rei familiaris damno facere non poffent, graviter offendebatur, Bucholtziumqve anno 1575 in fuas partes trahere annixus eft, qvi caufam majoris momenti effe dixit, qvam ut altera tantum audita parte difcerni, aut jufta de ea fieri poffet conftitutio, ideoqve eandem Thordo Nomophylaci, cum tribus primi ordinis Sacerdotibus, & totidem primæ claffis juris peritis ventilandam commifit, qvorum votum fuit, clericos qvidem fuo Epifcopo ex præftiti juramenti tenore omnem licitam obedientiam debere, fed ut ex una parœcia, in alteram longe diftantem & ipfis incognitam difcederent, multas prægnantes caufas impedire poffe. Obfervandum præterea effe *Ordinationem Ecclefiafticam* a Rege fubditis præfcriptam, qvæ curialibus Curionem eligere permittat, caufas itaqve obftacula & cujusvis perfonæ circumftantias, qvæ prætenderent, hic obfervanda effe. Tandemqve hocce fuum votum plurium fapientiffimorum utriusqve ordinis Magnatum in foro generali congregatorum, ipfiusqve Satrapæ Regii decifioni fubjecerunt, qvod ut audivit Præful, ab incepto hac vice deftitit.

§. 20.

Huc etiam referunt caufam Krifevikenfem, feu damnofam Paftori Selvogenfi conftitutionem aut fententiam, qvam Paulo Stigoti filio anno 1563 elicuit. Krifevik enim cum annexa Curia Selvogenfi non ignobilis fuit Præbenda, qva tum temporis fruebatur Sacerdos nomine Biarnus, filiam

filiam habens forma & dotibus ſat ſpecioſam, qvam Præſul affini cuidam ſuo uxorem fruſtra expetivit, ſed repulſa offenſus & Sacerdoti ultionem minitans, recta inde Beſſaſtadum tetendit, Paulo Stigoti, qvi nuper Præſuli & Cathedræ Skalholtenſi lucroſiſſima prædia Sudurneſenſia abſtulerat, qverens, œconomiam Skalholtinam non ſtare, nec juventutem ſcholaſticam debito modo ob piſcium penuriam ſuſtentari poſſe, cui incommodo nulla commodior medicina adferri poſſet, qvam ſi Kriſevika cum annexo prædiolo Herdiſarvik Cathedræ adjicerentur, haud qvaqvam enim neceſſarium eſſe, ut Kriſevika præbenda eſſet aut ſedes ſacerdotalis, poſſe Sacerdotem Vogſoſis in tractu Selvog, imo debere ibidem in medio parochialium habitare, non vero in angulo Kriſevikenſi, tribus a maxima auditorum parte milliaribus diſtante, qva ejus abſentia officium ſæpius negligeretur, duo itaqve incommoda parva hac ac una mutatione tolli, qvibus perſvaſionibus Satrapa, prudens alias juſtitiæqve amans, ita captus eſt, ut extemplo ſine ulteriore deliberatione Præſulis votis annueret, & utrumqve prædium Sacerdoti abjudicatum, Skalholtenſi cathedræ attribueret. Kriſevikenſe autem prædium, jam Skalholtinæ Cathedræ peculium factum, ne octo vaccæ lactariæ, aut earum æqvamentum, qvæ ad id pertinuerunt, ulterius gravarent, Strandenſi templo, ejusdem Proprietarii magno damno, adjudicatæ fuerunt. Concluſum hocce datum eſt Beſſaſtadis, die Lunæ ante feſtum Michaelis 1563, qvod Præſul domum revertens, Sacerdoti oſtendit, utqve Kriſevika proximo habitationum mutatione deſtinato tempore abiret, juſſit; qvod ejus factum bono Epiſcopo plane indignum pleriqve judicant. Simili, ſed non eodem modo, at citra Præfecti conſenſum, antiqvam Præbendam Huſafell, egregiæ ſylvæ, qvæ id prædium ornabat, cupidine ſuperatus, Sacerdotibus loci abſtractam Skalholtinæ Cathedræ ſubjecit, mortuo enim Lopto Giſlai filio, loci ſacerdoti, nullum ſubrogavit Paſtorem, ſed ruſtico cuidam primo prædium certa mercede locavit, vaccas vero & pecora ad templum pertinentia, ſuæ fecit poſſeſſionis, ejus autem in officio ſucceſſores, Curionem qvidem reſtituerunt, ſed ea conditione, ut prædii annuam mercedem Epiſcopo penderet, qvam ſibi illatam injuriam Parochi Huſafellenſes, ad noſtra usqve tempora, nunc aperte qveſti ſunt, nunc de illa muſſitarunt, qvam primum autem Regia Majeſtas nos huic diœceſi præfecerat, rem in priſtinum ſtatum reſtituimus.

§. 21.

Nec minore licentia in adminiſtratione bonorum cathedralium uſus eſt, nam licet Rex Chriſtianus III. prædia Cathedrarum epiſcopalium qvoqvam modo abalienare prohibuiſſet, ille nihilo minus anno 1572 prædium Eyre in Kios, ut & trientem eſocum capturæ in fluvio Laxa, Olao cuidam emancipavit, confitens ſe æqvivalens prædium ab eo recepiſſe, qvam venditionem Bucholtius anno 1574 d. 23 Junii confirmavit, ſed ut prædium qvod ſe loco abalienati recepiſſe fatetur, nunqvam nominatum fuit, ita nec in album prædiorum Cathedralium unqvam relatum. Similiter villam Biörk in Floa, conſcio Bucholtzio, bonis mobilibus vendidit, qvæ an cathedra acceperit, incertum eſt, talis autem licentia & temeritas Friderici II. edicto anno 1579 edito, qvod tales mutationes ſevere prohibet (a), anſam dediſſe videtur. Sed qvod Giſlaus ipſe fecit, id in aliis magnopere improbavit, ut luculentum dedit exemplum cauſa Hofſtadenſis, cujus connexio talis eſt: Ogmundus Epiſcopus vendiderat villulam Hofſtadas Thorleifo Erici filio, Paſtori Melenſi, pretii loco recipiens Varmalæk, Mauluſtadi, Heggſtadi, Grimſtadi, & Belgsholt, aut verius, Thorleifo omnia hæc prædia expreſſerat, ſed dicis cauſa Hofſtadas ei emancipaverat, ut permutatio potius, qvam rapina aut expreſſio, vocari poſſet, nam Hofſtadæ 12 tantum modo hundredis, ſeu 48 Joachimicis, prædia autem qvæ accepit Præſul, 160 hundredis ɔ: 640 Joachimicis, æſtimantur. Et ne Cathedra hac mutatione ullum caperet detrimentum, Ogmundus ejus prædiorum indici villas Fellsöxl, Hol, & Tungu loco ſolius Hofſtadæ inſcripſit. Nihiloſecius Gislaus villam Hofſtadas a Sigurdo Thorleifi filio, qvaſi illegitime vendita fuiſſet, retractare inſtituit, idqve anno 1570 per ſententiam ab Ormo Sturlæo Nomophylace dictam obtinuit, qvæ annuente Satrapa Regio ab utroqve Nomophylace Thordo Gudmundi & Jona Jonæ cum 24 Aſſeſſoribus anno 1575 antiqvata fuit, qvod Præſuli ita bilem movebat, ut inſontem Sigurdum nunqvam non perſeqvi ſatageret. Qvod pariter ac alia ſimilia, certe vituperio digna, non tamen tanti ſunt, qvin Gislaus optimis & utiliſſimis Skalholtinæ diœceſeos Epiſcopis adnumerari mereatur.

§. 20.

(a) Vid. ſupra pag. 4.

§. 22.

Anno 1587 Qvartæ Auſtralis tractum, qvi vocatur Sudurnes, non qvidem morbo qvodam æger, ſed ſenectutis debilitatibus, virium defectu & deliqviis ſubinde infeſtatus, viſitavit, cumqve Gardis apud Sacerdotem Jonam Kraki filium pernoctaſſet, die 30 Auguſti primo mane comites expergefecit, ipſeqve ſtatim ſurrexit, recitatoqve, prout ſolebat, *Catechiſmo, ſalutatione Sancti Spiritus & Sanctæ Crucis*, octoqve *Pſalmis Davidicis*, templum adiit, ubi primum Caput *Cantici Salomonis* & unam ex *Havermanni libro precum* orationem legit. Deinde per Sacerdotem Asmundum Thormodi, qvi ei a manibus fuit, binas, Petro nimirum Thomæ filio tum temporis Islandiæ Præfecto, & Gudbrando Epiſcopo Holenſi, literas ſcripſit, qvo facto ſe ei ſtitit facinoroſus qvidam, nuper ex ergaſtulo Beſſaſtadenſi dimiſſus, qvi ejus colloqvium & bona conſilia expetivit, qvem, ubi ejus teſtimonia perlegiſſet, graviter monuit, ut a peccando deſiſteret, unicumqve ſalutis medium in Chriſti merito qværeret, & fide acceptum ſibi applicaret, qvam orationem, cum diutius, qvam ejus vires perferre poſſent, produceret, tremere & palleſcere cœpit, finita autem oratione cœnaculum pranſurus intravit, ſed anteqvam qvicqvam appoſitorum guſtaſſet, deliqvium paſſus eſt, ex eo autem paululum refectus, a comitibus in lecto collocatur, ubi cum ardenter pauliſper oraſſet, ad ſuos faciem vertens dixit: *Skalholtum ſodales revertimini, meoqve nomine uxorem, liberos & amicos amantiſſime ſalutate, Deum pro me orate, mihiqve condonate*; & mox: *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum*; qvæ cum dixiſſet, ſvaviter animam exhalavit. Funus amici poſt biduum Skalholtum devexerunt, & in templo Cathedrali ſepeliverunt.

§. 23.

Talem exitum habuit Gislaus Epiſcopus, cum vixiſſet annos 74, ſed triginta & qvatuor circiter menſes in Epiſcopatu egiſſet, vir pius, ſedulus, & modeſtus, qvi omnes in id intendit nervos, ut ſuperſtitiones papiſticæ elimarentur, ſed vera Religio firmas figeret radices; Latinæ lingvæ expers fuit, ſed Germanicam & Danicam apprime calluit, libroſqve Germanicos & Danicos a Lutheranis concinnatos, unacum Sacro Codice aſſidue legit. Ex Germanico in Islandicum tranſtulit ſermonem, *Margaritam Theologicam* unacum *Hymnis* qvibusdam, ſimiliter etiam *Eſaiæ 53*

Cap.

Cap. cum brevi expofitione & D. Palladii præloqvio, cui annexa fuit *Hiftoria defolationis urbis Hierofolymæ*, qvæ omnia, ut & *Hiftoria Paffionis Chrifti* ab Oddo Gotfkalki filio expofita, Hafniæ anno 1557, a Joh. Wingaard, fumtu (ut qvidam volunt) Regio, impreffa, lucem viderunt publicam. Poftea autem plerosqve, fi non omnes *Libros Propheticos* ex Germanica in Islandicam lingvam tranftulit, cujus verfionis fchedulæ aut reliqviæ qvædam a pofteris ejus diu, aut ad patrum noftrorum tempora, fervabantur. Ipfe præterea una cum doctioribus viris, poëtico fpiritu afflatis, qvos ea ætas produxit, *Hymnos*, qvi publice in templis canuntur, reformari curavit. Doctrinam doctosqve, qvantum in eo erat, promovit & amavit. Conjugium bis iniit, primo cum Chriftina Eyulfi filia ex qva qvinqve liberos, qvi ad maturitatem pervenerunt, fufcepit, qvorum numerofa progenies, qvæ clariffimos utriusqve fexus cives produxit, per univerfam patriam difperfa eft. Ad fecundas cum Thordifa Jonæ filia, vidua Oddi Haltoris filii Myftæ Gaulveriabajenfis, nuptias defcendit, ex qva nullos liberos fufcepit. Ab ejus morte usqve ad adventum Oddi Epifcopi Erafmus Willadtzi, aut Wilhelmi, filius, Paftor Breidabolftadenfis, diœcefi præfuit, eamqve ac ipfam cathedram ejusqve bona, qvorum etiam fuit curator, anno 1589 fucceffori tradidit.

Litr. A.

(a) Ollum fem þetta bref fiá edur heyra, fendir Biörn Olafsfon, Einar Olafsfon, Rádzmenn, Gudmundur Olafsfon, Þórdur Jónsfon, Símon Jónsfon, oc Oddur Halldórsfon, preftar Skálhollts ftifftis, Magnús Jónsfon, annar Magnús Jónsfon, Magnús Petursfon, Olafur Asbiarnarfon, Gífle Sveinsfon, oc Jón Gíflafon, fvarner lögriettumenn, kvediu Guds oc fína; Kunnugt giörande, þá lidid var frá Guds burdi 1559, laugardagenn næftan fyrer Þorláksmeffu umm fumarid á Nedri Reykium á Skeidum, vorum

(a) Omnibus has literas vifuris feu audituris, Biörnus Olai, Enarus Olai, Difpenfatores, Gudmundus Olai, Thordus Jonæ, & Oddus Haldori diœcefeos Skalholtinæ Sacerdotes, Magnus Jonæ, alius Magnus Jonæ, Magnus Petri, Olaus Asbiörni, Giflaus Sveini, & Jonas Giflavi, jurati Pedarii, Dei & fuam falutem dicunt, notum facientes, qvod anno a nativitate Domini 1559, feria feptima proxime ante Divi Thorlaci feftum in

vorum vier til dóms oc ſkodunar nefndir af hr. Gíſla Jónsſyne biſkupe Skálholts ſtifftes hverſu fara ſkylde um þau margvíſlig hiónabönd ſem um nockur forliden ár höfdu giörſt oc enn giöraſt í Skálholts ſtigte med marghàttudum oc ýmisligum adferlum riett á móte Guds lögum oc gódra manna ſid. Viſſum vier fyrir full ſanninde ad í fyrſtu hafa ſumer tekid ſier til hiónabands þær konur ſem ádur höfdu þeir hafft med legordi fram hiá ſínum eigenkonum. 2) Hafa ſumir giört ſo ſitt hiónaband, ad þeir hafa keyfft þær ad morgni enn faſtnad þær ad kvölde, enn ſömu nótt þar epter med þeim leiged. 3) Vitum vier ſo ſkied hafa tídt oc opt ad þeir hafa gifft ſig ſem hafa vitad ſig í fullum ſökum, ſumir ad ſkylldſemi, enn ſumer ad mægd vid þær ſem þeir hafa feingid. 4) Vitum vier þad þráttſinnes ſkied hafa, ad þeir hafa komid úr ödrum ſveitum oc fiórdúngum, gifft ſig ſtrax, enn fundiſt epterá eigengifftir, med mörgum ödrum marghàttudum brögdum röngum oc óriettum adferlum, hvad ej verdur tiád nie taled, oc þad ſkied hefur, á ſömu hiónahands ſtiett, ſem Gud innſette med vorum fyrſtu forelldrum Adam oc Evu *Gen.* 2, hvör oc þá var í fyrſtu uppbyriud, oc ſídan var hallden af forfedrunum, ſpámönnum oc öllum ödrum gudhræddum allt til Chriſtum. Enn ſiálfur Jeſus Chriſtus þad ſtadfeſtande í Cana Galileæ *Joh.* 2, *Matth.* 19, 1 *Theſſal.* 4 *Ebr.* 13, oc

in æſtate, Nedre Reykis in Skeidis, a Domino Giſlao Jonæ filio Epiſcopo diœceſeos Skalholtinæ, judices denominati fuimus, ad examinandum & ſententiam ferendum, qvid de variis conjugiis tenendum, qvæ per qvosdam abhinc annos in diœceſi Skalholtina contracta ſunt, & ad huc contra legem divinam & bonorum mores multifarie contrahuntur. Pro certo ſcimus: 1) Qvosdam cum iis mulieribus conjugium iniiſſe, cum qvibus, viva adhuc uxore, adulterium commiſerant. 2) Qvidam ita conjugium contraxerunt, ut mane ſponſalia celebrarint, ſed veſperi ejusdem diei nuptias contraxerint, & eadem nocte thorum conjugalem introierint. 3) Sæpiuscule eveniſſe novimus, eos matrimonium contraxiſſe, qvi ſibi conſcii erant delictorum gravium & affinitatis cum fæminis qvas duxerunt. 4) Sæpe accidiſſe ſcimus, peregrinos ex aliis tribubus & qvadrantibus uxores duxiſſe, licet alibi conjuges haberent, præter multos & varios alios dolos & injuſtos modos, qvi enumerari & recenſeri neqveunt, adhibitos contra eundem conjugii ſtatum, qvem Deus inter primos noſtros parentes Adamum & Evam inſtituit, *Gen.* 2. qviqve tum eſſe cœpit, & poſtea a Patriarchis, Prophetis, & omnibus bonis viris usqve ad Chriſtum duravit. Ipſe autem Jeſus Chriſtus illum confirmavit Canæ Galilæorum *Joh.* 2. *Matth.* 19. 1 *Theſſ.* 4. *Ebr.* 13. & poſtea alibi apparet

oc vidar annarstadar, bæde í gamla oc nýa Testamentenu, má liósliga finna hvörsu ad vorer forsedur hafa viliad hiónabandid vanda oc vandliga halldid hafa; Item þá hardliga straffad sem því raskad hafa, sem siást má af þeirre hórdómskonu sem leidd var fyrer Christum *Joh.* 8. Item finnum vier so skrifad í upphafe vorrar *Lögbókar* ad þad *varde miklu þá sem til erfda kalla ad þeir sieu í lögligum hiúskap getnir.* Stendur oc so í texta vorrar *lögbókar* í upphafe *Kvennagifftinga* ad *fadir oc móder eige ad ráda gifftingum dætra sinna edur frændur nánustu.* Item í sama Cap. ad *ef madur eda mær gifftast fyrer utan rád födur sins eda módur, eda bródurs, hafe fyrergiört* &c. Item hliódar so vor *gamle Christinrettur*, hvor ad í mörgum stödum má nýtur finnast, þar hann talar um hiúskaparband, ad *menn skule sier kvonfángs leita med gódre forsiá vid þá sem fyrer hennar rádi eiga ad siá, fyrst ad kaupa, ad láta lýsa, oc sidan festa.* Oc enn til meire stadfestu stendur so í vors náduga Kóngs *Ordinantiu* þad *þeir skule öngvir gifftast til samans hvörttveggia í skylldseme, sem er í þridia lid, ej helldur gifftast leyneliga til samans edur án hvörutveggia forelldra rád, edur láta ei ádur lýsa openberlega af Guds ords þienara,* þá seiger Hans Höymegtugheit þ*ad hiónaband ej myndugt oc ad öngvu halldanda sem ödruvís giörist* effter því sem hliódar vort gamallt lögmál andligt oc veraldligt oc vorir forsedur hafa halldid hier í lande. Því í Guds nafni ad Jesu tilköllud um oc

apparet qvam sancte & accurate majores nostri conjugium haberi voluerint, itemqve ejus violatores stricte puniri, ut ex mœcha, qvæ ad Christum adducta fuit, *Joh. 8.* patet; Item in principio *Codicis* nostri *legum Civilium* legimus id *magni interesse, ut qvi ad successionem ab intestato concurrunt, e legitimo nati esse debeant conjugio.* In textu qvoqve *Codicis* nostri *legum Civilium*, in principio tituli de elocatione mulierum legitur *patrem & matrem vel proximos consangvineos habere jus filias elocandi;* Item eodem Capite; *Si mulier vel virgo præter consilium patris, matris vel fratris nupserit, privator &c.* Item *jus* nostrum *Ecclesiasticum antiqvum*, qvod multis in locis suam habet utilitatem, ubi de matrimonio agit, ita præcipit: *Qvivis uxorem prudenter ab iis, qvi jus habent elocandi, petito, postea sponsalia celebrato, illa promulgari curato, & demum nuptias contrahito.* Et adhuc in ulteriorem confirmationem Clementissimi nostri Regis *Ordinatio* ita præcipit: ut *nulli matrimonium contrahant, qvi* (affinitate vel) *cognatione in tertio gradu conjunguntur, nec id clam faciant, vel sine utriusqve parentis consensu, vel sine publica promulgatione sponsaliorum a verbi divini Ministro facta,* tunc enim ejus Potentia tale conjugium irritum declarat & nihili habendum qvod alio modo contrahitur, & qvidem secundum præscriptum antiqvæ nostræ legis Ecclesiasticæ & Civilis, & majorum nostrorum in hac terra morem. Hinc in nomine Dei, invocato

oc þeim himneska H. Anda, tracterudum vier í fyrstu hvört þeirra hiónaband mætte takast sem í hórdóme hafa fundist, ad sá edur sú sem hórast hefde í sínu hiónabande, þeir med einhleypum konum, oc þær med einhleypum manne; leitst oss þad í öngvan máta effter lögum vera ad þeir menn meige eignast þær konur sem þeir hafa ádur hafft fram hiá sínum eigenkvinnum. En þó so hafi skied ad madur hafi einu sinne tekid einhleypa konu, giört þar fyrer bót oc betran, tekid þar fyrer lausn oc skrifftér oc so sie golldid, þá höfum vier vitad ad þad hefur lidist, enn med hverium rietti þad hefur verid, vitum vier ej, því setium vier þá grein í lögriettu under Höfudzmannsins úrskurd, Lögmanna oc lögrettunnar, þar med allra lærdra oc leikra. Item 2) Dæmdum vier med fullu dómsadkvæde ad öll þau hiónabönd sem ödruvís bindast, helldur enn so sem Guds ord oc vors nádugasta Kóngs *Ordinantia* helldur, oc effter þeim öllum máta sem vor gömul Islendsk lög hlióda, oc vorir forfedur halldid hafa, med öllu ónýt oc ad eingu halldande hedan í frá. Item oc þeir menn sem ókunnuger úr ödrum sveitum koma, dæmum vier med öllu ad þeir skylldu ej gifftast fyrr enn þeir hefdu sanna vitnisburde med sier, so menn vissu giörla hvada menn þeir være. Item hvöriu þeir være seker, edur þær, sem ad villdu ej giöra, helldur samt soddan óriett hiónaband binda sem ádur er tiád, kunnum vier ei um ad tractera í þessu sinne, helldur því

Ss 2 vísande

invocato prius Jesu, & cælesti illo sancto Spiritu, primo tractavimus, num illorum, qvi invicem adulterium commiserunt, ut maris vel fæminæ, qvi durante matrimonio mæchati sunt cum cælibe, conjugium contrahi possit, id nobis ex præscripto legum esse neutiqvam videbatur, ut qvi adulterium, uxore adhuc vivente, cum soluta commiserit, hanc postea ducere possit. Qvamvis enim usu venerit, ut qvis solutam mulierem semel violaverit, pœnitentiam ea propter subierit, & absolutionem consecutus fuerit, ac multam pependerit, & postea vitam reformaverit, novimus eqvidem hæc tolerata fuisse, qvo autem jure, nescimus, qvare hunc casum sub Dicasterii generalis, Præfecti Regii, Nomophylacum, Assessorum, & omnium Clericorum & Laicorum decisionem remittimus. 2) Omnia matrimonia, qvæ alio modo contrahuntur, qvam *verbum Dei*, Clementissimi nostri Regis *Ordinatio Ecclesiastica*, & *antiqvæ nostræ Islandicæ leges* præcipiunt, & secundum *morem* nostrorum *majorum*, plena sententia decrevimus ab hoc tempore irrita & nihili habenda. Item sententiam ferimus, ignotos, ex alia tribu venientes, conjugium contrahere non posse, priusqvam vera producant testimonia, &, qvales sint, appareat; Item qvanti stare debeat mari vel fæminæ, qvi huic sententiæ obedire noluerint, & tale illegitimum conjugium nihilominus contrahere præsumserint, hac vice tractare neqvimus, sed id ad summum terræ Magistra-

vísande frá oss oc under þá yppurstu landsens stiórnendur. Samþykte þennan vorn dóm ádurnefndur hr. Gísle Jónsson, oc Páll Stígsson Hyrdstióri oc Höfudsmann yfer allt Island, med bádum Lögmönnum Pále Vigfússyne oc Eggert Hannessyne, oc aller Lögrettumenn.

Litr. B.

(b) Eg Gísle Jonsson S. S. S. heilsa ydur öllum Guds ords þienurum sem curam animarum hafa hier í weydistödum út med siófídu, sem er Eyrarbacka, Þórlákshöfn, í Selwog, Herdísarvík oc í Grindawík &c kiærliga med gud oc hanns son Christum. Wited ad mier er bæde sagtt oc svo er mier kunnigtt ordid huersu ad margháttad werfólk sæker eptter, fær oc tekur sína þiónustu af ydur huer í sinne verstaudu, enn hittast misjafntt á sig heima í sínum sveitum; sumer rietter Pápistar oc sumer afgudadýrckarar, sumer frillulífesmenn med hóruskap oc opinberum skiækiuskap oc med mörgum audrum óchristilegum vanefnum riett á móte guds orde oc gódra manna sidsemdum oc christinna manna háttum. Þuí fyrerbýd ec ydur ollum saman míns embættis vegnna ad þier þiónustid óngvann mann huorcke lausamenn nie lausakvinnur. utann þier fáed sannann vitnisburd med svoddann fólcke ad það sie í öngvum forarganligum

---

Magistratum remittimus. Hanc nostram sententiam approbavit supra laudatus Dominus Gislaus Jonæ filius & Paulus Stigoti Satrapa & Præfectus totius Islandiæ, unacum utroqve Nomophylace Paulo Vigfusi filio & Eggerto Johannis filio, & toto Dicasterio generali.

(b) Ego Gislaus Jonæ filius Superintendens diœceseos Skalholtinæ, Vobis omnibus verbi divini ministri, qvi in locis piscatoriis abhinc occidentem versus maritimis, Eyrarbakko scilicet, Thorlakshöfna, Selvogo, Herdisarvika & Grindavika curam animarum geritis, amicam Dei per filium ejus Christum salutem dico. Scitote relatum mihi esse & me certe comperisse, qvod variæ conditionis piscatores, in singulis istis locis piscatoriis sacram cœnam a vobis postulent, impetrent & accipiant, qvamvis in propria sua parœcia vario modo se habere deprehendantur; qvidam videlicet Papisticis dogmatibus palam addicti, qvidam idololatræ, qvidam libidinosi, adulteriis, fornicationi & multis aliis malis operibus christiano nomine indignis, e diametro verbo divino, bonorum consvetudinibus & christianorum moribus, oppositis, operam navantes. Hinc vobis omnibus, ulli homini, sive mari, sive fœminæ, certo habitaculo non gaudentibus, nisi tales personæ verum producant testimonium, qvo appareat, illas nullam in sua parœcia vitam scandalosam degere, nullamqve in magistratum, ecclesiasticum vel

anligum lifnade hver í finne fveit eda í nockre óhlýdne vid fitt yfervalld bæde andligtt oc weralldligtt. Enn huad þier annars giöred hier úti þá ábyrgift fiálfer hueria óþöck fem þier fá kunnid af gudi oc ydrum yferbodum. Oc til fanninda hier um þrycke ec mitt Innfigle á þetta bref fkrifad í Skálhollti þann fiórda dag Jóla. Anno 1563.

Litr. C.

(c) Nád oc fridur af Gude Födur fyrer hans kiæra Son Jefúm Chriftum med H. Anda famverkan fie ydur allatíma fend af mier med minne kiærre heilfan oc öllum ödrum dándismönnum undir Eyafiöllum. Giarnan þacka ec ydur góda kynning med gódlátre ávarpan er þier fýndud mier fídaft, hvad ec bid ydur ad forláta mier mína dyrffku oc marghátttad ónýtt hial er ec ydur fýnda, enn hafe nockud neytt vered í því, þá ftadfefte þad Gud med ydur, hönum til lofs, ydur til náda, oc öllum ydur til velferdar, því Gud fie minn vottur, ad þar fem ec hefe talad um Chriftelega trú, hvör í *Credo* er famfett, af Födur, Syne, oc H. Anda, þá villde ec betur hafa kunnad, hvad þar er þó eingen önnur trúa edur trauft fyrer chriftna mannefkiu, utan ad trúa á födur oc fkapara allra hluta, eylífann Kóng oc ódaudlegann

vel civilem, contumaciam prodere, facram cænam impertiri, pro meo officio prohibeo. Siqvid aliud hac in re egeritis, veftro ipforum erga Deum & veftros fuperiores periculo erit. In qvorum teftimonium ego figillum meum his literis imprimo, fcriptis Skalholti feria qvarta natalitiorum Chrifti, anno 1563.

(c) Gratia & pax a Deo Patre per dilectum ejus Filium Jefum Chriftum cum cooperatione Spiritus Sancti, unacum amica falute Vobis ac omnibus viris honeftis in tractu Eyafiallenfi degentibus, femper a me optantur & dicuntur. Lubentes pro honefta converfatione & affabilitate veftra, ultima vice præftita, gratias ago, & ut parrhefiam meam & nugas (*) id temporis multifarie prolatas condonetis, rogo, qvarum fiqvid utile fuit, id Deus in Vobis confirmet, in fuam gloriam, Vobis in gratiam, & omnium veftrum falutem. Deus enim mihi teftis efto, qvod, qvæ de religione Chriftiana in Symbolo Apoftolico de Patre, Filio & Spiritu Sancto, comprehenfa locutus fum, ego ipfe melius fcire aveo. Cum homini Chriftiano nulla alia fides aut fiducia fuperfit, qvam credidiffe in Patrem ac omnium rerum Creatorem, Regem æternum & Dominum

(*) *Qvomodo colloqvium de Sancta Trinitate, & fide falvifica*, nugæ *aut* inutilis fermo *vocari poffit, non video: applicandæ itaqve hæ voces, non funt rebus, de qvibus Præful cum Eyafiallenfibus loqvebatur, fed ipfi, fcil. qvod non præmeditatam de tam gravi negotio ad eos habuerit orationem, qvam ut boni confulant, orat.*

legann Herra, ríkiande um allar alldir án upphafs oc enda, siáanda eylífa naudþurfft sinnar skepnu. Þar næst ad trúa uppá hans eingetinn son Jesúm Christúm, hvör med sínu blessudu banablóde, hardre písl, oc sárum dauda, med allsháttudum meinlætum, leyste alla sína trúada frá eylífum dauda oc diöfle, frá öllum syndum oc eylífre fyrerdæmingu, trodande so diöfulen, daudan, oc alla illsku undir sínum himneskum fótum, skiliande so vid höfdingia myrkranna, ad hann batt hann ólosnanlegum iárnböndum, þó glóande, spýande þar sínu banablóde um alldur oc æfe. Enn þesse Jesus apturbyrgiande so helvíte, ad í sinne dýrdarfullre upprisu upplúkande oss himnaríke, afrekande oss so föduren fridugan giörande, soddan umskiffte ad hann gaf oss líf fyrer dauda, riettlæte fyrer ránglæte, nád fyrer naud, frid fyrer ófrid, sákleyse fyrer synder, eylífan dag fyrer eylífa nótt, eylífft himnaríke fyrir eylífft helvíte, í einu orde ad segia, eylífan Gud med öllum hans himneskum góda fyrer eylífann diöful med öllum hans helvítskum voda, so vier eigum nú med öllu heima í himnaríke, enn fráskilder med öllu hinu heitasta helvíte, þetta alltsaman fyrer afrekan oc forþienan Jesú Christi Guds Sonar, enn fyrer öngvann annan hvörke á himne nie jördu, hvört hann má helldur nefnast Eingill, mey edur mann. Þar fyrer er oss skylldugt öngvum ad þacka vora lífgiöf oc sáluhiálp utan þeim einum medalgángaranum hvör ad heiter Jesús Christus,

---

num immortalem, in secula seculorum, sine principio & fine, regnantem, æternam suæ creaturæ necessitatem pervidentem. Deinde in unigenitum ejus Filium Jesum Christum credere, qvi benedicto suo cruore, gravi passione, & acerba morte, ac omnimodis vibicibus, omnes suos fideles a morte æterna & diabolo, ab omnibus peccatis, & æterna condemnatione liberavit, diabolum, mortem, & omne malum cælestibus suis pedibus supplantans, Principem tamen tenebrarum indissolubilibus ardentibus ferri vinculis constrictum, & cruorem suum in æternum vomentem, reliqvit. Hic autem Jesus infernum ita clausit, ut gloriosa sua resurrectione cœlum nobis recluserit, Patrem nobis pacatum reddens, & talem mutationem introducens, ut nobis dederit pro morte vitam, pro injustitia justitiam, pro cruciatu gratiam, pro vexatione pacem, pro peccatis sanctitatem, pro æterna nocte æternam diem, pro æterno inferno æternum cœlum, paucis: pro æterno diabolo cum omnibus ejus infernalibus periculis, æternum Deum cum omnibus ejus bonis cælestibus, ut nunc fixo in cœlis domicilio gaudeamus, ab ardentissimo inferno penitus separati, & omnia hæc propter operam & meritum Jesu Christi filii Dei, nec per ullum alium, sive in cœlis, sive in terra, sive Angelus salutetur, sive Virgo, sive Homo. Hinc nos nulli alteri pro nostra salute & vitæ donatione gratias reportare debemus, qvam soli illi mediatori, qvi appellatur

Chriſtus, ſannur Guds Sonur, takande med þvílíkum hætte uppá vora manndómlega náttúru. Þar fyrer villaſt þeir miög úr máta, ſem fyrer adrar hiálper vilia komaſt til himnaríkis, hvad þó alldrei kann ſke, því ad ſo ſeger heilög Ritning, *ad þad er þad eylífa líſid* oc þar innefólgid *ad trúa uppá eingetinn Guds Son Jeſúm Chriſtum.* Oc *þad er ſú ſigrun*, ſeger *Johannes, ſem yfirvinnur* dauda diöful, oc helvíte, *ſem er vor*, ſkiær, ſtödug, hreinferdug, oc óſleckud *trúa*, hvoria eingenn kann þó ſiálfkrafi ad hafa, þad hlýtur ad vera gefid af Gudi med nád oc kraffti, uppvekíng, helgan oc ſamverkan H. Anda, hvör ad hin þridia perſóna er í Guddómenum, þó einn eylífur, óſundurſkiffſanlegur almáttûgur, oc æfinlegur; því ad ſo ſem Gud Fader ſkapade alla hlute, hans eingetenn Sonur endurleyſte alla hlute, ſvo líſgar oc helgar H. Ande alla hlute, þó verkande eirn Gud allt í öllum hlutum, því ſo ſeiger Hann í ſínum eylífum Guddóme fyrer *Eſajam* Spámann; *mína dýrd vil eg eingum ödrum geſa ſeger Gud*, þad er þad ſem áhrærir vora ſáluhiálp oc eylífft riettlæte til himnaríkis viſtar, þad vill Gud ſier einum láta þacka, enn öngvum ödrum, því villaſt þeir æriliga oc eru blindadir, enn nockrir adrir veralldleger menn, ſem meina ſig fyrir nockurt annad medal edur máta mega koma til himnaríkes, hvad ſoddan hiátrú med annarlegu ákalle verkar ecke annad enn eylífan voda oc vanda, vid hvörre hiátrú Gud oſſ fordi, bidiandeſt ydur

---

appellatur Jeſus Chriſtus, verus Dei filius, hoc modo humanam noſtram naturam aſſumens. Admodum igitur pererrant, qvi aliis ſubſidiis regnum cœlorum affectant, qvod tamen nunqvam ſuccedet, ſacra enim ſcriptura dicit, *hanc eſſe vitam æternam*, & in hoc conſiſtere, *ut in unigenitum Dei filium Jeſum Chriſtum credamus*, & *hæc eſt victoria*, inqvit *Johannes*, *qvæ mortem, diabolum & infernum ſuperat, qvæ eſt noſtra* pura, conſtans, caſta & intaminata *fides*, qvam tamen nemo ſponte habere poteſt, dari illam nobis oportet a Deo per gratiam & virtutem, exſuſcitationem, ſanctificationem & cooperationem Spiritus Sancti, qvi eſt tertia perſona Deitatis, æternus tamen indiviſibilis, omnipotens & ſempiternus Deus. Ita enim, ut Deus Pater omnes res creavit, unigenitus ejus filius omnes res redemit, ita & Spiritus Sanctus omnes res vivificat, eſt tamen unus Deus, omnia in omnibus operans. Ita enim in æterna ſua divinitate per *Eſaiam* Prophetam loqvitur: *gloriam meam alteri non dabo dicit Deus*, hoc eſt; qvæ ad noſtram ſalutem & æternam in cœlo manſionis juſtitiam pertinent, ea Deus ſibi ſoli, & nulli alii, deberi vult. Dementer igitur errant, & plusqvam reliqvi homines mundani occæcati ſunt, qvi cœlum ſe introituros putant per aliud qvodcunqve medium vel modum, talis enim ſuperſtitio cum invocatione aliena, non aliud qvam æternum periculum & diſcrimen efficit, a qva ſuperſtitione Deus nos conſervet.

ydur þar fyrer ad taka þessa mína áminning ecke ydur til óvilia, því ad fleira oc meira mætte her um skrifa ef þörf giördist, enn vonandest þó ad af þessu litlu kann Gud mikid ad giöra. Bid ec ydur uppá Guds vegna ad þier hafed gudleg rád ydvars bródurs í því sem ydur vardar mestu, sem áhrærir ydar sáluhiálp oc rietta trú til Guds Födurs, hans Sonar, oc H. Anda. Gefe almáttugur Gud ydur á þann veg ad snúa sem ydur oc ydrum má til helstrar æru koma bæde fyrer sál oc líf, viliandis í mínum bænum þar vakinn fyrirliggia, bidiandis ydur oc alla ydra ad taka til einkis óvilia þetta mitt skrif, viliandis giarnan áauka í gódu í annann tíma, oc ætíd vid ydur oc alla ydra. Til vitnesburdar ad so er í sannleika mín alvara, þrycke ec mitt signetum fyrer þetta bref skrifad í Skálhollte næsta dag epter allra heilagra messu. Anno 1558.

Litr. D.

(d) *Peturs Orda í Skálhollte epter gamallre vísu.*

I Guds nafne Amen! Gott fólk sem hier er nú saman komid! ydur er öllum vel kunnugtt ad ec óverdugur soddann sæmdar oc miög lítt á mig kominn ólærdur hefe nú verid settur til Rádsmanns yfer þessum góda garde oc því góda fólcke sem hier þiónar oc vill þióna epterkomanda árid

---

servet. Oro Vos simul hanc meam admonitionem, ne sinistre interpretemini, plura enim & majora, si opus esset, de his scribi possent, sed spero Deum ex his parvis magna efficere posse. Dei causa, Vos rogo, fratris Vestri, in iis, qvorum Vos maximi interest, consilia seqvamini, in pertinentibus ad vestram salutem & rectam in Deum Patrem, ejus Filium & Spiritum Sanctum fidem. Deus omnipotens Vos in illam viam converti sinat, qvæ Vobis & Vestris maximo erit honori, tam qvoad animam qvam corpus. Ego in meis precibus his invigilabo, Vos & Vestros omnes rogans, ne hanc meam epistolam indigne feratis, qvam in Vestrum gratiam & omnium aliorum alias & semper lubens in melius adaugeam. In testimonium hæc mihi esse seria, sigillum his literis apprimo, scriptis Skalholti, postridie omnium Sanctorum. Anno 1558.

(d) *Consvetudines Petrinæ Skalholtenses, ex more antiqvo* (*).

In nomine Dei, Amen! Viri boni, qvi huc convenistis! Notum certe omnibus vobis est, me tanto honore indignum, qvalitatibus reqvisitis minus instructum, & indoctum, nobili huic prædio, bonis viris hic famulantibus & anno seqventi famulaturis,

(*) *Ex libro Gislai Episcopi Jonæ filii memoriali exscriptum.*

árid oc ödrum fleirum dómkirkiunnar eignum, af þeim góda herra, herra M. E. fem kóngleg Majeftat hefur þar til fkickad oc látid vígia. Því í Jesúfs nafne vil ec ydur undirvífa ad med hans rádi oc annara kennimanna, dómkirkiunnar rádi, oc kóngs valldfins famþycke, wil ec fvoddan fkickan hier á koma heima á gardinum. I fyrftu ad aller menn únger oc gamler gánge til kirckiu hvört laugarkvölld epter þat at hríngt er nón oc lefe fín chriftilig fræde í módurmále fem er catechifmum ftuttliga aller í einu fyrir kirckiuprefti. Enn ef nockur finnft fvo ftórligana ólærdur ad hann kann ecki, hvort þat er kona edur kall, þá lefe þrifvar fyrir þeim prefti fem kirckiupreftur fetur til þar til hann kann, oc fvo þó fleire finneft, enn kirkiupreftur eda wikupreftur lefe epterfaranda Sunnudags piftilinn fyrir þeim fem frædinn kunna med gódri áminningu; fvo þá megi hver fara aptur til idiu finnar. Um heyanner á fumar, má þetta gióraft epter middegis máltíd á funnudaga. I anriare grein ef nockur finnft hnuplandi, fvo huer hvinfke eda ftele álnarvirde, tveimr eda þrimr, af járne, tine, kopar, eyre, látúne, vadmále, lierepte, klæde, fkófautum, eda ödrum klædnadi

laturis, ut & reliqvis cathedræ bonis a bono illo Domino, Domino M. E. (*), qvem Regia Majeftas (Epifcopum) conftituit & ordinari curavit, Difpenfatorem conftitutum effe. Hinc in nomine Jefu vobis declaro, ex ejus (Epifcopi) ut & aliorum facerdotum & templi cathedralis confiliariorum aufpiciis, & magiftratus Regii confenfu, me talem conftitutionem in hoc prædio introducturum effe, qvalis feqvitur: Primo omnes cujuscunqve ætatis homines, qvovis feriæ feptimæ vefpere, cum ad horam tertiam pomeridianam campana fonaverit, templum freqventanto, & elementarem fuam doctrinam, catechifmum fcilicet, in lingva vernacula omnes fimul coram Paftore Cathedrali recitanto. Qvod fiqvis tam enormiter rudis deprehendatur, five mas fuerit, five fæmina, qvi non calluerit, ille, vel fi plures fuerint, illi, eandem coram Paftore, qvem Paftor Cathedralis conftituerit, ter, usqve qvo didicerint, recitanto; Paftor autem Cathedralis, aut Paftor illa feptimana præfidens, feqventis Dominicæ textum epiftolicum cum bona admonitione iis, qvi catechifmum calluerunt, prælegito, ut exinde qvivis ad fuos redire qveat labores. Æftate, ne labores fænifeciorum impediantur, hæc die folis poft prandium peragi poterunt. Secundo fi qvis furacitatis deprehendatur, qvi res ferreas, ftanneas, aheneas, cupreas, oricalcicas, pannos inqvilinos vel exoticos, lintea, veftimenta, calceamenta, aut alia amictus genera vel res ntiles,

(*) *Hinc concluditur, leges has ab Epifcopo* Magno Eyulfi filio (Vid. fupra Tom. 2. pag. 488.) *dudum latas, jam ad præfentem rerum ftatum conformatas & repurgatas fuiffe; Nifi* Martinum Einari *hic intelligere magis placeat.*

adi eda ödrum þarfendum sem kirkiunne, stadnum eda eiganda verdur misser í, láte húd sína ok flenge skólapilltar sína stallbrædur med skólameistara tilsiá, ef þá kann þat henda, enn frænde þeirra leyse þá út ef þeir stela meiru. Enn Rádsmadur oc Brite ressi sínum drengium þar til ad Kóngsvallde kemur. Enn ef þat hender fullroskna menn eda konur, þá hafi fyrirgiört tuö slík af kaupi sínu, enn ressing fare epter Umbodsmanns ráde. I þridiu grein ef nockur heimafastur edur handrádinn segir nei svarligre skipan Rádsmanns eda Brita, hafe fyrirgiört tuttigu álnum af kaupi sínu svo opt sem þat skier, meira ef meira mále vardar. Enn ef Rádsmadur eda Brite skipar þat nockut sem ecke er svarlegt, hafe brotit tvö slík, oc hiner hverse úsækter til aulkaupa. I fiórda máta ef nockur svífst med lausúng edur frillulífe, greide I biórtunnu eda miadarhálftunnu svo opt sem hann verdur ad þuí opinber. Enn ef madur legst med giptum konum eda útlægum, svare bónda rietti sínum, oc hafe forbrotid þriár tunnur biórs, mallz, eda tuær tunnur miadar, skal þetta öl leggiast til óríkra heimamanna brúdkaupa sem sig vilia í ektaskap gefa oc ærliga lifa. Skulu Brytar, Fatabúrsmadur, sueinar oc bestu vinnumenn gefa hier glauggvar giætur ad, svo sá hafi brotid sem brýtur. I fimtu grein ef nockur finnst ei hollur

---

utiles, qvarum ablatione templo, prædio cathedrali, vel possessori, damnum creatur, ad pretium ulnæ, unius, duarum vel trium, furatus fuerit vel furtim abstulerit, flagellator, ita ut discipuli suos commilitones, si hos deliqvisse contigerit, sub auspiciis Rectoris cædant, si autem pluris res furto ablata steterit, cognati reorum hos redimunto; sed Dispensator & Promus condus suos mediastinos, usqve qvo Magistratus Regii opera reqviratur, castiganto. Qvodsi personas maturæ ætatis, utriusvis sexus fuerint, in hoc delinqvere contigerit, pæna dupli ex mercede sua expendendi mulctantor, pæna autem corporalis ex Magistratus Regii nutu dependito. Tertio siqvis domesticorum, qvi stipulata manu suam operam condixit, legitimo Dispensatoris vel Promicondi jusso parere recusaverit, pro qvavis vice viginti ulnis pretii, de mercede ejus demendis, siqve res majoris momenti fuerit, pluris mulctator. Qvod si Dispensator vel Promuscondus illegitimum qvid jusserint, duplum talis mulctæ expendunto, isti autem mulctæ absoluti poculis indulgento. Qvarto si qvis libidinibus vel stupris operam dederit, unam tonnam cerevisiæ aut dimidiam tonnam mulsi, qvotiescunqve convictus fuerit, expendito. Si qvis autem cum uxoribus alienis, aut mulieribus proscriptis, concubuerit, marito plenam pro ejus jure violato mulctam, & tres cerevisiæ aut hordei, vel mulsi duas tonnas expendito, qvi potus in nuptias pauperum domesticorum, qvi conjugium inire & honeste vivere præsumunt, confertor; Promi autem condi, Præfectus vasarii, & famuli ac operarii primi ordinis, ne reus mulctam eludat, probe curanto. Qvinto si qvis in suo officio, ita ut periculum vel damnum in Cathedram

hollur í finne þiónustu, leynt eda lióst, svo þat horfe til skadrædis vid Stadinn, eda skade framkome, edur ef svo illa er ad horfe til svikræda vid sína yfermenn, þá dæme Brytar, Fatabúrsmadur, yppurstu sveinar oc bestu vinnumenn á mille þeirra oc Rádsmanns. Enn ef þá ber á, þá skal biskupinn adskilia oc þeir ráda sem honum fylgia. Enn ef stærri mál kunna til ad falla, sem Gud láte ecke skie, þá fare epter *Laugbókar* ordum eda riettum *Borgarriette* svo sem annarstadar er á gódum hofgördum, herramannasetrum, slotum eda skipum, sem er önd fyrir önd, eda leyse hönd fyrir hönd, tönn fyrir tönn, auga fyrir auga, líf fyrir líf epter dóme oc atvikum. I áttunda máta ef nockur hefur, kona edur kall, vondann munnsaufnud, blót eda bölf, eda vondar óchristiligar forbæner, med reide eda vargskap, sá eda sú fæge hespuna þar til þau verda glaud ad losa því at giöra ecki suo optar. I níundu grein ef nockur hnuplar edur stelur mat af bordum í Stóru stofu eda annarstadar úr húsum, sie settur í hespu þar til ad hann eda hanns frændur leyse hann út epter málavegsti ad fyrsta bragdi, verdi sá eda sú opinber ad því í annad sinn, þá flýe vist sína, oc sie giördur ærulaus ef hann er fielaus, hinn leyse sig epter heimamannadóme, eda frændabode, nema svo miklu mále vardi ad Kóngsressing

 þursi

Cathedram inde manare posse præsumatur, clam aut palam infidus deprehendatur, vel si majori adhuc facinore doli superioribus struantur, Promicondi, Præfectus vasarii, & famuli ac operarii primi ordinis inter reum & Dispensatorem sententiam decisivam ferunto. Qvod si vota fuerint diversa, Episcopus decidito, ita ut eorum, in qvorum partes ille iverit, sententia valeat. Qvod si majoris momenti causæ, qvod Deus avertat, acciderint, ex præscripto *Codicis Legum*, vel justo *Jure aulico*, in nobilibus prædiis, residentiis, arcibus vel navibus alibi locorum recepto, proceditor, anima scilicet pro anima, manus pro manu, dens pro dente, oculus pro oculo, & vita pro vita, pro circumstantiis ex sententia lata, rependitor (*). Octavo, si qvis, mas vel fæmina, improbam dicacitatem, diras & execrationes, aut malas christiano nomine indignas imprecationes cum ira & furore exercuerit, ille, aut illa, numellam exerceto, usqve qvo ab his in posterum absistere, promittere libuerit. Nono, si qvis cibum de mensis cænaculi majoris, aut ex aliis ædibus, furtim arripuerit vel clepserit, numellam prima vice, usqve qvo ejus cognati eum pecunia condigna redemerint, perpolito, qvod si idem vel eadem altera vice in his deprehendatur, contractu operæ collocandæ & jure domicilii excidito, & si inops fuerit, infamis esto, ceteroqvin ex domesticorum sententia vel cognatorum oblatione (existimationem) redimito, nisi res tanti sit momenti, ut pæna a Regiis infligenda reqviratur, tunc ex præscripto *Legis* proceditor.

Decimo

(*) *Videtur aliqvid, unum forte folium, deesse.*

þurfi til ad koma, þá fare epter laugmále. I tíunda máta ef nockur grípr eda tekur leyniliga Bifkupfins, Stadarins heimamanna, prefta, tilkomandi gefta, þeirra hefta, tvígillde heft ef ad verdur, oc fvare fyrir grip ad lögum oc heimamannadóme, þó heiler oc ófkemder kome aptur, ad minfta kofte hálfre tunnu öls eda heille ef farartálme verdur ad, oc fie ecki lángt ridid. Þier góder menn oc konur fem med þeffum fkilmála oc áfetninge vilia heima rádaft, mega her koma ad könnuftólnum oc handfaul vid mig hafa epter máltidena, því ec hefe þá enn nockud fleira ad tala. Enn ec fkilft nú fvo vid ad finne, ad þer fitied oc ftandid í Guds fride hier inne.

Cap. IV.

De Oddo Einari filio.

§. I.

Inter paternos *Oddi* avos numeratur Nicolaus Prior cœnobii Mödruvallenfis, qvi ex paupercula, qvam educaverat alumna, cui nomen Thorunna, duos fufcepit filios, Thorfteinum & Thorbiörnum, qvos licet educaret, pro fuis tamen metu legum non publice agnovit. Thorfteinus, ut qvidam volunt, factus tandem eft Paftor parœciæ Vallenfis in tractu Svarfadardal, fed ejus filius Sigurdus primo fuit Vicarius, aut ut vocabant, Capellanus celeberrimi viri Sigurdi Jonæ Epifcopi filii, Myftæ Grenjadarftadenfis, deinde Beneficiarius Stadi inn Kinn, tandemqve Paftor Grimseyenfis, qvo invitus ab Epifcopo detrufus fuit. Hujus Sigurdi concubina fuit Gudruna filia Fimbogi Abbatis, Fimbogus vero fuit filius Einari Isleifidæ

Decimo fi qvis Epifcopi, Cathedræ domefticorum, Sacerdotum aut hofpitum advenarum eqvos arripuerit aut furtim abegerit, eqvum, fi noxa emergat, duplo rependito, ex legum autem præfcripto & domefticorum arbitrio, raptum, qvamvis eqvus fine omni detrimento integer reftituatur, ad minimum dimidia, vel fi impedimentum itineris inde emergat, nec tamen raptor longe eqvitaverit, una tonna cerevifiæ expiato. Vos perfonæ utriusqve fexus honoratæ, qvæ fub his conditionibus acceptandis operam veftram collocare vultis, poft cænam trapezam hanc cantharorum accedite, mihiqve dextras date, tum qvoqve plura vobis dicenda habeo. Interim ego finem his facio; Vos hic Dei pace fedete & confiftite.

Isleifidæ, Abbatis itidem Munkathveraaënsis, ex Gudruna filia Torfi Aræsonii, Eqvitis nobilissimi, susceptus. Enarus, Oddi pater, natus fuit Hrauni in Reykiadal anno 1539. Sed cum schola Holensis jussu Regio anno 1553 aperiretur, annum ætatis agens 14 inter primos ejus alumnos albo scholasticorum inscriptus fuit, ubi cum qvadriennium literis operam dedisset, ab Olao Episcopo natus annos 18 sacris initiatus & Sacerdoti Biörno Gislai filio cœnobii Mödruvallensis admodiatori, qvi post Jonam Arii filium Holanæ diœceseos Officialis fuerat, in officio sacerdotali vicarius constitutus fuit, ubi statim uxorem duxit Margaretam Helgonis filiam, ex qva Oddum & Sigurdum suscepit; Deinde Einarus factus est Pastor parœciæ Myvatnénsis & postea Nesensis.

§. 2.

His ortus parentibus Oddus in æstivis cœnobii Mödruvallensis, ubi mater condam egit, anno 1559 (a) primam hujus mundi lucem vidit, qvi qvamprimum adolescere cæpit, ingenii docilitatem haud vulgarem & literarum amorem prodidit, qvo tactus Biörnus Gislai eum Præsuli ita commendavit, ut ephebis vix egressum Holanæ scholæ alumnorum indici inscriberet, paucosqve post annos rude donatum scholastica, sufficienti instructum viatico, ad Academiam Hafniensem amandaret, ubi aliqvot annis literis humanioribus & Theologiæ, deindeqve aliqvamdiu Mathematicis in insula Hvena sub informatione celeberrimi Tychonis Brahe, qvi huic suo discipulo qvævis bona auguratus fuisse fertur, tam fidelem navavit operam, ut primo Baccalaureus artium (b), & deinde Præpositus, aut vicarius Præpositi in Communitate Regia evaderet, tandemqve anno 1586 patriæ restitutus scholæ Holanæ Rectoratum biennium gessit.

(a) Nimis audacter *BIÖRNUS de Skardsaa*, & ex eo alii multi, scripserunt, Oddum Gotskalki filium vidisse Margaretam matrem Oddi Episcopi gravidam, & prædixisse filium eam in utero gestare, qvi sui foret eponymus, magnusqve qvondam evaderet, qvod nullo modo consistere potest, nisi forte qvod posterior Oddus prioris fuerit eponymus, nam Oddus Gotskalki filius anno 1556 mortuus est, sed Einarides natus 1559.

(b) Examen Theologicum, qvod vocatur *Attestatz*, non sustinuit, utpote nondum institutum, primus Islandorum, aut ut qvidam volunt, omnium primus ei se submisit anno 1629 Theodorus Jonæ, Pastor postea Hytardalensis; eodem enim anno institutum fuit.

§. 3.

Poſt mortem Gislai Epiſcopi magna fuit inter clerum diœceſeos Skalholtinæ conſultatio & ſollicitudo, qvem ex ſuis ei potiſſimum ſubrogarent, qvidam Eraſmum Willadtzii, tum temporis diœceſeos Officialem huic officio haud imparem eſſe cenſebant, ſed obſtare videbatur, qvod eſſet alienigena, qvi ſpretis indigenis, inſulam peregrinis impleturus foret, alta præterea mente repoſitum manſit, qvam parum emolumenti, multum vero incommodi, peregrini Epiſcopi patriæ qvondam attulerunt. Alii autem in Jonam Gudmundi Rectorem ſcholæ Skalholtinæ, poſtea Paſtorem Hytardalenſem & Præpoſitum Toparhiæ Myrenſis, proniores fuerunt, cui qvidam Calvinianiſmi ſuſpicionem objecerunt, Bremæ eum, poſtqvam ad Calvinianorum caſtra civitas tranſierat, Muſis operam navaſſe, cauſſantes. Sed ut omnis de re tam gravi diſſenſus tolleretur, Præfectum Regium, Petrum Thomæ filium, primores exorarunt, ut Gudbrandum Holenſem Epiſcopum appellaret, qvi in comitiis præſens arbitum ageret; Ille autem morbum cauſſans, iisdem non interfuit, ſed in literis ad clerum Skalholtinum Thingvallis congregatum, datis pridie feſtum Joh. Baptiſtæ 1688 (a), nullam qvidem certam denominavit perſonam, ſed dum *incommoda qvæ a peregrinis &* (ut loqvitur) *Sacramentiſtis impendere videantur*, tangit, qvo tendat, qvidve intendat, non obſcurum eſt; qva de re ſe luculentius Satrapæ ſcripſiſſe dicit, conſulit autem monetqve, *ut virum doctum, pium, prudentem, qvi bona doctorum habeat teſtimonia, qviqve renaſcentes literas promovere, verbum Dei docere, errantes in viam reducere*, & *contradicentes redarguere, potis ſit, eligant*; Cum aliis multis, qvæ

(a) Cum prolixa & valde verboſa ſit hæc epiſtola, ſed præter laudes Oddi aliaqve eo ſpectantia, nihil ſingulare contineat, hic eam adſcribere ſuperſedemus. Scripſerat præterea laudatus Præſul, pluribus Skalholtinæ Curiæ proceribus, ejusdem argumenti literas, inter qvos non ultimus fuit vetus ipſius amicus, noſter abavus, Bödvarus Jonæ Paſtor Reykholtenſis & Præpoſitus Toparchiæ Borgfiordenſis, vir magnæ autoritatis, qvem *magnopere orat*, & *per antiqvam ejus amicitiam obteſtatur, ne alium qvendam ſuo ſuorumqve voto ad Epiſcopatum evehat, illius exemplum plurimos ſecuturos* conjiciens, qvod etiam evenit. Cauſa autem, propter qvas Gudbrandus Oddum tantopere commendabat, non tantum fuit viri eruditio & magnæ multæqve virtutes, ſed etiam, qvod fuit ipſius alumnus, & ab eo totus pendebat, qvem nihil contra ſuam voluntatem facturum ſcivit, maxime enim tunc ipſius cum Jona Nomophylace controverſiæ fervebant.

qvæ omnia eo ſpectant, qvod hæc perſona (Oddus ſc. Einari filius) omnibus Islandis doctrina longe præſtantior, huic officio, ut præficiatur longe ſit digniſſima. Qvibus victi Sacerdotes primores, reliqvos facile in ſuam traxerunt ſententiam, Oddumqve Einari filium ſcholæ Holenſis Rectorem, tunc qvidem præſentem, (eum enim ad expediendum negotia, & ut ſe huic Synodo oſtenderet, Gudbrandus ad Comitia miſerat) ſed plurimis eligentium ne nomine qvidem antea notum, annos habentem 29, unanimi voto Epiſcopum ſibi expetiverunt, ac elegerunt, qvi eadem æſtate in Daniam tranſiit, nactusqve Senatorum, Chriſtiano IV adhuc minorenne ad clavum regiminis ſedentium, confirmationem, a Doctore Paulo Matthiæ Siællandiæ Epiſcopo, feſto annuntiationis Mariæ ſacris initiatus fuit.

§. 4.

Anno 1589 ſub ipſa Comitia Oddus Epiſcopus in Islandiam venit, qvibus exactis, Cathedram Skalholtenſem, cum omnibus ad eam pertinentibus accepit, moxqve Stephano Gisli filio ejusdem Diſpenſatore conſtituto, primam, teſqva Kiölenſia & diœceſin Holenſem tranſiens, per tractum orientalem orſus eſt viſitationem, in qvo itinere Holas veniens, ab antiqvo patrono, jam vero collega cariſſimo, amantiſſime acceptus fuit, qvi fœdus de mutuo auxilio, & amicitia nunqvam ſolvenda, firmum fecerunt, qvod conſtantiſſime ad finem vitæ ſervarunt. Hic patrem ſuum obvium habens, cum eo Neſum usqve profectus eſt, a qvo anteqvam diſcederet, & inceptum viſitationis iter perſeqveretur, tenera ejus conditione permotus, ut relicta præbenda Neſenſi ad ſe Skalholtum veniret, invitavit, qvod ille grato accipiens animo, eodem autumno cum uxore, Epiſcopi noverca, & liberorum cohorte, eo ſe contulit, ibiqve hyemem transegit, proximo autem vere Præſul ei tradidit Præbendam Hvamm in Nordurardal, unde eum anno 1591 Eydalas in Toparchiam Mulenſem transtulit, cujus eum Præpoſitum conſtituit, ubi ad mortem usqve, qvam anno 1626, ætatis 87, oppetiit, permanſit.

§. 5.

Qvam primum Oddus regimen rei eccleſiaſticæ ſuſceperat, Cleri mores, docendi modum, & diſciplinam eccleſiaſticam reformare aggreſſus eſt,

eſt, qvem in finem anno 1590, in generali diœceſeos Synodo Thingvallis habita, ſeqventes fecit conſtitutiones: 1) *Baptiſmus in templis adminiſtrari jubetur, ad præſcriptum* Manualis Doct. M. Lutheri, *cui omnes domeſtici, tam diſcendi gratia, qvam honoris ergo, adſint; Sacerdotibus licitum ſit proprios ſuos liberos baptizare, propriasqve uxores abſolvere, iisqve ſacram cœnam porrigere; in caſu neceſſitatis obſtetricibus aliisqve notæ fidei & virtutis, baptizare licet, qvi ipſi deinde infantem Sacerdoti ſiſtant, ut ab eo examinari poſſint, an recte baptizatus fuerit; obſtetrices ſint piæ & ſapientes mulieres, qvibus, ut & qvam plurimis aliis, Paſtores, huic officio adaptatas precationes inculcare debent.* 2) Cum multi *Paſtores* non tanta pollerent eruditione, ut notorios peccatores tam decenter & efficaciter arguere, monere, & conſolari poſſent, ut ſubinde opus eſſet, ideo *omnes, qvi ter aut ſæpius ſcortati eſſent, aut qvi gravius deliqviſſent, ad templum Cathedrale ab Epiſcopo aut ejus Vicario abſolvendos, ablegarent, ſi autem viæ longitudo aut aliæ neceſſitates id vetarent, a Præpoſito abſolverentur* (a). *Qvi vero concubinis ſuis, legitimo conjungi vellent matrimonio, utrum ante nuptias publicam abſolutionem ſuſtinerent, an vero, in oratione nuptiali peccati admonerentur, ita tamen ne eorum conſcientia nimium contriſtaretur, piorum Verbi Præconum libero arbitrio conceſſum fuit.* 3) *Notorii peccatores ante acceptam abſolutionem templa ſine Sacerdotis venia non ingrediunto, idqve non ſine gravi monito, de peccato & æterna a facie Dei ejectione, cujus hæcce a ſacro cœtu typus ſit.* 4) *Paſtores qvi Præpoſitis in negotiis officii non obedirent, ab officio removerentur, usqvedum ipſe Præſul eos reſtitueret.* 5) De Sacerdotum ſcortationis pœna, inter ipſos Sacerdotes, hujus Synodi Aſſeſſores, non convenit, qvidam enim ob primum peccatum, 3 dierum Dominicarum ab officio ſuſpenſionem, prout ſub papatu mos fuerat, ſufficere putabant, qvidam vero ob primam ſcortationem per tres menſes ſuſpenſionem, ob ſecundam ſex, ob tertiam vero 12, prout adulterium ſub papatu puniri ſolebat; Qvi vero adulterium commiſerit, tam præbenda, qvam officio, privandus judicabatur, niſi ſuperiori Magiſtratui aliud magis conſentaneum eſſe videretur, qvod Satrapæ Kruſii arbitrio reliqverunt, cujus ſententia fuit, *Sacerdotem adulterum & præbenda, & honore, privandum eſſe, poſt triennium officium ei qvidem reſtitui, & aliqvam*

(a) De facinoroſorum in templo cathedrali abſolutione vid. ſupra pag. 23. ſq. 52.

qvam præbendam, qvæ tum vacaret, eum nancisci posse, sed nunqvam eandem; in cujus sententiam, usqvedum ipse Rex aliter constitueret, ab omnibus itum fuit (a).

§. 6.

Anno 1592 die 9 Maji freqventem Kyraugastadis conventum habuit, ubi cum 10 Sacerdotibus seqventes fecit constitutiones, qvas deinde sæpius repetiit, & a pluribus confirmari & recipi curavit: 1) Agit de divisione parochiarum Holltensium, qva curiæ, Hagensis, Marteinstungensis, & Arbajensis, uni assignantur Pastori, alteri vero Kalfholtensis, Asensis, & Hafensis. 2) *Pastores emeriti, ab illis, qvi optimas habent præbendas, sustententur, prout antea receptum fuit.* 3) *Viduæ Sacerdotum fruantur anno gratiæ, modo id velint, & vadem sistere qveant; sin minus, hujus beneficii exsortes fiant.* 4) *Conjuges cohabitent, nec unqvam sua sponte separentur, nisi summa urgeat necessitas, tales enim separationes sæpe scandalosas & magni mali causas existere posse.* 5) *Facinorosi, licet brachii secularis testimonio muniti sint, qvod corporalem pœnam exantlaverint, non absolvantur, nec ad Sacram Cœnam admittantur, nisi veræ pœnitentiæ signa ostendant.* 6) *Qvi vero pœnitentiæ signa præferunt, licet Prætoris testimonium aut apocham non habeant, modo se ei stiterint, & debitam satisfactionem obtulerint; absolvendi censentur.* 7) *Qvi runis, præstigiis, magicisqve artibus homines aut pecora sanare nituntur, deqve aliis abstrusioribus scientiis gloriantur, ab absolutione & communione excludantur.* 8) *Sacerdotes eqvorum concertationes, vigilias, opilionum & infimæ plebis conventicula, talesqve Papismi aut Gentilismi reliqvias, non modo graviter prohibeant, sed multo magis iisdem ipsi abstineant.* 9) *Tres dies qvotannis in qvavis parœcia precibus & jejuniis dicentur, scilicet dies Mercurii proximus ante Exaltationem Crucis, dies Conversionis Pauli, & dies Mercurii ante Inventionem Crucis, præterea Sacerdotes precationes instituant, prout necessitas poscere videatur.*

(a) Anno 1637 d. 5 Aprilis datum est Christiani IV Diploma, qvo Sacerdotum scortatio præbendæ tantum amissione puniri jubetur, sed aliud datum 1646 d. 10 Decembr. tam scortatores, qvam adulteros & officio & præbenda privandos esse, nec a qvoqvam nisi Rege solo restituendos jubet. Vid. supra pag. 176.

videatur. 10) *Qvi ſtatis & ordinariis temporibus, ſive ipſi patresfamilias, ſive alii, in templis absqve caſu neceſſitatis non apparent, ſi admoniti non reſipiant, ſecundum Pauli Stigoti Conſtitutionem tractandi cenſentur.* 11) *Qvi Catechiſmum aut diſcere nolunt, aut ejus obliti ſunt, qviqve nihil eorum memoria retinent, qvæ in concione proferuntur, adeo ut maxime neceſſarias de hominis ſalute agentes qvæſtiones ſolvere neqveant, a Sacra Cæna abſtineant, caute tamen & leniter Paſtores ſuos auditores, præſertim infirmos & pietatem præferentes, tractare jubentur.* 12) *Qvisqvis Parochus videat ac inſtet, ut non tantum rudiores informentur & erudiantur, ſed etiam ut pauperum debita cura geratur, in eum finem crebro moneat, de eorum penſionibus recte ſolvendis, decimarum accurata cenſione, aliisqve qvæ ipſis jure debentur, deſides vero talium ne fiant participes, caveant.* 13) *Nunqvam non moneant, præcipue autem in precatione autumnali, de eleemoſynis orphanis, egenis, & debilibus præſtandis.* 14) *Qvisqvis parochus, certo & ad id deſtinato libro, inſcribat omnium pauperum ad ejus curiam pertinentium, nomina, ne extranei ſe immerito intrudant, illisqve qvæ eorum ſunt, præripiant.*

§. 7.

Anno 1593 in ordinaria viſitatione tractus Sudurneſenſis Mosfelli conſtitutus patentes emiſit literas, qvibus Sacerdotes denuo monet, *ut Catecheticam doctrinam gnaviter urgeant, utqve monita Pauli Stigoti, de cætuum ſacrorum freqventatione & decentibus in illis geſtibus ſemper obſervandis, auditores moneant, utqve omnes Paſtores* Ordinationem Eccleſiaſticam *aliaqve Regia Reſcripta, de diſciplina eccleſiaſtica, abſolutione, conjugio, & talibus agentia, poſſideant, ut curiales Sacerdoti ſuas penſiones bona fide ſolvant, & ſepulcreta, prout lex jubet, ſartatecta conſervent,* & *qvominus horum obliviſcantur,* ſvadet, *ut Sacerdotes haud raro congregentur, mutuisqve colloqviis alter alterum monendo invicem ſemet exædificent,* tandemqve *ut Præpoſiti ſemel ad minimum qvotannis, omnes ſuæ ditionis Sacerdotes in unum locum congregatos de cætuum ſtatu examinent, omnia tandem Epiſcopo perſcribant, ejusqve conſilia & mandata, ſi opus fuerit, expetant.* Præter annuas illas precationes ab ipſo inſtitutas, qvas ſupra memoravimus, alias tres anno 1597 conſtituit, tunc enim famoſiſſimus mons Hekla, tanto impetu, fragore, & terræ motu, ignem & pumicem evomuit, ut circumſitis tractibus interitum minari videretur, qvod ut Deus averrun-

averruncaret, tres per universam diœcesin publicas instituit supplicationes, qvibus imminens Dei ira, qvam tale prodigium (ut ipse loqvitur) prænuntiet, deprecaretur, qvod etiam in qvavis concione, diebus intercisis de passione Domini habenda, fieret, graviter mandavit.

§. 8.

Dissidium aut æmulationem, qvæ a primis usqve temporibus, Skalholtinæ cum Holanæ diœceseos clero intercesserat, licet ipse genere & nascendi sorte Holanæ, jam vero officii ratione præcipuus Skalholtinæ civis ac incola esset, haudqvaqvam tollere, aut voluisse, aut operam dedisse, videtur, nisi qvod conjunctis viribus hymnos in cœtibus sacris ab utraqve diœcesi usurpandos anno 1594 ordinavit, qvo publicus ille dissensus in cæremoniis sacris, qvi a Reformationis initio duraverat, sublatus est, sed in reliqvis non item, nam in Comitiis generalibus anni 1595 proposuit, & ut necessarium commendavit: 1) *Ut Pastores & Studiosi ex una diœcesi oriundi, ad sacra officia, Beneficia & Præbendas in altera non admitterentur, sed qvisqvis in sua diœcesi maneret, ibiqve promotionem qværeret.* 2) *Discipuli in hac diœcesi nati, ejusdem scholam freqventarent, ibidemqve informarentur, sed ex unius diœceseos schola in alteram transitus omnino foret illicitus.* 3) *Optimum aut valde utile videri, ut Sacerdotum filii, si ætate & doctrina officio pares viderentur, parentibus succederent, eos enim & dignissimos, qvi parentis bene institutis fruerentur, qviqve male gesta corrigerent & compensarent*, sed horum nihil, ut communi consensu in leges referretur, efficere potuit.

§. 9.

Cum probe sciret pecuniam esse nervum rerum gerendarum, nec ecclesiæ multum emolumenti ab egenis aut famelicis, sive aliorum beneficio viventibus ecclesiæ ministris sperandum esse, eo etiam curas vertit, ut ipse præbendas aliaqve sibi concessa decenter administrarent, & pensiones illis debitæ bona fide solverentur, nam Vallanesi in Toparchia Mulensi, anno 1589 d. 12 Augusti, Synodum provincialem habuit, a qva duæ factæ sunt constitutiones: Una de Sacerdotum proventibus & salariis ex bonis sacellorum solvendis, *qvæ* (ut habet constitutio) *plebis conniventia*

& magistratus incuria plurima fuerant desolata, nihilo minus constituitur *Pastorem loci tot hebdomades a prædii possessore sustentari debere, qvot vaccas aut earum æqvivalens pecus sacellum possideret, cui* præterea *salarium secundum antiqvas constitutiones solveretur, ubi vero sacellum nullas possideret vaccas aut agnas lactarias, Pastori pro qvavis missa seu officii celebratione 3 ulnæ, seu 12 oboli, solverentur.* Altera eodem die & loco sancita constitutio de præbendis agebat: 1) *Qvod Episcopo Pastores egenos, qvi nec qvicqvam ipsi possiderent, nec vadem sistere possent, a præbendarum usu & administratione removere licitum esset, nisi illis aliter prospiceret.* 2) *Si Pastor præbendæ bona aut sortem dilapidasset, id ejus hæredes rependerent, qvi si solvendo non essent, Inspectores id repensitarent.* 3) *Templa aut præbendæ, sylvas aut loca maritima lignis excipiendis apta possidentes, illis qvæ talia non haberent, succurrerent, sed par iterum ab illis in similibus reposcerent auxilium.*

§. 10.

Hanc autem de sacellis Vallanesi anno 1589 factam constitutionem non omnibus satisfecisse, inde concludi potest, qvod 1598 jussu Satrapæ Regii Joh. Buchholtzii uterqve Episcopus, Gudbrandus & Oddus, cum 12 Sacerdotibus, & uterqve Nomophylax, Thordus Gudmundi & Jonas Jonæ, cum 12 Pedariis, causam denuo examinare & decidere aggressi sunt, qvorum sententia & decisio talis fuit: *Cum nescirent ullam Regiam confirmationem* conventionis Bessastadensis *factæ 1555* (a) *ad hunc usqve diem huc transmissam fuisse, debere omnia sacella cum omnibus, qvæ iis tribuunt antiqvæ*

(a) Conf. supra pag. 293 sqq. præsertim vero Edicti Regii §. 1. Tom. 2. pag. 333. qvod huic constitutioni ex diametro repugnat, sed hæc licentia, aut lapsui memoriæ, aut bonæ intentioni, condonanda videtur, qvæ fuit, ut debiles & ætate confecti, pii homines, qvi longum iter ad templa facere non potuerunt, sed ardenti desiderio publicam verbi prædicationem audire, cætui sacro interesse, & sacra cæna in loco publico unacum aliis frui cupiebant, voti compotes fieri possent. Videntur etiam aut hujus Rescripti omnino obliti fuisse, expresse enim dicunt nescire se qvandam confirmationem Regiam *Conventionis Bessastadensis* allatam esse, aut illud non recte, alioqve, qvam nos, modo interpretatos fuisse, tantumqve in mente & manibus habuisse Rescripta data 1542 & 1549 qvæ de Sacerdotum salariis agunt, non observantes sacella abrogari & desolari debere, sed nihilo minus ex eorum possessionibus, sacerdotibus salaria pendenda esse, pariter ac sub Papatu pendi solitum fuit.

antiqvæ constitutiones, juribus sarta tecta manere. In illis Pastores diebus profestis, qvoties necessitas postularet, & illis commodum esset, verbum Dei prædicarent, & Sacramentum administrarent, Proprietarii autem illos sustentent, & consvetum salarium pendant. Præterea omnia sacra utensilia, ut & panem & vinum, qvantum illis, illorumqve domesticis sufficiat, præbeant, remunerationis autem loco decimas omnes, ut & tributa, qvæ in candelarum usum templis pendi solent, qvantum scilicet & ipsi & eorum domestici templo primario alias pendere debent, retineant, tandemqve pro pabulo eqvi Sacerdotis, dum ibidem manet, tributum (dictum Heytoll) *qvod ab ipso alias Pastori solvendum fuit, retineant; si qvæ autem sacella destructa sunt, ea aut reficiuntor, aut omnia hæc sacerdoti & templo primario penduntor; Si Proprietarius prædium in qvo constituta sunt sacella tam pauperi locat, ut hæc præstare neqveat, ipse omnia solvat.* Qvo posito fundamento restare videbatur, ut certus sacellorum numerus in qvavis Toparchia ab Episcopo aut ejus Vicario, & cujusvis Toparchiæ Prætore constitueretur, qvod opus in provincia Borgfiordensi ab ipso Episcopo & Thordo Nomophylace, qvi ibidem etiam Prætorem provincialem egit, initium sumsit, anno enim 1600 Saurbæ in Hvalfiardarströnda d. 16 Augusti unacum 6 Pastoribus & 6 Pedariis constituerunt & jusserunt, ut in universo tractu Borgfiordensi ex utroqve fluvii Hvitaa latere 14 sacella, iisdem, qvæ in proxima Constitutione memorantur conditionibus & privilegiis, manerent & conservarentur, qvod Episcopi & Nomophylacis factum Præpositos & Prætores alibi imitatos esse, non videtur dubitandum.

§. II.

Diximus supra (a) Gloriosissimum Regem Christianum Tertium, missas, vigilias aliasqve ejusmodi inanes cæremonias, qvæ Pastoribus magno fuerant lucro, prohibuisse & penitus abrogasse, jussisse autem ut Episcopus & Præfectus Regius ex proventibus templorum hoc damnum illis compensarent; præterea ut omnia alia jura, ac pensiones, qvas eorum prædecessores sub papatu habuerant, illis integra essent & bona fide solverentur, qvod Gissurus multis obstaculis impeditus & morte præventus perficere non potuerat, ejus autem successores aut penitus neglexerant,

(a) Pag. 268.

rant, aut de ſucceſſu deſperantes non tentaverant. Hæc Oddus Epiſcopus poſt longum tempus, qvaſi ex lethargo qvodam expergefactus, illis vindicare & reſtituere aggreſſus eſt; Nam anno 1593, aut ipſe eorum nomine Regiam Majeſtatem hac de re appellaverat, aut qvosdam eorum ſubornaverat, ut de ſua paupertate & arctis admodum conditionibus qvererentur, qvod nec penſiones, decimas, & alia ſibi debita, a plebe obtinerent, nec qvicqvam levamenti acciperent ex templorum bonis, qvæ ſub Proprietariornm cura ac manu eſſent, contra ac antea fuerat, cum in cælibatu viventes non tantum ſuſtentationem, ſed etiam ſalaria ex templorum bonis habuiſſent, unde ſibi, omiſſis ſtudiis & cura officii, aut ſtrenue laborandum, aut cum uxore & liberis miſere eſuriendum eſſe, qvibus Rex motus, Kragio tum temporis Islandiæ Præfecto cauſam examinare, & ſiqvid contra leges & conſtitutiones commiſſum eſſet, corrigere mandavit. Hic itaqve anno 1594 utriqve Nomophylaci injunxit, ut communicato cum optimatibus conſilio, ex eorum ſententia qvid factu optimum & legibus maxime conſentaneum eſſe ſentirent, decernerent, qvi rei veritatem negare non qvidem potuerunt, ſed ne ſe ipſos aliosqve Proprietarios (eorum enim ferrum jam in igne fuit) ſua ſententia gravarent, *non unam eſſe omnium templorum rationem, ſed valde diverſam; univerſalem itaqve hac de re conſtitutionem ſancire omnino impoſſibile videri; Præſtare igitur, ut Epiſcopi cum templa viſitatum irent, unacum cujusvis tractus Toparcha, de qvovis templo, qvantum Sacerdoti de ejus proventibus Proprietarius cedere deberet, ſententiam dicerent, qvæ omnibus legis loco foret*; Hac ſententia Epiſcopus contentus qvidem fuit, liberam enim poteſtatem Paſtoribus aſſignandi qvantum æqvum ac bonum eſſet, nactus eſſe videbatur; Sed experientia docuit, Nomophylaces ei fumum vendidiſſe, nam qvidam Proprietariorum Sacerdotibus aliqvid, qvidam vero nihil, tribuere voluerunt, unde continuæ cleri qverelæ ac aſſiduæ inter illum ac laïcos lites diu viguerunt, in qvibus Præſul ſemper partes cleri, qvantum in eo fuit & æqvum cenſuit, promovit.

§. 12.

Cum vero hanc contentionis ſerram annis plus 30 reciprocaſſent, cauſa denuo in comitiis univerſalibus 1628 ventilata fuit, ſtatutumqve ut Sacerdotes ex qvavis cujusvis templi vaccæ annua mercede 12 ulnas, ſeu

24

24 obolos acciperet, qvod cum Proprietariis nimium videretur, tandem anno 1629 unanimi consensu conclusum & judicatum fuit, ut Sacerdotibus dimidium annuæ mercedis cujusvis vaccæ, qvam templa possidebant, ɔ: 10 butyri pondo, posthac cederent; qvæ constitutio, licet primo tantum in gratiam Parochi Mioafiordensis facta fuerit, statim tamen ut generalis regula ab omnibus Proprietariis recepta fuit, cumqve hodiedum in usu sit, & legis habeat valorem, hic eam inserere non gravabimur (a).

§. 13.

(a) *Anno 1629 Calendis Julii in Dicasterio generali Oxaraaënsi, seqventes Pastores diœceseos Skalboltinæ ad sententiam dicendam denominati sunt ab Episcopo Domino Oddo Einari, Gislaus Oddi, Paulus Erasmi, Sigurdus Oddi, Jonas Jonæ, Vigfusus Illugi, & Ericus Ketilli Sacerdotes; Item ab utroqve Nomophylace Domino Gislao Haqvini & Domino Haltoro Olai, hi Pedarii: Thorleifus Arnæ, Ericus Sigvaldi, Olaus Helgonis, Rafnus Bessi, Jonas Gissuri, & Magnus Jonæ, de causa qvam Episcopus Dominus Oddus dijudicandam proposuit, spectantem ad pauperem Pastorem Dominum Jonam Orm filium, qvæqve de Mioafiordo vere proximo ad Dicasterium generale remittebatur. Hæc autem erat causa, qvod ille nec victum, nec convenientem sustentationem de templo Mioafiordensi otinuerit, qvare discedere, cœtum derelinqvere, & ipse huc illuc jactari, cogebatur. Declaratum nobis fuit Dominum Janum victum a Patrono Templi Thorsteino Einaris postulasse, qvi in contrarium asseruerit, se, durante hac annonæ caritate, Pastori sustentando neutiqvam parem esse, qvare supra laudatus Dominus Janus ab Episcopo certior fieri exoptat, qvid sibi tali in statu faciendum sit, & dictane impedimenta ab officio ad templum Mioafiordense se liberent, nec ne, siqvis illic in posterum manere teneatur, qvis ei de sustentatione prospicere debeat? Produxit Episcopus nobis coram* Librum daticum *templi Mioafiordensis, ejus tenoris, illud possidere qvartam partem prædii in cujus fundo situm est, qvartam lignorum ejectitiorum partem, pascua in Dalaland & 12 vaccæ æqvamenta, villam qvoqve sex hundredis æstimatam, & navale. Deinceps Episcopus* Librum Daticum Vilchini *produxit, præcipientem ibi Pastorem mansurum & qvatuor marcas salarii loco habiturum. Tertio Episcopus declaravit hoc Mioafiordense templum bessem sustentationis Pastoris conferre debuisse, reliqvum autem trientem templum Dvergasteinense. Sed propter itinerum difficultatem & longitudinem plura templa ad hunc Sacerdotem sustentandum concurrere non posse, & hunc in modum sæpissime obtinuisse, ex qvo diœcesi præesse cœperit, usqvedum nominatus hicce Thorsteinus Einaris per qvosdam abhinc annos tergiversatus fuerit. Mutatu qvam citissime opus esse nobis videtur, ne siqvid usu venerit, parochia Pastore diutius privetur. Edictum Regis Erici ita præcipit:* Templa qvæ laici dimidia aut majori ex parte possident, retineant, iisdem in Sacerdotes erogationibus, ac qvi ab initio dederat, præcepit, nec plura eo nomine solvant. *Qvas in Sacerdotes erogationes nos nunc intelligimus Pastoris sustentationem, qvam antiqvi* Libri Datici *ex cujusvis præscripto, nunc magni, nunc parvi, æstimant. Cum vero pleræqve leges Canonicæ qvæ sub Papatu invaluere per* Ordinatio-

nem

§. 13.

Acriter hoc etiam tempore de decimarum ſolutione ex Regis & Templorum villis diſceptatum fuit, cum enim *Antiqva lex Eccleſiaſtica*, promulgata anno 1123, villas, pecora, & alia ſacris uſibus, ut & publicis neceſſitatibus deſtinata (a), a decimarum ſolutione excipiat, templorum Patroni, tam Beneficiarii, qvam Proprietarii, excepta tantum portione, qvæ pauperibus debebatur, illas pendere noluerunt. Eandem cordam pulſabant monaſteriorum & prædiorum Regiorum conductores, qvæ hæc omnia ut bona publico addicta, a decimarum onere libera eſſe voluerunt, qvod Sacerdotibus & Templis, in qvorum parœciis multæ tales villæ ſitæ fuerunt, magno fuit damno, qvi *legem Eccleſiaſticam recentiorem* latam anno 1275, qvæ allegatam mox clauſulam non habet, *Conſtitutionem Piningianam*, concinnatam 1494, aliaqve ejus modi, qvæ omnibus, cujuscunqve ſint tituli aut poſſeſſoris, decimarum penſionem imponunt (b), pro ſua cauſa allegarunt. Gordius hicce ut ſolveretur nodus, Præſul Nomophylaces appellavit, qvi eum univerſis Pedariis ex omnibus, tam Regis, qvam Templorum, prædiorum proventibus Sacerdoti & templo decimas ſolvendas eſſe judicarunt (c).

§. 14.

nem Eccleſiaſticam *& alias Regiæ Gratiæ literas & Conſtitutiones abrogatæ ſint, tunc illas omni ex parte ſeqvi non poſſumus, cum his temporibus omnia illarum loca applicari neqveant. Libros Daticos & edictum in unum redigimus, ſive ad unum ſenſum referimus, & judicamus Domino Jano deberi ſufficientem ſuſtentationem de templo Mioaſiordenſi, ejusqve bonis tam mobilibus qvam immobilibus ex juſta proportione (ſolvendam), de qvocunqve ſcil. vaccæ æqvamento 10 ulnas, & præterea tantum ad dictam ſuſtentationem ex reliqvis ejus poſſeſſionibus, qvantum ad ſufficientem, ut antea dictum eſt, ſuſtentationem reqviritur, ſi templum tot non poſſideat vaccarum æqvamenta, qvot ſufficiant. Secundo Epiſcopus ſententiam rogavit, de qvibusdam Paſtoribus, qvi in magna hacce, per qvosdam annos annonæ caritate, tam omnium fere ſuorum pecorum, qvam templi inventariorum jacturam fecerunt, ut nihil ſolvendo ſuperſit, num illa templis pereant, ita ut in generali annonæ caritate & jactura uſu venit, qvod nobis ita obtinere neceſſarium videbatur, cum plene ex præſcripto legis civilis probatum fuerit, hoc ita eveniſſe, nec qvicqvam animatum vel inanimatum in reſarcitionem damni ſupereſſe, hac tamen ſub conditione, ut nulla nullibi alias culpa deprehendatur, & ſalvis ſententiis ac uſitata patriæ lege, qvæ de prædicto caſu reperiri poſſet.*

(a) Vid. ſupra Tom. 1. pag. 121.

(b) Vid. ſupra Tom. 2. pag. 271.

(c) Æqviſſima hæcce conſtitutio nunqvam ab omnibus recepta fuit; Coloni namqve ex ſuo decimas

§. 14.

A primis temporibus Sacerdotes Islandici pauperibus tantum eam decimarum partem, qvæ illis debebatur, ſolvebant, præter Borgfiordenſes, qvi jam Regis etiam qvartam pendere cogebantur, qvem morem avaros qvosdam Prætores citra Regis aut Satraparum voluntatem introduxiſſe veriſimile eſt, de qva injuria Bödvarus Jonæ, qvam primum hujus Toparchiæ Præpoſitus factus eſt, Satrapæ Henrico Krag anno 1593 qveſtus eſt; Sed contradicente (ut probabile eſt) Thordo Gudmundi Nomophylace, qvi tum temporis etiam fuit Prætor Toparchiæ Borgfiordenſis, & hocce tributum a Sacerdotibus exegit, forte etiam primus introduxerat, Præpoſitus hac vice cauſam perfecte non obtinuit. Sed cum omnium Prætorum (a) in diœceſi Skalholtina, qvæ Præfectus in foro generali exegit, teſtimonia ea collinearent, qvod tales decimæ a nullis Islandiæ Paſtoribus, ſolis exceptis Borgfiordenſibus, ſolverentur, aut unqvam ſolutæ fuerint, Satrapa Regi rem totam retulit, qvi *ut ex legum Islandicarum præſcripto cauſa judicaretur*, mandavit. Sed obſtante Nomophylacis auctoritate ad optatum finem perduci non potuit, priusqvam Oddus Epiſcopus anno 1604 Sacerdotum Borgfiordenſium nomine poſtulavit, ut Nomophylaces cum univerſis Pedariis Regio mandato ſatisfacerent, qvi, dicta tandem ſententia, Sacerdotes ab hac penſione liberarunt; iterumqve anno ſeqvente, cum Præfectus Regius, qvi omnes in Islandia Regis proventus & tributa certo pretio conduxerat, de hac mercedis Toparchiæ Borgfiordenſis imminutione qvereretur, eandem ſententiam confirmarunt, *ſperantes* (ut ajunt) *& petentes Regem hanc imminutionem ei non imputaturum fore*, qvod Rex benigniſſime exaudivit. Pari modo laudatus Præſul anno 1602 Paſtoribus Veſtmanneyenſibus ſubvenit, qvi nullum, qvo ſe continere poſſent,

---

decimas pendere recuſabant, & ipſe Epiſcopus, ut & Sacerdotes, aliiqve templorum patroni, annuos ſibi debitos prædiorum canones earum cauſa imminui noluerunt, unde omnia qva hanc decimarum ſolutionem, in priſtino manſerunt ſtatu, & hodie manent, licet multoties ea de re multa fuerint diſputata, ut infra ſuis locis monendum veniet.

(a) Haqvinus qvidem Arnæ filius in Toparchia Arneſenſi tributum *Giaftoll* a ſacerdotibus poſtulare cœperat, ſed ſine inſigni ſucceſſu.

poſſent, domicilium habuerunt, illis enim a Rege duas villulas, qvas hodiedum retinent, impetravit.

§. 15.

Ut in his, qvantum in eo fuit, a Cleri partibus ſtetit, ita etiam ab iis tributa & penſiones, qvæ imperabantur, avertere ſtuduit, cujus præcipuum dedit ſpecimen anno 1625, cum Rex juberet, ut univerſus Islandiæ Clerus ex ſuis facultatibus ſymbolam faceret, qva ſubveniretur Paſtoribus Lutheranis, qvi in Germania a Catholicis ejecti, patria & ſedibus extorres vagarentur; Tum enim Epiſcopus ſuplicibus literis, Cleri Islandici ſortem, qva vix aliud miſerius reperiri liceret, tam graphice depinxit, ut Prorex Clementiſſimus, Princeps Chriſtianus Qvintus, qvi abſente patre regno præfuit, miſericordia motus, anno ſeqvente, prius mandatum revocaret. Similiter etiam eodem anno reliqvis patriæ Primoribus ſe adſociavit, qvi indictiones tam hominum, qvi ex Islandia in Germaniam transportati, ibidem ſub regio vexillo Lutheranam religionem contra Catholicos propriis ſumtibus militando defenderent, qvam pecuniæ aut tributi, qvod in ſubſidium ſacri hujus belli imponebatur, humillime deprecabantur, qvod utrumqve idem Princeps anno 1626 gratioſiſſimo Reſcripto commiſeratione tactus, itidem remiſit.

§. 16.

Ut inter Epiſcopos Gudbrandum & Oddum tanta fuit amicitia, ut eosdem haberent amicos & inimicos, ita inter Gudbrandum & Jonam Nomophylacem continua fuit diſſentio, qvandoqve etiam odium plusqvam vatinianum, unde fieri non potuit, qvin etiam inter Oddum & Jonam eſſent diſſentiones, qvæ maxime apparuerunt annis 1593 & 94, Jonas enim Reipublicæ cauſa (ut obtendebatur) Hafniam petierat, ubi Regi Senatuiqve qvædam de Epiſcopis Cleroqve Islandico inhoneſta & ingrata retulerat, eſſe ſcil. contenſioſos & irreqvietos, qvi unam ordirentur controverſiam, priusqvam alia ad finem perduci poſſet. Incolis præterea valde graves, cum more Catholicorum Præſulum Proprietarios intolerandis & pervetuſtis rationibus vexarent, in eum unice finem, ut prædia ab illis exprimerent, ſuaqve facerent. Qvo factum eſt, ut Rex ad Oddum Epiſcopum literas ſcriberet, qvæ ei talia objiciebant, utqve in poſterum decentius

centius se gereret, graviter monebant (a). Cumqve ut impensas hujus itineris incolæ Nomophylaci compensarent, ipsi ejusqve amicis æqvum bonumqve videretur, in comitiis universalibus anno 1592 conclusum fuit, ut qvivis Colonus census, seu qvi tantas haberet possessiones, ut Regi ordinarium tributum pendere deberet, Nomophylaci 5 ulnas (ɔ: 20 obolos) hoc nomine solveret, qvod Præsul (ut Nomophylacem ulcisceretur, caussans eum hoc iter instituisse, proprii magis qvam publici commodi causa, ut se aliosqve diffamaret, & invidiam conflaret) non tantum approbare noluit, sed etiam omnes prædiorum Cathedralium habitatores hoc tributum, usqvedum Primores, non modo Pedarii & Laïci, qvi a Nomophylacis parte starent, sed Clerici etiam, qvorum res hic etiam ageretur, unanimi consensu Nomophylacem id promeruisse judicarent, pendere, edito scripto prohibuit, in se suscipiens qvicqvid damni ad eos inde redundare posset; Sed cum Thordus Nomophylax anno 1594 d. 9 Februarii in foro Oskholtensi duodecim virali judicio Jonæ Nomophylaci hancce pensionem adjudicasset, idqve in foro generali approbationem nancisceretur, Præsul ab incepto desistere coactus est.

§. 17.

Anno 1606 novus Islandiæ impositus fuit Satrapa Herlowius Daa, qvi primo cum Præsule amicitiam coluit, qvæ procedente tempore in leves qvasdam ex utraqve parte suspiciones & offensiones, tandem vero in summum conversa est odium, cujus prima causa fuisse fertur Præfecti licentia, qvi inter alia Jonæ Biörni filio, conductori monasterii Skridensis matrimonium cum muliere qvadam ipsi in tertio gradu cognata ineundi veniam concesserat, qvod Episcopo displicuit, Præfectus autem Præsuli objecit Regiqve retulit, Episcopum indoctis qvibusdam, qvi nunqvam scholam freqventassent, sacerdotium concredere, qvod ut refutaret Præsul, duos Pastores, qvos sacris initiaverat, Latine nescientes, sed Germanicæ & Danicæ lingvæ apprime peritos, Sigurdum Oddi filium Sacerdotem Arnarbailensem, & Sigurdum Snorri filium Pastorem Rafneyrensem, Hafniam a Professoribus examinandos transmisit, qvi album ab examinatoribus retulerunt calculum, qvod cum aliis intercedentibus contro-

 versiis

(a) Vide supra pag. 51.

verſiis Satrapam tam male habuit, ut ultionem qvovis tandem modo obtinere concupiſceret, cujus egregia occaſio ſe obtulit, cum Præſul negotii cujusdam perficiendi cauſa, Beſſaſtadas veniens a Præfecto lauto exciperetur convivio, in qvo Satrapa epoto Regis ſchypho, ex alia lagena impletum Præſuli exhauriendum propinavit, qvi, ſive mutatione lagenarum motus (a), ſive a pocillatore ſcelus abominante ut caute biberet, monitus, cum ob meram ſuſpicionem convivatorem inſidiarum inſimulare inhumanum, & Regis ſchyphum abnuere, tam ruſticum, qvam impium videretur, argenteæ, qvam iter faciens, in perula, ferre ſolebat, phialæ, parum qvid ex ſchypho infudit, cumqve Regi & potui benedixiſſet, adhibito, pro more ſeculi, ſigno crucis, additoqve tandem Salvatoris effato: *Et ſi mortiferum qvid biberint, non nocebit eis*, potiunculam ebibit, breviqve tremere incipiens, in deliqvium incidit, qvo viſo famuli, eum e triclinio in proprium tentorium deportarunt. Ubi adhibitis, qvæ ad manum erant, mediis aut medicamentis, triduum decubuit, indeqve refectus eſt. Tandem autem eorum mutuæ calumniæ, odia, & diſcordiæ eo proceſſerunt, ut Rex anno 1618 duos nobiles viros Fridericum Friis & Georgium Wind Regiorum Commiſſariorum titulo in Islandiam ablegaret, qvi omnia coram inſpicerent & examinarent, qvorum ſententia Satrapa cauſa cecidit, & a Rege exauctoratus fuit, Præſul vero ægre evaſit.

§. 18.

Anno 1619 idem hicce Fridericus Friis multa habens Regia Edicta & Reſcripta, admodum æger in Islandiam rediit, animamqve poſt triduum efflavit, qvi anteqvam exſpiraret, Andream Johannis filium, ſuum conſtituerat vicarium; Hic in foro generali Regia qvædam Edicta, Epiſcopis parum grata, publice propoſuit, qvorum unum Oddum Epiſcopum repetundarum accuſari jubebat, qvod mercedes prædiorum pauperum ſuſtentationi deſtinatas ſibi vendicaret & ex proprio lubitu ac commodo elocaret (b). Alterum utriqve Epiſcoporum mandavit, ut Satrapæ Friſio,

(a) Hoc modo Scriptores hiſtoriam referunt, nos relata tantum referimus, fides autem ſit tam penes auditores, qvam autores, qvi tale qvid etiam in Jonam Nomophylacem apud eundem Satrapam anno 1606 convivantem eo ſucceſſu tentatum fuiſſe, ut Jonas proxima nocte animam efflaret, muſſitant.

(b) Vid. ſupra pag. 62. ſq.

Frifio, qvantum qvotannis templorum Cathedralium reparationi & fuftentationi impenderent, rationem redderent. Tertium ut qvotannis omnium prædiorum Cathedralium eorumqve tam certi, qvam incerti annui proventus indicem Satrapæ traderent. Qvæ hac vice ob præmaturam Frifii mortem dilata fuerunt, præterqvam qvod pauperes pofthac non tam aperte & impudenter fuis facultatibus privarentur. Cætera vero, licet poftea qvotannis fere repetita fuerint, ad finem optatum non pervenerunt, ut ex dicendis patebit.

§. 19.

Hoc tempore, non minus qvam femper alias ubi difcordia inter rei ecclefiafticæ Infpectores glifcit aut invaluit, vocatio Candidatorum ad Sanctum minifterium multis abufibus erat obnoxia, qvos Epifcopus edicto Regio de anno 1622 (a) fublatum iri fperavit (b), fed fpem eum

(a) Vid. fupra pag. 64.

(b) Literæ Oddi Epifcopi ad Præfectum Iflandiæ Rofenkrantzium defiderata ejus circa rem ecclefiafticam continent, & dignæ funt qvæ hic inferantur: " 1) Först om prefteenncker naar die haffue mift deres mend, daa ville die alle niude det privilegium " om det naadifs aar Annum Gratiæ fom Ordinantien indholder. men diffe enncker " ere fomme faa fattige adt die kunde huerken holde Sognepreften eller Capellanen " hofs fig aar och dag och icke halfft aar kanndfche paa fin koft eller aff kirkens " rente. icke hellder adt holde preftegaarden fom det fig bör eller hufene adt forbedre. Thi her giörifs ftor nöd och thrang for thieniftefolk faa mannd kannd det " icke allefteds adt bekommé. fom behoff giörifs hverken prefter eller anndre ennd " mindre faaden fattige enncker. Wij wide och icke rett vél hvad wij fkulle holde " her i lanndet om den termin fom ordinantien taler om folio 66 och 67 naar lanndsprefterne döe daa fkulde deris efterleffvendis enncker &c. derfore bede wij eder " dette adt betencke och forefchriffve ofs nogen wifs regell der om huar efter alle och " fier hver maa fig rette. 2) Det anndet er om denn vfkickeligheed fom her begiffver fig mangefteds med prefternis vdvalning thil fognerne fom langt er fraa adt " det fkeer efter denn forordning fom thilfchickedt er udi Kongl. Majts. ordinantiu, " men det haffver nu thill diffe udi nogen forleden aar bleffvedt werre och werre, " men jeg forftaar adt der om er nu vdgiffven ny forordning och mandat aff wor " naadegfte Herre och Konning faa wij maa tacke Gudt derfor och hans naade. " 3) Dett tredie er om die prefter fom icke forbedre deres preftegaarde enndog die " ere derom thyt och ofte paamint och die ere der plicktige thil efter deres collatzbreffve, menn die ere fomme fattige och icke formuffvendes adt kiöbe thimmer aff

læto hoc augurio fefelliſſe, literæ ejus die 16 Decembr. 1636 ad collegam Epiſcopum Thorlacum Skulonium ſcriptæ docent, in qvibus multos abuſus

" Kiöbmendene och dett föres ecke heller ſaa mogedt thill lanndedt ſom behoeff
" giöres, och dett er mangeſteds adt die fattige beneficia (och enddog die ere nogedt
" themmelige rig paa qveg) die haffver huerken reka eller ſkouffver, och der ſom
" nogen byrkeſkog haffver veredt thilforne da er hannd nu enntten forfallen af ſig
" ſellff eller aff froſt och kulde eller alldeeles foreydd, beſönderlige her for ſynden
" och paa den öſterſide thi huer mannd fordriſter ſig thil adt bruge ſkouffverne der
" ſom hannd er nogen thill lige ſom det var enn allmennding ſom huer mannd maa
" bruge och hugge ſom ſin egen. 4) Det fierde er om kirckernis lannd och lan-
" demercke thill feldtz och fiere om eng och anndet ſaadent ſom die gamble maalda-
" ger formelder inthet om; men wij haffver icke heller breff och documenter paa allt
" ſaaden och derfore haffver mand inthet ad forſuare kirckens eyedom med vden der-
" ſom mannd kannd ſommeſteds adt hielpe ſig medt hvad vidnisbyrd mannd kannd
" bekomme hoſs bönderne hvorleedifs der om haffver veredt holdet xx eller xxx aar
" eller lenger men ſommeſteds findis adt haffve vered lanngvarende thrætter eller
" tuiffvelsmaal om et och anndet ock er derfore adt beſryckte adt kirckerne miſte det
" ſom dennom bvrde adt följe medt rette om öffverigheden hielper der icke thil
" medt ſin biſtannd och forſvar. 5) Det femtte er om Capellaner ſom vel giöriſs
" behoff thil ſomme riige beneficia der ſom ſtore ſogner ere och tho preſter haffve
" thient i gammel dage. der om villde jeg bekomme hoffvidtzmanndens ſamtöcke oc
" beſonderlige om Stadarſtad for veſten adt jeg maa ſkicke diid Capellan efter denn
" annden af ſkolens perſoner. thi preſtenn ſtaar der ellers emod och ſiger adt hannd
" vil ingen Capellan haffve. men naar nogenn ſognepreſt bliffver ſiug eller död, daa
" kunde ſaadan Capellaner adt giöre gaffn och vere der ſtrax for hanndenn adt thene
" huor ſom det giöres behoeff, thi ellers er det mögedt beſuerligtt adt ſöge ſtrax pre-
" ſter eller preſteeffne lannge veye ſom er hiid thill Skalhollt. 6) Det ſiette er
" om en Chriſtſiar jord for öſten vedt naffn Bulandznes ſom biſpen i Skalhollt haff-
" ver alltydt haft raad offver adt bygge vdi mands minde dog med Reppſtioresmends
" villgie och ſamtöcke och adt haffve thilſiun derthill adt den fattige omage ſom der
" bör adt vere alltydt maa vere thillbörligenn holden den ene efter den annden och
" adt jorden bliffver vell holden ved macht, men mig er ſaa forſagtt adt ſere Hogne
" Jonsſon haffver forganngen aar bekommed der paa höffvidzmanndens breff adt
" hannd ſkulde haffve raadt offver fornefnde jord, hvor om jeg er ecke vell thillfreds
" med ſera Hogne. men jeg ved icke huorleedes hannd haffver det vnderrettedt, kand-
" ſkie hand haffver vrangelige vnderrettet och beklagedt det ſom hannd haffde ingen
" riett aarſag thill. Och hannd haffver icke heller ſtoor fordeel der aff om hannd vill
" ellers icke anndet giöre ennd det ſom rett och billigt er. Jeg haffver icke heller
" nogen fordeel eller gaffn der aff ſom gaatt folk er vitterligt, men jeg vil icke thil-
" ſtede eller unde hannem adt haffve noget medt det ſom mig er beſalledt, och jeg
" ved icke adt hannd haffver der nogen rettigheed thill. hannd haffver noch adt giöre

" medt

ufus & fimoniam tunc temporis invalefcentes graphice depingit, & graviter perftringit (a).

§. 20.

In eo præcipue taxabant æmuli & inimici: α) *Avaritiam*, qvam exercuiffe fertur in fubtractione mercedis prædiorum, qvæ ipfo Infpectorem

" medt fitt egedt der fom hannd vill ellers thage vel och troligen vare der paa fom " en goed preft och fiæleforger bör adt giöre. Thi beder jeg eders velb. adt " fortennche mig icke lige fom jeg villde dette giaure for min fynnderlig abade " eller avinning, mens heller adt det maa bliffve fom det haffver allthydt veredt, och " adt hannd fkall icke vere achted meer mindig end jeg thil adt haffve raadt och om- " fiun offver formelte Jorder. Skriffvedt 19 Junii i Skaalholt 1623. "

(a) " Þad er eitt fem mier þikir ofkickanlegaft tilganga i þeffu ftiktte og eg fæ ongre leid- " retting akomed, er vm veiting a beneficiis, þvi þeir vilia vera nockud marger fem " þau yferrad vilia hafa, fvo bifkupenn fkule ecke hafa þar neitt med, exempla eru " dagleg ad ftrax þa eitthvad verdur lauft, fvo fara þeir fem ftadena girnaft til lög- " mannz edur fyflumanz, edur til annara finna vina og fa þeirra medalgongu vid " umbodzmennena og komaft fvo yfer promiff eda veitingar bref uppa höfudzmanz " god behag. Sumer vænaft promiffionis brefum höfudzmannanna fyrer ij iij " eda iiij arum utgefnum uppa þad fem þeim er gagnlegt og þeir vilia hafa, " hvar af ad koma imizlegar confufiones. en foknarfolked rædur litlu edur ongvo. " og þad er fvo heimfktt og oftödugtt i fialfu fier, ad þo eirn kome i dag enn " annar a morgun, og fvo hvor eptter annann, þa gefur þad ut fitt bref huorium, " fvo þad er galed alltfaman þuert a mote chriftelegre ordinantiu og Kong. Mayeftatiz " nadarbrefum og byfalningum fvo fem aller fkinfamer og gudhrædder menn fia oc " vita, þad verdur ad vera gude byfalad huorfu lenge hann vill lyda þa forbönnudu " Simoniam med allre annare vanfkyckun fem þar med fylger. " Id eft: *Præcipuum qvod in hac diœcefi turpiffime procedere mihi videtur, & qvod nullo modo reftituere valeo, eft præbendarum collatio, cum jufto plures hanc auctoritatem ambiant, quo Epifcopus plane excludatur. Qvotidiana enim funt exempla, qvod qvam primum præbenda qvædam vacaverit, candidati Nomophylacem vel Prætorem, aut alium qvenqvam fuum patronum follicitant, cujus apud Satrapæ Vicarium interceffione literas promiffi aut collationis a Satrapa confirmandas eliciunt. Qvidam literas promiffi a Satrapa ante duos, tres vel qvatuor annos fcriptas, opimas, & qvæ maxime placent, præbendas concernentes allegant, unde varia confufio emergit, curialibus autem nihil auctoritatis fupereft. Hi etiam mirum qvam funt ftulti & verfatiles, nam qvamvis unus hodie, cras alter, & fic unus poft alterum, follicitet, fingulis horum literas collationis fcribunt, ita ut omnia ifta perverfe & contra chriftianum ordinem & Regiæ Majeftatis edicta ac conftitutiones gratiofiffimas procedant, ut omnibus fapientibus & piis viris abunde patet. Penes Deum efto, qvamdiu exfecrabilem hanc fimoniam cum omnibus abufibus exinde fluentibus tolerare voluerit.*

torem agente, pauperibus debebatur, qvæ diffamia tandem ad Regias aures delata fuit; Et admiftratione ftipendiorum, qvæ juventuti fcholafticæ attributa fuerunt, difficulter enim, nifi aut ipfi fangvine juncti, aut aliqvo beneficio noti, aut tandem qvi prædium aliqvod aut villam poffederunt, fi modo id ipfi venderent, eleemofynariorum albo infcribebantur (a); β) *Nepotifmum*, feu nimium fuos promovendi ftudium, nam qvalescunqve fuerunt, optimis præbendis & opimis beneficiis, ut fruerentur, non indigni videbantur, licet alii pares aut digniores eadem expeterent, qvæ iniqvitas eo fe etiam extendit, ut Paftorum emeritorum fæpiffime, mediocres habentibus præbendas, curam & fuftentationem injungeret, fuos autem, qvi optimis, fruebantur Beneficiis, a tali onere liberos effe fivit; Qvandoqve etiam ut fuos promoveret, antiqvos Parochos a fedibus fuis expulit, qvibus aut viliores conceffit, fi tum vacarent, aut etiam ut tanqvam emeriti ab aliis alerentur, mandavit (b).

§. 21.

Pauper Skalholtum venit, & ut primo ftatim autumno, qvo fedem Epifcopalem accepit, totum fœnile octoginta vaccarum fuftentationi fufficiens

(a) Qvod non obliqve tangit celebris hujus ætatis Poëta *BIARNE SKALDE*, de fui feculi moribus ita canens:

" Liens fienu óluft á	Id eft:	*Eleemofynis olim fuftentabantur*
" óríkra börnen fmá,		*pauperum filioli,*
" enn nú eru þau öll á róle,		*nunc autem huc atqve illuc vagantur,*
" einu fæft valla fkóle;		*nec uni eorum fchola conceditur.*
" ef ódulen under þau bære,		*Si prædia hæreditatis jure acciperent,*
" öll fenn í kennflu þau fære. "		*omnes fcholam fimul intrarent.*

(b) Cujus multa in promptu funt exempla, qvorum duo tantum adferam: Anno 1590, cum patrem fuum Einarem aliqva Præbenda beare vellet, fed nulla extantior vacaret, Salomonem Gudmundi, qvi Hvammum in Nordurardal 30 annis Paftor tenuerat, inde expulit, eiqve Hufafellum, (de qvoqve vide fupra Cap. 3. §. 20.) inhabitandum conceffit, qvo fenex ille flens & nolens fe conferre coactus eft. Anno 1618 Ormo Thorvardi filio, qvi ob loqvelæ difficultatem, qvæ ei repente accidit, fed paulo poft remifit, filium fuum fibi Vicarium expetivit, Præbendam abjudicavit, ut fuum qvendam eidem præponeret, Ormum vero ut emeritum a beneficiariis Reykholtenfi & Melenfi fuftentari juffit. Simile exemplum dedit anno 1629 cum Ejolfum Arnori Paftorem Gardenfem Ormo fuccedere juberet, qvamvis nullus emeritus Paftor ab Epifcopi fratre & filio, qvorum alter Breidabolftadum, alter vero Holt, Præbendas ditiffimas, tenebat, fuftentaretur.

ficiens conflagravit, ita ultimo, qvo ibidem vixit, die Cinerum, dum ipſe concionem in templo haberet, omnes ædes epiſcopales 14 continentes atria & cameras cum univerſa Præſulis ac cathedræ Bibliotheca, aliisqve magni pretii rebus in favillas redactæ ſunt; Amiſit præterea anno 1602 ingentem onerariam navim, cum univerſa vectura & 24 viris, qvorum pleriqve ipſius fuerunt domeſtici; Taceo qvod eo Skalholti ſedente graviſſima ſæpius annona patriam afflixit, inciderunt enim multæ hyemes omnium duriſſimæ & frigidiſſimæ, præcipue autem anno 1602 & 1615, qvæ Islandiam ita exinaniverunt, ut priſtinas vires vix aut nunqvam recuperare potuerit. Sed nihilo minus dives valde evaſit, nam non facile ullam omiſit occaſionem, unde aliqva lucri ſpes affulgere videbatur. Hinc pauperum ſortis haud bona fide adminiſtratæ inſimulatus fuit (a). Hæc etiam cauſa fuit deſtructionis lapidei pontis, qvem natura in fluvio Bruaraa percommode effecerat, ſcil. ut ſublato ponte Sedes Epiſcopalis mendicorum confluxu liberaretur (b). Hinc etiam penſionis, qvæ ex qvovis Cathedræ prædio pauperibus ſolvi ſolebat, dictæ *Jardareyrer*, abolitio (c); tandem minus ſincere adminiſtratæ eleemoſynæ juventutis ſcholaſticæ ſuſtentationi deſtinatæ infamia, qvaſi eandem non niſi ditiores, qvi Præſuli prædia aut villas venderent, adipiſcerentur, fundorum enim & prædiorum valde appetens habebatur (d).

§. 22.

(a) Confer qvæ diximus ſupra §. 18. de prædiis, qvæ vocantur *Chriſtfiárjarder*, qvorum mercede pauperes ſpoliaſſe inſimulabatur.

(b) Pontem Bruaraaënſem, magno iter facientium incommodo, deſtrui curarunt Oddi Præſulis uxor & œconomiæ cathedralis Præfectus, inſcio & factum magnopere improbante Epiſcopo, qvem œconomo prædixiſſe ferunt, ipſum fluvium ex eo ultionem ſumturum, qvod paulo poſt evenit, cum in hoc fluvio ſubmergeretur.

(c) De penſiuncula pauperibus ſolvenda ex qvovis Cathedræ prædio, vide ſupra Tom. 2. pag. 618.

(d) Hinc ei enim qvibusdam Magnatibus, etſi non odia, ſaltim æmulationes qvædam natæ ſunt, inter qvos numerari poteſt Giſlaus Haconis Nomophylax, vir magnæ autoritatis & heroïci ingenii, qvi, dum ipſi vixerunt, intervenientes ſimultates ſopiverunt, qvæ poſt eorum fata inter filios in aperta odia eruperunt.

§. 22.

Hæc, qvæ aliorum veſtigiis inſiſtentes retulimus, ut magni viri imperfectiones & nævi potius qvam vitia vocanda ſunt, ita non efficiunt, qvo minus Oddus inter optimos & utiliſſimos Skalholtinæ diœceſeos Epiſcopos numeretur, fuit enim omnium Islandorum ſuæ ætatis doctiſſimus, nam præter Theologiam & Philologiam, qvas apprime calluit, Matheſeos eiqve inſervientium ſcientiarum indefeſſus cultor fuit, ingentem & pretioſam congeſſit Bibliothecam, primusqve poſt Reformationem & cum hac renaſcentes literas, libros membranaceos colligere cœpit, qvorum ingens numerus unacum reliqva ejus & Cathedræ ſuppellectile cartacea in incendio Skalholtenſi periit (a). Cum domi eſſet, & negotia ad officium pertinentia non eum alio avocarent, aut aliqvid legit, aut ex Germanico, Latino, vel Danico, in vernaculum tranſtulit ſermonem, qvæ omnia unacum *Annalibus Islandicis* ab ipſo conſcriptis in dicto perierunt incendio (b), exceptis tantum *Concionibus in paſſionem Domini*, *Havermanni* ſeu *Avenarii precationibus*, & *Chriſtiani Qvarti Ordinatione Eccleſiaſtica*, qvæ Holanis typis impreſſa, publicam lucem viderunt. Qvam ſedulam officii & rei eccleſiaſticæ curam geſſerit, ex ſupra allatis conſpici poteſt; conciones ſæpe habuit, præſertim qvovis die Mercurii tempore qvadrageſimali, qvem morem ab officii initio, ad finem vitæ retinuit, omnibus ſe humilem, ſvavem & affabilem præſtitit, famulos & domeſticos prævaricantes

(a) Eadem hyeme ignis in prædio cathedrali ter ſæviit, prima & ſecunda vice una tantum ædes conflagravit, tertium incendium octo ædes conſumſit, ut ipſe Oddus Epiſcopus notatum reliqvit.

(b) Ipſe Oddus Epiſcopus ſcriptum reliqvit, igne tum conſumta fuiſſe *Novum Teſtamentum* Græcum, *Ordinationes* Danicam in 8vo & Norvegicam in 4to *Eccleſiaſticas*, *Leges Norvegicas*, articulos qvosdam *Theologiæ Paſtoralis* Havniæ 1629 editos, *Commentarios in S. Johannis Apocalypſin* in 4to, *Hortum matronarum & virginum* in 8vo, omnia hæc Danice; & *Nigrini Commentarium in Apocalypſin S. Johannis* in 4to Germanice, ſcripta, qvæ omnia ipſe in lingvam Iſlandicam tranſtulerit, ſed verſiones unacum libris originalibus periiſſe. Simul &, eodem annotante, conflagrarunt verſio Iſlandica libri D. *Aslaci de electione æterna* ab Arna Ottonis adornata, *Codex Vilchini* membraneus, paucis tamen plagulis mutilatus, in qvo indices templorum inde a Kirkiubæ usqve ad Markarfliotum deſiderabantur, & magna alia ſupellex libraria, Diplomatibus, membranis & libris cartaceis editis & ineditis conſtans, qva ſex abaci & tres ciſtæ erant referti.

cantes nunqvam aut verberavit, aut acerbe objurgavit, ſed gravi alloqvio & moderatis verbis de delictis monuit, & facienda docuit; Futurorum præſcientia & prophetiæ dono pollere multis creditus fuit (a). Poëta fuit felix, licet raro artem exerceret. Qvoad lineamenta corporis crine niger, ſtatura omnium ſui temporum altiſſimus (b), viribus robuſtus, & proſpera ſemper utens valetudine. Tandem autem anno ſeculi trigeſimo, 5 Calend. Januarii, ætatis 71 (c), officii 41, vitam cum morte commutavit, de qva notandum eſt, qvod nullus Skalholtenſium Epiſcoporum tamdiu id officium geſſerit.

§. 23.

Uxorem habuit hicce Præſul *Helgam Jonæ filiam,* Jonæ Aræſonii famoſiſſimi qvondam Holanæ diœceſeos Epiſcopi proneptim, tantæ nominis viraginem, ut in proverbium apud ruſticos accolas abierit, *Oddo parem aliqvando forte Skalholto præfuturum, ſed Helgæ nunqvam,* ex ea, qvi ad maturitatem pervenerunt, liberos ſex ſuſcepit: *Arnam,* qvi primo fuit Rector ſcholæ Skalholtenſis, deinde Cathedralium opum Diſpenſator, & tandem qvartarum Orientalis & Auſtralis annos 33 Nomophylax (d); *Gislaum* ſuum in officio ſucceſſorem, de qvo infra (e) plura monebimus; *Sigurdum*

(a) Permultæ, partim ſcriptæ, partim per manus qvaſi poſterorum traditæ, ad nos pervenerunt relationes de ejus tam futurorum prædictionibus, qvam abſentium cognitione, qvas hic referre ſuperſedemus, rei autem veritatem prorſus, nec affirmare, nec negare ſuſtinentes, ſuo loco aliis diſceptandum relinqvimus.

(b) Sepultus fuit in templo Skalholtino, ante fores chori, ut vocant, ubi anno ineunte 1754, cum ſepeliendus eſſet noſter anteceſſor Olaus Giſlai filius, veſpillones in integram ſandapilam longam paulo minus ulnas qvatuor inciderunt, qva aperta viderunt; integrum ſceleton longum ulnis qvatuor, uno minus qvartario, qvod ſine dubio fuit Oddi Epiſcopi.

(c) Falluntur itaqve qvi illum 74 aut 78 annos vixiſſe ſcribunt, qvibus errandi occaſionem præbuit falſa opinio, qvod natus fuerit eodem, qvo mortuus eſt Oddus Gotſkalki filius, anno, in qvo recte determinando hallucinantur.

(d) Vid. ſupra pag. 179.

(e) Vid. infra Per. 6. Sect. 3. cap. 1.

Sigurdum Paſtorem curiæ Stafholtenſis & Præpoſitum Provinciæ Myrenſis annis 52; *Sigurdum* alterum, qvi in fluvio Olviſaa periit. *Ericum* & *Margaretam*; ex qvorum primo, tertio & qvarto numeroſa prognata eſt proſapia, uti ex duabus filiabus nothis, qvarum alteram Holis, dum ibi Rectoris munere fungeretur, alteram vero Skalholti, poſtqvam Epiſcopus factus eſt, procreavit, tales enim prævaricationes tum temporis non magno vitio vertebantur. Poſt mortem Oddi ad ſucceſſoris adventum Oddus Stephani Paſtor Gaulveriabajenſis & Præpoſitus Toparchiæ Arneſenſis Officialis nomine & honore præditus, diœceſi præfuit (a).

(a) Vid. ſupra pag. 177.

SECTIO

SECTIO IV.

De Epiſcopis Holanis.

Cap. I.

De Olao Hialti filio.

§. I.

Primus Holenſis diœceſeos Epiſcopus puriorem amplectens religionem *Olaus*, patrem habuit Hialtum, virum plebejum, fabrum ferrarium, aut, ut alii volunt, æditnum templi Holani, qvæ officia facile conjungi potuerunt, ita ut utroqve functus fuerit; Olaus autem poſtqvam aliqvalia doctrinæ rudimenta Holis jecerat, in Norvegiam tranſiit, ſcholamqve Bergenſem aliqvot annis freqventavit (a). Unde redux a Gotſkalko Nicolai ſacerdotio initiatus fuit, primoqve parœciam Veſturhopsholenſem nactus, paucos annos eidem præfuit; Sed circa annum 1522 Holas a Jona Aræſonio tum temporis diœceſeos Officiali vocatus, cathedralis templi Paſtor conſtituitur. In actis publicis primo ejus nomen occurrit inter Sacerdotes Holis anno 1522 in feſto Auguſtini Anglorum, congregatos, qvi clero Eyafiordenſi, aliisqve trans teſqva Oxnadalenſia habitantibus, literas miſerunt de electione Jonæ Aræſonii; Iterum inter illos, qvi eum Holis eodem anno, feſto Simonis & Judæ, elegerunt, tandemqve eodem anno inter delegatos Judices, in cauſa qvam Electus Helgoni Thingörenſis

 Monaſterii

(a) Sunt qvi eum omnino indoctum fuiſſe ſcribunt, idqve ſeqventi relatione confirmare volunt: qvod anno 1552 Hafniæ conſtitutus, cum qvidam Profeſſorum publice diſputaret, ad opponendum invitatus, hiſce verbis ſe excuſaverit: *Non poſſum loqvere propter non uſum.* Qvod fabulæ ab invido qvodam, ut eſſet deridiculo, fictæ qvam veritati ſimilius eſſe videtur; Sed Illuſtriſſ. & S. Ven. *HARBOE* in *Hiſtoria Reformationis Islandiæ*, ſæpiſſime a nobis laudata, aſſerit eum in ſchola Bergenſi ſexennium triviſſe literatum. Et latinæ lingvæ intelligentem fuiſſe conſtat ex ejus ſcriptis, præſertim *ordinatione viſitationis Sacerdotibus diœceſeos Holanæ præſcripta*, in qva ſæpius latinas phraſes & ſententias ſat appoſite adhibet.

Monafterii Abbati intentavit. Qvod teftimonio eft, eum a Gotfkalko Epifcopo anno 1520, vel etiam antea, facris initiatum fuiffe.

§. 2.

Anno 1524 cum Aræfonio in Norvegiam transfretavit, & ut fama fert, ad qvæftiones Archiepifcopi, illi latine propofitas, refpondit, cumqve eo in patriam redux, anno 1526 Holis d. 4 Januarii, rationes, qvas Petrus Pauli Epifcopo adminiftrationis opum cathedralium reddidit, unacum Thoma Erici putavit. Sed anno 1527 ab eodem Epifcopo Præpofitus territorii inter Vatnsdalsa, Vatnsfkard & Hraun in Skaga conftitutus fuit. Poftqvam Præful anno 1538 præbendam Laufafenfem Jonæ Fimbogi filio abjudicaverat, eandem anno 1539 fefto Marci Evangeliftæ in Olaum Hialti contulit (a). Anno autem 1541 cum Præful ad generale Dicafterium tendens Kalmanstungæ audiret, Ogmundum Epifcopum a Hvitfeldio captum effe, ideoqve ulterius progredi non auderet, Olaum Hialti filium cum literis ad Hvitfeldium mifit, eiqve mandavit, ut qvam optime poffet, fe excufaret. Cumqve hoc anno a Rege Hafniam evocatus domi defideret, nec anno feqvente iterato Regis mandato obtemperare vellet, Olaum ut fideliffimum clientem cum filio fuo Sigurdo & genero Isleifo Hafniam mifit, qvi Regi fuo nomine homagium folveret, aliasqve fuas vices ageret, qvod etiam cum collegis fideliter præftitit, qva occafione non tantum Lutheranæ Religioni nomen dedit, fed etiam Palladio, aliisqve Profefforibus & viris doctis innotuit, unde Palladius ejus in pluribus fuis literis mentionem facit (b). Anno 1546 Præful controverfiam qvæ Olao ut curatori templi Laufafenfis cum Magno Brynjulfi de balenis in oram Laturenfem ejectis, interceffit, ita difcidit, ut uterqve contentus videretur.

§. 3.

(a) Vid. fupra Tom. 2. pag. 657. fq. Hanc præbendam Olaus retinuit usqve ad annum 1559, qvo eàm Jonæ Sigurdi filio tradidit.

(b) In Epiftola ad Ormum Sturlæum & Petrum Einari data 1546 d. 10 Martii, & in altera ad ipfum Jonam Epifcopum data 1550 Dominica Lætare, ubi ei fvadet, ut aut Olaum, aut filium fuum Sigurdum, fibi eligat Vicarium, qvi ejus vice templa & cœnobia vifitet & informet.

§. 3.

Cum integrum fere ſeptennium guſtum Lutheranæ Religionis, qvem in Dania hauſerat, clam Epiſcopo aliisqve habuiſſet, tandem circa annum 1549 Pſalmos & hymnos a ſe in Islandicum ſermonem transpoſitos (a) vulgo notos facere cœpit, publiceqve proteſtari, non in alio ſalutem qværendam eſſe, qvam in Chriſto, fruſtra autem eſſe Sanctos invocare, cum aliis eo ſpectantibus, qvæ cito ad Præſulis aures perlata, magnam ei ſollicitudinem & timorem incuſſerunt, qvod talis vir, tantusqve amicus, deterrimæ (ut ipſe loqvebatur) hæreſeos crimine ſe polluiſſet. Neqvid autem, qvod ſui eſſet officii, negligeret, Olao dicam ſcripſit, ut conſtituto die & loco coram Synodo Sacerdotum ſe ab objectis purgaret, qvo cum venit, omnia, aut præfracte negavit, aut tam ſpecioſis palliavit excuſationibus, productisqve, qvos prece aut pretio ad id induxerat, teſtibus, nemine a ſe ut antiqvam deſereret religionem ſollicitatum fuiſſe, probavit, ut Præſul cum univerſa Synodo de ejus innocentia convictus, detracta capiti infula, Deo publice, qvod talem virum a tanto crimine conſervaſſet, gratias ageret, Olaumqve abſolutum ad ſuam dimitteret parœciam, qvi paulo poſt pœnitentia ductus, acrius qvam antea Sanctorum adorationem impugnare cœpit, qvod ubi Epiſcopo innotuit, non jam ut antea ſollicitudine, timore & commiſeratione, ſed ira & odio plenus, ad dictum Olao diem cum 12 Sacerdotibus Lauſaſum advolat, ubi eum non jam ut prius objectum crimen negantem, aut excuſantem, ſed libere confitentem, vera eſſe, qvæ ei imputabantur, & coram Synodo, Sanctorum cultum, aliosqve papiſticos errores, condemnantem audivit, qvapropter non tantum ei præbendam & officium ſolenniter abrogavit, ſed

(a) Hymni ab eo transpoſiti hodiedum qvidam in eccleſiis publice canuntur, qvales eſſe feruntur: *Alleeneſte Gud i Himmerig &c. Nu bede vi den Hellig Aand. Vi troe alleſammen paa en Gud.* & plures alii, qvi ex Germanico aut Danico ad verbum ſine ulla poëtices obſervatione translati ſunt; qvidam vero ſubſeqvente tempore auſpiciis Gudbrandi Epiſcopi reformati, itidem adhuc uſurpantur, iſtos autem poëſeos tantum cauſa reformare nil referre viſum eſt, cum ſine ullo offendiculo ab eccleſia recepti eſſent, & cum fructu ſacris exercitiis inſervirent. Sunt tamen, qvi illos Martino Epiſcopo adſcribunt, ſed, ni fallor, minus recte, nam Martinus majore poëtico ſpiritu afflatus fuit. Interim non negari poteſt, plurimos antiqvorum piaculum duxiſſe a verbis Lutheri aliorumqve Eccleſiæ Reformatorum vel in minimis abſcedere, maluiſſeqve in regulas poëticas peccare, qvam eorum verba & loqvendi modos deſerere.

ſed etiam ut teterrimo hæretico aqva & igne interdixit, Sanctorumqve Patrum zelo & ira inflammatorum ope, tanto impetu & furore ex templo Laufaſenſi expulit, ut crure inter januam & poſtem tantopere collideretur, ut priſtinam valetudinem nunqvam poſtea recuperaret (a).

§. 4.

Extorris & omnium indigus, uno cum comite, ſe in tesqva, Vatnahiallum dicta, contulit, ibiqve delituit, usqvedum in eum Thorleifus Grimi iter ad qvartam auſtralem faciens incidit, qvi ſuo adjunctum comitatui, ſecurum ad portum Straumenſem deduxit, ubi navim, qvæ hic hyemaverat, offendens, in eam ſe contulit, primusqve captivitatem Martini Epiſcopi & Arnæ Arnori filii, aliaqve Jonæ Epiſcopi facinora eodem detulit, qvæ qvanta ſollicitudine optimum Regem affecerint, inde colligi poteſt, qvod primo vere tres triremes cum totidem ducibus & 500 armatis ad liberandum Martinum Epiſcopum, & reſtituendum exules, Olaum nempe Hialti, Giſlaum Jonæ, qvem eadem æſtate excommunicatum Præſul ejecerat; Sed ne qvidqvam præpropere fieret, aut Epiſcopi acta ſine debita cautela reſcinderentur, ſententiam, qvam de Olao pronuntiaverat Præſul, totius Regni Senatus cenſuræ ſubmiſit, qvi eandem penitus ſufflaminavit (b), & ut ei officium ac præbenda injuſte ademta reſtituerentur, mandavit, qvo facto, cum triremium Præfectis Islandiam repetens, Jonam Epiſcopum cum filiis proximo autumno captum & decollatum fuiſſe, ejusqve loco a diœceſeos clero unicum ſuperſtitem filium Sigurdum Myſtam Grenjadarſtadenſem electum eſſe comperit. Sed cum Regii Præfecti Sigurdum abominarentur, Olaum vacuæ impoſuerunt cathedræ, ita tamen, ut priusqvam munia officii capeſſeret, Hafniam Regis confirmationem & epiſcopalem inaugurationem accepturus, excurreret, qvo cum illis reverſus, negotia ex voto expedivit, ſeqventiqve æſtate 1552 (c) reverſus, Holenſem diœceſin gubernare cœpit.

§. 5.

(a) Valetudinis jacturam hac occaſione feciſſe omnes conſentiunt, ſed de morbi genere diſcrepant, qvidam autem ei crus ita contuſum fuiſſe, ut nunqvam convaluerit, qvidam vero dyſenteriam contraxiſſe, qva continue vexabatur, ſcribunt, cui alii aliam aſſignant cauſam.

(b) Vid. ſupra Tom. 2. pag. 277.

(c) Mag. *THEODORUS THORLACIUS* in *Catalogo Epiſcoporum Holenſium* ad calcem *Schedarum*

§. 5.

Redux in patriam anno 1552, cathedra & diœcesi cum omnibus ad eam pertinentibus ex more acceptis, veteres Catholicorum cæremonias abolere, sed Lutheranorum introducere ritus, ut & puram verbi prædicationem urgere cæpit, tot autem tantaqve ei occurrerunt impedimenta, ut parum primo proficeret, qvi enim tum temporis latinam lingvam in diœcesi Holana intelligerent, erant tantum Jonas Matthiæ, Fimbogus Einari, & Sigurdus Jonæ, forte etiam ejus non penitus ignari fuerunt Tomas Erici & Biörno Gisli, Germanicam & Danicam plures, sed pauci tantum Sacerdotes intellexerunt. Ipse autem non qvidem illiteratus, sed nec ideo bene doctus. Islandici autem libri nulli exstiterunt, præter *Novum Testamentum*, *Catechismum Lutheri*, *Corvini Postillam*, *Manuale Sacerdotum*, *Margaritam Theologicam*, *Historiam Passionis Domini*, *Esajæ Cap 53*, & *hymnos* qvosdam, qvæ Hafniæ & Rostochiæ impressa fuerant, ipse autem *Catechismum cum expositione Justi Jonæ*, *Manuale Sacerdotum*, & *Psalterium* per Jonam Matthiæ anno 1562 imprimi curavit Psalmodiam, qvæ hodiedum in usu est, in ecclesiis Holanis constituit, simulacra, qvæ scandalo esse scivit, removit, & inter illa famosissimam Hofstada Mariam penitus perdidit, cruces etiam, qvæ Bardi & Stadi in Hrutafiordo percelebres exstiterunt, aliaqve ejusmodi, sustulit.

§. 6.

Qvam utilem Religioni & Ecclesiæ navarit operam, ostendit *Forma Visitationis Ecclesiasticæ*, seu libellus ab eo concinnatus, ac in ordinaria

---

darum Arii impresso, ex *ARNGRIMO*, ut videtur, qvem nusqvam non seqvitur, perperam rejicit initia ephoriæ Olai in annum 1553, sed Doctiss. *JOH. OLAVIUS* in prolegom. *Syntagmatis de Baptismo* §. 10. in annum 1554, *SKARDSAAENSIS* autem & *VATNSFIORDENSIS* ea recte ad annum 1552 referunt, eo enim anno eam capessivit, licet 1551 ut Electus destinaretur, unde etiam primus in Oddeyra hoc anno d. 20 Junii Regi homagium præstitit, hoc titulo insignitus: *Oluff Hialtesen fuldmechtig Bisp oc Superintendent udi Holle Stigt, efter min allernaadigste Hoyborne Herr og Konges villie, oc med fuld ja oc samtoche all almugens paa Islandt, saa vel af lærd som ulærd.* Cujus electionis ut signum certissimum unum exemplar Bibliorum Danicorum Commissarii Regii illi tradiderunt, teste *BIÖRNO de Skardsaa.*

ria visitatione populo prælectus, qvinqve partibus constans, prolixe satis & luculenter exornatus; cujus pars prima agit *de officiis Curialium in templo observandis*, & qvidem in specie de precibus; de verbi divini auditu; De pio & freqventi sacræ synaxeos usu; ubi & de confessione & causis qvæ Christianos a sacræ cœnæ usu arcere non debent; De Psalmodia; & tandem de eleemosynis. Pars secunda agit *De Pastore & Diacono;* ubi in specie occurrunt: inqvisitio de illorum vita & doctrina; officia tam illorum qvam auditorum; admonitio ad pueros, ad puellas, ad parentes, ut liberos freqventer Diaconum convenire, & studiis lingvæ latinæ operam navare sinant; de decimis juste solvendis; de oblatione in introductione præstanda; de sponsaliis admonitio, de obstetricibus; de introductione puerperarum. Pars tertia *de Sabbato & festis*; *peregrinationibus ad loca sacra; de jejuniis sanctis & diebus Rogationum.* Pars qvarta agit *de eleemosynis*; & Qvinta tandem *de libris a patrono templi coëmendis; de excommunicatione; de magia; de causis matrimonialibus; de symposiis*; *de conventu parochiali; de calendis; de Præpositis.* Coronidis loco appensa est *rota Visitationis*, sive index objectorum in Visitatione ordinaria observandorum.

§. 7.

Huic similes libros scribit se adornasse, unum in gratiam Sacerdotum, qvo illis in memoriam revocetur, qvomodo se in vita & doctrina secundum Sacræ Scripturæ & Regiæ Ordinationis præscriptum gerere debeant. Alterum autem Præpositis, qvem vocat *Prófastsbók* (a), ad cujus normam suam Visitationem instituere debeant. Qvi libri, si huic similes fuerunt, ut omnino puto fuisse, certe valde utiles & ecclesiæ proficuos fuisse non dubito. In laudato enim mox libro, varias, qvas sibi pertractandas sumsit, materias luculenter & sobrie explicat, & qvomodo ad usum

(a) Ni nimium fallor, hæc Olai opera ex libro qvodam Danico de hac aut cognata materia agente transfusus fuit, sæpe enim Danismis utitur, eaqve interdum adfert qvæ ad Daniam, sed non Islandiam, pertinere videntur; taceo qvod Palladium & nominet, & alleget. Si conjicere liceret, non procul absum ut diviner hunc librum aut ex *P. PALLADII* libro, qvi inscribitur *forma Visitationis Provincialis Præpositorum*, edito Hafniæ 1555, aut alio ejusdem argumenti desumtum esse, sed cum ejusdem libri nobis non sit copia, hanc conjecturam pro certa vendere non audemus.

uſum & in praxin deduci qveant, ac debeant, ſat commode indicat, magnam qvidem qvandoqve oſtendit ſimplicitatem, & durior ſæpe in Papiſtarum epiſcopos ac monachos eſt, qvod tempori qvo vixit, & ſcopo qvem ſibi propoſitum habuit, condonandum eſt; omnia enim, qvæ ſcribit, ſingularem pietatem & conatum eccleſiæ emolumentum promovendi ſpirant. Si ſolidiore præditus fuiſſet doctrina & judicio acriore, ac paulo limatius ſcripſiſſet, certe, qva utebatur, vulgus informandi methodus haud contemnenda fuit, primo enim textum Catechiſmi intra aditum templi legi curavit, eumqve, prout potuit, enucleavit, deinde hunc librum prælegit, & tandem finita Viſitatione omnes denuo examinavit, num qvid eorum, qvæ dixerat, memoriæ mandaſſent. Vituperant itaqve, qvod neſciunt, qvotqvot hunc Epiſcopum ut indoctum contemnunt, aut ut eccleſiæ parum utilem parvi faciunt, nam noſtro judicio inter optimos, & pro doctrinæ ac ingenii modulo utiliſſimos numerandus eſt. Sed dolendum qvod tam pauca ejus ſcripta & acta ad nos pervenerint.

§. 8.

Multis, non tantum ob pauperiem & generis humilitatem, ſed etiam ob innocuas qvasdam qvalitates perſonales, contemtui, maxime tamen ob mutationem Religionis plurimis odio fuit, qvare haud pauci templis & Sacerdotibus ab eo conſtitutis conſvetas penſiones ſolvere penitus detrectabant, qvibus concluſum, a Synodo Videvallenſi factum 1566, oppoſuit, qvo conſtitutum fuit, ut talis contumacia aut tergiverſatio ex antiqvarum legum præſcripto puniretur; Sed omnium maxime illi varia faceſſivit negotia Thorunna Jonæ Epiſcopi filia, mulier tam faſtuoſa qvam contumax, qvæ non tantum ad mortem usqve papiſticis vanitatibus adhæſit, ſed etiam debita Sacerdotibus pernegavit tributa, adeo ut Præſul anno 1561 ſe nec prece nec mandato qvicqvid proficere conqveſtus eſſet (a). Cujus exemplum plures imitabantur, unde etiam poſt Olai Epiſcopi fata

(a) Sub finem libelli, qvem nuper recenſuimus, ita de ſuorum contumacia & contemtu qveritur: *Licet, ſecundum jus jurandum, qvod feci, & miſericordia divinæ doctrinæ leniter vobiscum converſari inſtituerim, & tam in vita qvam doctrina inculpabile exemplum præbere, permulti tamen veterem invidiam premere nolunt, de vobis autem melius*

fata de ea, ejusqve aſſeclarum contumacia non raro qverelæ audiebantur, qvæ cauſam dederunt Friderici II & Chriſtiani IV Reſcriptis de decimis in diœceſi Holana rite ſolvendis, & præterea qvorundam Satraparum & Epiſcopi Gudbrandi monitis.

§. 9.

Eodem, qvo Præſul in patriam remeavit anno, adfuit etiam Hvitfeldius, in mandatis habens, ut ludum literarium Holis perinde ac Skalholti, expenſas, tam in docentium ſalaria qvam utrorumqve ſuſtentationem ex cathedræ proventibus determinando inſtitueret, qvod eadem æſtate effectui datum eſſe videtur, nam Epiſcopus ſecum advexerat Danum qvendam nomine Laurentium, qvi Rectoris munere fungeretur. Conſtitutionem qvam Hvitfeldius de ſchola Holana hac vice fecit, Rex anno 1553 d. Veneris poſt Dominicam oculi confirmavit (a), tolerabilis enim videbatur, qvamdiu Epiſcopi & multas omnes, & qvartam decimarum partem, retinebant. Sed cum Rex 1556 hæc etiam Epiſcopis ſubduxiſſet, Præſul cum 12 primi ordinis diœceſeos Sacerdotibus ſupplici libello propoſuerunt, in tanta paupertate & annonæ caritate, qvæ tunc temporis multos mortales frigore & eſurie peremit, impoſſibile eſſe Præſuli, Rectores & diſcipulos debito modo ſuſtentare, ni aliqvo modo ſubveniretur, idqve decimarum reſtitutione commodiſſime fieri poſſe dixerunt, qvod eatenus exauditum eſt ut Rex Præſuli Skagafiordenſis & Ejafiordenſis Toparchiæ decimas reſtitueret, qvod ejus ſucceſſor Fridericus Secundus anno 1560 die 29 Martii clementiſſime confirmavit (b).

§. 10.

Cum malis de Islandorum moribus, qva inceſtus & adulteria rumoribus motus Rex anno 1560 utriqve Epiſcopo Olao Hialti & Giſlao Jonæ

lius ſpero, & ut omnia, qvæ dixi, in meliorem partem accipiatis, confido, ſed non in deteriorem detorqveatis, qvemadmodum qvidam veſtrum fecerunt, qvod parum curamus, qvisqvis enim id deridere, ſubſannare, aut contemnere vult, is Deum contemnit, ſed ſe ipſum condemnat, qvare diaboli ignis in ejus domum veniet, eumqve comburet — — Æqvo animo feram omnia illa mendacia, qvæ de hac mea Viſitatione *effutient, nam vitam & valetudinem pro veſtra ſalute expono &c.*

(a) Vid. ſupra Tom. 2. pag. 310. 322.

(b) Vid. ſupra pag. 12.

Jonæ mandaret, ut novam talibus oppoſitam conjunctis viribus conſcriberent Ordinationem, qvæ cum a Rege confirmata foret, in leges referri poſſet, uterqve tale onus, cui non pares eſſent, ſubjectiſſime deprecati ſunt, qvod potiſſima cauſa fuit conſtitutionis, vulgo dictæ *Stóre dómur*, qvam anno 1564 a 24 viris Politici Ordinis concinnatam Rex 1565 confirmavit, & legis vim habere juſſit. Anno 1555 conventui Beſſaſtadenſi Præſul interfuit, de qvo ſupra pluribus (a).

§. 11.

In bonorum Cathedralium & templorum adminiſtratione pari licentia ac ejus anteceſſores, non obſtante Chriſtiani III Reſcripto, ne Cathedrarum aut Templorum prædia abalienarentur, uſus eſt, nam a morte Jonæ Aræſonii ad Olai obitum viginti annorum ſpatio, 13 Cathedræ prædia ſine ulla neceſſitate variis emancipata fuiſſe conſtat, qvorum plurima Olaum bonis mobilibus, qvandoqve etiam crepundiis, & viliſſimis rebus vendidiſſe ferunt, qvorum pretium & annexarum vaccarum aut earum æqvamentorum 2300 imperiales ſuperat (b), qvæ ut Cathedræ reſtituerentur, Herluff Daa per Nomophylaces Thordum Gudmundi & Jonam Jonæ anno 1613, judicari curavit. Pari licentia in templorum bona uſus eſt, nam in gratiam Vigfuſi Thorſteini filii *Preſtsſkyld í heimalande* ɔ: tantam fundi domeſtici portionem, qvæ 10 vaccas, & tantum vervecum ac boum caſtratorum, qvantum 10 vaccarum pretium æqvabat ɔ: 20 hundredis, qvæ ſecundum antiqviſſimos indices templi erant, cum notabili templi ac Paſtoris damno, Vigfuſo mobilibus, aut talibus, qvæ alias templo attribuere debebat, vendidit (c). Contra autem in Sacerdotes qvosdam triparcus

 fuiſſe

(a) Vid. ſupra pag. 13. 303 ſq. 292 ſqq.

(b) Prædiorum nomina & æſtimatio ſunt: *Mannſkadaholt* 6 C. ſive ſex hundredæ, *Ytravatn* 30 C. *Ytravallholt* hálft 20 C. *Þórisſtader* 50 C. *Audunarſtadir* 60 C. *Núpur* 60 C. *Haraſtadir* 40 C. *Einarſtadir* 50 C. *Saurar* 10 C. *Tungufell* 40 C. *Stafn* hálfur, 10 C. *Stóredalur* 40 C. *Sída* 12 C. Summa 482 C. cum 100 circiter vaccarum æqvamento.

(c) Cum ob varias cauſas notabile ſit hoc documentum: 1) Qvod expreſſe dicat & doceat, qvid ſit *Preſtsſkyld i heimalande.* 2) Qvod tam acriter in Epiſcoporum Catholicorum avaritiam invehatur. 3) Ingenium Epiſcopi qvodam modo oſtendat; hic ſibi locum poſcit;

fuiſſe videtur, nam pauperibus, qvi nullum habuerunt intra parœciam domicilium,

---

ſcit: *Ego Olaus Hialti filius, ſub divina tolerantia Epiſcopus Holenſis, per patentes haſce noſtrum literas bonis viris notum facio, qvod Dominus Vigfuſus Thorſteini filius coram nobis comparuerit & aſſenſerit, templum Aſenſe poſſidere fundi domeſtici hundredas* 20 *ſecundum ſtatuta & conſulta Papæ & Epiſcopi, nec qvicqvam pecorum, qvod Epiſcopo & Paſtori hoſpitio excipiendis par ſit, & juſta templi dos eſſe debeat, poſſidere. Sed cum in ſcriptis ſacris legamus templa nunqvam vel plantæ pedis extenſionem, aut majores divitias poſſediſſe, qvam qvæ Epiſcopo & Sacerdoti ſufficienter ſuſtentando ſuppetant, per* (mille) *trecentos & qvindecim ac qvod excurrit, ab Apoſtolorum tempore annos. In hac vero terra domini ædes ſacras cum ſimplici dote, qvæ illas & Paſtores ſuſtentaret, ut nec deficeret, nec minueretur, conſtituta primitus ædificari curabant, templa autem per ſuas ſuſtentarentur decimas. Hæc autem in meram ſimoniam, avaritiam & ambitionem converſa ſunt:* (enn þad hefur ſnúeſt uppí retta Simoniam, ágyrnd, og metnad) *in omnium Dei Chriſtianorum corruptionem, eorumqve progeniei æternam perditionem, cædem & necem*, (öllum chriſtnum til fordiörfunar, og þeirra afkvæme til eylífrar fordiörfunar, dráps og dauda) *una cum fame & mendicatione*, (med húngre og húsgángsferdum) *cum avita illorum prædia fiſco ſuo adjudicarint, aut in pignus acceperint, contra Codicis legum verba, qvibus ſe ipſos & templa Cathedralia inauditis expreſſionibus ditarint* (ad biſkupar hafa láted dama fallnar þeirra ódalsjarder, edur þær ad panta, ímóte lögbókarinnar ordum, og hafa þar med audgad ſig og dómkirkiunnar med óheirelegre fiárglúpnan); *Unde bona hæc eleemoſyna, a bonis viris cultui divino donata, in odium & inimicitias converſa eſt*, (hefur ſú góda áſtgiöf gódra manna til gudsþiónuſtu, ſnúeſt uppí hatur og ákiefd) *contra Regum Norvagiæ pacta & vulgi noſtratis cum clero conventiones, ita præcipientes:* " *Ut qvisqve templum parochiale* " *conſenſu Epiſcopi exſtruens, illi convenientem qvoqve dotem aſſignaret, unius Paſtoris* " *alimentum* (eins Preſtsſkyldu) *decem vaccarum lactantium æqvamenta, & decem non* " *lactantium, & qvinqve inſuper, ſi Diacono alimentum conſtitueretur* (x málnytu kúgyllde og x gielldfiár kúgyllde, og v þar til ef Diáknaſkyllda være). *Duorum Paſtorum alimentum eſſet 20 vaccarum æqvamentum, & 20 hundredæ in rebus & mercibus utilibus, & præterea qvinqve hundredæ pro Diacono, ubi id expreſſe commemoretur* " (med ij Preſtaſkyldum xx kúgyllde og xx í gódum þarflegum penningum, og " þar til v fyrer Diákna þar ſem þad være ámálgad) *Qvæ bona Paſtorum & Epiſcopi ſuſtentationi continue aſſerventur, huic qvidem ubi viſitaturus aut alia neceſſaria Eccleſiæ negotia geſturus advenerit. Nec hæc bona deficere, nec minui, nec ætatis damnum pati debeant, templum autem ipſum per decimas conſervetur, nec eorum ullæ aliæ rationes reddantur. Si vero templum corruat, tum non majoribus impenſis reſtitueretur, qvam ab initio fuit, tanta pecunia, qvantam ex decimis proximi conſangvinei aut hæredes acceperant, totidem qvoqve pecora, ſi pereant, ad qvodcunqve templum, ut antea dictum eſt, contribuantur.* " *Cum hæc ita revera obtinuiſſe reperiantur, cum prædicto viro Domino Vigfuſo Thorſteinis filio tale pactum, talemqve mitigantem conventionem ineo, ut templo 20 hundredas in pecoribus ſolvat, ad id reſtaurationem*

ciliſum, Paſtoribus prædia cathedralia locare noluit, niſi plenam qvotannis ſolverent mercedem (a).

§. 12.

Dum adhuc Paſtor Lauſaſenſis fuit, Sigridam qvandam Sigurdi filiam concubinam habuit, ex qva Hialtum Paſtorem Fagraneſenſem, & ut qvidam volunt, tres alios ſuſcepit liberos, qvam Epiſcopus factus legitimo matrimonio conjugem adſcivit, illa autem in adulterii crimine cum Biarno Sturlæo deprehenſa, cauſata eſt Epiſcopum debita conjugalia ſolvendi impotentem factum eſſe, cujus cauſam ei parum honorificam in vulgus ſpargi curavit (b), qvod ei non tantum mærori, ſed etiam apud invidos & naſutos deridiculo fuit. Cumqve multos per totam vitam, qvam 70 annis egiſſe videtur, exantlaviſſet labores & moleſtias, qvantumqve

rationem templi pro 12 hundredis acceptamus, cum ille chorum ſub eadem ac templum forma ædificare pollicitus ſit. Præterea templo calicem ſextarii capacem pro 4 hundredis, miſſale novum cartaceum pro 3 hundredis, & inſuper duos lychnuchos penſiles æneos pro una hundreda attribuit. His omnibus ſolutis & expenſis, qvod ipſi tunc acceperunt, & nos ipſi vidimus & accepimus, nos prædictum Dominum Vigfuſum Thorſteini filium liberum & qvittum facimus de omnibus rationibus prædicti templi novis & veteribus reddendis, utqve libere ſibi vendicare qveat, fundi domeſtici viginti illas hundredas, qvæ illegitime templo oppignoratæ fuerunt, (ſem ógudlega og ólöglega hefur vered pantad og under kyrkiuna ſett) *contra Codicem legum, & omnium Norvegiæ Regum privilegia, præcipientia ne ullus in avitum ſuum prædium jus perdat. E contra Dominus Vigfuſus nobis pollicitus eſt, ſe nobis noſtrisqve omnibus bono & adjumento & ſalutaribus ac ſinceris conſiliis adſuturum, qvo usqve uterqve vivemus, idemqve & nos illi, & iis, qvi ad eum pertinent, in contrarium promiſimus. In cujus rei confirmationem ſigillum noſtrum apprimimus. Scriptum Aſi in Kellduhverfo, feria tertia proxime poſt Ægidii. Anno Chriſti 1553.*

(a) Tale qvid etiam Giſſurus in diœceſi Skalholtina fecit: Vide ſupra pag. 266. Qvod utriusqve ſucceſſores Giſlaus in Skalholtina, & Gudbrandus in Holana diœceſi emendarunt.

(b) Vulgatum fuit, qvod 1550, cum ex Iſlandia omnium indigus fugeret, in Norvegiam delatus, diviti viduæ conjugalem fidem dederit, illam autem, cum ſe deluſam videret, Lapponem qvendam magiæ peritum, magno induxiſſe pretio, ut ignominiæ aliqvam inureret notam, qvi ſuis artibus dyſenteriam, qva magnopere diu affligebatur, ei immiſerit, & hoc modo ad debita conjugalia uxori præſtandum ineptum reddiderit, qvod, ut nemo non videt, vulgare ſapit commentum.

qve in eo fuit, Ecclesiæ commodis inservire studuisset, sub finem anni 1568 solito magis ægrotare cœpit, qvod indies augescebat, ita ut postqvam tres primas anni 1569 septimanas lecto affixus fuisset, Dominica 2 post Epiphanias, cum 50 aut plures annos sacrum gessisset officium, sed 17 Holanæ diœcesi præfuisset, piam animam exhalaret. Videtur fuisse vir pius, nudi ac simplicioris ingenii, minorisqve autoritatis, qvam tempus, in qvod incidebat, & res, qvæ peragendæ fuerunt, exigebant.

Cap. II.

De Gudbrando Thorlaci filio.

§. 1.

Parentes magni nostri *Gudbrandi* fuerunt Thorlacus Hallgrimi filius, & Helga Jonæ Sigmundini filia. Thorlacus primo fuit Stadensis in tractu Hrutafiord, deinde Stadarbackensis, & ultimo Thingeyrensis parœciæ Mysta. Qvem licet Jonas Arii filius & segnem & socordem in rythmo, qvem de eo pepigit (a), cum is sedecim armatorum cohorte stipatus ad capiendum Thorleifum Pauli missus, re infecta rediret, deridendum propinaret, satis tamen strenuus & vigilans fuit, cum officii res peragendæ essent, nam cum Sacerdotem ageret Stadensem, eiqve parœciæ adjuncta esset Eyra Bitrensis, sæpe brumali tempore primo mane Eyræ apparuit, cum pedes qvinqve aut sex milliariorum iter perfecisset. Helga autem anteqvam Thorlaco nupsit, maritum habuerat Krakum Hallvardi filium, ex qvo Jonam, Olaum, & Biörgam peperit. Qvorum iste primo fuit Pastor parœciæ Raudasandensis, & deinde Gardensis in lingula Alfftanes. Olaus post Gudbrandum obtinuit præbendam Breidabolstadensem in Vesturhopo, Sed eandem sororio suo Erlendo Pauli cessit, cujus soboles in nostra usqve tempora eidem præfuit. Thorlaco Helga peperit Gudbrandum & Thordum qvi prædium Mardarnup incoluit, ibiqve anno ætatis 95 occubuit.

§. 2.

(a) De Thorlaco vide supra Tom. 2. pag. 676. De Jona Sigmundi pag. 621. sqq. De Sigmundo ejus patre pag. 595. sq.

§. 2.

Gudbrandus natus eſt Stadarbacki, anno 1542, infantiamqve ibidem & Thingeyris peregit; anno ætatis undecimo in ſcholam Holenſem, recens fundatam, ablegatus fuit, ibiqve ſex ſemeſtria literis impendit. Qvod fuerit tardæ memoriæ, ſed boni judicii, ipſe de ſe ſcriptum reliqvit. Rude ſcholaſtica donatus anno 1560 ſcholæ Hypodidaſcalus conſtituitur, in qvo officio cum biennium egiſſet, Hafniam ſtudiorum gratia profectus eſt, cumqve nondum fundata eſſet Communitas Regia, gratuita Profeſſorum, maxime vero Nicolai Hemmingii, & Epiſcopi Pauli Mathiæ, qvadra vixit, qvi ubi eum recte cognoſcere cœpit, mire ejus ingenio delectatus, per aliqvot annos ſuſtentavit, ſtudiorumqve dux & doctor extitit. Anno 1564 in Islandiam reverſus Skalholtinæ ſcholæ præficitur (a), qvam ſtationem poſt triennium cum præbenda Breidabolſtadenſi in tractu Veſturhop commutavit, ſacra itaqve ornatus ſtola, & in conſortium acceptis parentibus, villicationem more patrio ibidem inſtituit.

§. 3.

Hoc tempore Jonas Kraki filius, Gudbrandi frater uterinus, Curio tum temporis parœciæ Raudaſandenſis, a longo qvaſi ſomno aut lethargo (forte per Eggertum Johannis, qvi tum temporis Bai in Raudaſand inhabitavit) expergefactus, perſecutionum Gotſkalki Epiſcopi, injuſtorumqve ejus judiciorum, qvibus avo ſuo materno Jonæ Sigmundi filio tria prædia & qvatuor villas ſumma injuria expreſſerat, meminiſſe cœpit; Sed cum cauſa jam alto ſopita ſomno qvinqvaginta plus annis qvieviſſet, ſine Regio mandato aut venia eandem ſuſcitare fruſtra futurum videbatur, qvare Jonas in Daniam tranſiit, Regium imploraturus auxilium, qvi extemplo inſulæ Præfecto Paulo Stigoti mandavit, ut de cauſæ connectione inqvireret, & ex legum præſcripto decerneret. Præfectus autem probe prævidens qvantæ conſeqventiæ hæc cauſa eſſet, media via incedere voluit, ita ut Jonas aliqvid obtineret & pecuniaria qvadam mitigatione.

(a) Vide ſupra pag. 173.

tione contentus esset, qvam conditionem Jonas qvidem non plane respuit, sed priusqvam res ad umbilicum duci potuit, Paulum mors abripuit, & pars contraria eandem occasionem arripiens tergiversari cœpit, qvod Jonæ etiam causæ ulterius perseqvendæ tædium injecit, ita ut ab ejus actione desisteret Qvod non ferens Gudbrandus, concessa uterino fratri Olao Kraki præbenda Breidabolstadensi, parentumqve cura ipsi commissa, Hafniam qvestum antiqvas Gotskalki injurias & res ablatas repetitum contendit, qvod ei ex voto cessit, mandavit enim Rex novo insulæ Præfecto Christophoro Walkendorfio, ut de causa legitimam diceret sententiam, qvod ille qvam primum in Islandiam venit perfecit, Bessastadas enim utroqve Nomophylace Ormo Sturlæo & Eggerto Johannis, unacum aliis evocatis, causam proposuit judicandam, qvi tandem unanimi sententia pro tribunali dixerunt, cognationem illam qvam Gotskalkus Episcopus inter Jonam Sigmundi & uxorem ejus Biörgam Thorvaldi filiam evulgaverat, & qvorundam testium jurejurando confirmari curaverat, falsam & fictam fuisse, omniaqve Gotskalki de Jona & Biörga huic fundamento superstructas sententias, nullius pretii & illegitimas esse, prædiaqve hoc sub prætextu illis ablata, eorum hæredibus restitui debere (a).

§. 4.

His successibus lætus, & in oculis & ore vulgi clarus, Gudbrandus Holas, regimen scholæ discessu Martini Rectoris vacuum suscepturus, proficiscitur, qvod unico tantum anno administravit, nam dum Hafniæ moratus fuerat, Gudbrandus hoc ipso anno 1569 post Epiphaniæ festum Dominica secunda diœceseos Holanæ Præsul Olaus Hialti filius piam efflaverat animam. Universus autem diœceseos clerus pro more seculi ad eligendum successorem convocatus, secessionem fecerat, ita ut viginti qvatuor votis Sigurdus Pastor Greniadarstadensis, Jonæ Episcopi filius, & hoc tempore ephoriam diœceseos gerens, Episcopus expeteretur. Reliqva autem in Biörnum Gislai, Sacerdotem Saurbajensem, collinearent, qvæ ad Regem transmissa tacite rejecta fuerunt, Gudbrando autem mandatum, ut Hafniam se conferret, & neqvid per ejus absentiam res scholastica detrimenti caperet, mittitur in Islandiam qvi Rectoris munus capesceret

(a) Initia hujus controversiæ attulimus supra Tom. 2. pag. 622.

capesceret Johannes Gillebrun. Gudbrandus itaqve, ut jussus fuit, Hafniam contendit, illucqve delato suprema Holanæ diœceseos ephoria committitur, infulaqve episcopali ab Episcopo Siællandiæ Paulo Matthiæ, suo qvondam, & qvoad vixit, summo & constanti fautore ornatus, anno 1571 in patriam revertitur.

§. 5.

Qvam primum cathedram episcopalem ascendit, multarumqve animarum in se susceperat curam, de idoneis ad scopum sibi propositum perveniendi mediis cogitare cæpit, qvorum primum & præcipuum esse idoneos verbi præcones, qvorum unicum opus & scopus esset animarum cura. Sed qvam difficulter tales exstituri forent, qvamdiu illis cum extrema paupertate confligandum, noctu interdiuqve ad propriam sui suorumqve sustentationem acqvirendum, laborandum esset, non ignoravit; hoc itaqve ut removeretur obstaculum, supplicibus literis, anteqvam Hafniam reliqvit anno 1571 Regiæ Majestatis oculis miseram Islandiæ Sacerdotum conditionem, & inde profluentia Ecclesiæ incommoda ac detrimenta graphice depicta subjecit, humillime rogans, ut ex connata pietate, & philanthropia, in gloriam Dei & animarum salutem, illarum enim rem hic agi, huic necessitati subvenire vellet. Qvæ supplicatio intercedente & petitionem commendante Doct. Paulo Matthiæ, Gudbrandi constantissimo fautore, optatissimum tulit fructum, nam extemplo gratiosissime respondit Rex datis ad Bucholtium literis, qvibus mandatur, ut ex cænobii Mödruvallensis proventibus centum qvovis anno Joachimici, pauperum pastorum usibus inservirent, qvos Præfectus unacum Præsule qvotannis inter maxime egentes divideret. Præterea illis qvi nullum haberent habitaculum, id illis assignarent, omnibusqve rite dispositis, ne unqvam mutari possent, Regiæ confirmationi subjicerent (a).

§. 6.

Cum hoc modo de salarii augmento pauperrimis diœceseos Sacerdotibus prospectum esset, restabat, ut ad tenorem Regii mandati justa institu-

(a) Vide supra pag. 17.

inftitueretur diftributio, & ut habitaculorum egentibus de illis provideretur, qvæ partim ex templi cathedralis prædiis, modo aliqva intra paræciæ limites fita haberet, partim ex monafteriorum poffeffionibus, ab Epifcopo & Præfecto denominanda erant, qva de re inter illos convenire non potuit, priusqvam anno 1574, cum tandem fuam Regio arbitrio fententiam fubjecerunt, qvi eandem gratiofiffime confirmavit (a).

§. 7.

Dum hæc gerebantur, de gregis fuæ commiffi curæ, non modo falubri animarum pabulo, fed etiam de modo & mediis, qvibus id commodiffime illi proponeretur, ita ut qvam facillime, & maximo earundem emolumento, in fuccum qvafi & fangvinem verteretur, cogitare & profpicere cœpit. Ex experientia & præcedentium Epifcoporum exemplo, qvam difficile effet, alte defixum & irradicatum Papifmi fermentum ex mentibus mortalium, præfertim creduli, & inanes cæremonias ac exteriora, qvæ oculis occurrunt, amantis vulgi, eradicare; & ejus loco novam, fed pluribus odiofam, licet falutiferam doctrinam inftillare, probe didicerat. Neqve qvantillum indoctorum Sacerdotum fermocinationes, ad rem tanti momenti perficiendam contribuerent, ei ignotum fuit. Prævidit etiam vir perfpicax unum bonum libellum, qvem affidue legere & relegere poffent, qvam permultas tales conciones, multo majorem fructum facturum fore. Cumqve rudimenta typographiæ apud hæredes, fui in parœcia Breidabolftadenfi prædecefforis, Jonæ Matthiæ filii confpexiffet, de tali, fed multo & perfectiore & ornatiore erigenda officina cogitare cœpit, commodeqve incidit, ut Jonas Jonæ Matthiadæ filius, qvi patri qvondam in opere perficiendo minifter & fpectator adftiterat, aliqvam artis cognitionem haberet, neqve ab ejus exercitio abhorreret; Autor ei itaqve fuit, ut ad exteros abiret, perfectamqve ejusdem peritiam fibi acqvireret, ad qvod perficiendum impenfas libenter fubminiftravit. Ipfe interea magni fui fautoris & euergetæ Pauli Matthiæ Epifcopi Siællandiæ ope (b) typos, aliaqve tali inftituto neceffaria inftrumenta, præparari curavit.

§. 8.

(a) Vid. fupra pag. 20.

(b) Binæ literæ Gudbrandi Epifcopi ad D. Paulum Matthiæ hac de re fcriptæ, ut videtur, 1573

§. 8.

Transacto, a qvo Cathedram ingressus est, uno tantum triennio, parata ad erigendam perfectam typographiam omnia habuit, eiqve Jonam

 Jonæ

1573 & 1575, ex *Gudbrandi Episcopi* autographo in *epistolarum collectione* (Bibliothecæ Magnæanæ N. 241 in Qvarto) tales sunt: *Qvamqvam clarissime Domine Doctor parum verecunde agere me non ignorem, qvod Tibi omni eruditionis laude excellentissimo, & negotiis officii & vocationis occupatissimo toties obstrepere ausim meis literis tam barbaris & nullo elocutionis splendore exornatis, tamen cum animi Tui candor & humanitas fere nimia sint, non solum cum præsens, sed magis cum absens sum, optime perspecta, non possum non liberrime ad Tuam humanitatem scribere. Qvare T. h. erit, etiam hac vice absentem, ut soles, humaniter audiendo tolerare. At primum ad literas in Junio mihi redditas, ago gratias, qvod me tam humaniter consolaris, mones, doces, juves, nec qvicqvam mihi jucundius esse poterit, qvam qvod sentiam Tuum integrum erga me adhuc esse animum. Si qvid a me neglectum fuerit, dabitur opera ut corrigatur, qvod ad officium vel istos scolasticos attinet, at bene novit meas conditiones tum temporis bonus ille vir, neqve eram tam parcus ut ille calumniatur, sed dedi illi tantum papiri, qvantum habere potui a mercatoribus qvi huc navigarunt, sed parce admodum has merces miserunt, qvamvis sæpissime ea de re interpellentur; qvapropter cum audiam nunc papyrum apud vos parari, vellem eam libenter isthinc habere. In superioribus literis (qvas invito mihi fere extorsit qvidam meus conterraneus miser sacerdos, qvi Haffniam se navigaturum dixit, oravitqve, ut in causa non leni commendatorem sui apud vos agerem) T. humanitatem oravi, ut mihi mittantur seqvente anno duodecim fasciculi, tum in usum scholæ, tum etiam ad imprimendum aliqvot libellos scholæ & ecclesiæ huic utiles, nam habeo officinam typographicam vetustate nonnihil corruptam, sed qvæ resarciri potest; est etiam apud me qvi artem imprimendi utcunqve didicit, ita nihil restat nisi papirus & atramentum, qvod etiam oro mihi mittatur juste paratum*, en halffottung sort farffue, *addantur etiam aliqvot pelles, has vocant* ballefkinn. *Hæc si miserit T. h. non dubito qvin rem faciatis Deo gratam & nobis utilem. Verum qvanti hæc omnia constant, volo mihi simul indicari, promitto bona fide me velle solvere & satisfacere.* Sollicitavi *aliqvoties Hamburgenses mercatores hac de re, sed frustra, qvare jam ad vos confugio, nec qvicqvam aliud peto mihi mitti. Porro propter Regis literas mihi missas, audio nostrum Præfectum, nescio qvæ mihi comminatum, incitatus etiam ab aliis, qvi hæc omnia suo more in pejorem interpretantur partem; Sed Domino Deo committo eventum. Si gravis esse cæperit aut injuriosus, certe me ipsum seqventi anno apud vos, Deo adjuvante, videbitis. Jubet T. h. ut M. Nicolao scribam, & ipsi, ut æqvum est, gratias agam pro tanta opera. Cui mandato libens obseqverer, si non puderet literas solas sine ulla grati animi significatione mittere, qvare T. h. oro, ut in hac re sim apud vos excusatus. Scripsi superioribus literis Erichum illum fecisse naufragium, jam audio nostram polentam periisse, libros autem valde corruptos esse. Similem fere fortunam altera navis*

Marci

Jonæ ab exteris reducem præposuit, cui, & ejus in officio successoribus, prædium Nupufell in perpetuum habitaculum impetravit, ibiqve aliqvamdiu

Marci (*) *experta est, ita qvod neutra ad nos pervenerit. Non sibi multum lucri, nobis autem plurimum incommodi, creat Marcus; Nam & alii prohibentur mercatores, ne ad nos veniant, ipsius autem naves ultrice qvadam fortuna repelluntur, atqve ita destituimur omnibus rebus necessariis, qvæ hic importari ab exteris solent, præcipue vino, qvod non tantum, qvantum ad sacros usus sufficit, advehitur pro omnibus ecclesiis hujus diœceseos, atqve hæc inopia hanc maxime partem insulæ affligit, & optarem Marcum istum a vobis admoneri, ut propter præsentissimum, qvod instat, periculum, curet huc duas tonnas advehi, easqve non aliis qvam mihi diuendat, meum enim est subditis vinum procurare* (**), *& hoc præcipuum est. Gunnlogum conveni, sed is dicit se patri suo Ormero dedisse hos 5 daleros, ut is vobis solvat; attamen syngrapha apud me servabitur, donec certior a vobis fiam, an Wormerus satisfecerit nec ne.*

Ad Doct. Paulum.

Plurimum lætor illud tempus adesse tandem, qvo superatis jam molestiis qvorundam paululum mihi respirare liceat. Accepi enim T. h. literas unacum R. M. literis, qvibus dici vix potest qvantum sum recreatus, tum qvod hanc rem ad utilitatem ecclesiæ & multorum salutem spectare videam, tum etiam qvod æmuli & nostri ordinis osores illa causa exciderint; Qva in re qvantum T. h. debeant nostræ ecclesiæ (ut in multis aliis), non possumus dicere; T. enim h. auxilio multis privilegiis & immunitatibus a clementissima R. M. sumus ornati (***). *Deus illa omnia vobis in æterna vita recompensabit. Nunc igitur ad T. h. literas: Qvod ad mitigationem illam attinet qvam institui optas, fiet qvantum necesse videtur; Nam verum est, miseras mulierculas nimis gravari, si ista disciplina* (****) *rigide observaretur. Contuli etiam hac de re cum Johanne Bocholt, qvi in mense Julio domi fuit meæ; Is omnem benevolentiam mihi in posterum pollicetur, & spero ipsum, qvod probum virum decet, facturum, tum in hac re, tum aliis omnibus. A. Balthazaro missa accepi, sed atramentum illud & pelles fere remisissem, nam superiori anno ne jota ea de re scripsi. Præterea pelles hic parari possunt, verum qva ratione ipsi satisfactum iri hac vice putem, non video. Nam Hamburgensibus mercatoribus remotis, cæteri, qvi adsunt, mercatores nullos nobis daleros adferunt, neqve sal, unde butyrum & carnes saliantur; qvare siqvid restat, oro ut in seqventem annum solutionem plenam exspectet. Saxonem accepi, & ago gratias. Qvod ad illum adolescentem Haqvinum attinet, ago gratias T. h. qvod mea ipsi commendatio profuerit, & optassem ipsum in numerum Studiosorum receptum fuisse, nam in*

(*) Hic Marcus Hess, Consul erat Havniensis, qvi plurima de mercatura in Islandia exercenda privilegia a Regibus nactus fuerat.

(**) Vid. supra pag. 313.

(***) Vid. ibid. pag. 20. sq.

(****) Conf. loc. cit. pag. 23.

diu typographiam exercuit. Sed cum res tanti momenti ipſius præſentiam poſceret, Holas eam transportari curavit, ipſeqve, qvamdiu ſuperfuit, omnium eo pertinentium ſupremum egit concinnatorem, nullisqve pepercit impenſis, ut opus qvam elegantiſſime procederet, inſtrumenta enim typographica, aut ab exteris allata, aut ipſius manu fabricata, aptiſſima fuerunt, qvicqvid enim aut vidit, aut aliorum relatione percepit, propria manu extemplo affabre facere potuit, multa etiam, nullo prævio exemplo, ipſe excogitavit & perfecit. Hinc factum eſt, ut typis ſemper uteretur elegantiſſimis, nam qvotiescunqve hebeſcere aut alio modo minus nitidi fieri videbantur, recentes ſtatim reſtitui curavit. Cartam nunqvam niſi nitidam & durabilem admiſit, libros autem qvos eccleſiæ emolumento utiliſſimos exiſtimavit, aut ipſe ex Danica, Germanica aut Latina Lingva in Islandicam tranſtulit, aut ab aliis translatos relegit & correxit, tantaqve dexteritate opus utiliſſimum proceſſit, ut paucos intra annos, qvævis fere domus optimis libris abundaret.

§. 9.

---

in iſtis grammaticalibus novi ipſum pro ſua ætate ſic ſatis profeciſſe, qvare, ut illud qvam primum fiat, oro. Parentes illius ſpero ad vos literas miſſuros & alia. In illa navi, qvæ Johannem Bocbollt vexit, miſi literas & 120 piſces, hac autem vice nullum gratitudinis ſignum mitto, niſi ſolummodo unam tonnam butyri abſqve ſale, nam ſiqvis vel viginti daleros pro una tonna vellet exponere, non erat venalis in tota hac diœceſi, qvare oro, ut hæ noſtræ conditiones me excuſatum apud T. h. habeant. De melle non ero ultra moleſtus; Noſtra nobis miſeria & penuria ferenda eſt. Mittitur una ſolummodo R. M. navis ad nos, ceteris mercatoribus expulſis, idqve ea ratione, ut vel inviti cogantur omnes homines in hac diœceſi ad hanc unicam navem mercatum ire, qvod qvam ſit impoſſibile & iniqvum, Deus novit. Ad officinam typographicam qvod attinet, pro qva reſtauranda nunc aliqvot annos ſumtus feci non contemnendos pro meæ fortunæ conditione, velim paucis, qvomodo ſe res habeat, exponere: Curavi hoc anno aliqvot libellos imprimi, ſed anteqvam finem operi impreſſor feciſſet, torcular (ſeu preſſen) *vetuſtate disruptum eſt, ita ut non poſſit ulla ratione apud nos reparari. Verum qvoniam propter gloriam Dei propagandam hos ſumtus fecerim, dolet mihi me tam citò incepto opere coactum eſſe a ceteris deſiſtere, qvare meum impreſſorem ad vos mitto, ut hoc ſolummodo anno apud aliqvem typographum maneat; Interim ut veſtro conſilio & auxilio prouideat, ut aliud torcular meo ſumtu & mediocri pretio nobis comparet, ſecumqve anno ſeqventi nobis adferat. Nicol. Bibl. amicus meus ſcripſit mihi & promiſit, ſi puerum mitterem, velle ſe cum Academiæ typographo agere, ut ipſum in hac arte inſtruat, ipſumqve typographum bona fide hoc ipſi promiſiſſe. Hac ſpe ductum commendo vobis hunc juvenem Jonam, qvem ſtatim ubi venerit ad vos, vellem ut ad prædictum Typographum Andream ſe conferat, & apud ipſum hac hyeme maneat.*

§. 9.

Dum ea, qvæ ad magnum, qvod animo volvebat, propoſitum, totius ſcilicet Sacri Codicis editionem, præparabantur, operi manus admovit, univerſaqve *Biblia* in ſermonem Islandicum tranferre aggreſſus eſt. Adornaverant qvidam viri docti qvorundam Sacri Codicis librorum verſiones, qvorum celeberrimi ſunt, Giſlaus Epiſcopus, qvi aut univerſos *Prophetas*, aut magnam eorum partem, expoſuit; Giſſurus Epiſcopus *Proverbia Salomonis* & *librum Syracidæ*, ut & alia qvæ *Apocrypha* vocantur, & tandem Oddus Gotſkalki univerſum *Novum Teſtamentum*, qvorum laborem Gudbrandus parum æſtimaſſe videtur; Scribit enim in alloqvio ad lectorem ad calcem Codicis impreſſo, ut & alibi, *qvod ſolus plerumqve translatoris, correctoris & reviſoris vices egerit*, qvæ omnia tantillo tempore abſolviſſe herculeum fuiſſe laborem nemo negare poteſt, aliorum enim verſionibus etſi adjutus fuerit, multum tamen & temporis & laboris diſpendium popoſciſſe veriſimile ſit. Cumqve tota Biblia eundem, & ſibi ſemper ſimilem, repræſentent genium & dictionem, qvæ huic viro propria fuiſſe dici poteſt, ita ut de ejus aſſertione, qvod ſolus omnia tranſtulerit, aut ita aliorum verſiones correxerit, ut ab ipſius genuina dictione non diſcrepent, ne minimum dubitemus (a). Verſio ex Luthero non modo accurate transfuſa, ſed & expreſſa eſſe videtur, nam ſi pauca exceperis loca, Lutherus ſe ipſum melius exprimere non potuiſſet, dictio præterea valde ſimilis, pura ſcilicet, ſimplex, heroïca, venuſta qvidem, ſed ſine ornatu, & verba rebus apprime aptata. Et ut nihil deeſſet qvod opus ornare poſſet, figuras, arcam fœderis, tabernaculum, Aaronis habitum, templum Salomonis, & ejus inſtrumenta & utenſilia, repræſentantes, ab Hamburgenſi qvodam cive commodo accepit; Literas autem initiales aliaqve ejusmodi ipſe & delineavit & exſculpſit,

(a) Cum Gudbrando Epiſcopo a qvibusdam objiceretur, qvod ſibi ſoli omnia tribuendo aliis detraxiſſet, in Præfatione *Viti Theodori Summariæ Veteris Teſtamenti* præfixa ſe ita excuſat: *Sunt qvi in me carpunt, qvod aliorum Sacri codicis translationem mihi tribuere voluerim, qvoniam aliqvando mihi exciderit, qvod ſolus ſæpiſſime, relegere, corrigere, & explicare neceſſum habuerim; his autem verbis omnium Sacræ Scripturæ librorum verſionem minime mihi arrogare cupivi; Conſtat enim Novum Teſtamentum, qvosdamqve alios Vet. Teſtamenti libros ab Oddo Gotſkalki filio (beatæ memoriæ) expoſitos, qvam verſionem mihi minime attribuo; qvamvis ſecundum Regiæ majeſtatis mihiqve a Deo conceſſum judicium hos libros relegerim, variisqve locis emendarim.*

ſculpſit, tandemqve ut involucrum & compactura reliqvo operis apparatui reſponderet, 100 exempla Hamburgi compingi curavit, indeqve bibliopegam evocavit, qvi Islandos hoc artificium edoceret, hæc omnia uno tantum biennio per Jonam Typographum & ſeptem ſocios perfecit, qvi ſupremam manum anno 1584 d. 29 Junii operi admovit.

§. 10.

Ut ad aggrediendum magnum & utiliſſimum opus, animum ei auxerat privilegium Regium, datum 1579 d. 19 Aprilis, qvo ipſi ſoli *Biblia Islandica* imprimendi poteſtas conceditur, & unicuiqve in Islandia templo, ut ei ſtatim unum expendat Joachimicum, & præterea ut impreſſi codicis unum exemplum promte numerata pecunia ſibi comparet, injungebatur; Ita ad levandas impenſas non parum fecit ipſius Regis munificentia, qvi ei haud contemnendam ſummam dono dediſſe fertur (a), cumqve qvodvis exemplar 10 conſtaret Joachimicis, impenſæ brevi ſunt remuneratæ (b). Et qvoniam *Novum Teſtamentum* maxime deſiderabatur, illud ſigillatim edidit anno 1609, utrum autem plures libros Biblicos ſeparatim, excepto *libro Jonæ*, *Proverbiis*, & *libro Syracidæ*, ediderit, nobis non liqvet,

(a) Sunt qvi Regem ei 500 Joachimicos numeraſſe autumant, ſunt etiam qvi 300, & qvi minimum, 200 determinant. *HELVADERUS* autem 3000 imperiales a Rege hunc in uſum datos eſſe aſſerit, (citante Summe Venerab. *HARBOE* in *Isländiſche Bibelgeſchichte*).

(b) Exempla pauperrimis templis & perſonis vendidit 8 vel 9 Joachimicis. Ditioribus autem 10 vel 12, ut medium proportionale videatur fuiſſe 10 imperiales. Qvod autem tam operoſi in hac Bibliorum editionis deſcriptione fuimus, præſertim cum Summe Vener. *HARBOE* Siællandiæ Epiſcopus meritiſſimus, elegantiſſimo ſuo & curatiſſimo tractatu *Isländiſche Bibelgeſchichte*, in ſcripti periodici *Däniſche Bibliothek* Tom. 8. inſerto, magnum nobis hac in re otium feciſſe merito cenſeri qveat, has habet cauſas: 1) Qvia hæc verſio ſacri codicis in lingva Iſlandica omnium prima eſt. 2) Ab uno homine parvo temporis tractu facta. 3) Eſt omnium, qvæ unqvam a privata perſona adornata fuit, nitidiſſima. 4) Omnibus ob dictionis puritatem ſemper acceptiſſima, ita ut hodiedum aliis recentioribus præferatur. 5) Qvod ſi novum in Hiſtoria Eccleſiaſtica non conſtituit periodum aut limitem, certe novam & clariorem, qvam unqvam antea fuit, lucem in Eccleſia Iſlandica accendit, unde eam ut opus omnium utiliſſimum prædicare non veremur.

liqvet, *Summarias* certe binas vulgo pergratas emisit, aliaqve permulta, qvorum jam vix memoria superest.

§. II.

Ut autem fidem nostram liberemus, & re ipsa demonstremus, qvantam curam magnus noster Gudbrandus evangelicæ doctrinæ propagationis gesserit; Catalogum qvorundam librorum ab eo in lucem emissorum hic sisti curabimus (a), qvorum pleriqve ab ipso, aut per alios ipsius auspiciis in

---

(a) Nomina librorum hæc accepimus:

1) *Nic. Hemmingii* Líffensvegur (*via vitæ*), Havniæ anno 1570 Danice conscriptus, sed rogatu Gunnaris Gissai filii ab Episcopo Gudbrando translatus, & Gunnari dedicatus. Accedunt duæ conciones Dominica 13 & 18 post Trinitatis habitæ. in 8. — — 1575. 1599.
2) *Petr. Palladii Catechismus* a Gudbrando translatus. in 8. — 1576.
3) *Joh. Pfeffinger* um mannsins rettlæting fyrer gude og gódverkin (*de justificatione*) eod. interprete. in 8. — — 1576. 1615.
4) *Calendarium Islandicum.* — — — 1576. 1611.
5) *Avenarii* Bænabók (*liber precum*). — — 1576. 1621.
6) Lögbók (*codex Legum*) in 8. — Holis 1576 & Nupufelli 1578.
7) *Nic. Palladii* af christilegre mannsins afgaungu. b) af christilegum Riddaraskap. c) af Riddaraskap Pápistanna. d) af mannsins rettlætingu. e) um dómadag. interprete Episcopo Gudbrando. in 8. — 1577.
8) *Urbani Regii* Lækning sálarennar (*Antidotum animæ*) eod. interpr. in 8. 1578. 1591.
9) *Johan. Spangenberg* fimtán Líkpredikaner (*conciones funebres*) eod. interprete in 8. — — — 1578. 1598.
10) *Huberinus* um Guds nád og reide. (*De ira & gratia divina*) interpr. Episcopo Olai Hialti filio — — — — 1579.
11) *Salomonis* Ordskvider (*Proverbia*) in 8. — — — 1580.
12) Bók Jesu Syrachs in 8. — — — — 1580.
13) *Dominicale.* in 8. — — — 1581. 1599. 1609. 1617.
14) *Biblia Sacra.* in fol. — — — — — 1584.
15) Psálmabókenn, (*collectio hymnorum*) — — — 1589.
16) *Viti Theodori Summaria Bibliorum* interpr. Episc. Gudbrando. in 4. 1589. 1591. 1602.
17) *Biblia Parva.* in Islandicum ex Latino sermone versa ab Arngrimo Jonæ. in 8. — — — 1599. 1622.
18) *Andreæ Musculi* Bænabók, (*Liber precum*) interpr. Episcopo Gudbrando. in 12. — — — 1590. 1597. 1611. 1622.
19) Hrædeleg harmaklögun fordæmdra i helvíte — — 1590.
20) *Arngrimi Jonæ Commentarius de Islandia*, Latine. in 8. — 1592.

21) Um

in lingvam Islandicam translati sunt, sed ab ipso magna cura revisi & correcti; De qvibus observandum est: 1) Neqve hunc catalogum ita per-
Bbb 2 fectum

---

21) Um mordbrefabæklingenn, (f. Gudbrandi Episcopi *Apologia* pro Jona Sigmundino *prima*) in 8. — — — — 1592.
22) *Mölleri* Eintal Sálarennar (*Soliloqvium animæ*) interprete Arngrimo Jona. in 8. — — — — 1593. 1599. 1611.
23) *Graduale cum manuali sacerdotum.* in 4. — — 1594. 1607.
24) *Polyc. Lyseri* Um gódverkenn (*De bonis operibus*) in 8. — 1594. 1615.
25) *Nicol. Palladii* Um dómsdag (*de die extremi judicii*) in 8. (Conf. supra Num. 7.) — — — 1594. 1611.
26) Aminning og Undervísun af þessum háskasamlegum eymdartíma. Accedit concio pœnitentialis autore *Petro Winstrupio.* in 8. — 1594.
27) *Catechismus Minor.* (conf. No. 2.) — — 1594. 1617.
28) *Confirmatio Catechumenorum*, ad tenorem Ordinationis Saxonicæ concinnavit Episcopus Gudbrandus. in 8. — — 1594. 1596.
29) *Arngrimi Jonæ Conspicillum qvotidianum.* Islandice — — 1594.
30) *Gudbrandi* Episcopi *Apologia* pro Jona Sigmundino *secunda*, Islandice. in 8. — — — — — 1595.
31) Um þad retta kirkiunnar straff og lyklavallded, per Episcopum Gudbrandum. in 8. — — — — 1596.
32) Historia pínunnar og upprisunnar Drottins vors Jesu Christi, þar med eirnin eyding og nidurbrot borgarinnar Jerusalem; per eundem in 8. 1596.
33) Alldingardur sálarennar (*Hortus animæ.*) — — 1596.
34) Aminning til Presta; ex 1 Cor. 4 Cap. 1. 2 v. in 4. — 1596.
35) *Nic. Hemmingii Antidotum;* interprete Gudmundo Einaris. in 8. 1596. 1600.
36) Um Eida &c. (*de juramentis*) — — — 1596.
37) *Hieron. Savanarolæ* Spegell þess synduga (*Speculum peccatoris*); interprete Gudmundo Einaris. in 8. — — — 1597.
38) Davidspsalltare sá stutte; sive flores qvidam ab Arngrimo Jonæ ex Psalterio Davidis collecti. in 8. — — — — 1597.
39) Postilla in Evangelia & Epistolas, unácum antiqvis qvibusdam in Evangelia versibus memorialibus; per Episcopum Gudbrandum; Islandice. — — — — 1597. 1609.
40) Píningarhistoriann; Accedit: Um dóm yfer Christo og hanns krossgaungu. in 8. (Conf. supra Num. 32). — — 1598.
41) Brunnur Lífsens (*Fons Vitæ*) interprete Episcopo Gudbrando. in 8. 1598.
42) *Joh. Galli* Um Sacramented; interprete eodem. in 8. — — 1598.
43) Leikmanna-Biblia (*Biblia Laicorum*); Accedit Appendix de Sacra Cæna & exorcismo. in 8. — — — — 1599.
44) *Thomæ Steiberi* Huggunarbæklingur. in 8. 1600.
45) Passiupredikaner; interprete Gudmundo Einaris filio; in 8. — 1600.

46) *Enchi-*

fectum eſſe, ut nulli hic deſint ab eo editi libelli, nam contrarium oſtendit ſeries annorum, qvibus nulli libri adſcripti ſunt. 2) Nec nos omnes hos

---

46) *Enchiridion* de articulis fidei, ex libris *D. Chytræi* & *M. Chemnitii* excerpſit & tranſtulit Epiſcopus Gudbrandus. in 8. — — 1600.

47) Bæklingur um ódaudleik ſálarinnar, hreinſunarelldinn, bænaákall til Heilagra, endir veralldarinnar, uppriſu frammlidinna, ſídaſta dóm, helvíte og um eilíft líf; Cui accedit *Marci Marii* de Noviſſimis. interprete Epiſcopo Gudbrando. in 8. — — — 1601.

48) Spurningakver út af trúarennar artikulum — — 1601.

49) Regiſtur yfer Bibliuna; ſive index S. Scripturæ ſecundum ordinem alphabethicum. — — — — 1602.

50) *M Lutheri* Um andleg hervopn; ex *Epheſ. 6.* v. 10 ſqq. in 4. 1602. ſed in 8. 1606.

51) *Viti Theodori* Barnapredikaner (*Poſtilla*) interprete Epiſcopo Gudbrando. in 8. — — — — 1603.

52) *Nicol. Selnecceri* Utlegging yfer Eſajæ Cap. 53. eod. interpr. in 8. 1604. 1606.

53) *Andreæ Mariager* Utlegging yfer Fader vor. eod. interprete. in 8. 1606.

54) Utlegging yfer ydranarpſálma Davids. in 8. — — 1606.

55 *M. Lutheri* Sermones. Iſlandice — — — 1606.

56) *Gudbrandi* Bænabók (*liber precum*) — — — 1607.

57) *Mölleri* Forfedrabænabók (*Meditationes Sanctorum Patrum*) in 8. 1607.

58) *Phil Nicolai* Spegill eylífs lífs (*Theoria Vitæ æternæ*) interpr. Gudbr. in 8. 1608.

59) *Gudbrandi* pro Jona Sigmundino *Apologia tertia;* Iſlandice. in 8. 1608.

60) Syndakedian (*catena peccatorum*); ex Danico tranſtulit Gudbrandus Epiſcopus in 8 — — — — 1609.

61) Nýa Teſtamented; in 8. — — — — 1609.

62) *Lutheri Catechiſmus Major.* Iſlandice. in 8. — 1610. 1619.

63) *Andr. Pangratii Poſtilla;* interprete Epiſcopo Gudbrando. in 8. 1610.

64) *Nic. Arctandri* ydrunarſpegell; eod. interprete. in 8. — — 1611.

65) *Molleri Manuale*, eod. interpr. in 8. — — — 1611.

66) Víſnabók, partes duæ. in 4. — — — 1612.

67) *Arngrimi Jonæ* Anatome Blefkeniana. Latine. in 4. — — 1612.

68) Huggunargreinir, og um gódverkinn. in 8. — — 1614.

69) *Nicol. Selnecceri* in librum Jonæ & Ruth; interpr. Gudbr. Epiſc. in 8. 1614.

70) *Molleri Myſterium magnum* eod. interpr. in 8. — — 1615.

71) *Lutheri Catechiſmus minor* cum explicatione erotematica Latina, unacum confeſſione ſcholaſtica. in 8. — — 1616.

72) *Donatus*, *Grammatica*, & Vogelmanni elegantiæ. — — 1616.

73) Pſálmur Davids 91. cum Commentario Arngrimi Jonæ. in 8. — 1618.

74) *Sigismundi Svevi* Vinaſpegell (*Speculum amicitiæ*) tranſtulit Sveno Simonis. in 8. — — — — 1618.

75) Sancti

hos libros, aut jam habere, aut unqvam conspexisse, multa enim ejus viri opera ad nos non pervenerunt, qvæ autem adferimus, aut doctorum virorum scriptis, aut amicorum relationibus, aut tandem autopsiæ tribuenda sunt. 3) Qvædam ita affecta esse, licet exstent, ut annus adscribi non possit, cum capite & calce mutilata sint. 4) Qvædam horum, qvæ adferimus, bis aut ter edita esse.

§. 12.

Qvemadmodum vigens & vivus in eo totus fuit, ut purum Dei verbum hujus typographiæ beneficio per patriam disseminaretur, ita etiam ut idem post sua fata continuaretur, sollicitam gessit curam. Hinc in suo testamento condito Holis d. 12 Septembris 1611 cavit, ut omnia ad Typographiam & artem Bibliopegarum pertinentia instrumenta & utensilia filio suo Paulo cederent, si viribus & voluntate usurpandi non careat, sin minus, ut sarta tecta Holis conservarentur, si forte qvidam successorum aliqvid imprimi velint, in laudem Dei, & bonorum emolumentum (a). Cum vero Paulus anno 1622, ante patrem, fatis cesserit, &

 Præsul

75) Sancti *Bernhardi* krofskvediur. Versio metrica Arngrimi Jonæ. in 8. 1618.
76) *Hammeri* Krossgaungur, eod. interpr. in 8. — — 1618.
77) Psálmabók, in 8. — — — — 1618. 1619.
78) Passiu predikaner (*conciones in passionem Christi*) interprete Episcopo Ottone Einari. in 8. — — — — 1620.
79) *Adami Frankii* Margarita Theologica in usum scholarum Islandiæ. Latine. in 12. — — — — — 1620.
80) Bænadagapredikaner (conf. Num. 78). — — — 1620.
81) *Ottonis Casmanni* Sönn gudrækne og christelegur kiærleike (*caræ pietatis & raræ caritatis incendium*) interprete Jona Biarni in 8 — 1622.
82) *Joach. a Beust* sermo de prædestinatione divina; transtulit Sigurdus Einari. in 8. — — — — — 1624.
83) *Jonæ Biarni filii* Samtal Guds vid Evu og börn hennar. metrice in 8. sine anno.
84) Siö ydranarpsálmar Davids. in 8. sine anno.
85) Catonis Moralia Islandico-Latina.

(a) Articulus ex Testamento Divi Gudbrandi desumtus & verbotenus translatus talis est: *Omnia ad Typographiam & artem Bibliopegarum pertinentia instrumenta Paulus retineat, volo; si viribus & voluntate ad iis utendum non destituatur, sin minus, sartatecta heic conserventur, si forte successores aliqvid imprimi curent in Dei laudem & bonorum emolumentum.* Dat. 12 Sept. 1611.

Præſul integro, qvo ei ſuperfuit qvinqvennio, hoc teſtamentum non mutaret, & in fatalem tandem morbum incidens, ut omnia ad typographiam & artem Bibliopegarum pertinentia ſedulo conqvirerentur, & certis incluſa loculis probe conſervarentur, ipſa deniqve Typographiæ domicilia occluderentur, juſſerit, pleriqve id ita acceperunt, ac ſi ille hæc univerſa Cathedræ & ſubſeqventibus Epiſcopis teſtamento reliqverit, qvod ex ſubnexis *ARNGRIMI* verbis clarius diſci poteſt (a).

§. 13.

Hoc modo, qvaſi ante oculos Sacerdotum pictis & in manus traditis, qvæ docerent, & rudioribus publice privatimqve inſtillarent, auctisqve eorum ſalariis & conditionibus dilatatis, illorum commoda, qvando & ubi potuit, promovere non intermiſit, in eorum enim gratiam anno 1606 ad Holanæ diœceſeos incolas patentes miſit literas, qvibus monet, ut qvi decimas paſtori ob paupertatem ſolvere non debent, illorum commodis unius diei labore inſerviant (b). Pari modo illos ut ſedulo officio incumberent, admonere non neglexit, & in everrendo fermento Papiſtico ejusqve reliqviis aſſiduus fuit; Nam licet ejus prædeceſſor Olaus Hialti filius ad hoc Augiæ ſtabulum purgandum omnes nervos intendiſſet, multa tamen huic viro relicta fuerunt, qvæ ut dimoverentur, omnem movit lapidem, qvæ etſi omnia enumerare ſubſidiis deſtituti non valeamus,

(a) Pag. 32. Verba Domini Arngrimi ita ſonant: *Is* (ſcilicet Dominus Gudbrandus) *nihilo minus hanc laborum & ſumtuum typographicorum clauſulam eſſe voluit, ut prælum cum univerſa ſuppellectile typographica, teſtamento ipſi Cathedræ legaret, qvod dum metueretur, ne de hæredum albo qvispiam ratum haberet, commodum interveniente Domino Thorlaco Schulonio, hæc Teſtamenti pars Reg. Diplomate rata & firma eſſe jubetur Anno 1628. Atqve ita Domini Gudbrandi pia liberalitas, occaſione iſtius metus etiam poſt fata extraneis innotuit.* Et iterum pag. 33 *Cum in morbum letalem incidens* (ſcil. Gudbrandus) *corpore non animo victus, panopliam deponere coactus eſt, prælum & officinam claudere, & ſic arma typographica (qvibus validiſſime pugnaſſet) eo qvo dixi, modo, in æde ſacra, ſacris uſibus deſtinata, & Deo Opt. Max. devote conſecrata ſuſpendere voluit.* Conf. ſupra pag. 67.

(b) Sub finem harum literarum ita ſcribit: *Contumacibus autem & malevolis, qvi his obtemperare nolunt, Sacerdos inſervire non tenetur, neqve eorum familiæ, nam a reliqvorum conſortio excludendi ſunt &c.* Qvod ut nimis durum genio magni viri condonandum videtur.

valeamus, aliqvale tamen ejus vigilantiæ & induſtriæ ſpecimen ex Synodalibus, qvæ nobis innotuerunt, proferemus.

§. 14.

Anno 1573 in Synodo diœceſeos generali ſtatui curavit: 1) Sacerdotes diebus Dominicis & feſtis in templis ſacris operentur, ſed non in ſacellis ſine ſpeciali permiſſione Epiſcopi; ſed profeſtis diebus id facere permittitur. 2) Omnes Templorum Natales & Patronorum (a) (*Patronus dagar*) feſta illiciti ſunto, ſed ſi qvid ſacerdotes de eodem feſto plebi inculcandum habeant, id proximo ſeqvente die dominica, finita concione, faciunto. 3) Parochi ter peccatores, qvi Eccleſiæ ſcandalo ſunt, admonento, primo privatim, altera vice adhibitis teſtibus, & tertio coram Eccleſia; ſi non pareant, indicent Epiſcopo aut Præpoſito. 4) Sedulo inculcent curialibus rectam baptizandi methodum, prout eam *Lex Eccleſiaſtica* præſcribit, Laïcis autem non niſi in caſu neceſſitatis baptizare permittant. 5) Ad baptizationem infantum, adminiſtrationem Sacræ cœnæ in gratiam valetudinariorum, & ſepulturam mortuorum, omnes domeſtici convocantor, ut verbum Dei, qvod profertur, audiant. 6) Curiones neminem tam rudem ad ſacram ſynaxin admittant, ut ad minimum non teneat textum Catechiſmi totum, niſi ſit valetudinarius & Sacramentum expetat; qvi ſecus fecerit, tanta decimarum parte privator, qvanta jubet Epiſcopus, qvæ mulcta pauperibus Curiæ accedito. 7) Moneant Paſtores populum ut curionem ad ægrotos in tempore accerſeant, nec id in ultimam vitæ horam differant, ut vetus eſt cacoëthes. 8) Nemine ad ſacram cœnam accedente, Sacerdotes ſolitis induti veſtibus ſacerdotalibus, eam Miſſæ partem non decantent, qvæ ante Sacramentum eſt, ſed poſt concionem unum tantum hymnum cum collecta & benedictione.

§. 15.

Anno 1574 a Synodo generali edici curavit: 1) Nulli Sacerdoti liceat alterius curiales ad ſacram cœnam admittere ſine ejus venia, niſi in caſu

(a) Hic recte diſtingvitur inter *Patronusdag* & *Kirkiudag*, qvi ut diverſi erant, ita non ſemper coincidere ſolebant. *Kirkiudagr* namqve fuit templi Encæniorum dies qvotannis ſolenniter celebrandus, ſed *Patronusdagr* fuit feſtum templi patrono ſacratum, haud minori celebritate tranſigendum.

cafu fummæ neceffitatis. 2) Juniores, nifi a curione examinati, ad facram cænam non admittuntor, adigantqve Paftores eorum parentes aut heros, ut tales Epifcopo vifitanti parœciam fiftant, ut ipfe de eorum captu & informatione judicare qveat, utrum admittendi fint, nec ne, nec ulli talium licet Sacerdoti Sacramentum conferre, nifi ab Epifcopo, aut Præpofito vices ejus gerente, examinati fuerint. 3) Cum multa accidant adulteria, aliæqve ad conjugium pertinentes caufæ, multæqve de talibus nimis præcipites cenfuræ, qvæ enormitatem fecum fæpe trahunt; Sacerdotes monentur, ut caute in talibus procedant, Epifcopoqve caufam cum omnibus fuis circumftantiis, anteqvam judicio fubmittatur, perfcribant; ut fuam de ea fententiam ex verbi divini & Ordinationis Ecclefiafticæ præfcripto pronuntiare qveat. 4) Infantes, qvi fine baptifmo decedunt, in fepulcreto qvidem, fed fine cæremoniis, fepeliendi funt, nullo tamen modo baptizantor priusqvam perfecte ex utero materno exierunt, prout jubet *Ordinatio Ecclefiaftica.*

§. 16.

Anno 1575 conftitutum fuit: 1) Si Sacerdos laïcum prior, aut nulla actus neceffitate, verberaverit, ab officio dimovetor, usqvedum læfo fatisfecerit, fi autem ille nullam admittere velit fatisfactionem, officium retineat, usqvedum caufa ab Epifcopo dijudicari poteft. 2) Sacerdotes liberos fuos ex libro legere omnino decet docere, & ad minimum memoriter recitare poffint Catechifmum, precationes & benedictiones menfales. 3) Sacerdotes non habeant veftes rubras, flavas aut virides, nec ftragulas fub penula (a), nec amplas aut breves braccas, aut alium leviculum laïcorum veftitum. 4) Si qvis Curio convictus fuerit, qvod celebret

---

(a) In Originali eft: *Fellda under ftacki og ftuttvídar buxur:* Hæc me non percipere ingenue fateor; verba qvidem intelligo, fed talem veftiendi morem imaginari non poffum, nam ftragulum fub penula, innuit interiorem veftem exteriore multo longiorem fuiffe. *Felldur* eft ftragulum qvadriangulum qvo veteres utebantur, tam pro fupremo lecti ftragulo, qvam toga, hinc de Thorgeiro Prætore dicitur; *lectum petiit, & caput ftragulo texit;* Sed Haraldus Secundus Norvegiæ Rex a ftragulo cinerei coloris qvod togæ inftar induit, cognomen *Gráfelldur* nactus eft. *Stackur* eft penula brevis undiqve claufa. *Stuttvídar buxur* puto effe braccas valde amplas, fed ita breves, ut ultra genua

bret festa in *Ordinatione Ecclesiastica* prohibita, officio & præbenda privator, talis enim contumax Papismus nullo modo tolerandus est. 5) Omnes Sacerdotes debent suas præbendas cum omnibus ad eas pertinentibus sartastectas conservare, qvod si non propriis viribus facere possint; vadem sistant, aut deponuntor, modo Episcopo & Sacerdotibus ita visum fuerit. Anno 1579: 1) Erlendo Pauli filio Pastori Breidabolstadensi, & Jonæ Fellensi officium sacerdotale restituit, qvod viri politici ordinis illis ademtum iverunt, huic ob rumorem adulterii nullo idoneo argumento probatum; illi ob actionem forensem fratris vice contra Paulum Jonæ de prædio Narfastadis susceptam. 2) Nemo sacerdotum peccata clandestina in baptismo infantum & sepultura eruere conator, ut officium ideo differatur. 3) Preces pro defunctis ex *Manuali* excluduntor.

§. 17.

Hæc licet vilia & minuta esse videantur, annotare tamen placuit, qvia sunt prima fere magni viri acta Synodalia, & clare ostendunt, qvale fuerit multiplex illud cacoëthes, qvod Olaus Episcopus intactum reliqvit, aut emendare non potuit (a), nempe multiplex Sacerdotum incuria, qvi in ipsis templis publice sacra facere neglexerunt, licet in sacellis illis operarentur (b). Idiotas ad sacram cœnam, & forte nullo prævio examine, admiserunt, qvod, cum qvovis anno repetatur, verisimile est, illud fuisse valde altis defixum radicibus. Cumqve Præsul repetitis toties monitis parum proficeret, publicum tandem catechumenorum examen & confirmatio-

genua non pertingentes ligula contractæ constringerentur. Si jam tempore Gudbrandi, anno scilicet 1575, Sacerdotes tali utebantur vestitu, qvi hic prohibetur, manifestum est, longa illa nigra pallia nostris nondum in usu fuisse, ita ut nulla alia publice gestare licuerit.

(a) Olai diligentiam & conatum laudat eqvidem *ARNGRIMUS* in *Athanasia Gudbrandiana* a iiqve, sed ita, ut simul innuere videantur parum illum profecisse; Nobis autem videtur Olaum omnia fecisse, qvæ facere potuit, & permultum in exstirpando Papismo profecisse, licet non inficias eamus largam illum Gudbrando talium messem reliqvisse.

(b) Hoc est qvod Christianus Tertius duobus Edictis, datis 1555 & 56, tam severe prohibuit, jussitqve, ut ideo omnia sacella abrogarentur. Vide supra Tom. 2. pag. 329 333.

firmationem (a) per universam sibi concreditam diœcesin introduxit (b); qvod eo processisse videtur, ut proprios etiam liberos informare intermiserant, & tandem qvod festa prohibita celebraverint, & indecenti vestitu uterentur. In auditoribus maxime taxari videtur innata persvasio de opere operato, qvod dummodo Sacramento uterentur, perinde esse, qvomodo id fieret. sibi persvaderent, freqventia adulteria & libidines, qvæ hoc tempore pro magno peccato non habebantur (c). Crebra hæcce peccata & plurimorum Pastorum inscitia ac socordia adegerunt Præsulem nostrum ut Regi rem referret, unde nata sunt Rescripta de talium absolutione ab Episcopo vel Præposito perficienda (d).

§. 18.

Diximus (e) templa sub Papatu in tanta fuisse æstimatione, ut non modo ipsa & cœmeteria, sed & territoria circum circa 30 vel 40 passuum asyli jura habuerint, cujus superstitionis reliqviæ adhuc superfuerunt. Cum vero hæc ætas, si non homicidiorum, adulteriorum tamen, incestuum, aliorumqve criminum feracissima esset, omnesqve talium rei in templis, non asyla modo, sed stabula haberent, ita ut hæc, non Dei domus, aut Sancta ædes, sed spelunca latronum dici meruerint. Accidit præterea cum Gudbrandus Episcopus Holanæ præesset cathedræ, ut facinorosus qvidam e carcere elapsus, fuga in templum Holanum, inscio Præsule perveniret, qvem cum Magistratus posceret, ille ut eum in templo caperent & inde extraherent, si non jussit, certe tamen permisit, qvod cum illi ut magnum piaculum committere nollent, facinorosus ille commodo exspectato tempore & occasione denuo aufugit, commeritamqve effugit pœnam, qvod illi Præsulis conniventiæ, ille autem eorum superſti-

(a) De confirmatione illa & libro qvem Episcopus de hac edidit, data opera scripsit de Historia Ecclesiastica meritissimus Siællandiæ Episcopus *HARBOE* in *Dänische Bibliothek* Tom. 7.

(b) Neglectus propriæ sobolis ex odio & contemtu Lutheranismi provenisse videtur.

(c) Ut supra sæpius innuimus.

(d) Vid. supra pag. 23. sq.

(e) Supra Tom. 1. pag. 580.

perſtitioni, non ſine bile & reciproca læſione, imputarunt, qvod ne ſæpius fieret præcauturus, Regi rem retulit, qvi hæc jura antiqvavit (a).

§. 19.

Qvanta fuerit hoc tempore plurimorum Sacerdotum ruditas (b) ac inſcitia, qvanta etiam adulteriorum, & id genus prævaricationum, deformitas,

(a) Vid. ſupra pag. 28.

(b) De hac Epiſcopus Gudbrandus multum qveritur in prolixa illa ad D. Paulum Matthiæ epiſtola anno 1574 ſcripta, qvæ cum intima Præſulis animi ſenſa prodat, & ſtatum eccleſiæ multis in rebus apprime illuſtret, illam hic lubentes inſerimus: *Cogitanti de plurimis T. h. beneficiis & animo erga me vere paterno, illius in mentem venit:*

Ingrato homine terra nihil pejus habet; *qvod ideo hic a me dictum adducitur, ut me ipſum ad deteſtabile illud ingratitudinis vitium fugiendum exſuſcitem. Agnoſco autem libens T. h. beneficia in me qvam plurima, pro qvibus etiamſi me ipſum expendero, profecto judico me T. h. adhuc plura debere. Proinde cum referre non poſſum, gratias ſaltem ago qvam poſſum maximas, pro omnibus T. h. beneficiis, admonitionibus & conſolationibus, & oro ut Deus pater Domini noſtri Jeſu Chriſti qvi omnium bonorum operum remunerator eſt largiſſimus, ipſe pro ſua ineffabili miſericordia ſit T. h. retributor. Amen. Venerande Pater! ternas accepi literas a T. h. miſſas hac æſtate, qvibus hiſce unis reſpondebo, qvamvis minus, (ut ſoleo) familiariter & indocte. Priores illas attulit D. Jonas, cujus infortunium non minus Te doluiſſe intelligo, qvam lapſus qvondam Oneſimi Divum illum Paulum, qvem domino ſuo omnibus modis reconciliare ſtuduit. Et qvamvis veſtro nomine vel qvidvis facturus, non tamen viſum eſt ipſi Domino Gislao & mihi ut tam cito in (officium) recipiatur, propter nimis freqventes hujusmodi lapſus. Nam etiam hac hyeme duo alii ſacerdotes lapſi ſunt, unus in crimen adulterii, idqve ſecunda vice, alter autem inceſtum cum filii ſui concubina, neſcius tamen commiſit. Suſpendetur ergo Dominus Jonas hoc ſolummodo anno, at ſeqventi anno reſtituetur in officium, cæteris in ſimilia lapſis, omni ſpe reſtitutionis in poſterum abſciſſa. Porro qvantum ad J. B. attinet, conveni ipſum, qvi prima fronte valde indignabundus propter literas illas Reg. Majeſt. eſt viſus, qvi etiam per ſuos choriphæos toto hoc anno occaſionem contra me qvæſivit; ſed Dominus me conſervavit. Deinde cum intelligeret me velle in Daniam enavigare, ſi ulla vis aut injuria mihi irrogaretur, ſenſim illa indignatio deferbuit, ita ut in poſterum mihi ſuam amicitiam & operam in qvavis re honeſta & utili promitteret, (Cicerone tamen ſubinde illud Opicarmi dictum meo animo occinente:* memento diffidere). *At qvantum ad Epiſcopalia illa bona qvæ omnino non ſolum ille nobis invidet, ſed qvidam alii mei conterranei homines valde impii & invidioſi etiam omnem lapidem movent ut iſti reditus diminuantur, qvo tandem ſchola, ipſa etiam religio deficiat. Et jam tandem popoſcit a me Bocholt libellum redituum epiſcopalium, qvem cum ad ma-* *mus*

formitas qvodqve plurimi occæcati præjudiciis, inveteratas libidines pro peccatis non habuerint, plus ſimplici vice indicavimus, qvi ut melius informarentur,

---

nus haberem, dixi tamen me ſeqventi anno ipſi daturum. Et qvia audio ipſum Bocholt omnes reditus hujus inſulæ certa pecuniæ ſumma emiſſe, 2500 videlicet daleris, omnino mihi timeo, niſi dominus adjuverit. Adjungo his literis exemplum Regiarum literarum, qvibus mihi hoc officium demandatur; ubi inter alia continetur: Meth den renthe ſom ſuperintendenten der ſame ſtedtz er tillagt; *At illæ litteræ anteceſſori datæ, neſcio qva negligentia perierunt. Mitto autem vobis libellum redituum & expenſarum inſpiciendum, unde facile colligere poteſtis qvid mihi reliqvum ſit, niſi invidia & labor, difficultas rei domeſticæ & omnium neceſſariarum inopia. Poterit dominus Arngrimus iſtas noſtras rationes explicare, nam in materno idiomate ſunt conſcriptæ. Præterea de meo ſtipendio, ſeu his reditibus de ſingulis annis pauperioribus & emeritis paſtoribus circiter* 100 *daleros* i leiger oc landgilder. *Et qvia timeo ipſum Bocholt, ubi hos amplos (ut ipſe dicit) reditus ſine ulla expenſarum mentione apud Regiæ Majeſtatis Conſiliarios mihi diminuturum, cogit me & impellit dura neceſſitas, ut ipſius conatus antevertam, hac ratione, ſi velit Tua humanitas pro innata & ſolita clementia a Regia Majeſtate hujusmodi literas impetrare:* Att epterthi ſalig Kong Chriſtian haffer Guds Ord oc Religionen til beſte den Schole til Hole funderet met viſs Rente for Scholen, oc der ſkulle udi vere 24 Peblinge, at jeg motte da obehindrett foruden nogen Penſion eller Afgift nyde, bruge oc beholde alle Leger oc Landgilder aff Domkirkens Jorder til Scholens, Gaardſins oc Kirkens behoff, oc icke aff nogle ther ſkulle klagiſt, dömiſt enten Jorder eller andit fra Domkirken, uden det ſkeer aff Kongl. Majeſt. tilladelſe. Item att jeg eller mine fattige Erffinge icke ſkulle beſveriſs att ſvare meere Inventarium end ſom jeg hafver annammit, oc det Regiſtrum utviſer ſom mig var antvordit aff min Forværere. *Magna hæc qvidem res eſt, venerande Doctor, ſed in tali caſu præſens abſens non habeo alium, a qvo qvicqvam vel conſilii vel auxilii audeam orare aut ſperare, remotus, ignotus, pauper, & contemptus; Et hic ſi T. humanitas in hac re opem non ferat, certe vereor nobiscum actum; Neqve vellem Bocholt qvicqvam de hac re ſcire, nam is præcepit & promiſit me neqve de religionis negotiis qvicqvam ſcripturum ad Vos, cujus ipſe non etiam fieret certior, promittens interim ſuam operam; qvapropter alias, qvas ad T. h. do literas de qvibusdam aliis rebus, poterit ille bene inſpicere, & de iisdem fere ad ipſum ſcribo, de ipſius magnifica promiſſione periculum faciens Porro qvantum ad ſcholam meam attinet, manet hic Sigvardus, qvi hoc anno non infeliciter pueros inſtituit, & magnam adhibuit in officio diligentiam, ſed Arngrimum exſpecto, neqve conſultum eſt ut diutius emaneat propter uxorem & liberos; Nec poſſum in animum inducere meum, illum qvicqvam, qvod non decet pium virum & legitimo matrimonii capiſtro ligatum, conari; & eumdem T. h. alio anno emittam juvenem, qvem ſpero ingenioſum, ſed unus mihi in ea re obſtat ſcrupulus, ſcio qvosdam qvi a J. B. audierunt ipſum non velle ut ſint Islandi ludi moderatores hic; mihi non dixit, ſed domino Gislavo, qvod ſi ſic eſt, certe hoc facit ut nobis ægrefaciat ea ratione. Non dico qvod malit lites & diſcordias,*

marentur, & ut ipse rem exprimit, consolarentur, majore eruditione opus esse videbat, qvam apud gregarios hujus tempestatis Sacerdotes
Ccc 3 invenie-

discordias, qvam piam inter conterraneos concordiam. Et ipsius svasu existimo Matthiam ludi moderatorem Skalholtensem noluisse locum dare Stephano, qvem tamen ex literis & superioris anni & hujus domino Gislavo missis intellexi T. h. libenter ad illam scholam adjuvisse; Et si miseri adolescentes, qvi in summa paupertate non sine vitæ periculo & mille mortibus, (ut sic dicam) discendi gratia in alias terras se conferunt, suaqve & miserorum parentum bona consumunt, nullam postea vocationem honestam nanciscuntur ubi redierunt, tum profecto etiam hac in re videre est qvam iniqve sit apud nos comparatum, proh dolor, neqve ego svasor illis miseris esse possum, si sic res agatur, sed scio hoc malum a T. h. sola averti posse. Cum autem domine Doctor sciam ipsum Stephanum esse honestum & pro illa schola satis doctum, etiam hac in re T. h. interpello pro ipso, ut peculiaribus literis velit T. h. ipsi scholam illam Skalholtensem commendare, nam alioqvin dicit ille Matthias se non cessurum; Et si Arngrimum non exspectassem, jam dudum meæ scholæ ipsum Stephanum præfecissem, at mihi idem est, sive Danum, sive Islandum, velit T. h. mittere ad me, modo potero necessaria ab istis deperditis Marci mercatoribus mihi comparare; Sed qvam iniqve res apud nos agatur, dici non potest, dominus qvi misericors, ipse etiam ultor existit. Vini solummodo dimidiam tonnam accepi, qvod qvantum sit pro omnibus hujus diœceseos pastoribus, novit Arngrimus, qvod si non majori copia advehatur, omnino in multis ecclesiis a sacramento abstinendum erit, aut altera specie, ut in papatu, utendum. Tonnas illas polentæ a T. h. præter exspectationem jam missas accepi ab isto Ottone D. & etiam Graduale cum papyro, pro qvibus omnibus gratias ago qvam possum maximas, & cum non ignorem valde improbum esse nova prius efflagitare beneficia, qvam pro veteribus satisfecisse, tamen humanitate Tua motus, & bonitate invitatus, audeo præter illas Regiæ Majestatis literas etiam de novis sollicitare beneficiis; oro ergo ut mihi mittantur seqventi anno Chronicon Carionis Philippi, Sleidanus latine, & Josephus latine scriptor antiqvitatum Judaicarum — lupuli, inprimis autem illa qvæ pro arte typographica superiore anno petii. Qvæ in psalmos pœnitentiales hisce duobus annis annotata sunt, spero cum domino Arngrimo me accepturum; Etsi forte qvæ nova a Domino Doctore H. edantur, vellem certe habere. Porro qvantum ad sacerdotem illum qvem Bocholt se iterum in officium restituisse fatetur, attinet, nescio me tale qvicqvam fecisse, sine ipsius consensu, qvare existimo de domino Gislavo dictum esse, nisi sit qvidam nomine D. Gunnlogus (Arngrimus ipsum bene novit) hunc ego cum consensu ipsius Bocbolt, cum propter insignem ruditatem, tum lapsum qvendam ab officio deposui, nam is ad qvendam ægrotantem vocatus, tertio tandem die venit, isto misero jam tum sine sacramento & aliqva consolatione extincto. Qvanta autem sit ignorantia qvorundam pastorum, qvos cogor ferre in perniciem certe animarum, ex hoc unico exemplo poterit T. h. colligere: Erat hoc anno qvodam in loco infans a laico in necessitate (ut fieri solet) baptizatus, sed postea ad pastorem ejus loci allatus; ibi pastor puerum rebaptisavit, tantum ideo, qvia ille alter
voculas

inveniebatur. Hanc itaqve, utpote magni momenti, caufam Regi retulit, qvi anno 1576 mandavit (a), ut facinorofi omnes, qvi fumme enormia commiferant crimina, in templis cathedralibus, ab ipfo Epifcopo aut ejus vicario abfolverentur (b), qvod cum qvibusdam, præfertim viris Politici

---

voculas duas transponendo hac forma ufus eft; Jeg döber dig, Hans &c. *cum dicere debuiffet:* Hans jeg döber dig &c. *Clamant me durum effe qvod eum ob infcitiam depofuerim, confului Job. Bocholt, fed ille omne iftud onus in me rejicit, nam nihil hinc lucri fperandum eft; Vix novit ille mifer facerdos ex poftilla recitare enarrationem, ne dicam, qvod vix fciat memoriter textum Catechifmi. Si fcirem mihi pro ipfo non reddendam rationem fuo tempore, libens ipfum ferrem, exfpecto autem Veftrum in hac re confilium, qvod nifi accepero, non audeo curam animarum ipfi committere. De Præpofitis meis coadjutoribus eorumqve officio & fuftentatione non nihil fcribere, cum ut fciat T. h. noftras conditiones, tum ut confilium accipiam. De falario iftorum & qvid ad ipfum Bucholt de ea re fcribam, in fecundis illis T. videat humanitas, hoc folum jam dico, qvod magnum odium ipfius Bucholt & præfectorum provincialium ea re incurri, nam omnino volunt nobis dominari & religioni. Erat unus ex meis æmulis, qvi aperte dixit fe effe* Lehnsmand, *cujus Ordinatio Regia multis in locis meminit, at ego folum Præfectum feu* Lehnsmand *agnofco, vere enim qvi Regiæ Majeftatis nomine totam aliqvam provinciam adminiftrat, qvalis eft ipfe Bocholt; Cæteros autem, qvos nos* Syflumend *vocamus, eos, ni fallor, Ordinatio præfectos provinciales appellat. Caufa hujus controverfiæ hæc erat: cum Præpofitorum & nomen & officium jam amiferint ipfi* Syflumend, *voluerunt iterum meo officio & religionis negotiis fefe hoc Lehnsmands nomine immifcere; & facile conceffit Bocholt, qvia tum non ægre tulit etiam fi qvid mihi effent molefti. Qvantum ad abfolutiones attinet, de qvibus fuperioribus annis fcripfi, laterem, ut dicitur, lavo; Nam Præfecti non volunt permittere, etiam ipfi facinorofi obedientiam mihi ea in re præftare recufant. Præfecti optime illud Ovidii norunt;* Eft piger ad pœnas princeps, ad præmia velox. *Cogor ergo palinodiam canere (ut dicitur), cum tamen fciam difciplinam hanc fumme neceffariam propter inordinatos mores nefarios libidinum qvæ hic impune toties defignantur; Vita hujusmodi fceleftis conceffa videtur contra Reg. Majeft. tot ferias de puniendis hujusmodi fceleratis admonitiones; Sed qvod corrigi non poteft, cum dolore & gemitu ferendum judico.*

(a) Vid. fupra pag. 23.

(b) Dignæ funt, qvæ hic legantur, noftri ad Epifcopum Paulum Matthiæ literæ, de hac re & aliis agentes, anno 1578 fcriptæ: *Reverende Domine Doctor & pater in Chrifto amantiffime! Intelligo ex Domino Arngrimo & ex literis in Aprili fcriptis T. h. cum uxore & familia bene & feliciter valere, unde merito & ex animo gaudeo, gratias ago deo, oroqve, ut meum hoc gaudium qvam diutiffime vigeat. Ego & uxor & potiores adhuc Dei beneficio confervamur: Soror nuper mihi obiit & parvi liberi fubinde*

Politici Ordinis, qvi pleraqve Gudbrandi facta carpebant, nimis durum nimiiqve

---

inde ex hac misera vita evocantur; utinam in æterna vita conjungamur, amen. Reverende Pater, ea, qvæ per schippher Niels a T. h. missa sunt, accepi omnia & ago T. h. gratias maximas, & ne omnino ingratus reperiar, per eundem nauclerum remitto 1 tonnam butyri, & per Skipher Engel antea miseram 120 pisces, matri mitto 1 tonnam och er der udi nogen rikling och sunnmag som vii kalder, *si ultra qvid hujusmodi mitti volueris, significet, & dimidiam tonnam mellis etiam rogo; remitto pecuniam 10 daleros, qvæ omnia oro ut boni consulet T. h. Nicolao & Baltazaro etiam spero satisfactum iri. Jam ad T. h. epistolam ordine respondebo: idqve solita elegantia, seu potius* kramarlatina, *qvæ jam pridem satis T. h. constat. 1) Qvod ad illas curias attinet, qvas Walkendorph iniqvum putat ex monasteriorum sumptibus conservari; Respond. ille bonus vir non recte intelligit qvomodo se habeat cum his curiis; 100 daleri aliqvot jam annis sunt inter pauperes sacerdotes distributi: qvi omnes sacerdotes suas jam tandem habent curias alias, qvamvis pauperes & sine ullis reditibus,* men for disse 100 skulde de nu som jeg merker arligen tage landgilde aff nogle jorder som ligger her och der, och ingen aff presterne boer paa forneffnde jorder, icke kunde di heller vere fuldmectig oc rade for samme jorder: skullde nu klosterholderne rade for forneffnte garde och icke holde dem vid magt, svo bleffve de snart öde. *Omnino ergo oro ut Pastores suos retineant daleros, potius qvam ut cogantur suis miseris sumptibus prædictas curias conservare & reædificare. 2) De mercede Præpositorum: qvam contra omne jus & æqvitatem sibi attrahunt* di Syssumend; *Mones ut a suspicione falsi me liberem; Hæc profecto res mihi dolet in re aperta me ab illis mendacii insimulari; novit ipse Bocholt, & norunt omnes alii qvi verum volunt fateri, illam pensionem* Syssumands giefftoll *nunqvam ad rationes Regias pertinuisse, multo minus pensionem Præpositorum qvam cum officio & nomine Paulus Stigotus primus paulo ante obitum in laicos transtulit; si verum esset qvod isti dicunt, profecto me ipsum maxima pœna dignum judico, qvi falso & mendacio vellem imponere R. M. Deus me conservet ne etiam T. h. in tale periculum mecum traham.* Jeg sender ether Pals Stigsens eget breff, ud aff hvilket opinbert er att presterne som enda vaare profaster effter papistiske viise stode allene regenskap aff tiender och sagefall, men icke aff giefftolle, ti det var deris lön; Saa sender jeg nu ether nogle frome mends vidnisburd som verit haffver syssumendt och profaster her for norden, och haffver de hverken giort regenskap aff syssumendz giefftoller, icke hellder aff profast giefftollder, oc en aff dem er endnu syssumandt, och er alle aff oss vitterligt att hand haffver alldre begeret disse profast giefftoller, *ne suam lædat conscientiam;* men den Gullbringe syssel &c. haffver fovederne sielff aff Aralds tiid hafft paa K. M. vegne som jeg kand tenke, men om andre sysler eller herret er det anderleidis &c. *Puto ergo me jam satis apud vos purgatum de hac re, si domino qvestori aut aliis non est satisfactum his testimoniis, bene est,* det ma saa vere. *Spero etsi accipiant mercedem hanc, suam tamen iniqve a domino habebunt: Si qvi sunt fideles &c.* kand der och icke beder verde formedelst ethers tilhielp; da lader de syssumend bruge och beholde

disse

nimiiqve plebis ſumtus conſtare, aliud poſt biennium acqviſiverunt Re-
ſcriptum

diſſe giefftolle. *Non volo ulterius hac de re contendere, hoc ſolum addo, (ſi qvis me lucri gratia hoc agere dicat) ad me ex hac penſione nihil omnino pertinere Deus novit, ſed ideo hæc ſuperiore anno ad vos ſcripſi, qvia Præpoſiti non volunt ſuum officium facere, cum iniqvum ſit illos laborare, alios illorum mercede gaudere. De abſolutione audio Bucholt Regias literas huc attuliſſe, qvas tamen nec audivi, nec transſcriptum mihi voluit mittere; non volo ulterius de hac re pugnare, feci qvod potui, & gaudeo mea conſcientia, de pietatis ſtudio nihil mihi vendico, nec ignoro qvam impium ſit hac in re gloriolam aliqvam qværere, & ſane non video qvomodo illud in hac fieri poteſt; De lucro miror bonos viros vel cogitare velle, nedum mihi objicere; qvam enim horrendum & indignum ſit hoc facinus, aliqvod hac in re lucrum qværere, bene ſcio, neqve novum eſt optime facta in peſſimam detorqveri partem, eſt qvoqve ſathanæ ſuum ſtudium; jam etiamſi ſtudium lucri mihi objiciant, cur noſtri Præfecti lucrum de ſacramento & abſolutione ipſi captant? ſi qvis committit adulterium aut ſcortatur, ſtatim accedit* Syſſumandinn, *& ab eo emit ſacramentum certa mulcta, qvam ſi non poteſt ſolvere, aut non vult, tam diu a communione ſuſpenditur, ſi autem ſatisfaciat Præfecto, ſtatim mittitur ad vicinum Paſtorem cum mandato ut ipſum communicet; Item ſi qvis de aliqvo ſuſpectus habetur crimine, prohibet Præfectus ipſi dare ſacramentum, nec exſpectat donec certis teſtimoniis reus convincatur (non dico de omnibus Præfectis, ſunt enim inter ipſos & pii viri); de hoc lucro mei boni adverſarii tacent: Qvid eſt ſacramentum, aut Chriſtum in ſacramento vendere, ſi hoc non eſt? Ita ut jam in proverbium abiit:* minoris jam, qvam olim, Chriſtum venire, *horreo dicere, ſed habent pro ſe* Ordinationem: Nullus homicidarum & &c. *Num ergo vult Regia Majeſtas illa ſatisfactione a ſe & ſuis Præfectis emi ſacramentum? Jam ſi reus non poteſt ſatisfacere læſæ parti, nonne pars læſa etiam poteſt reo prohibere ne abſolvatur? De utroqve enim idem dicit* Ordinatio, *neqve hoc volo ut ante reconciliationem admittantur, ſed venditionem & gloriam & lucrum deteſtor, qvaſi illis commiſſa ſit cura clavium ligandi & ſolvendi pro pecunia & ſuis affectibus. Qvoniam ergo poſſumus, qvæſo, nos uti clave ligante & ſolvente, qvam illi re ipſa habent, nos nihil aliud qvam illorum miniſtri, cogimur abſolvere qvos volunt, excommunicare qvos jubent, illi domini ſunt ſacramenti, nos illorum ſervi; hic eſt cardo controverſiæ inter me & ipſos, jam amiſerunt tantum nomen Præpoſitorum, ſed clave eccleſiæ volunt uti, mercedem miſerorum Paſtorum habent, ſacramentum videntur vendere; hoc qvoniam impugno, gloriam & lucrum dicor qværere, vel autem ut nec prohibeant ſacramentum, nec concedant, ſuam tamen accipiant mulctam, noſtrum autem eſt & aliorum Paſtorum videre ne indignis porrigatur ſacramentum; Hinc jam T. h. indicet utri rectius lucri & inanis gloriæ notari poſſunt. De monaſteriis elocandis intelligo Walkendorph judicare,* att dett kand icke ſkicke ſig att preſter ſkulle for cloſterne rade; *cauſa hæc eſt, apud meos homines talis eſt conſvetudo,* nar en haffver cloſter eller anden forlening aff Lensmanden, ſtrax kommer en anden oc biuder offver, oc giffver derforuden ſkenk oc gaffver; denne ſkenk gaff mand icke om K. M. ſkickede kloſterne til

preſte-

ſcriptum datum 15 Maji 1578, qvo Præpoſitis hæc ſparta mandabatur (a). Tandem vero Jonæ Nomophylacis (ut veriſimile eſt), qvi anno 1593 Havniæ fuerat, inſtinctu & operatione factum eſt, ut qvisqvis in ſua parœcia abſolvi juberetur, qvod Reſcriptum datum eſt 25 Aprilis 1594 (b), qvo id tantum effecit, ut Gudbrandi pius conatus & intentio incaſſum caderet, Eccleſiæ autem, prout tum temporis ejus ſtatus fuit, non multum nocuit, rarius enim jam, qvam prius, tam enormia audiebantur ſcandala, pluresqve jam Sacerdotes, ſi qvando acciderunt, tales peccatores pro merito arguere & informare potuerunt.

§. 20.

Qvantam Papicolæ cautelam adhibuerint, ne cognati, aut affinitate propius qvam qvarto & qvinto gradu juncti, conjugium contraherent, ex

preſtegorde &c. *Sed dubito R. M. aliter judicare, & de hac re & aliis* om det bleff for hans nad berettet klarlegen. *Qvod autem ad literas Regias impetrandas attinet, qvibus mihi navigandi poteſtas concedatur, non opus eſſe judico hoc anno eas impetrare, cum forte omnia, prinsqvam eo venero, ſint contra me concluſa, præterea omnes miſeros meos reditus in biblia excudenda neceſſe habeo conſumere, qvapropter, ſi maxime vellem, non poſſum ante abſolutum illud opus ad vos venire,* derfor ma det ga ſom det kand om allt det nu er omſkreffvet. *Porro qvod attinet ad Dominum Arngrimum, non habeo qvod ſcribam; de redintegrando conjugio inter mulierem & ipſum ſum locutus, ſed ejus rei nullam adhuc mihi ſpem fecit, intelligo & ipſum & mulierem ſeparatim honeſte velle vivere, qvod ſi promiſerint & fecerint, puto ſine ſcandalo illud fieri poſſe, ſi recte intelligo qvod Paulus* 1 Cor. 7. uxor a viro non ſeparetur, qvod ſi ſeparata fuerit, maneat innupta, aut viro reconcilietur, & vir uxorem non dimittat; *ſi ergo reconcil. & conſum. con. inter ipſos non perſvaderi poteſt, exſpecto Tuum hac in re conſilium, an non poſſint ſine ſcandalo ita vivere ſeparatim, an vero cogendi ſunt ad cohabitandum, & qvibus rationibus id fieri debeat. De ſchola ſolo hoc anno retinenda intelligo T. h. illi ſpem feciſſe, ſed libere illum diutius retinerem, modo ut hactenus, ita & in poſterum, ſit in officio diligens & ſedulus. Dabo operam ut omnia, qvantum fieri poſſunt, rite agantur. Iterum etiam ex mea ſchola mitto adoleſcentem, qvem apud vos honeſtarum literarum gratia aliqvamdiu manere vellem, oro, qvoniam pauper eſt & pauperes habet parentes, exſpectantium albo qvam primum ut inſcribatur.*

(a) Vid. ſupra pag. 64.

(b) Vid. ibid. pag. 52.

ex eorum legibus notum eſt, qvod non ob aliam cauſam feciſſe videntur, qvam ut hac tam iniqva, ſed late patente lege, magnam mortalium multitudinem retis inſtar protenſa illaqvearent, ut pecunias ab iis exigendi eo plures haberent occaſiones, nam dici vix poteſt qvam fæcundum telonium conjugium & cauſæ ad id pertinentes Pontificiis fuerint. Hancce legem *Chriſtiani III Ordinatio Eccleſiaſtica* refigit, vetans qvidem ne conſangvinei in tertio gradu convenirent, qvod aut infringere, aut obſcuritatis arguere qvidam Politici, antiqvamqve Pontificiorum conſvetudinem poſtliminio revocare ſategerunt, qvod non ferens Præſul, rem, ut ipſi moris fuit, Regi detulit, qverens antiqvum illud jugum, qvod parentes ſui portare non potuerunt, denuo ſuis imponi cervicibus. Cui Rex gratioſiſſimo Reſcripto dato 30 Aprilis 1585 obviam ivit (a), permittens, ut Islandi perinde ac alii ſui ſubditi in tertio & qvarto gradu conjuncti, conjugium inirent, modo aliæ non obſtarent cauſæ, ſevere tamen prohibens, ne propius ſemet attingentes congrederentur.

§. 21.

Cum Magiſtratui politico noſtratium qvorundam peregrinationes, præſertim eorum qvi qveſtum injurias aut eorum acta accuſaturi exierunt, ſummopere diſpliceret, nec ſufficere videretur, qvod ſolos æmulos aut cum qvibus aperte controvertebatur, impedirent, cum periculum eſſet ne alii eorum cauſas acturi, ſed alio nomine & prætextu idem tentarent, facta in foro generali conſtitutione, ne cuiqvam, cujuscunqve negotii cauſa, ſine eorum permiſſione extra patriæ fines pedem efferre liceret, niſi ſe certis, ab ipſis præſcriptis, ſed duris admodum adſtringerent conditionibus, qvod permultis, qvi aut ſtudiorum, aut etiam rei familiaris conſervandæ gratia peregre proficiſci neceſſum habuerunt, maximo fuit impedimento, cum vix qvisqvam eſſet, cui aliqva ſuſpicio objici non potuit, qvod ut intolerabile ſervitutis jugum Præſul aliiqve cordatiores patriæqve amantes magnopere deteſtabantur, ad Regiam deferens Majeſtatem Gudbrandus reſcripto dato 20 Martii 1573 (b) cauſam ſubminiſtravit, qvod non parum ad literarum in Islandia profectum contuliſſe videtur.

§. 22.

(a) Vid. ſupra pag. 27. 48.

(b) Vid. ſupra pag. 19.

§. 22.

Qvænam, aut publice in Synodis præter supra (a) allata, aut per literas patentes (qvas vocant *Circulares*) diœceseos Sacerdotibus monita dederit, nos latet, nam injuria temporum perdita puto, passim autem in præloqviis librorum a se editorum, & hos, & alios, officii monet, librumqve qvendam anno 1596 edi curavit, cui titulus est: *Aminning til Andlegra.* Cumqve probe sciret, qvanta esset qvorundam Sacerdotum, non tantum inscitia & ruditas, sed etiam librorum penuria, *Postillas*, ut vocant, seu Expositiones in annua Evangelia *Viti Theodori* & *Panchratii*, ut & *Conciones in Passionem* in sermonem Islandicum transferri, & in publicum prodire curavit, in eorum (ut in præfatione profitetur) gratiam, qvi templa adire impediuntur, forte etiam, ut inde rudiores Pastores inde haurirent qvæ loqverentur, si aliud non haberent. Nec minorem curam juventutis egit, unde *Lutheri Cathechismum* sæpius imprimi curavit, aliosqve libros, qvi rudiorum informationi inservire possent, vixqve ulla exstitit Theologiæ, sive Theoreticæ, sive Moralis, pars aut species, qvam non aliqvo libello popularibus inculcare operam dederit, ut ex Catalogo (b) librorum ab eo in vulgus emissorum patet, qvos omnes vulgo utili & statui legentium adaptato præloqvio ornavit.

§. 23.

Cæremonias sacras in templis observandas easdem maxima ex parte retinuit & observari curavit, qvas Paulus Stigoti suis constitutionibus introduxerat, sed discrepantiam qvæ a primo Reformationis exordio in publica liturgia, præsertim Psalmodia, fuerat, qvadamtenus sustulit Friderici II. Rescriptum 1585 ad utrumqve Episcopum missum (c), sed penitus eradicavit prima *Gradualis Islandici* editio, qvæ communi Episcoporum, Gudbrandi & Oddi, consensu & opera adornata, sed ab Oddo erudita præfatione vulgo commendata fuit. At in negotio *Ordinationis Ecclesiasticæ*, qvod illis unacum Præfecto Bucholtio & utroqve Nomo-

 phylace,

(a) Pag. 383 sqq.

(b) Vid. supra pag. 378 sqq.

(c) Vid. ibid. pag. 26.

phylace, datis ad omnes illos literis, Hafniæ 24 Aprilis 1598, mandatum fuit (a), ut conficerent, convenire non potuit, cum qvisqve fuæ sententiæ adeo tenax effet, ut nemo alteri cedere vellet, resqve ideo incaffum abiret, qvod in caufa fuit, ut *Chrifliani IV. Norvegica Ordinatio* Islandis injungeretur, qvam Oddus Epifcopus paulo poft in lingvam Islandicam tranftulit.

§. 24.

Varias cum variis lites exercuit, qvarum famofiffimæ fuerunt: Cum Bucholtio; Magna qvidem primo huic Præfecto & Præfuli interceffit amicitia, ita ut Præful ei fphæram noftræ elevationi accommodatam, ac fua manu exftructam, ut fingulari amico, aliqvando obtulerit. Sed cum Bucholtius 100 Joachimicos, qvos Rex pauperibus Holanæ dioecefeos Sacerdotibus, affignaverat (b), folvere tergiverfaretur, Præful fibi neceffitatem impofitam rebatur, ut de eo apud Regem qvereretur; Qvod Bucholltius ex diffamandi pruritu proveniffe putavit, unde eorum amicitia non tantum refrigefcere cæpit, fed etiam in odium converfa eft. Alteram & majoris momenti controverfiam cum Jona Nomophylace habuit, licet enim primo amici effent, varia tamen paulatim inciderunt difcordiæ femina (c), qvæ tandem in apertum eruperunt odiorum incendium. Nec levis fuit, qvam cum hæredibus Gotfkalki Epifcopi habuit, controverfia, præfertim de prædiis Holo & Beffaftadis, de qvibus mox plura dicendi locus erit. Tandem etiam templorum reditus a laicis, ut voluit, retenti & abalienatæ eorum villulæ, largam illi litigandi materiam fuppeditarunt, unde primos, qvos in Epifcopatu vixit annos 20, aut plures, in continuis transegit controverfiis & caufarum actionibus, cumqve fæpius illis caderet, nam qvamdiu Bucholtius & Jonas Nomophylax una fuerunt, victoriam vix fperare potuit; iftud acre ejus & elatum ingenium fæpius ita exafperavit, ut lingvæ vix temperare poffet, unde in multorum offenfas incurrit.

§. 25.

(a) Vide loc. cit. pag. 56.
(b) Vid. fupra pag. 17.
(c) Qvantas, & qvam iniqvas Epifcopo moleftias Jonas creare conatus fuerit, ex illorum mutuis epiftolis liqvet. Exemplum monftrabit epiftola infra ad finem Cap. Litr. A.

§. 25.

Eſt in Toparchia Skagfiordenſi non ignobile prædium, nomine *Bard in Fliótum* qvod qvondam ad laicos pertinuerat, ejusqve poſtremi poſſeſſores fuerunt Brandus Nomophylax & ejus filii. Cum hoc Brando Olaus Rögvaldi Holenſis Epiſcopus graves diu exercuit lites, illoqve mortuo cum ejus filiis, qvibus tandem prædium Bard expreſſit, & in præbendam Eccleſiæ Holanæ convertit, de qvo ut injuſte facto eorum hæredes fruſtra muſſitabant, usqvedum Jonas Jonæ filius, officiis, qvæ gerebat, (fuit enim Nomophylax, Toparchiarum Hunavatnenſis & Snæfellenſis Prætor, conductor prætcrea cænobii Thingeyrenſis, & Redemturæ Stapenſis ſive cœnobii Helgafellenſis, id enim nomen jam ſortitum fuit) divitiis, qvas habuit, affluentiſſimus, & tandem gratia Regiorum Præfectorum florentiſſimus, hocce prædium, ſibi vindicare cæpit (a), poſtqvam uni

(a) Qvo procedendi modo Jonas hac in cauſa uſus fuerit, ſeqventes Epiſcopi Gudbrandi ad Præfecti vicarium literæ docent: " Venlig helſenn medt Gudt ether alltyd forſendt. " Kiære Peder beſönderlige gode ven och broder, jeg giffver ether tillkiende att Jon " logmandt haffver meg tilltalet om en halff jord pa Thingöre klöſters vegne, hand " mener att kloſtret medt riette ſkal tillhöre, men haffver nu vered obeklagett i alle " made under domkircken mer enn ett hundred ar, och haffver hann begerett att jeg " villdi komme och möde hannom i rette, nu pa dette althing om diſſe forſchreffne " halff jord, men efſterdi jeg er bleffven nogett lad och trett, att haffve den bekoſt- " ning och omag derhen pa dette klagemall att riide, jeg bekommer hverken x eller " xv C. for myn reiſe ſom hand giör, derfor vil jeg giffve ether myn meningh ganſke " venligen tillkiende, att efſterdi Jon logmandt begierer att klage deſſe hallffve " jord, da er jeg vell thilfrids att det kommer for dom och retth, med ſvoddan vil- " kaar udi ethers nerverelſe, eller denn ſom hoffvitzmandt bliffver ſetth offver landit, " nu ſtrax i ſommer förendt Kongens ſkep ſigler aff her udi Skagefiord, och att der " bliffver tillkalldet om att döme halffparten aff preſtmendt her udi ſtigtit och halff- " parten aff legmendt, de ſom jeg vedt att riettferdige ville vere udi denne ſag pa " baade ſyder, det andeth er jeg vill och begiere pa kirkens och kronens vegne, att " udi ſamme ſted och tyd her i Skagefiord ſkal forſchreffne Jon lögmandt möde for " K. Maj. liensmandt offver landit och meg, om en preſtegard och beneficium ved " naffn Bard, vorder ſo gott ſom for vi hundrede daler medt all ſin tilliggelſe, hvil- " ken beneficium handt haffver udi Johann Bucholltz tydt for gunſt och effter hans " tillladelſe imodt K. Maj. obet breff ſig tillkiöpt itt fremmede klagemaal aff andre " folk, ſom hannem inted pa ſchlecht eller burd tillhör, och haffde ſamme gard verit " under kirken eitt fry beneficium mer en 80 ar, och haffver forneffnte Jon logmandt " ſielff der ſom handt var i ſamme tydt Kongens forleningsmandt, fogede och liens-

" mandt

uni hæredum Brandi, Petro, tantum non invito, ut teſtimonia hac de re adhuc exiſtentia teſtantur, jus retractus elicuerat; ad qvod Epiſcopus, qvamdiu eorum amcitia floruit, connivere viſus fuerat, ſed cum refrigeſcere inciperet, Præſul de prædio Bardenſi litem movere cœpit, cumqve de eo diu controverſiæ ſerram, præſidente Bucholltio, fruſtra reciprocasſent, tandem in ejus locum ſuccedente Laurentio Kruſe, qvi hujus litis componendæ gratia anno 1589 in Holanam diœceſin iter ſuſcepit, idqve effecit, ut Nomophylax prædio controverſo cum omnibus ad illud pertinentibus cederet, & anno 1590 in dicaſterio generali accedente aliorum procerum interceſſione in concordiam redirent, qvæ vix unum duravit annum, ut ex dicendis patebit.

§. 26.

" mandt her i ſyſlen, baade ſielff anklagett och ſig ſiellff tilldömt dette forneffnte kro-
" nens och kirkens beneficium, foruden all forſvar, genſvar aff nogen paa kronens
" och kirkens vegne, och halldet det ſom hans rette tillkiöber arf och egendom, vill
" nu forneffnte Jon lögmandt möde udi rette her i Skagefiord udi hoffvitzmanſis ner-
" verelſe ſom forneffnt ſtaar, da er jeg dermett vel tillfreds att hoffvitzmanden medt
" andre frome forſtandige mendt baade leg och lerdt kunde ſee och forhöre medt
" hvad lou och reth kronen och kirken haffver det forneffnte beneficium miſt, och
" de arme fattige preſter deris hielp och underholldning ſom det burde att vere; Dette
" vill jeg ether ochſaa denn tillkommendis hoffvitsmandt venligen dog alvarlegen till-
" kiende giffve paa kirkens och fattige preſters vegne, paa det jeg icke ſom en otru
" kirckens och kronens tiener ſkal inn till myn död och affgang til och ſamtycke
" udi ſlyg en oriettferdig handell, udi hvilken ſag jeg icke kandt andett en ſyge
" eder till eller liensmanden paa kirckens och kronens vegne, ſom ditte fattige and-
" lige godtz ſaa her i landit ſom anderſtedtz haffver tagett under hans nadis forſvar
" och beſchermelſe, och begierer jeg att jeg matte medt ethers ſchriffvelſe vide hoff-
" vitzmandſins och ethers vilge udi denne forſkreffne ſag. Diſligeſt kiære Peter eff-
" terſom jeg haffver fornummet och y matte forſta i fior ſommer paa althing der er
" mange ſom meg giffver ſchylld, att jeg ſkall haffve begerett denn ordinantz och
" articulos ſom der bleffve forganget ſommer oppleſt och aff ſomme utklappet, ſaa
" haffver jeg nu befallet myn tiener Dade Jonſſon att handt ſkall medt eders gode
" raad och ſamtycke leſe myn undſchulldning for louretten, hvarom jeg beder att y
" tillhielper; Den evige Gud i himelen handt vere medt ether och hannom befaler jeg
" ether till liff och ſiell. Kiere Peder jeg vedt att y kommer i hau um den jord ſom
" myn prenter haffver y forlening, att y tager antens kvittens eller copi aff hanz
" breff for eders rekenſkap ſchulld; Hollder mig dette y beſte meninge.
" Aff Hole 20 Junii anno 1589.

Ether alltyd velvilligh
Gudbrandur Thorlachsſenn.

§. 26.

In Refcripto ad Bucholtium, dato 1571, Rex, ut Sacerdotibus diœcefeos Holanæ, ex qvovis prædio cujuscunqve tandem poffefforis effent aut dominii, exceptis tandum cænobiorum propriis fundis, & pecore qvod in illis fuftentatur, decimæ expenderent, jam vero qvidam templis illas folvere, nefcio qvid caufantes, tergiverfabantur (a); præterea qvidam

(a) Hanc & plures tergiverfationes Gudbrandus Bucholtio, anno, ut videtur, 1574 detulit, qvæ epiftola hic legi meretur: *Salutem per Dominum noftrum.* " Þackar jeg ethers " fromhedt kiære Joh. fyrer allt Þad gott fem Þier mier beviift haffver, hvad egh vil " i befta made effter myn fatækt giarna verdfkulda; giffver jeg ether venlega tilkiende " att ethers umbodsmand M. Hans var huofs mig um den ordning och fkickan epter " K. M. nadelig bevilling om fattige prefters uppholld fom j haffde hanom befallet, " og hvad ofs derom famannkom, det hobes jeg M. H. haffver ether epter ethers " befaling tilfkicket, endog jeg begierede att jeg maatte fielff lade for K. Maj. det " komme; Men effterdi jeg ved att nogle de fom clofteren haffver i forliening till- " fkriffver ether herom, menendes att jeg haffver dermedt veret dennom fornær, der " vii begerede och fkickede att fattige prefter fkullde bekomme tiend aff alle klofter- " nes jorder ligefom der gilldis aff domkirkis och mange jorder, baade de fom K. " Maj. och clofterne tilkommer; Item att jeg II jorder lagde en aff hvort clofter Tin- " geyri och Röneftedt att motte vere fri buftad ligefom de VI jorder fom jeg haffver " med 30 kug. aff min rente och underholdninge lagt til forneffnte fattige prefters " befte. Saa er nu min frome Johann dend min bön til ether oc ödmygeligen begie- " ring, atti for Guds fkylld for den ftore nöd och trang fom fattige prefter lider, " villde epter K. Maj. nadelig bevilling oc tvenne hans nad. bifalninger forhverfe en " K. M. ftadfefting her uppaa, foruden ydermer forholning att den fag matte forme- " delft ethers hielp komme til en god ende. Dett fkall fandeligen den evige Gud i " himmelen ether vel belöne. Jeg haffver til D. P. ochfaa medt andet fkib fendt " copie aff denne fkickun bedendes hanom att hand famptligen met ether villde for " Guds fkulld hnofs K. Maj. nade det befte her tillfee, eller om ether faa fiunifs att " hand fkall aff K. M. dend famtykt utvege, da haffver jeg hanom derom tilfkriffveth. " Dernæft kiæri Johann beder jeg i vill mindedrages om di prouefter fom jeg haffver " tillfkicket, att di for deres omag, tilfiun och umhyggelfe aldelis inted bekomer, " och en aff dennom er fa fattig att jeg haffver aff K. Maj. almiffe lagt hanom CCC; " I vide vel hvad K. Maj. i hans nades *Ord.* der om taler och forietter, hvad jeg " beder ether min frome Johann for Guds fkylld att ville omhuxe och tillteinke att " di proufter motte bekomme nogitt aff denn prouft gieftoll fom deris lön haffver ve- " rit aff gamell tiid; Eller i anden mode huofs K. Maj. fo fkaffve att di matte haffve " for deris omag, ellers vill det medt religionen icke bliffve ftadfaft eller fkickenlegt; " de ville och icke heller medt haffve, hvorki um egtefkabs fager at döme eller andet, " derfom

qvidam contra expreſſa Regum Chriſtiani III. & Friderici II. mandata qvædam templorum prædia & poſſeſſiones emerunt, ut taceam qvod illis exprobrabatur, qvod nunc, ut prius, ſuo Epiſcopo immorigeri & contumaces eſſent, qvapropter Præfecto Regio, qvi tum temporis fuit Henrich Krag de Tonderup, ut & Epiſcopo Gudbrando mandatur, ut hæc prædia jure retractionis templis reſtituerentur, & ſi qvis contumaciter reſiſteret, in eum tanqvam Regia mandata ſpernentam animadverti curarent. Ut nemini dubium fuit hanc procellam a Gudbrando Epiſcopo excitatam fuiſſe, ita Jonas Nomophylax, cum qvo priore anno in gratiam Præſul redierat, ſe ſuosqve amicos & clientes ejus ictui deſtinatos eſſe putavit, qvod Reſcriptum ſubſeqventium turbarum novum qvaſi claſſicum fuit (a).

§. 27.

Anno 1590 Arngrimus Jonæ, ſuo & cohæredum nomine, inter qvos Præſul Gudbrandus primus & nobiliſſimus fuit, (ut nemini dubium eſſet, eum idem ac Arngrimum facere, eiqve ideo hanc litem imputarent) ad

" derſom de icke haffver uden umhyggelſe, arbeide, och omage, end di andre haffver lön &c. Ellers om ether ſiuniſs att di matte haffve dett profaſtsdæmi ſom der haffver veritt aff gamall tiid dog med ſame ſkell och regenſkab ſom nu haffver di legmendt, att di ſtande eder regenſkab ſom tilhörelegt er; Hvad ether tyckis herom, det ſetter jeg til ether, villendis med icke anditt frammſkriffve end det ſom jeg och liige ether för tilkiende giffver. Deſligeſt och kiære Joh. beklager jeg for ether att almugen ſommeſtedts er mig ganſke ohlydig till at beſöge kirckerne naar jeg umrider i mine viſitatz, ſa att om ſaa ſkall tilga, da verder jeg att begieffve denn viſitatz; jeg haffver dette klagett for lögmend, for ſyſlumend &c. men derſom icke er lioſs lögmal om ſk. da haffves det icke &c. Nu for det ſiiſte kiære Joh. giffver jeg ether venligen tilkiende att jeg med nogle andre frome mend haffver beder jeg ether atti ville anſee vor trang och nöd i Skagafiord och Hunavatns ſysſeler ſom den fattige almoe far aff M. H. handling att andre kiöbmend forbodit der ind att ſigle, dog lader Marcus ſitt ſkib icke did komme, hvorudaff almugen udarmiſt och umſiider forderfiſs om ſaa ſkall lenge tillgaa. Og jeg ſandeligen vedt att icke er K. Maj. vilge, derfor kiære Joh. beder jeg ether gierne atti hielper oſs till gode ſo vii motte andit aar faa ſkib och nödſynlig tillföring i Skagafiord medt itt ſkiellige kiöb, och beder jeg ether gierne atti hielper mig hnoſs di kiöbmend ſom did komendis vorder att jeg matte bekomme tolff tylfft med bordvid til kirkens gardſins behoff. "

(a) Vid. ſupra pag. 50.

ad Regem retulerat, fratres Storadalenses, Marcum Prætorem Skagfiordensem, & Jonam, Olai filios, villas Hol & Bessastade, qvas Gotskalkus Episcopus Jonæ Sigismundino, Præsulis avo, sed Arngrimi proavo, extorserat, injuste detinere, nec in jus vocatos ulla justi tituli documenta producere velle, qvem fucum judices pro legitima excusatione accipientes, causam dijudicare noluerint. Cui respondit Rex, dato ad Præfectum mandato, ut sine omni procrastinatione, sive documenta producerent retinentes, sive non, causam tamen examinaret, & ex juris præscripto discerneret. Cui eatenus paruit, ut anno 1592 24 delegaret judices, qvi causam judicarent, coram qvibus producta fuerunt qvatuor membranacea documenta, qvæ continebant, qvod Jonas Sigismundi germanum suum fratrem Asgrimum occiderit, & duos proprios infantes, alterum in fluvio Gliufuraa, alterum vero, in lebete jusculi pleno, suffocaverit, Biörgam vero ejus uxorem aliqvando Holis fuisse, & magnam vim opum ad Cathedram pertinentium dilapidasse, ideoqve Jonam ut fratricidam & liberorum parricidam, Biörgam vero, utpote qvæ opes cathedræ decoxisset, his prædiis justas pænas ab Episcopo redemisse; Qvæ Præsul falsa & adulterata esse liqvido & ad oculum demonstravit, sed a judicibus aliud impetrare non potuit, qvam ut causam ad Regem & Senatum Regni remitterent, qvod Præsul, ut & omnes hasce tricas ac ambages, omnesqve qvas jam coactus est exantlare adversitates & opprobria Jonæ Nomophylacis, ejusqve amicorum, potentiæ & in se suosqve odio adscripsit. Eoqve hoc anno mutua eorum odia & contentiones processerunt, ut ad Supremum Regis Regniqve tribunal, ibidem de omnibus rationem redditurum, indeqve promerita præmia relaturum, unus alterum mutuo citarent.

§. 28.

Cum itaqve (alea hoc modo jacta) aut vincendum, aut succumbendum esset, utraqve pars expeditioni sese parat. Nomophylax qvidem propria causa adactus iter suscepit, sed ut majorem haberet autoritatem, & propriis parceret impensis, Legati nomen & personam induit, qvasi publico totius Islandiæ nomine ad accusandum Episcopos, aliasqve reipublicæ necessitates procurandum, missus, sub Legati nomine propriam causam agere posset, qvod ut a collega Thordo Nomophylace, aliisqve eorum asseclis, sibi mandaretur, facile impetravit. Negotia autem, qvæ

ut huic prætextui inservirent, excogitarunt, non magni fuerunt momenti (a), præter id solum, qvod unicus fuit legationis scopus, ut Episcopos & clerum diffamaret. Nec Præsul sui oblitus periculi, omnia enim qvæ non tantum ipsius causæ aliqvo modo prodesse potuerunt, præparavit, qvæ in se satis bona & extra periculum posita fuit, si adscititiis ornamentis deformata non fuisset, sed etiam alia qvæ adversario dedecori esse possent, excogitavit, qvæ ipsi tandem magis obfuerunt qvam illi nocuerunt, suumqve fidissimum Achatem hujus controversiæ incentorem, & non minimam partem, tum temporis Holanæ scholæ Rectorem & Pastorem Cathedralem, Arngrimum Jonæ, ut suam causam promoveret, & hostis conatus observaret, ac pro posse retunderet, Hafniam ablegavit.

§. 29.

Hafniam delati, suæ qvispiam causæ pro posse velificavit. A Nomophylacis partibus stetit antiqvus Islandiæ Præfectus Johannes Bucholtzius, qvi testimonium rogatus, publicas edidit literas, calumniarum plenas, qvarum Episcopos & clerum Islandiæ reos agere voluit. Nomophylax audientiam nactus, audenter satis protulit: *Episcopos & clericos, non tantum esse autores omnium controversiarum & tumultuum, qvi hoc tempore in Islandia exstarent, & exstiterint, nam avaritia ducti & excæcati, deputato a prioribus Regibus salario haud contenti, sed contentionum materias, qvando ipsi eas non haberent, ab aliis emerent* (b), *ut pauperem*

(a) Causæ legationis fuerunt: 1) Ut comitia generalia octo saltim, aut plures duraret dies, ne nimia temporis angustia, qvi longum eo haberent iter, excluderentur, qvod a Rege, ut specialiter expeteretur, non fuit necesse, cum ipse *Codex legum* Titul. *Thingfar. B.* cap. 3. expresse dicat: " Alþing skal standa so leinge lögmadur vill. &c. " 2) Ut Islandiæ sigillum proprium concederetur. 3) Ut generalis fori Dicographus constitueretur. 4) Ut bonus & pacificus Præfectus Islandiæ præficiatur, qvi diutius provinciæ præsit. 5) Redemturarum mercedi justum pretium statuatur. 6) Ut mercatura Islandica cuicunqve nationi libera sit. 7) De Episcoporum injuriis, qvod valde sint injuriosi. 8) De qvatuor Nosocomiis, in gratiam leprosorum instituendis. Qvæ omnia ita affecta sunt, ut per libellum supplicem aut Præfecti intercessionem proferri potuisse videantur, præter septimum articulum, qvi nemini, præter Jonam Nomophylacem, concredi potuit.

(b) Exemplum ipsius Jonæ supra pag. 397. sq. tetigimus.

perem plebem vexare, ejusqve prædia & possessiones sua facere possent. Præterea more veterum sub Papismo Episcoporum, antiqvis & improbis templorum rationibus Regis subditos enervare, & emungere, usqvedum sua prædia parvo pretio vendere cogantur, planeqve contra Ordinationem Ecclesiasticam *politicis rebus se immiscere, qvibus ut Regiæ autoritatis interventu obex poneretur, humillime oravit.* Qvid autem opposuerit Arngrimus, non liqvet. Verisimillimum autem est, eum simpliciter omnia negasse, nam qvantum nos, aut lectu, aut auditu percepimus, hæc aut omnino falsa, aut parum veritatis habere putamus. Responsum autem Nomophylaci fuit, *scripturam fore Regiam Majestatem Episcopis, ut illi Clerusqve se intra suos terminos contineant, nec se politicis causis posthac immisceant, nisi qvatenus ipsorum personas tangant.* Acta hæc sunt Hafniæ d. 9. Maji 1593. subscripsitqve ipse Rex, & cum eo Senatores *N. Kaas, Steen Brahe, Arild Hvitfeld;* Sed Regis ad Episcopos Rescriptum supra exhibuimus (a).

§. 30.

Qvomodo autem Arngrimus actionem in crimine falsi, seu literarum adulterinarum instituerit, non æqve certum est, id saltem constare videtur, qvod Præsul Jonam Nomophylacem, si non directe, ut autorem falsi, certe conscientem & collusionis cum falsariis insimulasse, & præterea patrem ejus Jonam Magni, magnæ qvondam autoritatis virum, sed dudum mortuum, necromantiæ insimulasse, ut ita par pari referret; Sed qvomodocunqve causa acta est, de exitu constat, qvi talis fuit, ut Rex Senatusqve mandarent Præfecto, ut aut inter eos amicitiam contrahere conaretur, aut 24 virorum judicio eorum lites discerneret (b).

(a) Pag. 51.

(b) Literæ patentes ita se habent: " Vii Christian. &c. helse thiig oss elskelig Henrich " Krag thill Thremmerup (*rectius* Thronderup) vor mand thiener och embitzmand paa " vort land Island h. med Gud och vor naade. Viid effter att vii forfare hvorledis " ther skall haffve begiffvit sig en langvarendis och mögit besverlig klammer och " thrette emellom oss elskelig hederlig och vellerd mand Her Gudbrandt Thorlaksen " Superintendent udi Hollestigt paa thend ene, saa och oss elskelig Jon Jonssen laug- " mand for norden och vesten paa forskreffne vort land Island paa thend anden side, " som

§. 31.

In Islandiam redux Nomophylax, ad comitia generalia tendit, ibidemqve Præſul comparuit, licet Arngrimus nondum, ſed exactis comitiis tandem, advenerit; Hic Præfectus, qvi aliud etiam de adulterinis illis, de qvibus convertebatur, codicillis, mandatum acceperat, ut ſine omni mora aut diverticulis, de illis deciſivam pro tribunali pronuntiaret ſententiam, (probe enim Rex, Senatusqve, tam judicum priori anno adhibitum fucum, qvam

» ſom icke endnu ſkal vere nederlaugd och fordragen, hvor aff ſig och jo lenger jo » mere haffver forögit och thildragen ſtoer had och affvindt bode med dome ſom » ther er gangen, och udi andre maade, och endeligen beſverlige ſkeldtzord och thalle, » och effter att thet kand thildrage att ther kand befindis ſkyldt att vere paa begge » ſiider, och paa thet ſaadanne beſverlige klammer och thrette och uehnighed thennom udi ſaa mange aar emellom haffver verit endeligen och udi thiide engang for » alle motte thennom enthen till myndelighed emellom forhandlis, eller och formid» delſt domb och rett platt och aldelis dempis och nederleggis, thend och icke her » effter ſkulle ydermere forögis och hoes theris arffvinge ſlegt och venner och effter» kommere ſkulle indarffvis, och tha ſaaviit kunde indgroe att thend icke letteligen » foruden ſtoer oprör och forderff paa begge ſiider kunde bliffve ſtillet och nederlagt; » tha bede vii thiig, befalle och nu med thette vort obne breff fuldmacht giffve, att » thu med thet allerförſte ther paa forſkreffne vort land Iſland thilltager thig fire och » thiuffve gode forſtandige och uvildige dannemend och aff the beſte ther paa landet » boendis ere, och med thennom thiig paa beleilig thiid och ſted forſambler och » ſiden med thennom indſteffner forſkreffne Superintendent och forſkreffne Laug» mandt for ether udi rette, och grandgiffveligen forfarer om alle hvis irringe och » thrette enthen med ord, gierning, breff och ſegell, fra thet förſte och thil thet ſid» ſte, emellom thennom verit haffver, och thennom ſaavel ſom och alle theris ſlegt, » venner och arffvinger, ſom ſig ſamme ſag och thrette kunde eller ville thiltage, ther» om enthen thil mindelighed formedelſt ſterke contracter och breffe, ſtedtze och al» thiid herepther uryggeligen att holde, emellom forhandler och fordrager, eller och » endeligen kiender och dömmer thennom emellom hvis rett kand vere och hvis i » thennom udi ſaa maade enthen till mindelighed emellom forhandlendis, eller och » ved dom och rett kiendendes och affſiigendis vorder, att i thet klarligen under ethers » ſignether giffver fran ether beſkreffvit, ſom i ville anſvare for Gudt och vere bekiend » for oſs; thi bede vii och biude begge parterne forſkreffne ſag och langvarende » klammer och thrette er ahnrörendis, att i retter ether effter att möde forſkreffne vor » embitzmand, ſaa och forſkreffne 24 dannemendt udi rette; naar the ether therom » lader tillſige, med hvis breffve och ald anden bevisning i udi ſamme langvarendis » beſverlige och affvindtzſag och thrette emod hin anden haffve och tha att liide och » undgielde hvis ther om loug och rett er, ladendis thet ingenlunde. Actum Hafniæ 9 Maji Anno 1593. »

qvam Gudbrandi adverſariorum fraudes intellexerant) denuo viginti qvatuor optimatibus cauſam tradidit examinandam, qvi tandem unanimi ſententia, conſentiente etiam ipſo Præfecto, productos præterito anno codicillos falſos & adulteratos eſſe, pronuntiarunt, publiceqve diſciſſos, ne unqvam Jonæ Sigismundini manibus, aut ejus poſteris, opprobrio eſſent, Præſuli tradiderunt (a). Sed prædia Hol & Beſſaſtade ne uno verbo

 tetige-

(a) Hujus ſententiæ verſionem Danicam talem in ſchedis noſtris offendimus: " Anno " 1593 then ſidſte Junii vare vii efterſkrefne Thorder Gudmundſon, Laugmand, Be" nedict Halldorſon &c. &c. (NB. *24 Mænd*) udnefvnte aff velbyrdig Herre Henrich " Krag, efter Kongl. Majſts. allernaadigſte befaling, at overſee och underſöge de " gamle documenter, angaaende afg. Jon Sigmundſon, ſom for os bleve fremlagde, " om nogle aff dem blefve duelige och myndige. Syndtes os et aff dem være udco" peret efter tvende mænds forſeiglet vidnesbyrd, ſaa liudende, at Biſcop Gotſkalk " ſkulde hafve ſpörgt Jon Sigmundſon, om *hand hafvde quitteringer aff Holum Dom" kirke, eller hendes formænd;* Men Jon Sigmundſon ſagde: *hand hafde det ikke be" talt.* Siuntes os at Jon Sigmundſon hverken bejaet eller bekiendt hafve noget " barnemord, efter ſom det bref liudede. Thi Her Gudbrander fremviſede ochſaa " mange Dannemænds vidnesbyrd, ſom aldrig hafvde hört at Jon Sigmundsſon om " alle hans dage hafvde været berögtet aff barnemord, förend nu for 2 aar ſiden, ſaa " och hafvde Biſcop Gotſkalk intet at beſtille med börnedrabs ſag, thi ſiuntes os det " bref intet due, och være umyndigt, med mindre nogle documenter kand forner" meſte findes ſom dette bref bekræfte kand, och beviſes at Jon Sigmundsſon har " och arfet det ſit barn, ſom brefvet ſiger, at hand har dræbt i kiedelen. Dernæſt " blev andre 3 brefe for dommen frembaarne. Det förſte ſom ſkrefvet er under Bi" ſcop Gotſkalks nafvn, at hand ſkal hafve gifvet Abbed Jon Thorvaldſen fuldmakt " til at aflöſe Jon Sigmundſon for det hand hafvde dræbt ſin broder, men Her Gud" brander beviſer med mange documenter at Biſcop Gotſkalk och Jon Sigmundſon " var den tiid begge döde. Thi dömte vi det ſamme bref at være giort med fals och " ſvig, och at være aldeeles udueligt, och makteslöſt. Ligeleedes ſiuntes os et ſig" net och andet, ſom hængte ved dette bref, icke være de rette ſom hængte ved dette " falsbref. Men de 2 brefve ſom var af lige meening och indhold, och vidnesbyr" den i det forrige falsbref dömte vi at være uduelige, thi de omgaaes med fals och " lögn. Saa dömte vi och Jon Jonſon Laugmand at være uſkyldig formedelſt diſſe " brefes medhandling. Dernæſt bleve vii udnefnte til at underſöge de domme ſom " ere gangne om den halfve jord Oſland, och dömte vi alle de tre laugmands domme " ergangne om jorden Oſland at være myndige och duelige. Men det kiöbbref ſom " Her Petur Paalsſon hafvde giort med Biſcop Gotſkalk paa Thorolver Augmundſens " vegne aldeeles umyndigt, formedelſt: 1) At umyndige mændz gods blefv ſolgt, " och dock icke længer end indtil hand blefv myndig. 2) At alt hvad formöcket " er betalt ſkal gaae tilbage. 3) Kand icke ſees at Thorolver har ſamtyckt dette " kiöb.

tetigerunt, qvod Præſulem male habuit, occaſionemqve præbuit Ario Magni filio, Præſulis genero, ut poſt triginta annos Jonæ Olai filio de illis litem moveret, qva tandem, anno 1624, ipſius Præfecti & viginti qvatuor optimatum judicio cecidit.

§. 32.

His peractis, reſtabant Præſulis ac Nomophylacis propriæ controverſiæ, qvæ aut dijudicandæ aut ſedandæ erant, & licet neuter alteri, ne latum qvidem ungvem cedere vellet, id enim uterqve maximum putavit eſſe dedecus; cum tamen uterqve nimium arcum tetenderat, ita ut cauſam judicio ſubmittere neutri expedire videretur, factum tandem eſt Præfecti ſvaſu & monitis, ut & amicorum interceſſione & precibus, ut in gratiam redirent, ſed verbo tantum, ita, ut publice, qvamdiu Jonas ſuperfuit, a talibus deſiſterent hoſtilitatibus; animum vero utriqve eundem fuiſſe, nemo, qvi viros probe novit, vel minimum dubitavit. Videtur etiam bonus noſter Præſul poſthac magis a litigiis forenſibus ſibi temperaſſe, nam licet qvandoqve in comitiis generalibus privati aut publici alicujus negotii cauſa appareret, nunqvam tamen, ut puto, cauſis forenſibus ſemet immiſcuit; Nam præter valetudinem, qvæ ei ſæpe, præſertim ſeneſcenti, adverſa fuit, non immerito cogitare potuit, nuper allatum Regium Reſcriptum in ſe ut litigioſum collineare, & ſua præſertim de cauſa ſcriptum fuiſſe. Felix certe, ſi calamo pariter peperciſſet, qvod viri ardens, acre, & injuriarum impatiens, ingenium permittere non potuit.

§. 33.

Anno 1592 cum ex comitiis generalibus corpore æger, mortemqve præ foribus eſſe putans, ut ipſe innuit, & animo non minus exulcerato, qvæ

" kiöb. Skal derfor jorden Oſland være Her Gudbranders eigendom iſölge hans kiöb " af Petur Thorſteensſon. Item om det bref, ſom hafvde været fremlagt, angaaende Jon Magnusſons, Jon laugmands faders troldom, dömte vi at være aldeeles " udueligt, och icke bör at höres. Her Gudbrander lofvede ochſaa de ſamme brefe at " levere udi Jon Laugmands hænder det förſte hand kand faae det ind i landet, ſaaſom dermed fölger ingen ſandheds beviſlighed. Hvilket aff ſamme domsmænd " paa ſamme ſted och dag blefv beſluttet. "

qvæ ibidem publice prælegi audiisset, Documenta cum adpensis sigillis, qvæ continebant scelera, qvorum suus jam dudum mortus avus maternus Jonas Sigmundi filius insimulabatur, scilicet qvod germanum suum fratrem Asgrimum, qvi vitam pro Jona posuit, ipse interfecerit, qvodqve binam suam sobolem, infantes paucorum annorum, trucidasset, qvæ ipsi tunc audire tantum, sed libellos inspicere non fuit permissum, qvare id inde retulit, qvod ex propera lectione memoria retinere potuit. Cumqve ea, qvæ ibidem ex tempore ad refellendum tam exsecranda mendacia & ad avi excusationem pertinentia protulit, ut actis insererentur, a judicibus impetrare non posset, ut eadem acta legens, aliud non imaginari potuerit, qvam qvod nihil habuerit, talibus assertionibus opponendum, tacitusqve, & qvasi consentiens se a tam sceleratis parentibus prognatum, discesserit; Itaqve ne avum debita excusatione defraudaret, veritatemqve intrepidus testaretur, tandemqve ut se ipsum & optime de se meritos cognatos, his mendaciis & opprobriis animo consternatos erigeret, pauca qvædam huc pertinentia in cartam conjecit, & beneficio typographiæ in vulgus emisit. Et si ardentis animi vigor hic constitisset, optime sibi consuluisset, nam ut conatus parentes a mendaciis & opprobriis defendendi laudabilis est, omniumqve bonorum approbationem meretur, primaqve hæc defensio Jonæ Sigmundini, ut modesta & necessaria, optime accepta fuit, qva etiam ipse contentus esse debuit, præsertim post pronuntiatam anno 1593 sententiam, qva Jonæ Sigmundi fama sufficienter vindicata videri potuit; ita nimiæ ulciscendi cupiditatis censuram vix effugere datur, nam omne nimium vertitur in vitium.

§. 34.

Cum anno 1593 ipsa hæc controversa documenta accepisset, & ex eorum lectione, aliisqve, qvæ secum ferebant criteriis, sufficienter, tam de eorum interna constitutione, qvam totius rei connectione informatus esset, prior *Apologia* ipsi ut jejuna & imperfecta sordescere cœpit, urebat etiam ulceratum animum, conditiones dare, sed non accipere solitum, qvod prædia Holl & Bessastadi, qvæ injuste sibi suisqve cohæredibus abalienata esse scivit, inimicis cederent, qvos, cum prædiorum justa retractione ulcisci non posset, æternam illis infamiæ notam acriori *Apologia* inurere instituit. Anno itaqve 1595 aliud adornavit scriptum, priori multo

multo prolixius, & mordacius, qvod eodem anno imprimi curavit, qvo multis & irrefragabilibus argumentis ad oculum demonſtrat, Jonam Sigismundi nec fratrem ſuum occidiſſe, nec liberos ſuffocaſſe; Deinde pari evidentia monſtrat & probat horum documentorum falſitatem, primo ex chronologia qvod Gotſkalkus & Jonas mortui fuerint anteqvam literæ illæ ſcriptæ fuerunt. Deinde producit multos teſtes, eodem collineantes, tandemqve ipſa documenta, omni teſtimonio majora, qvorum interna criteria perſpicua adverſariorum mendacia, fucos & fraudes manifeſtantia producit. Horum unum tantum exempli gratia hic adferemus; Membrana ipſa & prima ſesqvilinea nomina teſtium continens, antiqva fuit, ſigilla etiam nominibus reſpondebant, præter Gotſkalki Epiſcopi, qvod non exſtabat, ſed reliqvæ literæ novæ erant, ductusqve literarum & connectio magnam novitatem ſpirabat, non tamen carebat documentum nigredine, nam eraſa & defricata antiqva ſcriptura, nova triviali atramento ſubſtituta fuerat, totumqve tandem documentum fuligine ſuperinductum, qvæ omnia facile abſtergi potuerunt, præter ſolam primam ſesqvi lineam, qvæ antiqva & antiqvo ſcripta fuit atramento. Productis his aliisqve permultis falſitatis ſignis, Gotſkalkum Epiſcopum, ejus filiam Chriſtinam, nepotem Gotſkalkum, Paſtorem Glaumbajenſem, & pro nepotem Jonam Gotſkalki, ab hoc crimine abſolvit & penitus excuſat; Jonam vero Olai filium ejusdem plus ſimplici vice incuſat, eumqve *infamem* (ærulauſann) declarat, ni hæc refutet, & ſe legitime purget. In conſcios & conſentientes ſæpe acriter invehitur, nec judices mitius tractat, qvibus, ut & cæteris ſuis adverſariis, judicium Dei minatur. Tandemqve ipſe, ut & Arngrimus Jonæ, propria libro nomina ſubſcripſerunt.

§. 35.

Publicato hoc ſcripto nemo adverſariorum ſe qvicqvam movere viſus eſt, licet veriſimile ſit voluntate ulciſcendi non deſtitutos fuiſſe, præſertim cum Bucholtzius, antiqvus Jonæ Nomophylacis amicus, ſed Gudbrandi hoſtis, anno 1597 denuo præfecturam Islandiæ nactus, ipſis non defuturus fuiſſet, ſi aliqvid in Epiſcopum tentare voluiſſent. Sed tale qvid aggreſſos fuiſſe non ad nos pervenit. Sed qvicqvid ſit, ignis tamen in cinere latuit, qvi ſub Envoldii Kruſii Præfectura, qvæ ab anno 1602 ad 1605 duravit, fumare cœpiſſe videtur. Nam anno 1606 anteqvam Her-

luff

luff Daa, qvi Krusio successit, in Islandiam venit, Præsul prolixam scripsit Apologiam, eamqve amico cuidam concredidit, Præfecto venturo ab omni præjudicio & studio partium vacuo, qvam primum appelleret, tradendam, ad eum enim singulariter directa fuit, in qva de invidia & iniqvitate popularium qveritur, præsertim *qvod sibi vitio vertant Edicta qvædam Regia, qvorum causa exstiterit; ideo enim qvod templa noluerit speluncam latronum fieri, ut sangvinarius, qvod conjugium in tertio & qvarto gradu, ut contrahi permitteretur, autor fuerit, ut impudicus & verecundiam parum amans, traducatur*, & talia plura, qvæ jam nullius fuerunt periculi, præterea *qvod calumnias & injurias repellere necessum habuerit, factiosum se & turbulentum audire, hæc autem ut non credat, animumqve a præjudiciis vacuum servet, neqve æmulorum susurris aures præbeat*, magnopere *rogat*, qvæ omnia ita comparata sunt, ut aliud gravius & majus momenti subfuisse, suspicari liceat, qvod tamen ille certas ob causas expresse nominare noluit, augetqve hanc suspicionem, qvod qvam primum Herluffius appulit, Jonam Nomophylacem accerciri curavit, qvasi magni momenti res cum eo communicaturus, qvod audiens Jonas, licet ætate & corpore ingravescente, Bessastadas lætus advolat. Sed qvid cum eo Præfectus egerit, non liqvet, nisi qvod fertur exceptam esse a famulis Nomophylacis, cum bene potus cubitum iret hanc vocem: *Nú skal Gutti setia ofann* ɔ. Jam Guttus caput deteget; Qvod illi de Præsule dictum esse existimabant, cum illum per contemtum *Guttum* vocare soleret. Sed eadem nocte Jonas ipse animam posuit (a), qvi casus controversias ad tempus sopivit.

§. 36.

Sed anno 1607 Præfectus, statim postqvam in Islandiam appulit, Holas se contulit, ut de gravibus qvibusdam, qvæ in mandatis habuit, negotiis cum Præsule conferret, qvæ pleriqve litigiorum, qvæ ipsi cum Nomophylace intercesserant, reliqvias aut fæces qvasdam fuisse autumant, de qvibus inter illos qvodam modo convenisse videtur, nam in actis publicis, qvæ nobis innotuerunt, nihil de illis legitur; Nec qvamdiu Herluffius

(a) Vid. supra pag. 222 sq. 348.

luffius ad clavum ſedit, Epiſcopus a qvodam impetitus fuiſſe videtur, niſi qvod tractatio cadaveris Lokiani (ſive Arngrimi Jonæ, ſive Thorkillis Gamalielis filii, auſpiciis ſuſcepta) ei non parvo ſtetit offendiculo. Fuit Lokius ille (qvi vero nomine vocabatur Gudmundus, ſed cognominatus Loki) omnibus inviſus circulator, & paraſitus in curia Holenſi pauperum jus & gratuitam ſuſtentationem ſibi competere poſtulans, qvod inter alios ei denegavit Thorchillus Gamalielis f. Epiſcopi ſobrinus & cathedræ Oeconomus, cujus votum, ut primarii curiatorum, magni ponderis fuit; Illi itaqve præ aliis offenſus Lokius, ſe aut vivum, aut mortuum, illum aut illius qvendam pro hac injuria ulturum fore minitatus eſt. Qvo anno 1598 mortuo, & ad templum Guddalenſe, qvod ab Holis 8 aut 9 milliaribus diſtat, ſepulto, accidit, ut Thorkilli filiola inſveto morbo, forte vehementi ſpaſmate aut raptu qvodam, afflictari inciperet, qvod credulum & ſuperſtitioſum vulgus, & forte plures a talibus non alieni opinionibus, Lokii manibus adſcripſerunt; cumqve ipſe Arngrimus Jonæ filius, præſens adeſſet, cum puella tali paroxyſmo graviter affligeretur, & diceret hoc Diabolorum genus precatione abigendum eſſe, ipſeqe canendo & precando totam noctem eidem adſedit, aut gremio tenuit, ita ut Lokius eam aggredi non auderet, ſed poſtero die cum Arngrimus abitum pararet, eqvus ejus in platea Holenſi magnum fecit lapſum, ſeſſoremqve proſtravit, cui hoc caſu nares ſunt comminutæ, & alio modo male multatus fuit, qvod Lokio non tantum imputabatur, ſed exſtiterunt etiam, qvi ſe oculatos teſtes eſſe profitebantur, qvod larvam aut ipſum Lokium, eqvum & ipſum Arngrimum proſternere vidiſſent; Cumqve jam nemo ſe ab impudente & temerario Lokio, qvi talem virum aggredi auſus eſſet, tutum fore præſumeret, unanimi voto concluſum fuit, ut exhumatus combureretur, qvod ſimul dictum factumqve fuit. Sed malus hujus comburii (qvod ut veriſimile eſt, inſcio Epiſcopo factum fuit) fœtor poſt decem tandem annos, in Daniam etiam volavit, & ſpeciali Reſcripto anſam præbuit (a).

§. 37.

Crudeſcens circa annum 1617 Herluffii & Oddi Epiſcopi diſſidium, aliaqve, qvæ naſuti qvidam, de Islandorum tam eccleſiaſticis qvam politicis

(a) Vid. ſupra pag. 57.

liticis Magiſtratibus curioſi, Regis auribus inſuſurrarunt, anſam ei dederunt, ut anno 1618 Fridericum Friis & Georgium Wind, viros nobiles, & ſeveris inſtructos mandatis, ut de Magiſtratuum Islandorum geſtis & vita qvæſtiones exercerent, in Islandiam mitteret, qvibus Præſulis hoſtes & æmuli, qvos non paucos habuit, qvicqvid ei aut vitio verti, aut nocere potuit, detulerunt. Legati autem in Islandiam delati, patentibus literis omnes inſulæ incolas invitarunt, ut ſi qvis vel a Præfecto, Epiſcopis, Nomophylacibus, vel aliis Magiſtratibus injuria affectus eſſet, vel hos cujusdam prævaricationis convincere poſſet, ſibi id patefacerent (a). Delatores itaqve inter alia retulerunt, licet ipſe Præſul prædia cathedræ ab Olao Hialti filio abalienata jure retractionis ex mandato Regio, ab aliis poſceret, nihilo minus ipſe qvædam alienaſſet, qvædam vero ſibi ipſi retineret, qvod anſam dedit Regio Reſcripto dato 21 Aprilis 1619 (b). Sed hæc procella unacum vita Friſii (qvi, anteqvam ad Comitia eundum erat, animam poſuit) ſi non penitus evanuit, certe mitiorem ictum fecit; qvam feciſſet, ſi Friſius ipſe comitiis adfuiſſet, nam Præſul de hac cauſa cum Petro Johannis filio, qvi ibidem Præfecti vices geſſit, ita transegit, ut culpam non prorſus negaret, ſed confiteretur, ſe unam tantum villulam ab Olao Hialti filio abalienatam retractaſſe & iterum vendidiſſe, promitteretqve qvod vendiderat, reſtituendum. Exſtat etiam aliud Chriſtiani Qvarti Reſcriptum de prædio Wollum in Holme datum 1617 (c), qvod abalienaſſe videtur, ſed Regis juſſu cathedræ adjiciendum fuit. Cum præcedentibus talia nemo Epiſcopis verterat vitio, ita præſentes id ſibi licere putabant: Sed alia jam fuerunt tempora & minor Epiſcoporum autoritas, priſtinaqve licentia jam multo anguſtioribus terminis qvam olim circumſcripta fuit.

§. 38.

Pari modo qvidam invidi nomen ejus detulerunt, qvod indoctum haberet Rectorem ſcholæ, ſed ejus ſalarium ipſe retineret (d), qvæ cauſa

 in

(a) Vide loc. cit. pag. 41. ſqq.

(b) Vide ibid. pag. 62.

(c) Loc. cit. pag. 59.

(d) Vid. ſupra pag. 62. 184. ſq.

in Dicafterio publico anno 1619 ventilata fuit, hoc modo; Produxit Præful Rectorem, qvi faltim ab anno 1615 (fi non diutius) pædotribam egerat, nomine Olaum Olai filium, qvi poftqvam aliqvamdiu Profeffores audierat, reverfus in patriam, fatis luculentis teftimoniis Profefforum, præfertim Thomæ Finkii, ornatus, ab Epifcopo Holano Lycæo præpofitus fuerat; Olaus etiam in eodem Dicafterio præfens ipfa teftimonia publice prælegi curavit, & fi qvis fe pro idiota, aut inutili fcholæ Rectore haberet, aut fibi inertiam qvandam affricare auderet, eum ad difputandum provocavit, fefe enim cum qvocunqve tandem, qvi fecum congredi vellet, in certandi harenam defcendere paratum effe dixit, & fi nemo prodiret, fibi non imputandum, neqve eapropter male audire debere. Qvod autem falarium ab Epifcopo detentum attinet, id pleno ore pernegavit, publiceqve, qvod plenum & bona fide numeratum accepiffet, profeffus eft; Qvo audito, fententiæ fecundum Præfulem dictæ funt. Confultum tamen non ducebatur, ut *Doctus* ille vir (cognominatus enim fuit *Lærde Karl*) pædagogio diutius præeffet.

§. 39.

Dilutis aliqvatenus hisce, qvorum accufatus fuerat, criminibus aut calumniis, unum reftabat, qvod eum graviffime preffit, famofus nempe libellus, qvem poft mortem Jonæ Nomophylacis fcripferat & anno 1608 impreffum evulgaverat, in qvo nimis acerbe in mortuum Nomophylacem (a) invehitur, Marcum vero Olai, Prætorem olim Toparchiæ Skagfiordenfis, ante duodecim aut plures annos defunctum (b); pariter

(a) *Ille* (Jonas Nomophylax) *me in hac terra lædendo & deferendo non contentus, ad famofos illos libellos Regi fiftendum peregre qvoqve profectus eft, qvas fimultates & juris violationem magnis meis impenfis qveri neceffe habui, & qvidem huc usqve fine fatisfactione, tam ab iis qvi literas de cædibus Regi & fui fimilibus ftiterunt, qvam ab earum fabricatoribus præftita; hoc nemini imputo, nifi defuncti jam Jonæ Nomophylacis injuftitiæ & acri odio, qvod in me usqve ad fuum obitum geffit, qvod monftrari & probari poteft, fi referret.* Et fub finem: *De fimultatibus, odiis & hoftili animo Jonæ Nomophylacis, ejusqve injuftitia & violenta juris læfione, qvæ ego, meiqve pauperes cohæredes, tam in hac lite, qvam fæpe alias, ab illo viro toleranda habuimus, nihil amplius fcribam, nifi optare me, qvod Deus illa ifti condonaverit.*

(b) *Johannem Biörni filium, qvi has villas, Hol & Beffaftados, tunc retinebat, in jus vocavi;*

pariter ac ejus frarrem Jonam Olai, adhuc in vivis, ut primarios falſatores traducit, tandem etiam Biarnum Sigurdi filium, Marci privignum & alumnum, ut vitrico a manibus (a) qvod eadem ſcripſerit, obliqve inſimulavit, qvi, ut fertur, duodecim virali juramento in dicaſterio publico a tali ſe ſuſpicione purgavit, reliqva licet vera forte fuerunt, probari tamen non potuerunt, ut bonus noſter Epiſcopus, non tam mendacii aut calumniæ, qvam nimiæ præcipitantiæ & ulciſcendi cupiditatis reus fuerit, nos autem ea hic annotamus, non ut tanto viro ſtigma qvod-

 dam

vi; Marcus autem Olai filius de Storadalo hujus actionis forenſis nulla habita ratione emit, & fama fert, illum ſuo periculo eas emiſſe, ſive deinde retractatæ forent, ſive non. Et qvod hic literas de cædibus illis exarari fecerit, credo, ne nos de villis iſtis actionem inſtituere ſuſtineremus — Cumqve omnes infames illæ literæ, tam de cædibus, qvam de villis Holo & Beſſaſtadis, ex eodem loco & eadem manu, Jonæ ſcilicet Olaidæ, qvi Holum jam ſibi vindicat, emanaverint, omnes boni viri videbunt & palpare qvaſi poterunt, omnes has literas adulteratas eſſe, aut a Jona Olai filio, aut ab ejus fratre Marco, qvi has villas Holum & Beſſaſtados noſtræ actioni ingratiis ſcientes emerunt. — Omnes viros probos & ab invidia vacuos animo æqvo & juſta cenſura perpendere rogo, numne prægnantes habuerim rationes ad tam impias, nomine chriſtiano indignas, infames & execrabiles literarum adulterationes exponendum, qvas fratres Storadalenſes fecerunt, nos autem ſine ſatisfactione tolerare neceſſum habuimus, noſtrum inſuper patrimonium & prædia avita, qvæ ex jure divino & humano nobis competebant, amiſimus, ob ſolas has literas maledictas, qvas fratres Marcus Olai & Jonas Olai exararunt, aut exarari curarunt, ut jam dictum eſt.

(a) *Si manus Biarni Sigurdini, dum Storadali apud vitricum ſuum Marcum commorabatur, literas illas non tetigerit, bene eſt.* Et alibi de omnibus hujus cauſæ complicibus: *Hic omnes probos viros, hæc viſuros vel audituros, perpendere rogo, qvomodo hi literarum autores ab impuro mendaciorum ſpiritu obſeſſi fuerint, & nullam Dei timoris vel honeſti genii micam habuerint, dum, de qvoqvam viro Chriſtiano, ſub fide Documentorum & ſigillorum, talia mentiri ſunt & effinxerunt. — Nec minus Jonæ Olaidæ audacia miranda eſt, qvi tam inauditas execrabiles literas Magiſtratui politico ſiſtere auſus eſt; Sed vix tamen mirandum, erat enim qvi illum non retinuit, ſed forte incitavit & inſtigavit; Et ſi talia Regi qveſtus non fuiſſem, & Rex cauſam huc remiſiſſet, Jonas Nomophylax iſtis literis valorem certe nunqvam abjudicaſſet. — Optans ſimul, ut Deus omnes bonos viros, eorumqve exiſtimationem a talibus maledictis literarum autoribus, qvales hi ſunt, vel fuerunt, præſervet.* Tandem libellus hoc epiphonemate clauditur: *Jonæ Olai filio, fratri ejus Marco Olai filio, & pluribus illis, qvicunqve tandem ſunt, falſariorum illarum de Jona Sigismundi filio, literarum machinatoribus, raſoribus, ſcriptoribus, ſive in vivis ſint, ſive mortuis, in honorem, decus, ornamentum, & ab omnibus probis viris exiſtimationem. Anno MDCVIII.*

dam inuramus, ſed ut veritas hiſtorica ſibi conſtet, qvod noſtri ducimus officii eſſe.

§. 40.

Utrum Jonas Olai ſuo ac Marci filiorum nomine, ut & Jonæ Nomophylacis fratres ac amici hanc injuriam integro decennio, ab anno ſc. 1608, qvo liber impreſſus fuit, in annum 1618 taciti pertulerint, an vero eandem Herluffio Daa, qvi tum temporis Islandiæ Præfectus fuit, qveſti qvidem, ſed non auditi fuerint, non liqvet, id autem conſtat, qvod anno 1618 Jonas Olai filius Commiſſariis Regiis, Friderico Friis & Georgio Vind libellum hac de re agentem tradiderit (a), qvi cauſam Regi detulerunt,

(a) Has literas ex originali exſcriptas, Summe Ven. *HARBOE* diœceſis Siællandiæ Epiſcopo digniſſimo, grati debemus; illæ ita ſonant:

" Joenn Oluffſenns ſupplicatz den 24 Junii 1618 mod biſkop Gudbrand Thorlakſen.

" Jeg Joenn Oluffſenn giffver eder thilkiende fromme velb. Herrer Fredrich Friiſs " och Jörgenn Vinnd, ſaa och Herloff Daahe, hvorledis att Her Gudbrand haffver " mig forfuldt i langſommelig thiid; förſt med ſteffninger, ſidenn med mange vran- " gelige ſaker och klagemaall, ligeſom de domme der ere gangenn imellom oſs for- " melder och udviſſer, hvilket jeg haffver aldt maatte lide och omberre, och min rett " att opgiffve, fordi jeg fattige manndt kunde hanom icke nockſommeligen beſtaae " udi rettergang; Saa bleff der enn contractt och forlickelſemaal giortt mellomb oſs " paa Althingitt anno 1596 aff denn velb. Herre Her Höffvidsmand Broſtrup Gedde " och de andre fornembſte mennd ſom denn thiid var paa Allthingitt, ligeſom ded ind- " ſeglede forlickelsmaalsbreff nockſommeligenn giffver thilkiende, ſaa liudendis, att " vii forlickttis om aldt thed ſom oſs thillfornne var emellomb thill denne daug for " oſs och vorre arffvinger for forſkreffne ſacker. Eptther denne contract haffver Her " Gudbrand laditt thrycke och udgaae enn lidenn boeg anno 1608; hvilckenn for- " neffnte bog indholder at *jeg ſkulle haffve giortt falſche breff*, likeſom den bog for- " melder, udi enn anden ſted i bogenn da kalder hand *den breffgiorer enn falſchener*, " for det thredie enn *forbandede breffſmeder*, for det fierde da tilliegger hand och de- " dicerer mig och min ſalig broder Marckus denne bog, paa ſpaatt och fexerery, och " ſiger at denne *ſkal verre oſs thill ære for alle erlige mendt herepther*; jeg haffver " ſoerritt enn fietter eed for thiſſe falſche breffve ſom hand ſchylder mig fore udi " denne forneffnte thryckte boeg. Derfore ehr jeg ydmygeligenn begierrendis aff " eders velbiurdigheder paa Guds veignne, och for long och rett ſkyld, ſaa att jeg " kunde faae loug och rett offver forneffnte Her Gudbrand fordi hand haffver denn " uſande bog och tryck om mig och min ſalig broder laditt udgaae offver ded gand- " ſche land, tiltroendis eders velbiurdigheed atti mig fattige mand her udi vil behiel- " pellig findis ſaavitt ſom loug och rett kand medförre. Joenn Oluffſönn. "

runt, ille autem Refcripto ad Frifium, jam Islandiæ Satrapam factum, dato 21 Aprilis 1619 mandavit, ut Præfulem eapropter in jus vocaret, qvod qvo minus Frifius perficere poffet, præmatura mors impedivit, eaqve tantum in caufa fuit, qvod mandati exfecutio ejus in officio fucceffori Holigero Rofenkrantzio usqve in annum 1620 refervabatur (a).

§. 41.

Præful autem, qvam primum hanc fibi imminere vidit procellam, cum Jona Olai filio & Marci pofteris in gratiam rediit, putans hoc modo Regis iram leniri poffe. Ille autem in eum delatorum calumniis ita exafperatus fuit, ut nihil jam præter jus & juftitiam anhelaret, qvapropter Rofenkrantzius anno 1620 ei Regis nomine dicam fcripfit, cumqve Præful fenio & valetudine impeditus, in dicafterio apparere non poffet, genero fuo, Ario Magni filio injunctum fuit, ut ejus caufam procuraret, qvi id qvidem agere inftituit, fed tam leniter aut perfunctorie, ut ipfe tandem judicum fententiæ accederet, eandemqve approbaret (b), libellum fcil. de qvo controvertebatur, enormes adeo continere calumnias, ut eo fe Præful officio indignum reddiderit, nifi Regi aliud vifum fuerit, cujus gratiofo arbitrio rem permiferunt.

§. 42.

Qværi folet an tam gravem condemnationem his fcriptis promeruerit Præful, ut non tantum officio, fed & honore, opibus, & fere vita

(a) Vide fupra pag. 62. fq.

(b) Hujus fententiæ apographum aliqvando inter chartas noftras habuimus, fed jam non inveniri dolemus. Sub finem hæc in eo exftabant verba: " Samþykte med ofs þenn- " ann dóm Are Magnúsfon " ɔ: *hoc noftrum judicium approbavit Arius Magni filius.* Qvod Arii fimplicitatem ftomachantes mirabamur, usqvedum fimile qvid in aliis judiciis de caufis gravioribus videremus, id tum temporis moris fuiffe, ut partes, utrum in dicta fententia acqviefcerent, nec ne, ftatim declararent. Ita in Arnæ Nomophylacis fententia Vatnsleyfenfi, qva Torfo Erlendi filio officium abrogavit, & eum infamia notavit, actoris, qvi fuit Sigurdus Jonæ, poftea Nomophylax, confenfus expreffis verbis memoratur: Sed ipfum Epifcopum in hac fententia, qvam Arius ejus nomine approbavit, non acqvieviffe, feqventia docent. Compendium qvoddam dictæ fententiæ contra Epifcopum latæ, qvale nos illud accepimus, ad finem Cap. fub Litr. B, adferemus.

vita periclitaretur (a). Qvod ſimpliciter & ſine ambagibus negare non dubitamus, licet nimiam magni viri vehementiam, acerbas catachreſes, & ulciſcendi cupiditatem haudqvaqvam probemus, omnia enim qvæ ſcripſerat, aut probare, aut ad minimum veriſimilia facere potuiſſe autumamus. Videlicet: 1) Fratres *Marcum & Jonam Olai filios* dixit *falſis uſos documentis*, idem dixerunt judices; Dixit *Jonam Olai infamem* (ærulauſann) *eſſe*, *ni ſuam apologiam refutaret, aut unde falſa hæc documenta habeat, probaret.* Qvid, qvæſo, juſtius eſſe potuit? is enim falſos hos codicillos ſciens & prudens coram judicibus produxit, ut ſibi lucro & commodo eſſent, ſed præſuli nocerent, & ejus familiæ æternam inurerent ignominiæ notam, cumqve accuſatores Epiſcopi in illum hoc telum torqvebant (b) *ut infamia notaretur, ſi non probaret qvæ dixit;* Qvare illi in hoſce Olaidas eodem jure uti non licuit? 2) Inſimulatio falſi qvam Biarnio Sigurdi intendit, *optando, ne ejus manus falſos illos codicillos tetigiſſet*, cujus antea ipſum Jonam Olai obliqve accuſaverat, dicendo: *ejus literarum ductum ſimilem eſſe;* haudqvaqvam tanti æſtimanda fuit, ut ideo Regis iræ & ultioni traderetur. 3) Gravia illa in Jonam Nomophylacem, jam mortuum, conjecta crimina, vera fuiſſe videntur, licet jam poſt viginti annos probari non poſſent. Verbo; Veritas qvidem a parte Præſulis ſtetiſſe videtur, qvam ille intempeſtive, imprudentius & acerbius protulit, qvam

(a) Qvi perpendent qvid ſibi velit phraſis illa: *Under Kongens naade oc unaade*, non negabunt Præſulem in ſummo conſtitutum fuiſſe periculo; Certe Rex Chriſtianus Qvartus hoc eodem anno dixit de Chriſtophoro Dybvadio: „ er ſey von den Profeſſoren *in* „ *des Königs gnade und ungnade verurtheilet*, daher könte er ihm zwar nach billig- „ keit, und mit gutem fug am leben ſtrafen laſſen. „ Vide Celeberr. *SCHLEGEL Chriſtiani Qvarti Vitam* ad annum 1620. Qvin & de d. 9 Aprilis 1617 Reſcriptum exſtat, qvo Georgius Lunge Norvegum qvendam, Andream Martini, qvi in ſecunda inſtantia ad pænam pro gratia vel ira Regia (*paa Kongens naade och unaade*) exantlandam condemnatus fuerat, capite plecti, ſine mora curare jubetur.

(b) Judices hic jus talionis in Epiſcopum torqvent, decernunt enim ejus ſcriptum eſſe calumniam; Sed *Codex Juris Island.* Manhelgi Cap. 26 dicit calumniatorem ejusdem pænæ reum fieri ac eum cui cauſam intentavit, ſi modo ſuccubuiſſet, „ ſvari ſliku „ fyri er ſá ætti er rægdur var ef hann væri þeſs ſannur. id eſt: *Eidem pænæ obnoxius eſto, ac delatus, ſi modo hic convinci potuerit.* Unde probabile eſt eos Epiſcopi exiſtimationem tantum ſimplicem & conſeqventer officium, non vero vitam, ſub Regis *naade* & *unaade* (gratiam aut iram) judicare.

qvam expedivit, & Episcopum decuit (a), qvapropter non immerito a Rege mulcta pecuniaria affectus fuit.

§. 43.

Hac pressus calamitate, non animum plane abjecit, sed Deo & amicorum ope fretus, per qvos Regis leniri posse iram sperabat, Thorlacum Skulonium, suum ex filia nepotem, tum temporis Holanæ scholæ Rectorem, sua procuraturum negotia, hoc ipso anno Hafniam ablegavit, qvi, ut ibidem multos avo calumniatorum susurris infensos & aversos, ita qvosdam commiseratione tactos, invenit, qvi virum de Ecclesia optime meritum, in extrema senectute tam indigne tractari abominabantur. Horum itaqve & Gudbrandi amicorum, qvi aliqvid in aula potuerunt, ope & intercessione factum, ut Regis ira paulatim defervescere inciperet, tandemqve eo perducta res est, ut optionem ei Rex daret, utrum ulterius jure experiri, & causam, aut coram Supremo tribunali, aut aliis ad id a Rege delegatis judicibus, dicere, an vero numerata pecunia culpam expiare vellet, qvod si eligeret Præsul, Satrapæ mandabatur, ut de pecuniæ summa cum eo transigeret, caveretqve ut templorum fundi & villæ, ab eo aliis emancipatæ aut alienatæ priori possessori restituerentur, unde patet causam de abalienatis templorum fundis non plane sepultam fuisse anno 1619. Qvodqve Præsul in eo diverticulum qvoddam qvæsiverit, qvod

(a) Hic omnino ignoscendum est acerrimo & injuriæ impatienti magni viri ingenio, dudum irritato, & penetrantissimis calumniarum sicis sauciato, dandum & aliqvid seculo qvo vixit, id est proxime post Episcopos Catholicos, qvi haudqvaqvam tantam injuriam & ignominiam, qvanta Gudbrandus affectus fuit, impune tolerassent; Tandemqve etiam considerari debent exempla Reformatorum qvorundam Theologorum, imo ipsius Lutheri, qvem imitari omnes sibi laudi duxerunt, qvomodo autem ille suos adversarios, ipsos Pontifices Romanos, Reges Angliæ ac Galliæ, aliosqve magni nominis viros tractavit, notius est qvam repetere opus sit; Condonandum etiam aliqvid venerandæ canitiei, qvæ jam 50 annos magno Ecclesiæ emolumento nec minore patriæ decore dignissime Episcopi gesserat officium. Qvæ, ut puto, Episcopum nostrum aliqvaliter excusant, & qvicqvid tandem sit, homines sumus, & in multis labimur omnes; Nec ob huncce nævum Gudbrandus noster magis cessat inter clarissima Ecclesiæ lumina censeri, qvam alii magni viri qvi eadem fata experti sunt, ut *Bircherodius*, *Krogius*, aliiqve, qvorum memoria vivit in benedictione.

qvod non ex legum præſcripto a Rege & Senatu, ſed juſſu Regio a 24 colonis judicatus fuerit, qvod forte ipſi non nihili fuiſſet, ſi cauſa in freqventi Senatu diſceptata fuiſſet, cum plurimi Senatores, Regis abſolutum dominium, aut aliqvid præter aut contra leges factum, ferre non poſſent. Hinc forte Rex tam commiſeratione tanti viri ductus, qvam ne Senatoribus qvibusdam, qvorum forte non paucos a Præſulis parte ſtaturos fore præſcivit, ſibi contranitendi anſam præberet, ei aut alios judices, aut conditionem pecunia labem abſtergendi, offerret (a).

§. 44.

Hæc ubi venerando ſeni innotuerunt, licet ætate provectus eſſet, & viribus ita debilis, ut itineris incommodis impar haberetur, unde, octogeſimum enim jam egit annum, cum Satrapa tamen ipſe colloqvi voluit, nam illi Rex de re tota cum ipſo tranſigendi poteſtatem conceſſerat, iter ad forum generale ingreditur, ſed muliebri ephippio uti, & earum more eqvo inſidere neceſſum habens; qvo tandem delatus, licet qvidam amicorum ſvaderent, ut fortunæ potius aleam jure in freqventi ſenatu experiundo, ubi multos haberet ſuæ cauſæ non averſos, tentaret, qvam tantæ pecuniæ diſpendium facere, eos audire noluit (b), ſed omnibus

(a) Vid. ſupra pag. 63.

(b) Epiſcopus pecunia numerata mulctam ſolvere qvidem, aut detrectavit, aut ob corruptam & iniqvam tunc temporis commerciorum ſortem non potuit, qvam rem egregie illuſtrant duæ ejus epiſtolæ, ad Epiſcopum Siællandiæ & Iſlandiæ Præfectum, qvas ex autographo exſcriptas Illuſtr. & Sum. Ven. Siællandiæ Epiſcopo *HARBOE* grati debemus. Illæ ita ſonant:

" Copie aff dett breff jeg ſkreff thill Hoffuidtsmanden Anno 1622.

" Kiære velbyrdige Juncher, gunſtige Herr Hoffuidtsmand.

" Jeg beder denn naadige Gud ſchall vere Ethers V. h. löen for huiſſ gode vilge " och vmag ſom E. V. haffuer lagtt vind paa min bedröffuede ſag att formilde hoeſs " min allernaadigſte Herre Konning. Enndoeg Hands Mayeſtat holder faſt paa de " 1000 daler, da ere de dog icke i min formue. Thi vdi forgangen aar laante jeg " aff andre huiſſ jeg kom aff ſted. Saa jeg ſider endnu i ſamme gielld. Beder der- " faar E. V. vill paa min allernaadigſte Herriſs vegne haffue fordrag medt min for- " mogenhed. Sender jeg nu i dette breff Matz Hanndſtenns Kiöbmannds paa Huſſ- " uig handſkrifft paa ſex och foritiue Rixdale in Specie, och beder de maatte komme " i

omnibus controverſiis ſimul & ſemel, ſiqvidem jam optio daretur, finem pecuniæ interventu imponere ſtatuit, convenitqve inter eum & Præfectum, aut ut qvidam volunt, Præfectus ei præſcripſit, ut aut coram Rege & delegatis judicibus diceret cauſam, (Senatus enim jam, utpote Præſuli faventior, non nominabatur) aut mille penderet Joachimicos, qvam conditionem pecunia abundans libenter accepit; Præfectus autem, qvi tantum ei optionem proponere, & cum eo paciſci in mandatis habuit, rem, ut acta eſt, ad Regem retulit, & illo pacta approbante, ſeqventi anno 1622, ejus attulit mandatum, ut promiſſam acciperet pecuniam (a), cujus numeratio omnium magni viri controverſiarum colophon fuit.

§. 45.

Licet tantis, tam publicis, qvam privatis ſemper eſſet, ſi non obrutus, certe plerumqve occupatus negotiis, nullatenus tamen rei familiaris oblitus fuit, probe enim novit pecuniam eſſe rerum gerendarum nervum, contemtum vero plerumqve paupertatis comitem eſſe; Nihil autem Islandis, qvo minus ex egeſtatis ſordibus emergere qveant, magis obſtare, qvam qvod omne ex indigenis mercibus, qvod haberi poſſet lucrum,

 peregrinis

» i denn ſumme ſaam reſterer hoſs mig, meer haffuer jeg icke kunded att ſende der » till denne gang. Gud i himmelen ved all den ſag huor hun ſider ſammen. Dog » alligeuel ſkall jeg findes villig mens jeg ſliider denne bedröffuede thiid. Gud for- » lade mine wvenner ſaa den Jon Magnusſen ſom de andre.

» Fromme Herr Doctor! Jeg ſender Copie aff Hoffuidtsmandſins breff. I threi » ſamfulde aar haffver jeg icke bekommet hoſs di Danſke kiöbmend uden di 46 daler » ſom jeg nu ſender kiöbmandens handſkrift paa. Den ſumma pending er mig » umueligtt att betalle, ſkullde ded end koſte liifed. Jeg fick paa dombkirckens rec- » ker i fior en hvaltann fire allen lang, hinde förde jeg till altinged och forſkickede » den ſamme thann thill Kongl. Majeſtat med lensmanden Holger Roſſenkrantz, i den » forhaabning att hans naade ſkullde vere thillfreds dermed; thi haffde jeg ſölltt den » hvaltann thil Hamborg, da haffde jeg vell kundet att bekomme 1000 daler for den » ſamme. Udi mitt breff ded Kong Fredrich haffver giffvet mig paa ſtifftet, begierer » hans naad ſlett intet aff hviſſ der kand reke hverken hvaler eller nogenn anden » deel; Och om i villde ded berette for Cantzler, daa forhaabeſs jeg hans ſtrenghed » hielper mig med ett gaatt ord hoſs Kongl. Majeſtat ad min fattigdom bliffver no- » ged forſkoned. Gudbrand Thorlachſen m. e. h.

» anno 1622 d. 24 Auguſti. »

(a) Vid. ibid. pag. 63. ſq.

peregrinis cederet, illi autem non qvibus indigerent, nec infucatas, ſed triviales & ejectitias, qvibus ipſi abundarent, merces adveherent, easqve ſatis care divenderent. Cui malo, ſi Islandi more majorum propriis utentes navibus, ipſi mercaturam exercerent, optime obviam iri poſſe putavit, ſupplicibus itaqve a Rege petiit literas, ut ſibi liberam in Norvegia aliisqve ſuæ Majeſtatis ditionibus mercaturam concedere vellet, qvod etiam mox impetravit, ut ex Regio Reſcripto dato 18 April. anno 1579 apparet (a).

§. 46.

(a) Ipſe & ſuccinctam qvandam commerciorum Iſlandiæ hiſtoriam ſcripſit, qvam noſtris uſibus Sum. Ven. *HARBOE* benigniſſime conceſſit, ut illa hic locum habere poſſit:

Hiſtorica inſtructio de navigatione & mercimoniorum commutatione cum Iſlandis veteri & nova conſvetudine habita. (*Ex autographo.*)

Islandi primum Norvego nondum tributarii facti, propriis naviigiis inſtructi exteras nationes & terras inviſebant, (ut Norvegiam, Angliam & Grönlandiam) inviſebanturqve ab his viciſſim, libere utrinqve, & nullis obſtantibus, commercia exercentes; atqve hoc durante rerum ſtatu optime cum Islandis agebatur. Succeſſu vero temporis & annorum, tributariis factis Islandis atqve ad tenuiorem conditionem redactis, navigatio illa incolarum ad exteros paulatim & tandem deſiit. Exteri igitur, utpote Angli, Hollandi, Germani, qvibus de terræ hujus conditione innotuerat, navigationem in Islandiam exorſi ſunt, eamqve liberam & commercia libera freqventibus ſatis navibus uſqve ad annum Chriſti 1571 continuaverunt, portoriis Regiæ Majeſtatis Præfectis annuatim ſolutis, unde etiam tum res gentis Islandicæ bene habebant, extraneis ligna, æs, ferrum & alias res utiles & neceſſarias tolerabili pretio ſuppeditantibus. Cæterum anno Chriſti 1571 hanc commerciorum libertatem atqve inde proveniens commodum primus nobis invidit & eripuit mercator qvidam Danus, Marcus Heſſ, qvi, qva apud regios valuit gratia, obtinuit, ut tres portus Islandiæ borealis ipſi ſoli permitterentur, aliis denegati, is igitur anno elapſo unica navi portum, ex tribus unum & ſolum, viſitari curavit, magno ſumtuum ſuorum cum compendio, incolarum autem ſummo cum damno & diſpendio, dum illi qvi duos reliqvos portus navibus jam deſtitutos accolebant, inſigni viarum & aliarum rerum plurimarum incommodo, cogerentur tertium illum portum adire, ubi aut nihil, aut minimam rerum neceſſariarum partem emere potuerunt, mercatoribus fœnus ſuum augentibus, & rebus omnibus precium novum ſtatuentibus; Qvæ commutatio rerum incolis omnino nolentibus volentibus acceptanda erat; interim rerum neceſſariarum parte plusqvam dimidia deſiderata, qvod unica navis toti diœceſi minime ſufficeret. Non ſuſpicabatur Rex clementiſſimus hanc mercatorum fraudem miſeris incolis intentatam, qvod tres portus diſſitiſſimi in unum contrahendi eſſent, ſed tres portus tribus & peculiaribus navigiis viſitandos ratus fuerat; interim Heſſi artem mercatores Germani meridionalis & occidentalis Islandiæ portus freqventantes mox imitati ſunt, qvod qvamvis incolis ſatis incommodi importaret, ut ex dictis æſtimari poteſt, tamen adhuc tolerabilia fuerunt longo

tempore

§. 46.

Qvam primum Nomophylaces hoc ejus institutum suboluerunt, Prætores & omnes judicii civilis Assessores instimularunt, ut suo & totius Islandiæ

tempore rerum precia & merces probatæ. Cæterum ab anno Christi 1602 novus mercatus in gente Islandica adolescere cœpit, non qvidem ulla culpa Regis clementissimi, qvi severe & serio edixerat ut vetus mercimoniorum æqvalitas, tum qvoqve mercium probitas servaretur, nec non rerum necessariarum sufficiens copia advehatur; Sed mercatorum qvorundam præsumtione, Regio edicto minus obseqventium, id factum est, & ex contemptu gentis nostræ & injusto lucrifaciendi studio, nam mercium suarum omnium precium augere, nostrarum vero imminuere, merces corruptas & improbas divendere, aut res maxime necessarias, utpote æs, ferrum, ligna, minus parce & sordide afferre, non est clementissimi Regis edicto & voluntati obseqvium præstare. Etsi forte reperiantur qvi non veriti sint dicere edictum illud Regium ad paucos annos esse datum, Regiam voluntatem nunc esse mutatam, imo nunc permissum esse mercatoribus gentem Islandicam ad libitum tractare, qvod qvam alienissimum sit a clementissimi Regis nostri mente & voluntate omnes probi & boni facile agnoscunt. De hac miseria & incommodo præsentissimam inopiam & exitium incolis minitante, nec nisi regia autoritate emendando hoc tempore ad Regem serenissimum pro Islandia boreali supplicationes fiunt, rogantes ut dignetur Regia Majestas si commerciorum & navigationem pristinam libertatem restituere noluerit, (qvod tamen unice & maxime in votis habet tota Islandia, unde nimirum nihil incommodi ad Regem aut Regios derivatur, nostra vero inopia maxime sublevatur) jubeat tamen & clementissime permittat, ut pro portuum antiqvo numero numerus etiam navium extranearum huc commeantium augeatur; Et ut mercium & rerum necessariarum tum copia, tum probitas, tum precii æqvalitas, mercatoribus injungatur, nisi enim hac vel simili clementia Regis serenissimi subditi afflicti erigantur & subleventur, de iisdem brevi & opinione citius actum erit, id qvod Deus O. Max. ac Regis nostri serenissimi clementia prohibere velit. Qvum autem hoc tempore de boreali saltem Islandia agatur, tantum duarum navium adjectionem qvotannis fieri expetimus in portum Husevik & portum Rhutefiord immittendarum, qvæ petitio (si illud primum & præcipuum de commerciorum & navigandi libertate ortum non obtineatur) ut apud Regiam clementiam locum inveniat ac admittatur, magnopere & propter Deum rogamus.

" Saaledis linder Kong. Majsts pass:

" Först skulle vore forneffnte borgere være forpligtige ad forsörge forneffnte Is- " land med goode uforfalskede kiöbmandsvaare, lereft och andet som dennom kand " være fornöden, saa adt almuen kand faar billigt och christelig værd bekomme hvad " hver behöffver; dersom det icke skeer, daa skall den borger hoss hvilcken sliige " forseelser findis stande oss derfaare till rette. Dernæst skulle de icke före anden " vaare till Island end guode kiöbmandsvaare, hvad som icke duer lade bliffve fra " landet; ey heller skal de deriss vaare effter deres villie mue ophöye, men dennom " fielge effterssom gammelltt haffver værett effter landsenss gammel viss och vaane. "

De

Islandiæ nomine, ſupplices in Comitiis Generalibus anno 1576 ad Regem componerent literas (a), in qvibus dicunt ſe audiiſſe qvosdam contra antiqvas

---

De commutatione rerum apud Islandos appendix.

Adeo vetus eſt rerum ſive mercium aut mercimoniorum commutatio, ut ad certorum annorum initium aſtringi in borealibus biſce terris vix poſſit; Hoc autem certum eſt, Islandos ſemper aut plerumqve illa uſos fuiſſe, utpote qvi nec ipſi monetam ullam cuderent, nec extranea magnopere gauderent; Noſtra itaqve commercia tam invicem, qvam cum exteris, etiam hodie mercium commutatione fiunt: Ne autem qvilibet ad libitum mercium & rerum ſuarum precium augeret, legibus noſtris antiqviſſimis mercium & rerum precia præſcripta ſunt, nec ſolum inter conterraneos ſervata, ſed etiam in contractu & commutatione exterorum adhibita & demandata eſt, hinc eſt ſolennis cujusqve anni proclamatio kaupſetning, *& in portu qvolibet intrantibus navibus ſacra & non violanda mercimoniorum æqvatio, ne qvis aliter emat aut vendat, qvam in proclamatione iſta continetur. Intellexerunt hoc ſatis primum Norvegiæ, poſtea Daniæ, Reges ſereniſſimi domini noſtri clementiſſimi, ideoqve conſvetudini huic vel potius legi conſvetudine confirmatæ ſuum, hoc eſt Regium, ſuffragium addiderunt, nec etiam hic excipiendus eſt Rex modernus noſter clementiſſimus, qvi regio edicto patente & publico ſuos cives, ſive mercatores Danos, ad veterem commerciorum ſive commutationum conſvetudinem & legem aſtrinxit. Interim tamen eſt qvod nos miſeri & afflicti conqveramur, nempe non ſatisfieri edicto Regio, ut nec conſvetudini antiqvæ & uſu plusqvam inveterato receptæ, mercium qvidem fit commutatio, ſed talis, qvalis antea nunqvam; Res ſic habet: precium extranearum mercium auctum eſt enormiter, qvarundam duplo, qvarundam triplo, qvarundam paulo alia vel minore differentia, noſtræ vero merces qvæcunqve in eadem manent taxi & æſtimatione & nobiscum & in commutatione cum exteris. Iſtam autem viciſſitudinem & differentiam extranearum & noſtrarum mercium, & natura rerum ipſa, & ſapientiſſimi Reges noſtri improbaverunt, ut enim noſtrarum rerum precium augere illicitum eſt, ita qvoqve extranearum; nam eſto ut merces exoticæ vel extraneæ alias magni, alias parvi, conſtent, dum ibi veneunt, noſtræ qvoqve viciſſim nobis ſatis magni conſtant, & etiam in exteros transportatæ ſatis care veneunt, ſed fatemur alias aliter. Interim in hac noſtra commutatione non niſi eodem & deſcripto antiqva conſvetudine precio hic venduntur; Hinc igitur conſtat qvam extranei ſuarum rerum precia augeant & mutent qvotannis, qvæ & qvanta nobis fiat injuria, ad idem ſemper noſtrarum mercium precium aſtrictis. De hac inæqvalitate negociationum minus conqverendum foret ſi commercia libera permitterentur; ſed dum ad certum emporium certos & diſtinctos mercatores rerum precia ad libitum ſuum & contra præſcriptum regium augentes alligamur, videat Deus qvo tandem in ſtatu res noſtræ ſint futuræ.*

Gudbrandus Thorlacius.

ſ. b. ſ. m. pp. d. 24 Aug. anno 1613.

(a) Ita pleriqve ſcribunt; Nos autem qverelam de mercimoniis ad Gudbrandum pertinere non credimus, (niſi mendum in anno ſtatuatur, ut pro 1576 legi debeat 1579) ſed tantummodo de prædiis eccleſiaſticis, qvare & illi hic locum mox concedemus.

antiqvas leges, libertatem patriæ, publicum commodum & Magiſtratum auſos fuiſſe petere, ut propriis navigiis mercaturam exercere liceret, qvod pauperi plebi non modo ſit nocivum, & eidem manifeſtam minitetur ruinam, ſed etiam legibus & antiqvæ conſvetudini contrarium ſit, cum non indigenæ, ſed peregrini ad hæc usqve tempora, mercaturæ ſemper præfuerint; Et in documentum rei qvatuor nominant emporia peregrinis elocata, qvibus male ab iis neceſſariis mercibus provideatur; Petunt præterea ut antiqva Conſtitutio, ne Magiſtratui politico de prædiis templorum jus dicere liceat, penitus aboleatur & res eccleſiaſticæ in poſterum ſuæ ſubmittantur jurisdictioni, jure jurando enim ſemet adſtrictos eſſe, ut de qvacunqve cauſa juſte judicent, qvod præſtare impoſſibile ſit, qvamdiu non liceat de omnibus cauſis judicare. Tandem ſubmiſſe rogant, ne Rex in ſervitutem avaro & injuſto Magiſtratui ſe vendat, ſed per probum illum Johannem Bucholtzium regere velit; Datum in Comitiis 1 Julii 1576; ſed hocce petitum, aut verius, famoſum ſcriptum, ut revera promerebatur, ne reſponſo qvidem a Rege & Senatu dignum habebatur, licet Bucholtzius, ut veriſimile eſt, id ſummopere commendaret. Nam Epiſcopus ipſi ingratiis voti compos factus eſt (a).

§. 47.

(a) Hujus petitionis iniqvitas & autorum invidia, qvorum Coryphæus fuit Nomophylax Jonas Jonæ, inde conſpicitur, qvod: 1) Dicunt id eſſe contra leges politicas & ſpectare publicum incommodum, ut qvisqvam indigenarum propriis navibus mercaturam exerceat, ſeu peregrinas merces advehat, & indigenas evehat. 2) Aperte mentiuntur, qvod tale qvid inuſitatum & inauditum ſit, cum certo certius ſit, multos tales naves habuiſſe, inter qvos fuerunt: Jonas Vilhelmi, Gotſkalkus & Olaus, Epiſcopi Holani; Sed Skalholtini: Arnas Olai, Stephanus, Ögmundus, & tandem Martinus, ut & laïci qvidam, qvos longum eſt enumerare. 3) Vocant Magiſtratum (ɔ: Gudbrandum Epiſcopum, de qvo ſcribere videntur) avarum & crudelem, qvi ſola avaritia inductus hoc petat. 4) Conſtitutio de templorum bonis, qvam annihilari volunt, eſt Edictum Chriſtiani III. datum 1556, qvo vetat, ne templorum bona abalienentur. Scilicet accuſarunt Epiſcopos, qvod templorum bona abalienarent, ſed ſibi eandem poteſtatem expetiverunt. Ad demonſtrandum qvantum apud politicos invidia, & odio laboraverit Epiſcopus, qvantoqve impudentiæ & temeritatis illi proceſſerint, ipſam eorum ſupplicationem, qvalis ad nos pervenit, hic ſubjungi libet:

" Stormæcktigſte, Höybaarneſte, Navnkundigſte Förſte! Allernaadigſte Herre!

" Eders Kongel. Majſts Höymæcktighed ville verdiges at vide det vii Eders Naa-
" des Tienere, Laugmænd, Syſſelmænd, och eedſvarne Laugrettesmænd, paa heele
" Almuens och Lovens vegne nærværende paa Öxeraæ landtstinge, underdanigen gif-
" ve

§. 47.

Accepto mox memorato privilegio, Hamburgicam mercatoriam navem emit, & in confortium accerfitis ditioribus qvibusdam incolis Toparchiæ Skagafiordenfis, denuo Regem follicitavit, ut fibi & fociis in dicta provincia peregrinas merces diftrahere liceret, qvod pariter ac prius conceffum fuit, fed vetitum ne latius fuam extenderet mercaturam, cautumqve, ut perinde ac alii mercatores folita inde folveret tributa (a). Huic navi mercibus Islandicis onuftæ ex portu Skagfiordenfi folventi & Hambur-

---

" ve tilkiende, fom beftaar i den *ftore bedröfvelfe*, fom vi nu nyligen har hört, och " fornumet, at nogle her aff landet, formedelft *deres gierrighed och egennyttighed har " fig underftaaet vor frihed, lov, almindelig nyttighed, och öfvrigheden at fkade* i det " at handelen fom ald til denne dag, formedelft Eders Majfts Naades Formænds " Kongerne i Norge och Danmark, och deres troe mænds tilfiun, har været i frem- " mede kiöbmænds och deres egen hænder, har vildet nyde och forpackte den *mange " fattige almue och landsloven til ubodelig fkade och endelig undergang.* Det och lige- " leedes hvordan de aabne haffne, Hafnefiord, Stapet, Refet och Wopnafiördur, ere " forpacktede til viffe kiöbmænd hver haffn. Udi Refet har intet Skib endnu kom- " met, faa den omliggende almue har miftet nödvændige vahres tilförfel, och Hafne- " fiörd med difflige kiöbmænd, vahre och handel befeglet, fom landet umueligen " kand taale eller bere, uanfeet at Eders Naades bref allernaadigft mælder om goed " vahre och gammel handel. Fremdeeles maa vii gifve tilkiende, at ofs mange gange " forekommer at dömme om de fager, fom angaae kirkens och cronens jorder. Men " eet kongsbref forbyder at dömme dem fra kirkerne eller legge dem under lov och " dom, hvorfor den fattige almue oft mifter fin rett, och vii hafve gifvet vor eed at " fkaffe hver mand lov och rett, hvilket vi umueligen kand giöre, med mindre fam- " me forbud blifver igienkaldet och affkaffet, hvilket vi forbringer Eders Kongl. milde " hierte at betenke hvad befværligt er for os at ombære, formedelft vores der paa " aflagde eed, derfor er vor allunderdanigfte bön och begiæring *for Guds och rettens " fkyld*, at Eders Kongl. Majft *ikke vil fælge os længer, til at tvinges faaledes af gier- " rig och umild öfvrighed* men felfv holde haand ofver os ved den fromme Johann " Bucholt, faa længe hand holder os ved lands lov och rett, eller och anden chrifte- " lig Befalingsmand, ligeleedes at lade haffnerne aabne och frii for tilförelfen aff goed " vahre och gammel handel almuen til nytte, thi ellers hafve vi i dette fattige land " intet i diffe haarde tider aff at lefve, faa vilde de och forunde os at lov och rett faa- " fom fagt er maatte være ubehindret. Det famme forlade vii os faftligen til, at " Eders Kongel. Majft ikke vil negte, hvilket och den ævige gode Gud, fom alle " gode gierninger anfeer med himmerigs glæde vil Eders Kongl. Majft belönne &c. " Under vores indfegel ved Öxeraa d. 1 Julii 1576. "

(a) Datum eft hoc Privilegium Coldingiæ die 15 Martii 1580.

Hamburgum petituræ præposuit Sacerdotem qvendam Arngrimum Jonæ, virum frugi & bene literatum, qvi non tantum mercium mutationes observaret, & commercia dirigeret, verum etiam alia Episcopi negotia expediret. Sed faventem non habuit Mercurium, nam navis cum universa vectura aut undis absorpta fuit, aut alio qvodam modo periit, ut nunqvam postea aut visa, aut qvicqvam de ea auditum sit, qvæ jactura eum a tali alea ulterius tentanda deterruit (a).

§. 48.

Rei familiaris etsi ipse supremum ageret inspectorem, œconomiæ tamen, tam domesticæ, qvam villaticæ, directores habuit viros prudentia & autoritate pollentes, qvorum nominatissimus fuit Thorkillus Gamalielis fil. ipsius consobrinus, qvi ejusdem supra 30 annos fuit œconomus fidissimus, ac rei familiaris fulcrum singulare, per hunc, qvæcunqve ad rem domesticam aut œconomiam pertinebant, perfecit. Ædes sedis Episcopalis omnes aut refecit, aut ex novo suscitavit, qvarum celeberrima est, qvæ vocatur *Nýa-Hús*, trabibus & lignis, tum rectis, tum transversis & obliqvis qvercinis constans, latere & cæmento spatia intervacua replentibus. Mensa qvotidiana & frugalis fuit & liberalis, convictus lætus & affabilis, plurimum enim in mensa collationibus literariis & sacris, aut publico bono profuturis, gaudebat. Qvotidiana conversatio gravis, sed humana & svavis. Sermones semper sale conditi; Dictio pura simplex & penetrans; &, si commotus esset, acerbior, qvam qvidam ferre possent. Cum per sanitatem liceret, semper aliqvid legebat aut scribebat; sed subcisivas nactus horas aliqvid fabrefecit, qvod semper affabre factum aliis facile palmam præripuit; Animo præditus fuit excelso & constanti, ut a semel suscepto non facile desisteret. Ingenio perspicaci & acuto, sphæram nostræ elevationi accommodam sua manu

(a) Hoc naufragium & interitum Domini Arngrimi Jonæ, viri docti, *BIÖRNUS de Skardsaa* referre videtur ad annum 1576, sed memoria lapsus, in annorum computo hallucinatur, nam præter Arngrimi mentionem supra pag. 393. in epistola Gudbrandi ad Paulum Matthiæ anno 1578 scripta, factam, Arngrimus qvoqve eodem anno Regium nactus est Diploma, ut Sigurdo Jonæ, si superviveret, in Præbenda Grenjadarstadensi succederet.

manu exſtructam Johanni Bucholtzio viro nobili & literato obtulit. Globi terreſtris fabricam etiam adornare cœpit, ubi Islandiæ ſitum coſmographicum, qvem in hydrographorum mappis erroneum animadverterat, emendatiorem daret, qvod inſtitutum morbi & moleſtiæ abruperunt. Tabula Geographica Islandiam exhibens, qvæ in *Ortelii Theatro* occurrit, & alia qvæ Grönlandiam exprimit, in Regiæ Majeſtatis Bibliotheca aſſervata, hujus viri opus eſſe perhibentur. Inter fabros nunqvam verſatus, qvævis tamen opera fabrilia, ſaltim viſa, manum ſi admoviſſet, imitari & plerumqve non viſa excogitare & efficere potuit. Corporis ſtaturam optimam nactus, viribus pollens, valetudine optima uſus eſt usqve ad annum ætatis 43; qvo tempore paululum mutari cœpit. Anno 1572, ætatis 30, uxorem duxit *Haldoram Arnæ filiam*, virginem forma, opibus & virtutibus florentem, qvæ in puerperio anno 1585 obiit; cum ex ea tres liberos, qvi ad maturam ætatem pervenerunt, *Paulum*, *Haldoram* & *Chriſtinam*, ſuſcepiſſet (a).

§. 49.

Statim poſt uxoris mortem anno 1585 ab adverſa valetudine tentari cœpit, qvæ ipſum ad mortem usqve ſecuta eſt, licet ſua haberet intervalla & paroxyſmos; Hæc ei circa annum 1596 neceſſitatem impoſuit, ut Arngrimum Jonæ ſibi Coadjutorem conſtitui optaret; Anno autem 1624, feria III. Pentecoſtes, meliuſcule habere viſus, mane ſurgens & recentem hauſturus aërem ex domo exſpatiatur, ſed ſubita correptus hemiplexia, lecto illatus, ſermonis uſu privabatur, ita ut vix plus tribus verbis continue effari poſſet. Siniſtra manus integra fuit, qva Biblia, ad lectum ſemper collocata, evolvit & digito monſtravit, qvid legi vellet. Eodem anno die 14 Novembris, Templum Cathedrale, domus antiqva & nutans, turbine proſtrata eſt (b), & anno mox ſeqvente Thorkillus Gamalielis

(a) Hæc pleraqve ex *ARNGRIMI* Oratione funebri de Gudbrando habita impreſſa Hamburgi anno 1630 excerpſimus, ad qvam lectorem de magni viri, tam animi, qvam corporis, dotibus plura cupientem, remittimus.

(b) Templum hocce ædificaverat Petrus Epiſcopus anno 1394. ſteteratqve annis 230, illud autem, cui hocce ſucceſſerat, itidem turbine dejectum fuerat die Johannis Evangeliſtæ anno

malielis filius, rei familiaris Gudbrandinæ fulcrum ſingulare, vitam cum morte commutavit, abſente ex filia nepote Thorlaco Skulonio, qvi tum Rectoris & Paſtoris Cathedralis officia ſimul gerebat, qvem hoc anno Haldora Gudbrandi filia, virilem habens animum virgo & virago, in Daniam ad comparandum parenti medicamenta, & templo exſtruendo materiam ablegaverat; Qvo anno 1626 reverſo, & magnam materiei vim templo Holano exſtruendo aptam, ut & medicamina Præſuli a medicis Hafnienſibus præſcripta, adferente, ligneum illud templum exſtrui qvidem potuit. Cui Princeps Chriſtianus, qvi ipſo Rege in Germania bellum gerente regni habenas tenuit, octodecim dodecades aſſerum Gothlandicorum, 6 dodecades ingentium trabium, & 6 cados picis, dono dederat. Sed carneum Præſulis tabernaculum, nullam admittebat medicinam (a) & refici non potuit, qvi re ſolius Dei arbitrio permiſſa, in qvartum annum decumbens, accedente tandem morbo epidemico (Islandis *Landfarſótt*) ſeu ardenti febri, anno 1627, d. 20 Julii, ætatis 85, officii 56, dierum, honoris, divitiarum, tandemqve utriusqve fortunæ ſatur, temporalem vitam cum æterna commutavit heros eccleſiaſticus, de qvo diœceſis Holana non immerito dicere poteſt: *Nulla ferent talem ſecla futura virum.*

§. 50.

Talis in vita & morte fuit, celeberrimus noſter *Gudbrandus Thorlaci* filius, Holenſis diœceſeos 56 annorum Epiſcopus vigilantiſſimus, qvo licet forte doctiorem unqvam habuerit Islandia virum, neminem tamen in patria meritis ſuperiorem. Amicitiam & literarum commerci-

 um

anno 1393, qvod ædificaverat Jörundus Epiſcopus, nec multum ſupra 100 annos ſteterat, notariqve meretur, qvod ut templum Holenſe bis vento dejectum eſt, ita etiam Skalholtenſe bis igne abſumtum; anno ſcilicet 1309 & iterum anno 1526.

(a) *ARNGRIMUS* ſcribit Epiſcopum omnem medicinam reſpuiſſe; Sed *THORLACUS* ad *WORMIUM* (*Epiſt. Worm.* 109 data Holis 30 Auguſti 1626) ita: *Reverendus Dominus Epiſcopus noſter adhuc æger langvidum trabit ſpiritum, nec medicamentorum ope a vobis & Clariſſ. Bernhardo Lange præſcriptorum qvicqvam levatur, nec id qvidem mirum videri debet, tum ob ſenectutis debilitatem, tum ob morbi inveterati diuturnitatem.* Qvorum utrumqve eo modo verum eſſe poteſt, qvod medicamenta aliqvoties uſurpata nullam opem, ſed forte aliqvid doloris adtulerint, ideoqve ab ægroto non ulterius admiſſa fuiſſe.

um habuit cum multis magnis viris, *Paulo Matthiæ* (a), *Winſtrupio* (b) &

(a) Vid. ſupra pag. 373 ſqq.

(b) Qvasdam hujus viri ad Epiſcopos Gudbrandum & Ottonem Einari epiſtolas, Sum. Ven. Epiſcopus Siællandiæ Dominus *LUDOVICUS HARBOE*, pro ſuo in nos favore & in omnes bonos conatus promovendos ſtudio, conceſſit, qvarum duas tantum hic, brevitati litantes, adferemus, qvæ ex Winſtrupii generi celeberr. Stephanii autographo ita ſonant:

Domino Gudbrando Thorlacio Epiſcopo Holenſi in Islandia. (Soceri nomine.)

Reverende vir, Frater in Chriſto dilecte! Redeuntes ad nos anni ſuperioris autumno, naves noſtrates binas mihi abs te literas attulerunt, ad qvas nunc, cum id hoc ſolum anni tempore facere qveam, breviter, pro mole & varietate negotiorum, qvibus diſtineor, reſpondebo. Priores igitur, non ſine ſummo animi mei dolore legere potui, continentes ſcilicet præcipue triſtiſſimas querelas, de malis & miſeriis, qvibus tantopere affligitur, cum univerſa veſtra patria, tum tua qvoqve familia: de qvibus omnibus uti ipſe recte & pie judicas, ita ego etiam ſentio & moneo, vobis cogitandum, non temere illa aut caſu accidere, ſed peccatorum pœnas eſſe, qvas ut provocatus a nobis exigit Deus Opt. Max. pro juſtiſſima ſua ira; ſic & invocatus pro ſumma clementia ſua ac miſericordia, ſolus, vel tollere vel mitigare poteſt. Atqve id qvidem ut dignetur, ardentibus precibus rogandus eſt, & noſtra pœnitentia, vitæqve emendatione, ad pœnitentiam de malo nobis intentato, flectentibus. Nec deſperanda nobis eſt gratia ipſius & peccatorum venia, aut pœnarum mitigatio, ſi modo ſerium fuerit & ſincerum precum noſtrarum & pietatis ſtudium. Hæc etiam cum non dubitem te ipſum aſſidue cogitare, qvæ tua eſt eruditio & pietas ſingularis, in iis commemorandis non ero prolixior. Id ſaltem mihi valde videtur indignum, qvemadmodum ad me ab aliis etiam perſcriptum eſt, qvod mercatores illi, qvi hinc ad vos mittuntur, tam ſeſe illic loci gerant inſolenter, de qva re, uti antea, qvoties commode fieri potuit, ita deinceps qvoqve, Magn. Dn. Cancellarium ſubmonebo, ut ejus authoritate & procuratione, remedium aliqvod iſti tandem malo tempeſtive reperiatur. Facis deinde mentionem Ordinationis pro veſtris Eccleſiis concinnandæ, de qva cum aliqvid certi ſtatueritis, non patiar in me opem ullam aut operam, ad rem perficiendam, a vobis deſiderari. Interea temporis miſſos ad me jam prius aphoriſmos, qvod petis, mecum reſervabo. Poſtremo de iis agis, qvæ tibi muneris loco a nobis ſunt anno ſuperiori transmiſſa. Ea vero grata fuiſſe, ampliſſima remuneratione ſatis ſuperqve teſtatum reliqviſti. Gratiæ igitur tibi non ſolum ingentes a me habentur, ſed & ut aliqvo modo referantur, mitto adhuc ejusdem generis nonnulla, juxta conſignationem ſchedulæ hiſce literis incluſæ, qvæ ut qvidem æqvi & boni conſulas, qvia ſcio te tua ſponte facturum, operoſius id non contendo. Et hæc qvidem fuerunt in literis prioribus. Poſteriores vero tua manu ſcriptæ, qvibus in eandem ſententiam erant adjunctæ literæ Dn. Arngrimi noſtri, continebant imprimis, mihiqve commendabant illam cauſam Gudmundi, partim aſtu circumventi, partim injuria rejecti. Qvam cauſam Magn. Dn. Cancellario diligenter expoſui. Et ſpero nos effeciſſe, ut omnia Gudmundo ex ſuo voto, & animi

& *Resenio* Episcopis Siællandiæ, *Nicolao Hemmingio*, *Philippo Nicolai, Thychone*,
Hhh 3

animi vestri sententia, succedant. De qvo vos rediens ipse copiosius edocebit. Atqve hæc sunt qvæ tibi hac qvidem vice breviter respondere & volui & potui; Deo Opt. Max. salutem & incolumitatem, cum privatam vestram vestrorumqve, tum totius gentis afflictissimæ communem, precibus meis commendaturus. In Christo Jesu feliciter vale, beateqve vive & morere, venerande vir, salutatus cum uxore & liberis a me peramanter & officiose. Salutabis etiam meo nomine Du. Arngrimum, cui nihil hoc tempore scribo. Hafniæ D. 24 Apr. Anno 1604.

Ad Dominum Otthonem Einerum Episcopum Schalholtensem in Islandia.
(Soceri nomine.)

S. Reverende Vir, Amice plurimum honorande. Ad literas tuas, qvas anno superiori accepi, ut hoc tempore, qvo solent mercatores nostri, consvetæ negotiationis causa, ad vos redire, aliqvid respondeam; ne silentio meo scrupulus tibi injiciatur, & occasio tum de nobis, cum rebus nostris, alieni qvicqvam suspicandi. Primum omnium te scire volo, gratam imprimis mihi fuisse tuam commemorationem de statu rerum apud vos nunc utcunqve, Dei beneficio, in melius mutato. Et sane futurum speremus, ut Deus aliqvando placatus, iram suam & iræ flagella a vobis partim & nobis ipsis clementer avertat. Sed interim non admodum jucunda mihi auditu fuit mutatio apud vos facta Duumviratus tam subita & inopinata, qvam tamen & ipsam, licet prima specie ominosam, in eum finem Deus Opt. Max. pro sua sapientia & bonitate est directurus, ut & gloriæ nominis ipsius, & vestræ saluti servire omnino cogatur. Annonæ apud vos caritatem sublevabit haud dubie ejusdem qvæ est apud nos magna vilitas: cum interim rerum aliarum ad qvotidianos usus necessariarum pretium non decrescat aut minuatur. De Domini Gudbrandi Episcopi Holensis afflicta nimium valetudine valde sum sollicitus, cum sciam qvanta extent ipsius in universam gentem vestram merita; ut omnino sentiam vita longiore dignum esse, nisi Clementissimo Deo aliter visum fuerit. Qvicqvid fiet, Dominus Jesus Christus omnino providebit Ecclesiæ suæ, ubicunqve illa terrarum peregrinetur, idonea gubernationis organa, donec ipse veniat, eamqve ærumnis omnibus eripiet, liberatam hinc in regnum Patris transferat, & æterna gloria ac lætitia perfundat. Interea temporis nostrum unum qvemqve decet, qvanta maxime fieri potest fide & diligentia suum munus obire. Qvod scimus Venerandum senem Dominum Gudbrandum sedulo semper factitasse, ut vel idcirco eam nominis etiam sui æternam memoriam posteritati sit omnino relicturus. Qvod res tuæ privatæ ac domesticæ mediocri sint loco, est cur merito tibi qvalemcunqve tuam felicitatem in communi velut infortunio, velim gratulari. Deus vos porro conservet, & tandem aliqvando clementer respiciat vultu super vos illuminato. Qvi mihi abs te commendantur ex gente studiosi, de iis promovendis tam ero sollicitus qvam qvi maxime, de qvo cum sciam te non dubitare, nihil qvicqvam addo amplius, hoc saltem peto, ut qvæ tibi a me remunerationis loco mittuntur, ea grata tibi & accepta esse patiaris. Bene & feliciter vale, cum omnibus tuis ex me diligenter salutatus. Hafniæ 24 April 1607. **P. W.**

chone Brahe (a), & aliis permultis, qvos longum erit enumerare, inter qvos omnes maxime excelluit amor in eum Pauli Matthiæ filii, qvi qvamdiu ſuperfuit, Gudbrandus omnia qvæ a Friderico Secundo petiit, illo intercedente obtinuit. Elogia ejus colligere operæ non eſt pretium, cum tot illuſtria facta & monumenta ejus meritorum proſtent (b). Oratione funebri Latina impreſſa Hamburgi 1630 eum celebravit *Arngrimus Jonæ*, ſed epitaphio ipſe ille *Arngrimus* & *Thorlacus Skulonius*, ejus in Epiſcopatu ſucceſſor. Panegyrica poëmata in

(a) Hujus diſcipulum qvidam eum fuiſſe ſcribunt, (conf. *Petri Bælei Dict. Hiſt. Crit.* in Art. *Jonas Arngrimus*) ſed ut puto perperam; Nam nec id patitur temporum ratio, cum Gudbrandus Academiam Hafnienſem anno 1564 reliqverit, Thychone 18 ætatis annum agente, qvi (vide *HOLBERG Hiſtor. Dan.* Tom 2. pag. 490-572) integro qvadriennio poſtqvam Gudbrandus Holenſis Epiſcopus factus eſt, aſtronomiam in Dania docere cœpit. Nec id in *Athanaſia Gudbrandiana* tacuiſſet *ARNGRIMUS*, ſi verum fuiſſet; ſed amicitiam & literarum commercium ei cum Thycone interceſſiſſe, valde eſt probabile, unde forte nata eſt traditio, qvod ejus fuerit diſcipulus.

(b) Nobis tamen temperare non poſſumus, qvin ſeqventia, qvæ ſæpiſſime, at nunqvam a nobis nimis, laudato Domino Epiſcopo *HARBOE* debemus, elogia adferamus: D. *PHILIPPUS NICOLAI Synopſin de omnipræſentia Chriſti* (Opp. Latt. Tom. I. pag. 423 ſqq.) Gudbrando noſtro anno 1606 inſcripſit, & inter alia hunc in modum verba facit:

Perfuſus ſum gaudio magno, reverendiſſime præſul, vir celeberrime, viſis & perlectis literis tuis longe humaniſſimis, & de Islandicarum eccleſiarum ſtatu florente conteſtantibus, cum illas non ab impuro duntaxat papatu, ſed & ab aliis hæreſibus hoc ſeculo regnum Chriſti depopulantibus, immunes & intactas perſiſtere edocerer, ſimulqve piam illam reverendæ paternitatis tuæ curam & excubias (qvas pro cœleſtis doctrinæ veritate & puritate tuenda geris pientiſſimas) ſumma cum animi voluptate cognoſcerem. — Jam ſenex, prout audio, nihil de paterna tua erga oviculas Chriſti tuæ fidei concreditas, ſollicitudine, vigilantia, ſudore & labore qvicqvam remittis, nec ad promovendum Immanuelis noſtri regnum defatigaris. Non hoc dico auribus tuis, antiſtes clariſſime, qvi ſum alienus ab adulatione, ſed gratiam omnipotentis dei in te ubertim collatam & magnalia illa (qvæ Jehova in excelſis per te famulum ſuum electum operari dignatus eſt) gratus agnoſco & deprædico; beaſti enim Islandiam tuam, inſularum omnium (qvæ polo arctico ſubjacent & ejus circulo ſtringuntur) celeberrimam, illuſtri typographia Holis excitata; Transtuliſti ſacroſancta Biblia in lingvam Islandicam, adhibito labore & ſtudio ut optime cum verſione Lutheri Germanica conveniret; Impendiſti & ex facultatibus tuis ſumtus maximos ut illa Prophetarum & Apoſtolorum ſcripta cum multis aliis jam pridem a Luthero, Juſto Jona, Huberino, Urbano

in ipſius honorem lingva Islandica conſcripta complura exſtant, qvorum celeberrima ſunt *Einari Sigurdini* & *Biörni Sturlæi.* Poëmata qvoqve

Urbano Rhegio (*) &c. *promulgatis operibus in Islandicum ſermonem transfuſis, typorum officinæ tuæ elegantiſſimæ beneficio, lucem aſpicerent publicam, & patriæ genti ad fovendam & promovendam animarum ejus ſalutem deſervirent; Qvin & ad evertendam ſectariorum peſtem (ne Calvinianæ hæreſes & ſeductores Dipnoſophiſtæ florentem regni Dei curſum in patria dilecta turbent vel impediant) confeſſionem* Lutheri *aliorumqve piorum iſtis publicatam oppoſuiſti. Et benedixit ſanctiſſimis laboribus tuis Jehova Deus præpotens, eamqve largitus eſt gratiam, ut ſacroſancta illa veteris & novi fœderis monumenta, cum tot illuſtrium theologorum ſcriptis, ſermone jam Islandico ſonent, & in Immannelis noſtri ſuppolaribus eccleſiis innumerorum hominum manibus terantur & non ſine magno cum fructu lectitentur; Adverſitates vero & incommoda Tibi in epiſcopali munere per ſathanam ejusqve ſatellites haud ſemel objecta & intentata feliciter ſubveniente Chriſti ſervatoris auxilio & favore ſuperaſti, & patienter multa ferendo ad exemplum domini Jeſu per afflictiones multas in regnum dei intrandum nobis eſſe non ignoras. — Vale decus & columen Islandicarum eccleſiarum, vale populi chriſtiani ſub arctoo circulo ſydus eminentiſſimum, vale cum omnibus per totam inſulam ſanctis fidelibus, cumqve omnibus in evangelii puritate divulganda & tuenda ſynmiſtis conſtantibus fraterne & reverenter a me ſalutandis. Vale præſidio & favori omnipotentis Jehovæ ſeriis a me votis & precibus in Chriſto commendatus. Perſcriptum Hamburgi, jam ad finem decurrente anno ſervatoris Dei incarnati 1606.*

Rev. Patern. tuæ amantiſſimus & ſtudioſiſſimus
PHILIPPUS NICOLAI, D.

Epiſcopus Siællandiæ *RESENIUS* in Præfatione ad Verſionem Danicam libri: *Phil. Nicolai Theoria Vitæ æternæ*, Edit. 1631, ita ſcribit:

" Hvor meget den hiertens fromme mand (*D. Ph. Nicolai*) glædde ſig naar " hand hörde ſaadan reen lærdom haandhefvis, gaff hand nockſom tilkiende der han- " nem vare forekomne nogle unge perſoner aff Iſland, ſom ſtundede hid til univerſi- " tetet, och haffde berettit for hannem om deres gode Lutherſke biſkop Her Gudbrand " Thorlachſon til Holum der for norden; ſom icke alleneſte holdt faſt och redeligen " ved ſaadan lærdom, men haffde ſait och oprettit hos ſig et ſult tryckerie til ſligt " med ald ſin tilbehöring, hand ſelff ſtoed for, och ſaaleedis aar 1584 haffde tryckt " den

(*) Qvin & Gudbrandus noſter *URBANI RHEGII Dialogum ſ. Prophetias V. T. de Chriſto* in lingvam Iſlandicam transferre inſtituerat. Is enim, (id nos monente S. Vener. *HARBOE*) huic libro (Edit. Francof. 1542 in Fol.) manu ſua inſcripſerat:
" Þeſſa bók tók eg fyrſt til út ad leggia, enn af Þuí inier verdur ecki audit ad " enda hana, Þá giöre adrer ſo vel, ad enda og útleggia Þad epter er. Er gód " merkilig bók fyrer gudhrædda menn og gódfús hiörtu, og mikid liós margra " greina í Þeirre heilögu Bibliu. *Gudbrand*, med eigin hendi,
" anno 1589 in Martio. "

qvoqve Latina *Arngrimus* (a), *Magnus Olai*, & *Dedekennus* (b) etiam in Gudbrandi honorem ſcripſerunt. Lapis ſepulcralis hanc habet, ipſo autore, inſcriptionem: *Exſpecto Reſurrectionem carnis, & vitam æternam; Gudbrandus Thorlaci fil. Jeſu Chriſti peccator.* Symbolum fuit: *Gaudeo Triumphantis Eccleſiæ Hæreditatis Societate Infinita.* De ipſius autem hæreditate inter hæredes convenire non potuit, nam ejus gener Arius Magni filius, uxoris ſuæ Chriſtinæ & Haldoræ Gudrandi filiarum nomine, filiis Pauli Gudbrandini de ea litem movit, volens illos exhæredare, ſed eadem cauſa tandem cecidit.

Litr. A.

(c) *Til Jons Lôgmanns.*

Nád oc miſkun guds faudurs veitiſt ydur fyrer Jeſum Chriſtum vorn drottinn oc upplýſi ydar hiarta til alls hins góda ſem gudi líkar oc landi voru er naudſynlegt oc aullum til nytſemdar oc chriſtilegs ſamþyckis, ſvo vier epter ordum hins helga *Páls* Poſtula *gódann oc róligann lifnad lifa mættum í fridi oc bródurligum kiærleika.* Amen. Þui næſt eirne kiærlegri

" den hele hellige bibel, hvilken hand tilforne haffde udſat paa deres rette gamble
" Gothiſke och Normandiſke maal, ſom de endnu kalde *á Norrænu*, efter den gode
" Luthers Tydſk paraphraſin och fri fortaalckning ſom hand den lod efter ſig fuld-
" kommelig aar 1544 &c. Foruden Pſalmebogen och andre nyttige ſtycker baade
" for ſkolerne och kirckerne ſig til en evig efterſagn och berömmelſe. Efterſom hand
" lod ſig ſaa redelig bruge i ſit fædreneland i ſaadan höy och vigtig beſtilling i 56
" aar, förend hand henſof i Herren d. 10 Julii (v. d. 20 Julii) 1627 der hand haffde
" levet ſaa her i naaden i 87 aar (v. 85). "

(a) Ad finem Præfationis Gudbrandianæ in *PHIL. NICOLAI Theoriam vitæ æternæ*, in qvo libro poſt elenchum Capitum etiam carmen *Magni Olai* legitur.

(b) In effigiem Gudbrandi, qvæ in *Gudmundi Andreæ Lexico Islandico* occurrere ſolet.

(c) *Ad Jonam Legiferum.*

Gratia & miſericordia Dei Patris per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Vobis adſit, & cor Veſtrum in omnem rem bonam illuminet, qvæ Deo placeat & noſtræ inſulæ neceſſaria ſit, ac omnibus in utilitatem & chriſtianam concordiam vergat, ut nos ſecundum Sancti Apoſtoli *Pauli* verba, *bonam & pacatam vitam agere qveamus, in pace & fraterna charitate.* Amen. Poſt blandam gratiarum actionem & pro condig-no

kiærlegri þackargiörd oc vingiarnlegri kvediu tilheyriligrar ſkylldu míns embættis oc perſónu vegna, þá vitid ydar brief mier til handa kom med Síra Steingríme med mörgum ordum miúkrar málſnilldar oc *trúlegrar vidvörunar oc áminningar míns embættis oc ydar ſkylldu*, er þier halldid; tek ec ydar ord oc áminningar ei annars enn til góda; oc þótt mig vanefne ydur hier til eins oc ſierhvörs giegnelegt andſvar ad giefa ſem heyrir, ſökum mælſkuleyſis oc óforfarinheita míns úngdóms (hvad gud betre), þá bid ec ydur ad þier umlýdit, oc þetta ófródlegt oc nær óforþeinkt andſvar ydur ei til misþóknunar takit edur neins óvilia: I fyrſtu þar þier ſeigit at *Síra Gottſkálk margra hluta vegna hafi á ſier heyra látid ad hann villdi uppá Melſtad tala*, hvörri hans áklögun ec nú ad ſinne ei giegna kann, enn villda hvörki nú nie ſeirna hann edur annan ſínu firra, ef hann þad á, edur eiga má, med riettu; verdi ſem gudi er þægilegaſt, þad er mer ákefdarlauſt, enn ey villda ec ad mín ágirne ſtædi neinum í veigi preſtanna, ſvo þeir þar fyrer eigi feingi ſitt uppehelldi, edur *um ſteckinn af ſtadaleyſinu hlaupa þurfi* ſem þier adkvedit. Enn ei hefdi ſá hlaupa þurft ſem á Bardſtad mátti hafa verit, hefdu þier ei þad aptur klagad (bid ec þier ei mier reidiſt). Enn ec vænti mitt valld verdi veikt, ſo um Mel ſem annad, þótt ec nockud hafi þar um huxat, þá fer þad ſo

no mei officii & perſonæ debito amicam ſalutem; Sciatis volo Veſtras literas a ſacerdote Steingrimo mihi allatas eſſe, concinne & lepide eloqventes, *fidelia monita & cautelas, de meo, Veſtroqve*, ut putatis *officio*, continentes; Veſtra autem verba & monita nunqvam niſi boni conſulo, & qvamvis ad ſingula diſtincte, ut par eſt, reſpondendum, ob facundiæ, & experientiæ, qva mea juvenilis, proh dolor! ætas deſtituitur, defectum, non ſuppetat, rogo tamen ut me patienter feratis, & indoctum hoc & prope non præmeditatum reſponſum absqve omni offenſa & indignatione perlegatis. Primo dicitis *ſacerdotem Gotſkalkum profeſſum eſſe, ſe jus ſuum ad præbendam Melſtad multas ob cauſas perſeqvi velle*, ad qvam ejus poſtulationem hac vice reſpondere neqveo, ſed nec illum nunc aut olim, nec ullum alium, ſuo unqvam privabo, ſi modo illud ei competat aut jure competere qveat. Fiat voluntas Dei; rem iſtam haud impetuoſe aveo; & animitus opto, ut mea avaritia nulli unqvam ſacerdotum obſit, qvominus ſuum habeant victum, vel ideo, *ob præbendarum defectum*, ut Veſtra verba ſonant, *tuguria pererrare cogantur*. Et certe is pererrandi opus non habuiſſet, cui præbenda Bard frui licuiſſet, ſi Vos illam non retractaſſetis (absqve invidia dictum interpretemini, rogo). Meam autem, tam de præbenda Melenſi, qvam aliis rebus, auctoritatem parum profuturam fore auguror; & qvamvis de illa re aliqvid meditatus

þad ſo ſem audnar, þeinkta ec oc ad næſta ár oc annad til mundi nú hlie á verda eiga um kirkiugótzins áklagendur. I annari grein ſkrifid þier um Síra Steingrím, ad *þier villdud hann hafa, med því móti ad hann rádſtafadi fyrer ſinne kvinnu, oc aſſeigit honum viſt oc vero fyrer ſína konu at fardögum, oc ef hann fær ecki fullt oc allt upphelldi af mier, þá ſkylldi hann Kóngsvalldſins leita oc* &c. Gief ec ydur hier ſlíkt ſvar til, at giarna ſæe ec ad hann hefdi gott upphelldi, oc þar um þóttunſt ec huxa þá ec hann til ydar liet, vonande, einkum nú, ad af þeirre alvarlegri medaumkan er þier hafid med þeim fátækum preſtum, þá munu þier ſvo tilſiá ad ei hrekiſt fyrer hans kvinnu þetta ár, á medan ec hefi hvörki ſtadi lauſa nie helldur jardir í nánd vid þá ſtadarkirkiu, oc þar fyrer hefi ec honum lofat einu hundradi þetta ár, þángad til gud gefur hönum má betra rád ſiáſt ef gud lofar, því vona ec hann muni þar ſamt vera, oc ad þier munud því ſvo tilhaga, ad hans kvinna megi þar einhvörſtadar ínánd vera meiga, oc þar um bid ec ydur; Enn þar þier annars ſeigiſt *hafa vilia þann preſt ſem þier ſiálfer vilied kióſa, ef á nockrum er völ*, þá væri vel þó þier þeſſu riedud, ef ydur betur líkar, enn þad þier hafid nockurt jus patronatus yfer Stadarkirkiu, þad finn ec ei, oc ei vona ec þier munud med alvöru ydur þad tilleggia, enn giarna vil ec ydarn vilia giöra þad mier mínkunar-

---

meditatus fuerim, eventui tamen ſucceſſum committo; & hoc ſaltem anno ac ſeqventi actiones de bonis templorum ceſſaturas fore ſperaveram. Secundo loco de ſacerdote Steingrimo ſcribitis, *qvem qvidem retinere vultis, ſi uxori manſionem alibi procuraverit, ſuſtentationem autem & domicilium ejus uxori poſt proximum domicilia permutandi tempus denegatis, qvod ſi tunc plenam & integram a me ſuſtentationem non acqviret, Regiis deferat &c.* Qva de re ita reſpondeo: Lautam illi ſuſtentationem optabam, qvam & ei procurare mihi videbar, & nunc præſertim videor, cum illum Vobis commendabam, & jam ſpero qvod ex ſeria illa Veſtra in pauperes ſacerdotes miſericordia, proſpicere velitis, ne uxor ejus hoc anno, dum nec ulla præbenda, nec villa in templi parochialis vicinia vacat, pererrare cogatur, qvare & ego ſacerdoti pro hoc anno unam hundredam promiſi, uſqve qvo volente Deo melior illi conditio procurari qveat; Spero igitur illum eodem in loco permanſurum, & Vos ita procuraturos fore, ut uxor ejus alicubi in vicinia mariti permanere qveat, qvam in rem meas preces addo. Qvod ceteroqvin *Vos Paſtorem pro Veſtro lubitu & optione habituros fore* aſſeritis, *ſi optionis conditio eſſet*, vellem hac in re Veſtræ ſatisfactum iri voluntati, non qvod aliqvo jure patronatus templi Stadenſis gaudeatis, qvod non invenio, hoc etiam Vos ſerio Vobis attribuere non credo, ſed lubens Veſtræ voluntati in omnibus, qvæ ſine meo dedecore fieri poſſunt,

mínkunarlauſt er. I þridia lagi undervíſet þier mier, ad *þier ætlit ydur med guds hiálp, oc ſtyrk hinna víſuſtu manna, leikra oc lærdra, til ſkodunar koma láta um uppheldi fátækra kennimanna, kirknanna, diáknanna, oc ſkólans underholldning*, oc þier ſeigiſt *ſiá ad ec láte þetta meir hiá mier ſneida enn* Ordinantian *tilvíſar; oc þier nauduger reiſit ſtofn vid mig ad deila, ef þier ſæud ydur mætti framſtytiaſt med ödru gódu móti, ſo þier getid halldid ydvarn eid oc loſan vid gud oc Kónginn* &c med audrum fleirum ordum er ecke kann ydur til eins oc ſierhvörs andſvör ad giefa, oc *þar fyrer tilſeigit þier mier ad kalla mína preſta ſaman í eirn ſtad oc dag, enn þier Kóngſins nefndarmenn vid hafa þeſſi málaferli, med því ödru fleira ſem religionen ydar vidþarf. Oc ad þetta ſie ydar fyllileg alvara* &c. Gief ec ydur nú ad ſinne þetta eitt andſvar til alls þeſſa, oc bid ydur ad þier ei til óvilia edur misþóknunar takid; I firſtu um upphelldi fátækra kennimanna, kirkna, diákna, þá má ec vel ſiá þeir hefdu þeirra upphelldi, oc ei þykiunſt ec hafa þad formínkat úr því verit hefur, þeir hafi ſem meſt hvad med gódfelldu verda má. Eigi villda ec med forſettu ráde á móti *Ordinantziunne* giöra, þad religionen edur mitt embætti áhrærir, ſem ec oc loſad hefi fyrer Kóngſins hnie, enn gleymſka oc fákunninde mín veit ec margvíſlig vera má, ſem mier Gud fyrergiefi, oc vil ec þar adgiöra þá ec ſie þar rád oc lempi til, enn ſo hefur mig ſkied ſem annann fátækann Guds ords

ſunt, obſecundare volo. Tertio loco ſubmonetis, *eſſe Vobis in propoſitis, juvante Deo, & ſapientiſſimorum virorum, tam laicorum qvam clericorum auxilio, pauperum ſacerdotum victum, & templorum, diaconorum, & ſcholæ ſuſtentationem diſqviſitioni ſubjicienda curare, cum*, ut dicitis, *videatis, me has res minus curare, qvam* Ordinatio *jubeat, ſed qvod nolentes lites mecum inchoare velitis, ſi modo aliud licitum & excuſabile ſalvo Veſtro promiſſo & juramento, qvod Deo & Regi præſtitiſtis, eſſet, &c.* pluribusqve verbis, qvibus ſingulis reſpondere non vacat, *qvare me jubetis, ut meos ſacerdotes certo die & loco convocem, Vos autem Aſſeſſores Regios his cauſis pluribusqve diſcernendis, in qvibus Religio Veſtram operam reqviſiverit, interfuturos, convocare; & hæc perfecte ſeriam Vobis mentem eſſe &c.* Hac vice ad omnia iſta unicum illud regero, qvod ne ſiniſtre aut indignabunde accipiatis, rogo: Primo de ſacerdotum egenorum, templorum & diaconorum ſuſtentatione; hanc illis neutiqvam invideo, nec illam diminuiſſe mihi videor, habeant, opto, qvantumcunqve ex æqvo & bono fieri poterit. In iis qvæ ad religionem & meum officium ſpectant, contra *Ordinationem* & meum ad genua Regis factum promiſſum conſulto qvidqvam committere nolo, oblivionem autem & imperitiam meam, qvam Deus mihi condonato, multifariam eſſe credo, cui data occaſione medebor; Mihi autem æqve ac aliis miſeris verbi divini miniſtris accidit,

ords þienara, ad ec hefi því ſídſt vidkomid, ſem ec þá þeinkta hellſt munde Gudi líka, veit ec at þad heyrir mínu kalli ad hálfu til ad ſiá um preſtanna underholldning, oc þad Kóngenum til kenna ad giefa hvad hier þarf, enn hvört þetta er ſo hægt í raun ſem ordi, þá reyni til annar, hef ec oc nockud adgiört, ſvo ad Kongl. Maj. hefur ad auk þeirrar ölmöſſu 100 dala befalat höfudsmanninum oc mier ad umſkygna um preſtanna underholldning oc bújarder, hvar uppá ſá fróme herra Johan oc ec bref giördum, ſem hann vel veit; þar uppá ſama efni fieck ec enn bref af Kongl. Maj. í ſumar, líkadi mier þá ef hin fyrre ſkickan ſkyldi ei ſtanda, ad Höfudsmadurinn giæfi þad umbod þeim hann villde, enn þar uppá hefe ec ei ſvar feingid; nú ef ſo er ad þier hafid Höfudsmannſins umbod oc byfalning þar til um alla þeſſa hlute, þad er mier vel liúft, oc bid ec ad þier ſendid mier ad ſiá ſama befalning inſiglada, ſo vil ec giarna myna preſta tilkalla; ſkal ec ydur þad bref ei forhallda, helldur uppá góda trú aptur ſenda, enn ef þad er ei, þá þiker mier óſkinſamlegt ad nockur ſkickan giörift hier á ad ſo komnu fyrer utan Kóngs Umbodsmanns befalning, einkum fyrſt þad hún ſkal fyrer Kóngin aptur koma oc ſtadfeſtaſt af hönum, því ec ſkynia ei hvar af þier vilied allt þetta takiſt ſem preſtana vantar, hvört þad ſkal vera af Hóla kirkiu eign, ſem minn náduge herra hefur mier lient oc ſkólanum til upphelldis, oc fátækum uppgefnum preſtum (hvor-

accidit, ut qvæ Deo maxime placere cogitabam, ea ad actum perducere minime potuerim. Scio eqvidem mei officii ex dimidia parte eſſe de ſacerdotum ſuſtentatione proſpicere, & qvæ opus ſunt, Regi indicare, ſed num hoc actu tam facile ſit, qvam verbo, alius experiatur. Ego etiam aliqvantum peregi, ita ut Regia Majeſtas præter centum illorum imperialium datam eleemoſynam, Præfecto & mihi mandaverit, ut de ſacerdotum victu & villis diſpiceremus, de qva re probus ille Dominus Johannes, & ego, ut ille bene novit, inſtrumentum confecimus. De eadem illa re adhuc alteras literas hac æſtate (*) a Regia Majeſtate accepi, & contentus acqvieſcam, ſi priorem illam conſtitutionem perſiſtere non concedetur, ut Præfectus, cuicunqve illi placuerit, mandatum ad id peragendum ſcribat; Qvod ſi Vos illud mandatum de omnibus his rebus a Præfecto habetis, perplacet, rogo ſaltem, ut illud ſigillo munitum mihi mittatis, & tum ego meos ſacerdotes lubens convocabo, literas etiam iſtas non retinebo, ſed bona fide remittam. Qvod ſi hoc non ita ſe habet, congruum mihi non videtur, ut ſine Regii Præfecti mandato conſtitutio ſanciatur, præſertim cum illa Regi ſiſtenda ſit, ut ab illo confirmetur. Nec ego ſapio unde omnia iſta, qvorum ſacerdotes egent, deſumenda ſint; an de bonis eccleſiæ Holanæ, qvæ gratioſus meus Dominus in meam, ſcholæ,

(*) *Hinc patet has literas ſcriptas eſſe anno 1574.*

(hvöria ec hlýt nú ad forsorga alleina) sem hans nádar brief mier giefit hliódar, á medan þad má vid magt blífa, edur vilied þier þetta af Kóngs eignum edur klaustra takist sem leikmenn hallda, edur af bænda eignum, hvad ec þeinke hvörttveggia torsókt, edur ad giöra alla jafnarma, hvad ec þó þeinke ad allfáir mune þeir prestar er formikid hafa þá sierhvors inkomst uppreiknast; því seige ec ydur mína alvöru, ad mier lýst þier ad so komnu eckert med hafa hier med epter Kóngsens briefe ockor Johann útgefno. Um diákna ad setia edur til ad siá ad á hverre kirkiu sie sá einhver sem med prestenum sýngur, þá er vel-skickanlegt, oc því vil ec giarna samþyckur verda, oc ydar styrk þiggia, hvad ec vona ad rád mune tilsiást meiga med tídenne allvída, einkum á beneficium oc klostronum; Enn um minn skóla edur hans underholldning, þá vitid ad ec læt mier þad K. Majst. bref, oc þær skólaskickaner af Höfudsmönnum giördar nægia, svo ec legg þad hvorke til dóms nie skodunar, enn vilie nockur mig áklaga um eitt edur annad skólans vegna, þá skal ec vera þar forþeinktur fátæklegt oc satt andsvar ad greida, þar sem mier ber ad klagast med riettu. Neyd Sýra Hiallta oc biargleyse, þá klagi þier fyrer mier; Ef hann mig finde edur um styrk bæde, þá munda ec nú, sem vant er, nockud tilgiöra oc honum vidhiálpa, óhrósat, ei helldur þikiunst ec honum edur audrum

 fátækum

scholæ, & sacerdotum egenorum ac emeritorum (qvos jam solus sustentare cogor) sustentationem mihi concessit, velut Gratiæ ejus literæ sonant, qvamdiu illæ suum valorem retinere permittuntur; an vero hæc de prædiis Regiis & Cœnobiorum, qvæ laïci tenent, an vero de prædiis Proprietariorum, demere vultis? Utrumqve, credo, difficile erit. Aut etiam omnes æqve egenos reddere in animo est? Mea ex sententia perpauci sacerdotum nimium habent salarium, si singulorum reditus recenseantur; Hinc seriam meam mentem Vobis aperio, in hoc rerum statu hæc nihil ad Vos pertinere, ex Regiis ad me & Johannem datis literis, concludo. Ut Diaconi constituantur, vel prospiciatur, ut ad qvodvis templum aliqvis sacerdoti concinat, congruum est, & huic rei meum calculum lubens addam, Vestrumqve in illam auxilium acceptabo, cum tempore qvoqve plerisqve in locis, in beneficiis præsertim & cœnobiis, subsidia ad id necessaria comparari posse spero. Qvod ad scholam meam, ejusqve sustentationem attinet, scitote me Regiis illis literis & constitutionibus a Præfectis sancitis, contentum esse, ita ut illas nec sententiæ decisivæ, nec disqvisitioni subjiciam; Qvod si qvis contra me scholæ nomine ob unam aut alteram causam actionem instituere velit, præmeditatus simplex & verum responsum regeram, in loco qvo legitime contra me actio institui debet. Afflictionem & inopiam sacerdotis Hialltii mihi conqverimini; si ille ipse me convenerit, ego certe nunc, ut assolui, aliqvantum præstitero, &, præ-

fiscine

ſátækum preſtum þann úlfsham ſýnt hafa, ad þeir meige eige mier opinbera neyd ſína, enn ey veit ec mína ſkylldu edur efne ad ec ſkule edur giete aullum þeim veitt ſem þrotbiarga eru, einkum ſlíkum ómögum. Enn vel ſkynia ec hvad á botninum liggur; nú, gud er ſá er aullu rædur; þótt þier ydar klauſtur hefdud kvitt oc frý, þá ſkyllda ec med Guds hiálp þad ſied gieta án nockra öfundar útbrota, oc ei ſkyllda ec þau ord talad hafa leynt edur lióſt fyrer ædra valldi at *ómögulegt væri þier ſkylldut einn þeſſu aullu hallda* &c. forþeynkta ec mig þeſs til ydar í ſumar &c. þeſſum Syra Hiallta hefe ec feinged eitt hundrad af þeirre ölmöſſu, enn ſaukum hans nálægrar neydar, þá mun ec tilhætta ad leggia honum annad frá einhverium þeim ſem midur vidþarf, enn ec mun æfintýr ſtanda verda hvörnin þad verdur upptekit, ſem fleira. Gódi vin Jón; giarna villda ec ydar gódar upptekter ei mótfalla, Enn ſvo margt huxaſt mier, ad af ytſta puncti laganna bædi andlegra oc veralldlegra halli nu í landi voru, ad ei mun þad allt epter eins manns höfdi oc forþeinkta hiarta ſvo hvatſkeytlega til lækningar leidaſt meiga, ad minne ſáfródu ſkynſemi, enn ad kalla oc upptaka edur framhallda því ſem þá kann ſkie ei meir af verdur, þá villda ec ydur giarna í gódri meiningu umhuxanar bidia, þad ei virdiſt þad ſvo ſem beſt kann ſkie; Fyrer aullu takit ei mín ord til óvilia edur þetta

---

ſiſcine dixerim, ei ſuccurrero. Nec etiam, mea ex ſententia, illi aut ulli alii pauperi ſacerdoti tam terribilem me exhibui, ut ſtatum ſuum miſerum palam mihi enarrare non liceret. Sed nec iſtud meum debitum, nec facultates tantas agnoſco, ut omnes egenos, tales præſertim miſellos, ſuſtentare, aut debeam, aut poſſim. Sed, qvis in herba lateat angvis, pervideo; Deus omnia diſponit: Qvamvis Vos Veſtrum monaſterium ſine omni onere & admodiationis pretio retineretis, Deo juvante illud absqve ullis invidioſis vexationibus videre potuiſſem, nec clam aut palam coram ſuperioribus unqvam talia verba protuliſſem: *Abſurdum eſſe Vos ſolum omnia hæc retinere &c.* talia de Vobis hac æſtate non augurabar. Dicto ſacerdoti Hialltio eleemoſynæ unam hundredam jam dedi, ſed ob præſentem ejus miſeriam, alteram, qvam alicui minus egenti demam, ei dabo, magno autem meo periculo, nam incertum eſt qvomodo id mihi, æqve ac alia plura, imputabitur. Bone amice Jona! Bonis Veſtris inceptis nunqvam obniter; ſed tot mihi videre videor a legum extremo puncto, clericorum & laicorum, in noſtra inſula aberrationes, ut omnes illas momento reſtituere, qvantum indoctus ego perſpicio, ex unius hominis captu & opinione non eſſe, ſed ea poſtulare, inchoare & perſeqvi, qvæ impoſſibilia forſan ſunt, perpenſate, qvod candide rogo, ut & omnia ad ſtatum perfectiſſimum pertingere non poſſe. Ante omnia, verba mea, ſive prolixam hanc & indoctam battologiam, boni conſulite, in epiſtolis

þetta lángſamt oc ófródlegt ordagiálfur, hvad ec hlýt þad í brefum at ſýna mína ſo fiölordu fíſlſku, ad í vidrædunne náe ec valla níunda orde hveriu &c. Sýra Hallur fann mig oc gaf mier upp vilianlega Hvammſtad handa Syra Jone Sygurdſyne, ſem þier vel vitid, því ec gat ecki hans ſýmæle leingur heirt, edur hönum týmdi landſkulldina til leingdar ad borga af Upſum. Þar þier ſegeſt vilia, ſem nóg ſkrifat er til forna mig finna fyrer Páſkana, þá ſeige ec ydur gudvelkomna til þeſs fátæklegs ſem til er oc ydur má med æru veitaſt; Giarna vil ec gódu med ydur býtaſt til orda oc verka, kunne ec þad ad fá, oc eina góda chriſtiliga vidleitne vid ydur hafa; Hier med ydur oc allann ydvarn elſkulegann varnad er ec gudi bífalande nú oc æfinliga. Amen; Skrád á Hólum, 18 dag Martii.

Litr. B.

(b) Dómsmenn; Jón Magnúsſon, Einar Háconarſon, Henrich Gíſlaſon, Magnus Biörnsſon, Ari Magnúsſon, Þórleifur Magnúsſon, Biörn Magnúsſon, Þorbergur oc Sigurdur Hrólfsſyner, Þorſteinn Magnúsſon, Jón Sigurdsſon, Marteinn Halldórsſon, Erlendur Aſmundsſon, Tómas Einarsſon, Jón Hannesſon, Iſleifur Þorbergsſon, Jón Einarsſon, Ingialldur Illhugaſon, Olafur Jónsſon, Jón Sigurdsſon, Steindór Finnsſon, Jacob Hannesſon, Biaurgólfur Aſgeirsſon, oc Tomas O   ſon.

Effter

epiſtolis enim multiloqvam meam ſtultitiam ideo exponendi neceſſe habeo, qvod in colloqviis vix nonum qvodvis verbum proferre valeam &c. Sacerdos Hallus me convenit, & præbenda Hvammenſi in gratiam Jonæ ſacerdotis Sigurdi filii, ut noſtis, ſponte ceſſit, ejus enim infinitas poſtulationes diutius audire & locarium prædii Upſar diutius expendere nolui. Cum de ſatis ſuperqve jam memoratis rebus me ante feſtum paſchatos convenire velle ſcribatis, hoſpites eritis acceptiſſimi pro modicis facultatibus lubentiſſime, & honore, qvo par eſt, a me recipiendi. Factis & verbis, ſi mihi id concedatur, omnia bona de Vobis mereri, & bonam ac chriſtianam operam in id conferre aveo. Vos, omnemqve Veſtram dilectam familiam, nunc & ſemper Deo commendans. Amen. Scriptum Holis, die 18 Martii.

(b) Judices: Jonas Magni, Einar Haconis, Henricus Giſlai, Magnus Biörnis, Biörn Magni, Thorbergus & Sigurdus Hrolfi, Thorſteinn Magni, Jonas Sigurdi, Martinus Halthori, Erlendus Aſmundi, Thomas Einaris, Jonas Johannis, Iſleifus Thorbergi, Jonas Einaris, Ingialldus Illhugii, Olaus Jonæ, Jonas Sigurdi, Steinthor Finni, Jacobus Johannis, Biörgolfus Asgeiris, & Thomas O——

Ex

Effter Kónglegrar Maj. nádarbrefe, oc erlegur oc velburdugur Holger Rosenkrantz hans vegna dóms ábeiddist, hvöriu Hr. Gudbrandur skyllde sekur fyrer þann bækling ad hann hafdi prenta látid um dauda menn; í hvoriu K. Maj. nádarbrefi so stód. *Desslligeste skall hand oc saa have tröcht en bog, udi hvilken hand nogle persóner som ved döden ere afgangne skall have defameret oc uforrettett.* Höfum vier yferskodad þennan bækling, oc finst so ad ei sie til eins manns hneigt, helldur til fleire manna, um óærlega giörninga. I hvörium so stód medal annara orda; *hann liet sier ecke nægia ad óforrietta mig oc afbera hiér í lande, helldur sigldi hann fram til þess ad bera fram þaug skammar bref fyrer Kóng, hvort mótfall ec vard med stórum kostnadi fyrer Kóngi ad klaga oc allt til þessa dags so búid ad hafa, bædi af þeim þau mordbrief báru fram fyrer Konginn, oc líka hinum þau hafa smýdad, hvad ec öngvum manni kenne nema þeim burtdauda Jóni l. manni hans ránglæti oc heifftar hatri.* Item stendur so í ödrum stad í sama bækling; *Oc ofan í þessa vöra klögun keypte Marcús Olafsson í Stóradal þessar jarder, oc er hermt hann hafi lofad ad standa sier fyrer skulld oc skada hvort þær geinge af edur ei, oc hann helld ec hafi láted giöra þesse mordbref, til þess vær skylldum ei þora ad klaga þær jarder.* I þridia máta stendur so í sama bæklinge; *þá meiga aller frómer menn siá oc þreifa á, ad öll þesse bref eru falskleg giörd, annadhvört af Jóni Olafs-*

Ex Regiæ Majestatis gratiosissimis literis; & honorati ac amplissimi Oligeri Rosenkrantzii postulato, qvantam pænam Dominus Gudbrandus promeruerit ob libellum qvem de viris jam defunctis imprimi curaverat, (in dictis literis Regiis hoc occurrit: *" Desligeste skall hand ochsaa haffue tröckt en bog udi huilcken hand nogle personer " som ved döden ere affgangne schall haffve defameret och uforrettett "*) dictum libellum percurrebamus, & invenitur non unum tantum, sed plures homines factorum infamium insimulari. Inter alia enim verba ibi ita scribitur: *Ille me in hac terra lædendo & deferendo non contentus, ad famosos illos libellos Regi sistendum peregre qvoqve profectus est, qvas simultates magnis meis impensis qveri necesse habui, & qvidem huc usqve sine satisfactione, tam ab iis qui literas de cædibus Regi sliterunt, qvam ab earum exaratoribus præstita; Hoc nemini imputo, nisi defuncti jam Jonæ Nomophylacis injustitiæ & acri odio.* Item alio in loco ejusdem libelli ita exstat: *Nulla hujus actionis nostræ forensis habita ratione, Marcus Olai filius de Storadalo has villas emit, & fama fert, illum eas suo periculo emisse, sive deinde retractatæ forent, sive non; Et qvod hic literas de cædibus illis exarari curaverit, credo, ne nos de villis istis actionem instituere sustineremus.* Tertio loco in eodem libello ita legitur: *Omnes viri boni videre & qvasi palpare poterunt, omnes has literas falso exaratas esse,*

Olafſſyni edur hans bródur Marcúſi, hvör Marcús daudur var þá þeſſi bæklingur var giordur. I fiórda máta ſtendur ſo í ſama bæklinge: *So bid ec alla fróma menn oc öfundarlauſa ad yfervega þetta med ſannſýnum anda oc riettum dómi, hvört ei ſie nockur vorkun til, þó ec hafe í lióſe látid ſoddan ógudligar, óchriſtelegar oc bölvadar brefagiörder, ſem þeir Stóradals brædur hafa giort, oc vier höfum ordid ſo búid ad hafa, oc þar ofan á ad miſſa vora födurleifd oc forfedra eign ſem vær med guds riette oc manna eigum med riettu, ei nema vegna þeſſara bölvadra briefa, ſem þeir brædur Marcús oc Jón Olafsſon hafa giört oc giöra látid.* I ſydaſta máta ſtendur ſo; *Jóni Olafsſyni oc bródur hans Marcúſi Olafsſyni oc fleirum, hvörium helſt þeir eru, ſmidum, ſköfurum oc ſkrifurum þeſſara fölſku brefa uppá Jón Sigmundsſon.* Var nú krafiſt oc bediſt af öllum ſem Hr. Gudbrandi mætti til varnar verda í þeſſu máli, ſierdeilis af hans dótturmanni Ara Magnúsſyne, fyrſt hann vegna elle ſinnar oc veikleika gat ei efter bodi Höfudsmannſins hingad komid, hvör bod víſt voru til biſkupſins komin, Oc vegna þeſs ad Ari í lióſi liet hans bref med eigen inſigle oc hende underſkrifadri, þad hann fullmektugur være í þeſſu mále Hr. Gudbrands ad andſvara, dæmdum vier þad umbod löglegt. Nú fyrer þá ſkulld ad framkom

eſſe, aut a Jona Olai filio, aut a fratre ejus Marco, qvi Marcus tum defunctus erat, cum hicce libellus conſcribebatur. Qvarto loco in eodem libello hæc leguntur: *Ita & omnes viros probos invidia carentes rogo, ut animo æqvo & juſta cenſura perpendant, numne rationes me excuſantes habuerim ad tam impias, nomine chriſtiano indignas, & execrabiles literarum adulterationes exponendum, qvas fratres Storadalenſes peregerunt, nos autem ſine ſatisfactione tolerare neceſſum habuimus, noſtrum inſuper patrimonium & avita prædia, qvæ ex jure divino & humano juſto titulo nobis competebant, amiſimus, ob ſola hæc maledicta documenta, qvæ fratres Marcus & Jonas Olai filii exararunt, aut exarari curarunt.* Ultimo loco ita exiſtit: *Jonæ Olai filio, ejusqve fratri Marco Olai filio, & pluribus illis, qvicunqve fuerint, falſarum illarum de Jona Sigismundi filio literarum fabricatoribus, raſoribus & ſcriptoribus* (*). Omnes ea qvæ Dominum Gudbrandum in hac cauſa excuſare poſſent, inprimis autem a genero ejus Ario Magni filio, poſtularunt, cum ille ipſe ſenectutis & adverſæ valetudinis ergo ex Præfecti nuncio huc venire non potuerit, qvod tamen nuncium ad Epiſcopum certe perlatum fuerat. Et cum Arius literas ejus proprio ſigillo & manu ſubſcriptas produxerit, (indicantes) ſe in hac cauſa Domini Gudbrandi vice comparendi mandatum habere, nos illud mandatum legitimum eſſe judicamus. Cum igitur Domini

(*) *Conf. ſupra pag. 413.*

kom af hende Hr. Gudbrands ad greind mordbref hefdu verid fend fram fyrer Kóngl. Maj. enn ofs virdtift oc vorum fkilninge til holluftu oc trúnadar vid Kónginn, enn öngvum manne til rógs, hvad þó umbodsmadur Hr. Gudbrands hiellt effter meiningu bifkups giört hans máli til trödkunar af fál Jóni lögmanni, oc meinti þar med fína fögu oc prentverk ad fannprófa, af þvi fögd bref voru ári feinna á alþíngi ónýt dæmd, hvar til vier gátum ei vorre famvitfku komid, þeffvegna ofs virdtift áburdur Hr. Gudbrands uppá Jón lögmann öllu fyllilegre, frekare oc hardari enn þær bevífingar kynnu ad ftoda í þeffu máli, oc því dæmdum vier þá grein rietta rógsgrein uppá þann fáluga mann Jón lögmann, oc Hr. Gudbrand fekann fem fál. Jón verid, hefdi hann fannur ad fök reynft, fo mikid fem fektinne vidvíkur. Enn af því ofs virdtift þetta fama ádurgreint efne med þvi ödru er í þeim prentada bæklinge ftendur heldur þúngt uppá bifkupfins fídu, oc ádurgreindur bæklingur í fyrrfkrifudum greinum í Islendfkum lögum oc rette uppá dauda menn giördur vered hafa, þar med virdtift ofs engvu fídur þetta efne hníga ad Hr. Gudbrandi, efter því hann bevifar eí fagt bæklings prent fatt oc rett vera med löglegum vottum efter landfins lögum, þá fláum vier greint mál oc ádurfkrifudum bæklinge til vors allranádugafta Kóngfins nádar oc ónádar, hvad hans höymechtugheit

Domini Gudbrandi vice in eo infiftatur, qvod literæ de homicidiis Regiæ Majeftati transmiffæ fuerint, hoc noftra ex fententia ex fidelitate in Regem proveniffe videtur, fed non ex calumniandi conatu, qvod tamen Domini Gudbrandi mandatarius, ex Epifcopi fententia, a nunc in beatis Jona Nomophylace in Epifcopi caufæ detrimentum factum fuiffe putavit, eaqve opinione fuam affertionem & libellum typis editum ftabilire fibi vifus eft, eo qvod dictæ literæ anno feqvente in Dicafterio generali nullius valoris effe judicatæ funt; qvod noftra confcientia approbare non potuit, nobis enim Domini Gudbrandi in Jonam Nomophylacem criminatio multo major, gravior & durior effe videtur, qvam ut iftæ probationes in hac caufa fufficere qveant, qvare hunc articulum pro pura in virum illum beatum Jonam Nomophylacem calumnia habendum, & Dominum Gudbrandum tanti, qvanti beatus Jonas fuiffet, fi caufæ convictus fuccubuiffet, & hoc qvoad poenam, reum effe, fententiam edicimus. Cum autem dictum jam & plures illos in libello impreffo contentos articulos Epifcopo magnopere graves, & dictum libellum in ante fcriptis momentis contra leges & Jura Iflandica de defunctis dudum viris confcriptum effe, ut & Dominum Gudbrandum caufæ fuccumbere, cum dicti libelli contenta impreffa vera effe legitimis teftimoniis ex jure patrio non probet, nobis videatur; Remittimus igitur prædictam caufam & ante memoratum libellum ad Regiam gratiam vel iram, in qvantum ejus Potentiæ Dei gratia, & ob fenectutem

heit villdu uppá guds vegna sökum alldurdóms oc veikleika þess gamla oc góda manns Hr. Gudbrands þessu mále vægia oc mýkia, oc so leggium vier aller lærder oc leiker vora audmiúka bón til med allre undergefne til vors nádugasta Hr. Kóngsins ad hanns högmechtugheit vilie uppá guds vegna álýta þennann gamla mann, hans ydne oc ástundan er hann hast hefur hier í lande guds h. orde fram ad fylgia allt til elledaga oc þessarar stundar, þad sama mun gud hans högmechtugheit ríkuglega umbuna &c.

CAP. III.

De Arngrimo Jona.

§. I.

Licet magnus ille vir *Arngrimus Jonæ*, de qvo jam acturi sumus, nunqvam fuerit ordinarius aut ordinatus Holanæ diœceseos Episcopus, cum autem ipsius Regis jussu, Episcopi Holani triginta fere annis Coadjutor fuerit, tandemqve integrum qvadriennium solus Episcopi munus gesserit, & diœcesi, Episcopali fere honore & autoritate, præfuerit, nec ulli eorum celebritate & eruditione secundus sit, ut hic ei locum concedamus, consentaneum videtur. Huic anno 1568 hanc lucem primo aspicere contigit, Anno 1576 in domum & familiam Gudbrandi adscitus, & albo scholastico inscriptus fuit, curam juventutis gerente Biarnio Gamalielis, sub cujus moderamine octo annos se in hac palæstra excercuit. Sed septem decem natus annos, auspiciis & nutu Gudbrandi in Hafniensem Academiam transiit, ibiqve privatum nactus Præceptorem Magist. Johannem Haggæum, Logices Professorem, qvadriennium Musis fideliter militavit, qvo exacto honestis ornatus testimoniis, anno 1589 domum reversus,

senectutem ac adversam valetudinem boni illius senis Domini Gudbrandi, in hac causa parcere & remittere placuerit, simul & nos omnes, clerici & laici humillimas nostras preces clementissimo nostro Domino Regi subjectissime sistimus, ut Potentia Ejus senem hunc, illius sedulitatem & studium, qvæ ad senectutem & ad hoc usqve tempus in sanctum Dei verbum in hac insula promovendum contulit, Dei causa respicere velit, qvod Deus Potentiæ Ejus affatim retribuet &c.

fus, Lyceo Holano præponitur, & paulo poft facris initiatus, Paftoris Cathedralis munus fufcepiffe videtur (a).

§. 2.

Rectoris officio, qvod anno 1589 fufcepit, in annum 1598 conftanter functus eft, nifi qvod Jonas Enari filius anno 1593, dum peregre abiret, ejus vices geffit, fed anno 1590 facris initiatus, officium Paftoris Cathedralis

(a) De anno, qvo id factum fuerit, inter autores, qvi de hoc viro aliqvid fcripferunt, magna eft diffenfio; qvidam enim id ad annum 1598 referunt, ipfius freti verbis in *Apotribe Calumniæ* pag. 27. ita fcribentis: *Sic in annum trigefimum, in ejusdem* (ɔ: Gudbrandi *familia dego.* Ut & pag. 28. *Trigenarius porro, Deo ita difponente, parochiis ecclefiafticis a Domino Superintendente præficior, usqve in hunc annum ætatis 51 currentem.* Cui confentire videtur Gudbrandus Epifcopus in Præfatione ad *Arngrimi Comment. de Islandia* 1592 d. 29 Aprilis, ubi vocat: *Arngrimum honeftum Studiofum.* Alii autem id ad 1591 referunt. Nam in judiciis fori generalis 1591 ut & 1592 expreffe vocatur " Sira Arngrimur " (ɔ: *Sacerdos Arngrimus*) nam ifte titulus non nifi Sacerdotibus apud nos attribuitur. Nos illum anno 1590 vel etiam 1589 facris initiatum fuiffe ftatuimus, eamqve affertionem probamus Refcripto Regio dato anno 1591 d. 8 Maji, in qvo vocatur *Hr. Arngrim Jonsfon Præft paa Island*, unde feqvi videtur, Arngrimum anteqvam fupplices ad Regem mifit literas anno 1590 facris initiatum fuiffe, & ut Sacerdotem Iflandicum magna affectum injuria Regis auxilium imploraffe; qvæ fententia cum fuperioribus facile conciliari poteft, fi ftatuamus: 1) Qvod 1590 ordinatus, eodem anno parochiam Melftadenfem & Miklabajenfem adeptus fit, fed nihilo minus Holis manferit, & Rectorem fcholæ egerit. 2) Gudbrandus in fcripto edito 1592 vocat eum *honeftum ftudiofum*, habito refpectu ad ftatum Arngrimi, cum ei autor effet, ut *Commentarium* fcriberet, id eft, ad annum 1589, anteqvam Arngrimus aut Rector aut Sacerdos factus eft. 3) Arngrimum dixiffe fe in annum fere trigefimum in Gudbrandi familia degiffe, id eft, in annum ætatis trigefimum, qvi in annum feculi 1598 incidit, tunc enim uxorem duxit, fcholæqve & Holis valedixit, ut exinde in familia Gudbrandi non degeret. 4) Qvod fcribit, *trigenarius parochiis ecclefiafticis præficior usqve in hunc annum ætatis 51 currentem*, ita intelligendum ac fi dixerit, fe jam in trigefimum annum ecclefiis præfici feu præeffe ɔ: ab anno ætatis 20 ad hunc qvo hæc fcripfit, qvi fuit 51 currens, ut ipfe fatetur. 5) Vocula *trigenarius* non femper fignificat triginta annos natum, fed aliqvid ad numerum trigefimum pertinens, ut ager trigenarius, vites tricenariæ, non funt ager & vites triginta annos natæ, fed tantundem fructum ferentes. Sic etiam *trigenarius parochiis præficior in hunc usqve annum* commode explicari poteft, *jam triginta annis ecclefiis præfui.* Sed 6) fi tricenarius feu triginta annos natus, fcilicet 1598, facris demum initiatus fuerit, qvomodo potuit Epifcopi Coadjutor conftitui anno 1596? Qvibus obfervatis omnia bene conveniunt.

Cathedralis huic adjunxiſſe videtur, qvod eum hoc temporis tractu aliqvamdiu geſſiſſe certum eſt. Parochias autem Melſtadenſem & Miklabajenſem anno 1591 vel etiam 1590 nactus eſſe videtur, qvod de Melſtadenſi certum facit (a) judicium Gudbrandi & Jonæ Nomophylacis in lite, qvam Jonæ Gislai anno 1597 Arngrimus intentavit, qvod ex ſuis mobilibus in parochia Melſtadenſi ſexennales decimas non ſolviſſet, qva cauſa Jonas cecidit, cum qvadriennii tantum ad eum pertinuerint decimæ, ipſiqve injungitur, ut ſexennalem decimarum rationem Arngrimo reddat, a tempore qvo Melſtadum acceperit, unde ſeqvi videtur Arngrimum Melſtadum accepiſſe 1590, ſecus enim ut templi Patronus anno 1597 a Jona ſex annorum rationem exigere non potuiſſet. Miklabajenſem autem Præbendam, qvando nactus fuerit, nobis non liqvet, licet veriſimile ſit, id eodem anno factum eſſe, de pluribus enim, qvam una, loqvitur in allegatis verbis, dicens: *Parochiis eccleſiaſticis trigenarius præficior*; Nec certius, qvamdiu eam tenuerit; Id tamen certum, qvod eidem & præfuerit, & ibidem ſedem habuerit anno 1627, nam illic ejus prior uxor mortua & ſepulta eſt, ut ex ejus Epitaphio, qvod in templo Miklabajenſi hodiedum conſpicitur, manifeſtum eſt, ſed Melſtadenſem usqve ad mortem retinuit. Qvamdiu autem Holis fuit, ſeu usqve in annum 1598, per Vicarios earundem neceſſitatibus inſerviit, qvorum ſupra nominatus Jonas Gislai unus fuiſſe videtur. Sed poſtqvam Holis diſceſſit, alteri ipſe, alteri autem per Vicarium præfuit, qvem levi mercede conduxiſſe videtur. Ab eo etiam tempore Hunavatnenſis Toparchiæ Præpoſitus fuit.

§. 3.

Cauſas forenſes ſæpius egit, qvarum notiſſima eſt lis de prædiis Holo & Beſſaſtadis, de qva pluribus ſupra (b). Peregrinationes tres ſuſcepit: Primam juvenis ſtudiorum gratia, qvam ſupra memoravimus. Alteram anno 1592; Diſſidiis enim Gudbrandi Epiſcopi & Jonæ Nomophylacis in tantum erumpentibus odium & incendium, ut unus alterum ad ſupremum Regis Tribunal citaret, Præſul Arngrimum, ut hoſtis conatus obſervaret,

(a) Spem ſuccedendi in præbenda Melſtadenſi a Rege literis ad Epiſcopum ſcriptis d. 17 Martii 1589. nactus eſt.

(b) Pag. 400 ſqq.

ſervaret, ſuamqve cauſam, qvantum in eo eſſet, promoveret, in Daniam miſit, cum neminem, cui magis confideret, haberet; Cumqve cauſa, qvatenus villas Hol & Beſſaſtadas, ut & famoſos illos de Jonæ Sigmundini parricidio codicillos tetigit, utriqve communis eſſet, cujus actionem ipſe Arngrimus inceperat, ejus non minus qvam Epiſcopi interfuit, ut eadem fideliter ageretur; Et, ſi qvid ſapio, per *contentioſum* illum *Islandiæ Clerum*, *qvi finita una controverſia alteram ſtatim inchoat* (a), de qvo Jonas Nomophylax coram Rege conqveſtus eſt, Arngrimus potiſſimum, & forte unice intelligendus eſt, ille enim cognato & ſummo ſuo benefactori Gudbrando, ut fidus Achates ſemper adhæſit. Sed licet in hac cauſa Arngrimus hac vice parum proficeret, haud tamen hæc profectio illi infructuoſa fuit, ſed magno potius honori & emolumento. Hac enim occaſione Hamburgum delatus, indeqve per Holſatiam & interjacentes provincias, Hafniam tendens, in *Philippi Nicolai*, *Dedekenni*, *Chytræi*, *Frederi*, aliorumqve virorum eruditorum & nobilium familiaritatem venit, qvæ ei poſtea magnam nominis celebritatem procreavit. Tertiam deniqve ad exteros, tam ſuorum, qvam Epiſcopi negotiorum cauſa, profectionem anno 1602 ſuſcepit, ut ex Philippi Nicolai anno 1603 ad eum ſcripta epiſtola patet.

§. 4.

Sunt qvi ſcripſerunt (b) Regem Daniæ poſt obitum Gudbrandi Epiſcopi ei Epiſcopatum obtuliſſe, ſed Arngrimum, ne a ſtudiis ſuis distraheretur, nec malevolorum invidiæ hoc modo exponeretur, eundem humillime deprecatum fuiſſe, qvæ omnia gratis aſſeruntur. Tantum autem verum eſt, & inde forte nata eſt fabula, qvod cum ipſe Arngrimus poſt mortem Gudbrandi Clerum Holanum convocaſſet, ut pro more ejus ſeculi ſucceſſorem, qvi Regi ſiſteretur, deſignaret, omniumqve primo vota in ipſum collinearent, ſenium cauſans, modeſte ſemet excuſare inciperet, omnes ſtatim ei aſſentientes excuſationem acceperunt, alteriqve

(a) Conf. ſupra pag. 51.

(b) *La Peyrere Relation d' Islande* pag 55. 56. & ex eo *Algemeines Hiſt. Lex.* in Art. *Arngrimus Jonas;* ut & *Petrus Bælius* in Art. *Jonas Arngrimus,* qvi eum dicit fuiſſe *doctum, candidum, & a doctis magnopere æſtimatum.*

qve ſuum dederunt calculum. Ut & qvod libellum ſcripſerat, cui titulum fecit, *Apotribe Calumniæ*, qvod Epiſcopatum Holenſem vivo Gudbrando deſideraſſet. Qvod uti verum eſſe, ita & prius ſine omni fundamento aſſeri putamus. Sed Gudbrando Epiſcopo, qvi ab anno 1585 cum adverſa ſæpe valetudine conflictabatur, bis datus fuit coadjutor, primo ab ipſo Rege circa annum 1596, qvod conſentiente & volente Epiſcopo factum eſſe nullus dubito, mercedis loco habens parochiolam qvandam, & præterea in vicinia Melſtadii tenuiſſimam conditiunculam (a). Deinde anno 1624 a Præfecto non tantum coadjutor, (qvod Princeps & Pro-Rex Chriſtianus anno 1625 ratum habuit) ſed cum ipſe Epiſcopus hemiplexia correptus nihil agere poſſet, ut ipſius vices ageret; Et 1626 ab eodem ut etiam Sacroſancti Miniſterii Candidatos inauguraret (b) juſſus eſt; (id enim non niſi ab Epiſcopo perfici debere, creditum fuit) qvorum qvatuor ſacris initiavit. Ad hoc officium ſe 50 Joachimicis conduci, & præterea ruſcula pauca Eccleſiæ Holenſis conceſſa eſſe fatetur (c).

§. 5.

Ab ipſo Rege in mandatis habuit, ut antiqvos membraneos codices conqvireret, & ad Nicolaum Kragium Hiſtoriographum Regium transmitteret, cui negotio ſtrenuam navavit operam, & eorum qvosdam in lingvam latinam tranſtulit, laboris mercedem accipiens annuos canones nobilis prædii Hallbiarnar-Eyre. Scripta ejus, qvorum tituli ad nos pervenerunt, in margine enumerabimus (d). Præclaro præditus fuit ingenio,

---

(a) In Epiſtola ad *WORMIUM* ſcripta (ut videtur) 1629 ita ſe exprimit: *Ut id qvod Regia Clementia olim obtinui* (parochiolam) *poſtea jubente Rege, ut Domini Gudbrandi coadjutorem agerem, partito cum Sacellario eodem ſubſidio; & hic in vicinia tenuiſſima conditiuncula conceſſa, nunc alterutrum deſeri jubeant.*

(b) Vid. ſupra pag. 66. Litr. Y. & Z.

(c) In Epiſtol. 314 data 1626: *Agnoſco Domini Cancellarii nutu factum — ut præſens noſter Roſenkrantzius mecum convenire bæredum Epiſcopi nomine juſſus ſit. Ut hic ventum eſt, ecce 50 Joachimicis conducor, nec enim apud Præfectum aliter obtinere potui.*

(d) 1) *Idea veri Magiſtratus*, Hafniæ — — — — 1589.
2) *Brevis Commentarius de Islandia*, ibid. — — — 1593.
3) Pſálmur i Davids Pſaltara ſá XCI af Syra Arngrime Jónsſyne. 8. — 1598.
4) *Ana-*

nio, literisqve indefeſſus incubuit, unde omnium Islandorum ſuæ ætatis doctiſſimus evaſit; qvod abunde teſtantur non tantum præclara ingenii & eruditionis ab eo relicta monumenta, ſed etiam plurimi viri nobiles & eruditi, qvi cum eo aut commercium literarium, aut ejus aliqvam notitiam habuerunt, qvorum encomiis & approbationibus aſſvetus, non facile cujusqvam, minime vero popularium, contradictiones aut offenſiunculas ferre potuit, qvorum plerosqve præ ſe parvi fecit, erat enim natura elatioris ingenii & ſententiæ ſemel initæ tenaciſſimi, unde a ſubditis, ſeu Clero Holano, magis æſtimatus qvam amatus fuit, qvod præſertim anno 1627, cum magno Gudbrando ſucceſſor denominandus eſſet, expertus eſt; Et hinc forte eſt, qvod non una tantum vice de zoilis & invidis qveritur. Qvod

---

4) *Anatome Blefkeniana*, — — Holis in 8. 1612. Hamburgi in 4. 1613.
5) *Epiſtola pro patria defenſoria* — — — — 1618.
6) Kroſſkvediur þeſſ Heilaga Kennefaudurs *Bernhardi* vr Latinu vtlagt in 8. — — — — — — 1618.
7) *M. Hammeri* Paſſionale, kallaſt kroſſgaungur.
8) *Apotribe calumniæ* — — — — — 1621.
9) *Biblia Parva.* — — — — — 1622.
10) *Crymogæa*, ſeu rerum Iſlandicarum libri tres; Hamburgi 1609. 1610. 1620. 1630.
11) *Athanaſia Gudbrandiana*, ſive Vita Gudbrandi Thorlacii; ibid. — 1630.
12) *Specimen Islandiæ Hiſtoricum* & magna ex parte Chorographicum; Amſtelodami — — — — — 1643.
13) *Soliloqvia M. Mölleri* Iſland. verſa, multoties impreſſa.
14) Hymni qvidam Iſlandici.
15) *Conſpicillum animæ qvotidianum.* Iſlandice.
16) Epiſtolæ ad viros Eruditos, *Stephanium* præprimis & *Wormium*, qvarum ad hunc plurimæ in *Epiſtolis Wormianis* editæ ſunt.
17) *Compendium Hiſtoriæ Norvegicæ.*
18) *Vita Hroaris Stulti*, in Latinum ſermonem verſa.
19) Judicium de diviſione Vocalium.
20) Diſcurſus de literis Runicis.
21) *Logogryphus.*
22) *Jomsvikinga Saga* in L. Latinam tranſlata.
23) *Lilium* correctum & immutatum; Iſlandice.
24) Arnar Rimur.
25) Tractatus de ſucceſſione ab inteſtato; Iſlandice.
26) *Grönlandia*, Latine qvidem ſcripta, ſed in ſermonem Iſlandicum tranſlata ab *Einaro Eyulfi* filio, edita Skalholti in 4. — — 1688.
— — & in Danicum ſermonem a *Buſſæo* converſa; Hafniæ in 8. — 1732.

Qvod veritatis tantum detegendæ caufa tangimus, ad indicandum, qvid potiſſimum obſtiterit, qvin Holanus fieret Epiſcopus, minime autem ut magni viri pios manes & honorem læſum eamus, cujus merita & virtutes magna deoſculamur veneratione.

§. 6.

Conjugium bis iniit, primum anno 1598 cum Solveiga Gunnari filia, cui anno 1627 demortuæ in templo Miklabajenſi epitaphium poſuit. Alterum ſexagenarius cum Sigrida Biarni filia, qvæ ei ſuperſtes fuit, ex qva 9, ſed ex priori 4 ſuſcepit liberos. Valetudine firma utebatur; Tandem autem ſcorbuto & ſpaſmo affligi cœpit (a). Scripto itaqve ſibi ipſi epitaphio, evthanaſiam unice anhelabat, qvam tandem nactus eſt anno 1648, d. 27 Junii, cum vixiſſet annos octoginta (b).

(a) Conf. *Worm. Epiſt.* Tom. 1. Epiſt. 350. ut & 887.

(b) De qvo ita ſcripſit Dominus Enarus Arnfinni in *Epiſt. Wormii* Tom. 2. Epiſt. 875. pag. 1069. *Deceſſit beatus Dom. Arngrimus, Simeonis inſtar, in lecto ſedens, ſuis convocatis concionatus, ad patientiam in fide exhortando, poſtremaqve verba pſalmo claudendo; Mox veluti dormiturus ſvaviter recubans, atqve ſic eodem mox momento animam Creatori reddidiſſe animadverſus eſt. Crede mihi haud moritur, qvi bene ſic moritur.*

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ ISLANDIÆ

PERIODUS VI.

Ab anno 1630 ad annum 1740.

SECTIO I.

De Regibus, eorumqve Satrapis.

Cap. I.

De Friderico Tertio.

§. 1.

Anno 1609 d. 18 Martii Haderslebiæ in Cimbria natus eſt *Fridericus* Daniæ olim Rex eo nomine *Tertius*, qvi poſtqvam in Academia Sorana ſub doctiſſimorum virorum inſtitutione omnigenæ eruditionis fundamenta fideliter jecerat, unacum fratre Uldarico, peregrinas inviſurus regiones, Dania exiit, inviſoqve Belgio, Gallia & Germania, ſanus ſoſpesqve domum rediit. Anno 1616 ephebus adhuc a patre Ducatum Slesvicenſem, & inſulam Femeren accepit. Anno 1623 Epiſcopus Werdenſis eligitur, ſed anno 1637 Bremenſis Archiepiſcopus renuntiatur. Anno 1643 uxorem duxit Sophiam Amaliam, Georgii Ducis Luneburgenſis filiam, nuptiasqve Tychopoli d. 1 Octobris celebravit. In bello Svecico annis 1645, 1646 a patris partibus ſtetit, ideoqve a Svecis Bremenſi Archiepiſcopatu privatus fuit. Mortuo patre anno 1648, ſed non ſine difficultate & multis ambagibus, & duris admodum conditionibus

Rex

Rex eligitur; Varias deinde cum Anglia & Svecia habuit negotiationes, variisqve Cornificii Ulfeldii technis appetitur. Anno 1657 d. 1 Junii Svecis bellum indicit, qvod adeo infeliciter gessit, ut anno 1658 Rofkildiæ cum eis pacem faciens Scaniam, Hallandiam, tractum Vicensem, seu Bahusensem, & dioecesin Trundheimensem in Norvegia, Borringiam, aliaqve territoria ipsis cedere cogeretur. Sed cum rupta a Svecis pace anno 1659, totaqve fere Dania occupata, & ipsa metropoli arctisme obsessa, res Danorum ad ultimas redactæ viderentur incitas, fortuna repente ita est mutata, ut amisso in Fionia universo exercitu, fusa maritimo in Oresundia prælio classe, fracto, qvi Hafniam obsidebat, exercitu, & amisso tandem ipso Rege, Sveci pacem offerrent, qvæ Hafniæ conclusa, Danis dioecesin Trundheimensem & Borringiam, unacum qvibusdam, qvæ Svecis antea concesserant, privilegiis, restituta sunt. Ad summum autem fastigium ascendit domus Regia, cum ei anno 1660 regna a subditis hæreditario jure concederentur, & imperium absolutum introductum fuit, a qvo tempore Rex sapientissimus statum imperii & modum regnandi utrisqve, tam imperanti, qvam subditis, commodissimum instituit. Bellum inter Anglos & Danos anno 1666 imminere visum intra declarationes & præparationes stetit. Fuit Rex Fridericus pius, justus, sapiens, patriæ & subditorum amans, omniumqve, non tantum suæ ætatis, sed plurium seculorum Regum doctissimus, doctorumqve fautor singularis, unde sub ejus imperio artes ac scientiæ magnopere floruerunt. Obiit optimus Rex Hafniæ anno 1670 d. 19 Februarii, cum vixisset annos 61, sed regnasset 23. Ejus ex Regina suscepti liberi fuerunt: 1) *Christianus V.* natus 1646. 2) *Anna Sophia*, nupta Joh. Georgio Duci Saxonico. 3) *Friderica Amalia*, nupta Christiano Alberto Duci Holsatiæ. 5) *Wilhelmina Ernesta*, Carolo Electori Palatino elocata. 5) *Fridericus*, infans obiit. 6) *Georgius*, duxit Annam Angliæ Reginam. 7) *Ulrica Elenora*, Seciæ Regina facta est. 8) *Dorothea Juliana*, in tenera ætate decessit. Naturalis ejus filius fuit *Fridericus Gyldenlöwe*, Prorex Norvegiæ, ex qvo Comites Laurvicenses, & Lövendalenses prognati sunt.

§. 2.

Edicta & Rescripta ad rem ecclesiasticam & literariam publicam pertinentia, qvæ Islandis misit, seqventia nobis videre contigit: 1) Rescriptum

ſcriptum ad Præfectum Henricum Bielke de bonis eccleſiæ Holenſis in Eyafiordo reſtituendis; 6 Martii 1649. 2) Donatio lignorum, in reparationem templorum cathedralium, ex Norvegia advehendorum, ad centum imperialium pretium; 4 April. 1649. 3) Mandatum ut ſcientiæ Mathematicæ in Islandia a Giſlao Einaris filio doceantur, & de ejus ſalario; 7 April. 1649 (a). 4) Ad Præfectum & Epiſcopos, ut media ad conditionem ſacerdotum ſublevandam apta excogitent & Regi perſcribant; 3 Maji 1650. 5) Viduæ ſacerdotum anno gratiæ perfruuntor; 3 Maji, 1650 (b). 6) Omnis generis ejectamenta maris, abietina, pinea & qvercina, in litora templorum alluentia, his cedunto; 3 Maji, 1650 (c). 7). De contemtoribus diſciplinæ eccleſiaſticæ; 3 Maji, 1650 (d). 8) De ſuperfluo templorum inventario, ut vendatur; 3 Maji, 1650 (e). 9) Mandatum de noſocomiis in gratiam leproſorum inſtituendis; 10 Maji, 1650. 10) Qvi decimas perſolvere detrectant, ex legis præſcripto mulctantor; 3 Maji 1651. 11) Neqvid templis vel clero abſqve prævia legitima procedendi forma adimatur; 10 Maji, 1651. 12) Reſcriptum ad Præfectum de ſuperfluo templorum inventario divendendo, & de qvatuor villis in uſus noſocomiorum extradendis &c. 10 April. 1651 (f). 13) Conceſſio mulctæ ab Erico Jonæo expendendæ in templi Beſſaſtadenſis reparationem; 25 April. 1652. 14) Mandatum ad Epiſcopos ut documenta & libros antiqvos de Grönlandia agentes, qvot haberi poſſunt, Henrico Möllero communicent; 3 Maji, 1652. 15 & 16) Bina de noſocomiis & prædiis in pauperum uſus legatis reſcripta, 12 Maji, 1652 (g). 17) De tribus diebus ſuplicationum, 5. 6. & 7 Octobris anni 1653 celebrandis; 20 Aprilis, 1653. 18) Mandatum de conſtitutione a Præfecto & Epiſcopis conſcribenda, qvantum cuilibet incolarum in uſus noſocomiorum erogandum eſſet, Flenopoli, 9 Maji, 1655. 19) Donatio centum imperialium

(a) Vid. ad finem Capit. Litr. A.

(b) Vid. ibid. Litr. B.

(c) Vid. loc. cit. Litr. C.

(d) Ibid. Litr. D.

(e) Vid. ad finem Capitis Litr. E.

(f) Vid. loc. cit. Litr. F.

(g) Ibidem Litr. G. H.

rialium in reparationem templi Bessastadensis, & mandatum, ut parochiales pro suis qvisqve facultatibus etiam in eam rem aliqvantum conferant; Flenopoli, 12 Maji, 1655. 20) Rescriptum ad Episcopos de Thormodo Torfæo; 27 Maji, 1662 (a). 21) Concessio villæ Vindas sacerdoti Reynevallensi facta; 17 Maji, 1664 (b). 22) De publica ob pacem conciliatam in templis gratiarum actione celebranda; 15 Aug. 1667.

§. 3.

Eo regnante unicus (c) tantum Islandis fuit Satrapa *Henricus Bielke*, nobilis Norvegus, qvi codicillis officii 1659 d. 31 Januarii datis munitus, eodem anno prima vice provinciam intravit, secum ducens Regium Secretarium *Gabrielem Acheleye*, qvi incolas Islandiæ in Regis verba jurare adigerent, qvod in foro generali magno splendore, & cæremoniarum pompa, qvibus similes Islandi antea non viderant, fecerunt, ut ex ipsorum hac de re relatione, eodem anno impressa, notum est; Inde a Thorlako Episcopo invitatus, Holas tetendit, indeqve secum abduxit scholæ Rectorem Runolfum Jonæ, qvi deinde scholæ Christianstadensis Rector factus est; & Episcopi filium Gislaum, qvi jam studiis operam daturus Hafniam petiit, postea vero patri in officio successit. In regressu Borgarfiordum transiens, petiit ab Audino Jonæ, parocho tractus Andakylensis, ut eqvum clitellarium sibi commodaret, qvod ille pernegavit, sed emendum obtulit, qvod cum ei magnopere displiceret, eqvum qvidem, qvo jam indigebat, emit, sed minabundus, si modo huc altera vice rediret, se majore in talibus instructum autoritate adfuturum, hinc anno seqvente datum est Edictum de libero Præfectorum commeatu.

(a) Rescripta hæc ad Brynjolfum Svenonium & Gislaum Thorlacium conveniunt, nisi qvod ad hunc nulla informationis mentio fiat. Nos Rescriptum ad Svenonium ad finem hujus Capitis sub Litra I. adferemus.

(b) Vid. loc. cit. Litr. K.

(c) A Rege Christiano Qvarto Islandiæ destinatus Præfectus Oligerus Rosenkrantz, Præfectus antea Stafangrensis, in provinciam non venit, sed qvod destinatus fuerit, docent Regiæ ad Hannibalem Sehestedium Norvegiæ Pro-Regem, literæ, de 10 Januarii 1648.

§. 4.

Anno 1650 iterum in Islandia & in comitiis præsens, Regia Rescripta hoc anno edita publice proposuit. Cœnobiarchis etiam & redemturarum conductoribus, qvædam gravamina aut pensiones colonis imponere, qvæ nova essent, aut antiqvitus non fuissent, severe interdixit; Prætoribus vero, ut qvovis anno in comitiis apparerent, mandavit, exactisqve comitiis, Holas denuo se contulit, indeqve per Skalholtum Bessastadas rediit. Anno 1651 Regium ad se mandatum datum die 10 Maji promulgavit, qvo inutiles templorum possessiones, de qvibus antea scripsimus, sub hasta publica aut alio legitimo modo vendi, pretium vero egenis parœciis addi, jubebatur. Similiter etiam de soluta disciplina domestica qvestus, Nomophylaces sententiam rogavit, qvomodo corrigi optime posset, videri enim omnem superiorum & patrumfamilias auctoritatem, ab inferioribus & subditis sperni & conculcari, qvod magno reipublicæ damno qvin esset, fieri non posset; Sed responsum fuit, debere bonos dominos & heros *subditos*, *manu*, *virgis*, *& ferula plectere*, qvæ generalis medicina tanto malo parum profuisse videtur.

§. 5.

Anno 1652 denuo adfuit, & in Comitiis de Nosocomiorum fundatione eorumqve sustentatione egit, publiceqve Regia hac de re proposuit mandata (a), data 12 Maii ejusdem anni, qvorum altero Rex qvatuor prædia ab Episcopis eligenda assignavit, & ut Episcopus cum Nomophylace eorundem Inspectorem ageret; Alterum autem ut Satrapa percontaretur, qvantum ex cœnobiorum utensilibus, ad Nosocomiorum usum transferri posset; 2) Ut pauperum prædia (dicta *Christfiárjarder*) talibus Nosocomiis adjungerentur, pariter ac eleemosynæ, qvæ ab indigenis & advenis colligi possent. 3), Ut cognati ægrotorum, qvi in ea reciperentur, de suo aliqvid adderent. 4) Regem his usibus assignaturum qvicqvid pro venia conjugium in prohibitis gradibus contrahendi dari soleret, ut & mulctas qvæ in causis ac arbitriis dijudicandis, ejus fisco adjudicarentur. Hæc ut perficerentur, præsertim ut qvantum qvisqve

(a) Vid. ad finem hujus Cap. Litr. G. H.

qvisqve tribuere vellet, Svenonio Epiſcopo & Arnæ Nomophylaci, ut ſciſcitarentur, injunxit, idem etiam anno 1655 per literas repetiit, & ſe non penitus defuturum, qvin etiam aliqvid de ſuo tribueret, promiſit.

§. 6.

Anno 1654 in Islandiam qvidem venit, ſed poſt comitia, qvo in itinere ab Anglica trireme hoſtiliter impetitus eſt, ex qvo tamen periculo illæſus tandem evaſit. Ab eo tempore usqve in annum 1662 huc non venit, dicto autem anno, exactis tamen comitiis, adfuit, & homagium Regi, tanqvam Monarchæ hæreditario ab incolis præſtandum exegit, qvod Kopavogi d. 28 Julii perfecit, ibidem inter Arnam Oddi Nomophylacem & Torfium Erlendi transegit, & Islandis Regis nomine ac juſſu perſvadere conatus eſt, ut ſymbolam facerent ad conducendam navim bellicam, qvæ inſulam ab imminentium piratarum impetu defenderet, qvod illi ob paupertatem ſibi impoſſibile cauſſantes, ejus patrocinium & excuſationem 500 imperialium honorario redemerunt, a qvo tempore in Islandiam non venit, ſed ſimile qvid ad emungendam pecuniam anno 1666 excogitatum fuit, cum Otto Bielke ipſius ex fratre filius, munitionem Beſſaſtadenſem a ruſticis Alſtaneſenſibus & Mosfellſveitenſibus exſtrui curavit, impenſarum autem nomine 1500 imperiales ab incolis exegit; Qvæ omnia vivo Friderico Tertio geſta ſunt, eo autem mortuo potentia Bielkii cum ejus viribus & ætate conſeneſcere cœpit.

§. 7.

Anno 1670 novo Rege imperium capeſſente ad exigendum ab incolis homagium adfuit regiarum triremium Præfectus *Janus Rodſteen* de *Leerbeck*, Bielkius enim jam ætate ac corpore gravis, viribusqve deficiens, tam longo itineri parem ſe non putavit, animum tamen Islandorum amantem non depoſuit, unde etiam anno 1674, rogatu aut impulſu Mag. Svenonii effecit, ut Rex loco 1721 imperialium, a Bielkio acceptorum, qvibus ſuperfluum & inutile templorum inventarium redemtum fuerat, in egenorum Sacerdotum ſuſtentationem emanciparet prædia qvædam in provincia Mulenſi ſita, cujus fructum hodiedum percipiunt. Nec omnino ſilendum, qvod anno 1675 prædia haud pauca in Islandia pro pecunia numerata, qvam Regi ab incolis commodatam acceperat, eum in finem,

finem, ut ab Islandis redemta, qvasi jure retractus, ad priores possessores prædia illa redirent, qvod alias haudqvaqvam factum fuisset. Ingens autem & intolerabile illud tributum, qvod anno 1679 impositum fuit, sine ejus consensu factum esse fertur (a), unde qvam primum id rescivit, omnes nervos intendit, ut aut abrogaretur, aut saltem leniretur, qvod tandem obtinuit.

§. 8.

Fuit Bielkius ex antiqva Norvegiæ nobilitate, eodem nempe stemmate, ac duo Gotskalki & Olaus Rögnvaldi Holani qvondam Episcopi, oriundus (b). Anteqvam in Islandiam venit, Eqves ordinis Elephantini factus est. Anno 1644 Tribunus militum factus est. Anno 1643 & iterum 1645 Præfectus arcis Bahusensis (*Commendant*) constitutus, multa contra Svecos fortitudinis specimina edidit, & suis sumtibus qvosdam militum Præfectos ex Hollandia adduxit. Finito hoc contra Svecos bello peregre profectus est (c). Ab anno 1643 ad 1648 Præfecturam Idensem & Markensem retinuit. Anno 1660 Redemtura Onsoënsis ei & uxori Ethelæ Ulfeldiæ in dies vitæ concessa fuit. Anno 1648 d. 31 Augusti 200 imperialium salarium qvovis mense solvendum nactus est, ea tamen conditione, ut terra vel mari militarem suam operam. Regi, qvando opus esset, collocaret, qvod tamen salarium ob adversa postmodum tempora anno 1650 die 12 Martii cessare jubebatur. Anno 1660 (forte paulo ante regiminis mutationem) Regni Senator & *Vice Admiral* vocatur, sed anno 1662 *Admiralis* Regni, id est supremus navium bellicarum Præfectus vocatur, qvam dignitatem post mortem Ove Giedde adeptus esse videtur. Islandiæ semper fuit amantissimus, veterumqve consvetudinum observans, sed novitatis non necessariæ osor, omnibus humanus, affabi-

lis,

(a) Causa hujus tributi dicitur fuisse Martinus qvidam, qvi Bielkio qvondam a manibus fuerat, eiqve indicem qvendam omnium Islandiæ prædiorum ac facultatum surripuerat, in qvo hoc tributum fundatum perhibebatur; Bielkium autem, cum sciret, unde hæc venerant, Martinum diris devovisse, eumqve paulo post tabe qvadam aut morbo consumtum fuisse. Relata refero, vadem me non interponens, vera ne hæc an ficta sint, qvorum itaqve fides sit penes autorem.

(b) Vid. supra Tom. 2. pag. 616.

(c) Vid. ad finem Cap. Litr. L.

lis & beneficus, unde eum ut parentem amabant vivum, & defiderabant mortuum, avarus non fuit, licet oblata non recufaret, aut ad rem attentus haberetur, qvod ejus vicariis ac famulis potius qvam ipfi imputandum videtur; Communis fama eft Islandiam nec ullum habuiffe meliorem Satrapam, nec qvi diutius ei præfuerit; Bielkius enim id officii geffit annos 33. Obiit 16 Martii 1683.

§. 9.

Ejus abfentis vices agebant: 1) *Matthias Severini* ab anno 1649, usqvedum Beffaftadis obiret anno 1657 d. 19 Decembr. vir fedatus & juftitiæ amans. 2) *Thomas Nicolai*, vir neqvam & avarus, primo hoc officium capeffivit 1653, fed dum Hafniæ abeffet 1656 *Hacon Ormi* ejus vices geffit, & Haconi in hoc officio mortuo *Gregorius Michaëlis* fucceffit. Ab anno 1657 *Thomas* hoc officium usqve ad annum 1660 geffit, cum ei *Johannes Klein* fuccederet, usqve in annum 1662 qvo ei idem *Thomas* denuo fucceffit, usqve in annum 1665, cum in provinciam Snæfellenfem tendens, naufragio periret. 3) *Johannes Klein*, qvi antea hoc officium per biennium gefferat, id iterum affumfit 1665. Hic ut plurimum qvavis æftate in Islandiam venit, Hafniæ autem hyemem transegit, nam viginti annorum fpatio, qvo tali officio præfuit, ter tantum in Islandia hyemavit, fuos autem Subvicarios hic femper habuit, primo *Jacobum Benedicti*, deinde *Olaum Jani Klow*, & tandem *Laurentium Chriftiani Gottrup*. Dum huic officio præfuit Klein, adytum templi Beffaftadenfis condidit; fed poftqvam eo abiit, factus eft Affeffor in Collegio Commerciorum. Obiit anno 1689, vir haud malus, Islandisqve nec odiofus, nec exofus.

Litr. A.

Gislöff Eivertfon fick beftilling paa Island.

G. a. v. Efterfom vi naadigft er kommen udi forfaring, ingen Mathefin hiid indtill at haffe verrit lært paa vort land Island, oc vi nu naadigft erfare nærverende Gislöff Eivertfen ulaftelige fundamenta at fchall haffve lagt der udi, da haffuer vi hannem naadigft tilforordnet oc her med tilforordner ungdommen udi Skalholt fchole oc andre paa fornefnte vort land Island, fom det aff hannem begierende vorder, in fundamentis arithmeticæ,

ticæ, Geometriæ, oc Aſtronomiæ at inſtituere oc oplære, for hvilcken hans umage, vi hannem naadigſt haffver bevilget indtil vi anderledis hannem tilſigendis, oc ſaa lenge hand ſig flittig i ſamme ſin beſtilling beviiſendis vorder, efterfölgendé tvege jorder a ſidu i Sckafftafells Syſſel, (hvor aff efter hans beretning vi oc kronen aarligen ſchall haffve ſex oc tredieffue Rixdlr til indkombſt) dog at ſaa ſrembt fornefnte jorder mer end bemelte 36 Rdlr. drage kand, det da at komme os oc cronen allene til beſte, forbiudendis &c. Datum Haffn. dend 7 April. 1649.

Litr. B.

Obne breff om preſte enkers naadſens aar paa Island

G. a. v. Att vi geiſtlighedens paa vort land Island deris underdanigſte anſögning naadigſt haffver for godt anſeett, om preſte enkernis naadſenſs aar ſammeſteds att giöre denne naadigſte anordning, att med fornefnte naadſens aar her efter ſchall forholdes efter den Islandſche lou ſaa den ſchall forſtaaes att begynde fra förſte fardag, ſom berettis att indfalde ſillefett in Mayo, efter preſternis dodelig affgang, oc ſiden endis neſte fardag derefter, dog ſchall fornefnte enker deſs i midler tid tillteenckt oc forpligt verre preſten ſom i den affdödis ſted igien kaldis tilbörligen deſs i midlertid att vnderholde, forbyd. &c. Hafniæ den 3 Maji 1650.

Litr. C.

Obne breff om vrag ſom kommer driffuendis till Iſland, hvor der med ſchall forholdis.

G. a. v. Att vi paa geiſtligheden paa vort land Island deris underdanigſte anſögning oc begiering naadigſt haffver bevilgett oc tilladt ſaa oc her med bevilger oc tillader, at huis vrag af eeg, gran eller fyer der paa domkirkernis eller andre kirkers grunde ſammeſteds befindes att ſtrande, oc indriffvis, maa efter lands louffuen aff biſperne i hvis ſtifft dett ſcker dog med voris lenſsmandſs den ſom nu er eller her efter kommendis vorder hanſs videnſchab oc ſamptöche Kierkerne efterlaedes oc till deris beſte anvendis, naar ingen eyermand efter lofflig tids forlöb der till kommer, eller ſig angiffuer; forbydendis &c. Hafniæ den 3 May 1650.

Litr.

Litr. D.

Her Hendrik Bielke fick breff om dee haardnackede ſom ey ville lade dem aff præſtine vndervíſe.

V. S. G. T. F. Efterſom vi komme vdi naadigſt forfaring at een deel forherrede oc haardnackede menniſker paa vort land Island ſig uforſvarligen ſkal underſtaa, lidet eller inted at acte om præſternis paamindelſe oc kirkens Diſciplin, daa efterdi ſaadan foract billigen höyt bör at ſtraffis, bede vi eder oc naadigſt ville at I ſyſſelmendene ſammeſteds paa vore vegne allvorligen tilholder, at dee ſaadannne vgudelige menniſker ſom herudinden ſkyldige befindis andre til affſky tilbörligen ſtraffer. dat. Hafniæ 3 May 1650.

Litr. E.

Her Henrik Bielke oc Biſperne paa Iſſland fick breff kirkernis inventarium derpaa landet anlangende.

V. S. G. T. Efſterſom aff geiſtligheden paa vort land Island hos os underdanigſt ſupplicando anholdis oc begieris at kirkernis inventari Qvæg aff kiör oc heſter &c. maatte affſchaffuis oc forvexlis udi penge, kirkerne till beſte, daa erre vi naadigſt dermed tilfredtz at forſchreffune offuerflödig oc unötig inventarium maa affſchaffiis, oc ſiden haffuer I med dee fornembſte aff geiſtligheden der paa landet os eders underdanigſt betencken oc beretning att tilſckicke, hvad det ſig bedrage kand, oc hvorleedes I formeener det beſt kirckerne til goede oc fremtarff at kunde brugis oc anvendis, dereffter vi os effter des befundene beſchaffenheed naadtigſt videre ville vide at reſolvere. Hafniæ den 3 May 1650.

Litr. F.

Her Hendrich Bielche fick breff om adſkilligt paa Island.

V. S. G. T. F. Efterſom I om adſkillige poſter, voris land Island oc des indbyggere angaaende, voris naadigſte ville oc betenkende vnderdanigſt at viide er begerendis, daa ere vi naadigſt tilfretz, at der med

 ſaaledis

ſaaledis ſom efterfölger bliffver forholdet, nemblig at I till fattige præſters vnderholdning oc des forbedring, ved biſpen oc preſterne i hver ſtift, maa lade ſelge oc for penge affhende, hvis offuerflödigt inventarii qvæg ſom baade hos Skalholts Domkirke, oc andre Stigtens formuende kircker, ſom mere end til Kirckernis nödvendig vnderholdning kunde være i forraad, oc ſaa vit ſom efter biſpens oc præſternis betenkende fra huer kirke uforbigengeligen miſtis kunde, dog at I haffver tilbörlig indſeende med, at bemelte Inventarium det dyreſte, ſom det befindes kand at uære uærd, ſelgis, hvilcke penge I ſiden til eder haffuer at annamme, oc opberge, oc dennem ſiden hos viſſe folck her i vort rige Danmarck paa tilbörlig rente at vdſette, oc ſamme rente aarligen til bemelte ringe præſtekalds forbedring efter enhuers beſchaffenhed at uddeele lade. Till dee ſpedalſke oc vanföre deris vnderholdning der paa landet, ere vi naadigſt till fretz, at I fire vore oc Cronens gaarde, een udi hver fierding, maa vdlegge till Hoſpital, hvor ſaadanne vedtörftige fattige ſpedalſke oc vanföre kunde underholdis, hvorimod, I med biſperne oc de fornemmeſte derpaa landet, haffuer at lade giöre en anordning, ved huad middell I erachter ſamme nödtörftige udi bemelte Hoſpitaler beſt at kunde vnderholldis.

Mutvillige tieniſtefolckis ſtraff anlangende, der om haffuer I iligemaader med dee fornemmeſte der paa landet fornöden anordning at giöre, efterſom beqvemmelig efter deſs beſchaffenhed erachtes kand, hvor om I eder ſiden vnderdanigſt oc udförligen imod os haffuer at erklere, oc om vores videre naadigſte ratification derpaa at anholde.

Med veyene derpaa landet ſkal I ocſaa efter Islandſche lov haffue tilbörlig indſeende, at dee ſom det ſig bör, bliffuer reparerede oc ſiden vedligeholden, men hvis vdörcken oc andre ſteder, ſom loven intet omformelder, er anlangendis, der om kand I med forſckreffne dee fornemmeſte der paa landet, paa voris naaadigſte ratification lade giöre ſaadan nödvendig Conſtitution ſom landets beſchaffenhed beſt tilſteder. Dat. Hafniæ 10 Aprilis 1651.

Litr. G.

Her Henrich Bielcke fick breff Stenderne paa Island anlangende.

V. S. G. T. F. Efterſom vi aff eders vnderdanigſte erklering naadigſt erfahrer Stenderne paa vort land Island at haffve giordt adſkillige

forſlag

forſlag till Hoſpitalernis indkomſtis forbedring ſammeſtetz, nemlig förſt, at hvis offuerflödig inventaria ved Cloſterne findis, ſom der fra at kunde miſtis, der till maatte tilligis, daa ville vi naadigſt at I med fliid ſkall forfahre hvor meget aff forſkreffne cloſters inventarier uden detz ſkade, derfra kand miſtis, oc ſiden eders vnderdanigſte erklering der om vdi voris Cantzelie indſkicke, at vi os ſiden der paa videre kand viide at reſolvere, ville oc der hos naadigſt at I eder med fliid ſkall erkyndige om adſkillige iorder der paa landet, ſom udi forrige tider till dee fattige ſkall være giffuen, oc kaldis Chriſtjorder, at der med ſiden kand vorde forholden efter forrige naadigſt giordte anordning. Herforvden ere vi naadigſt tillfretz, at huis allmiſſer oc foræringer aff ind oc udlendiſke till forſkreffne Hoſpital goedvilligen giffuis, der til maa indſamlis oc thill dee fattigis vnderholldning andvendis, ſaavel ſom hvis vdgaffvis der paa landet for egteſkabs tillladelſe vdi tredie leed, dog at altid her efter ſom til forn der paa ſögis oc begeris förſt voris naadigſte bevilgelſe, oc tilladelſe, derſom oc her efter neſte venner, ſom efter lougen dennem paarörende, forarmede menniſker forſorge böer, der for vdi penge noget uill vdgiffue, ſkall det dennem være tilladt oc dee der med ſom rette Hoſpitalslemmer ere, vdi Hoſpitalerne indtages. Offuer dette ere vi oc naadigſt till fretz, at huis Accidentia ſom for forligelſemahl oc andre ſaadanne ſager, falde kand, till dee fattige maa forundes, dog os oc cronen voris rettighed efter lougen herudinden forbeholden, paa det oc der med deſto rigtiger kand tillgaa, daa ſkall Syſſelmanden ſom forſkreffuit i penge indkreffuer, for ſin vmage der aff nyde 3 part, oc dee 2 öffrige parter komme Hoſpitalet oc dee fattige till beſte. Dat. Hafniæ den 12 May Anno 1652.

Litr. H.

Her Henrich Bielcke ſich breff anlangende Hoſpitalet paa Island.

V. S. G. T. F. Efterſom vi aff eders vnderdanigſte erklering naadigſt erfahrer en jord vdi huer firding till Hoſpitalet for dee ſpedalſke oc vandföre menniſker der paa landet, efter voris forrige naadigſte tilladelſe aff geiſtlige ſaavelſom uerslige nemlig: vdi Oſtfierding vdi Kircheboe cloſters ſogn, Hörgisland paa ſidu. Udi ſudfierding paa Grimsnöſſe Kloſterhole, udi veſterfierding udi Setberges Kircheſogn Eyre udi Eyrarſueit,

 udi

udi Nordfierding udi Eyfiord Madrufeld, daa ere vi oc naadigst til fretz, at forskreffne jorder der till maa anvendis, ville oc der hos naadigst at her eftir aff Bisperne oc laugmendene vdi huer Stigt paa uort land Island, en from oc skichelig mand skall forordnis, aff oc isettis naar behoff giöris, som med forskreffne Hospital oc des Indkomme kand haffue tilbörlig indseende, saa det ret anvendis till fattige oc vedtörftige mennishers vnderholdning, oc skall forskreffne forstandere aarligen for huis visse oc uvisse indkomst, indtegt oc udgift, tiltencht være at giöre forskreffne Bisper oc Laugmendene udi huer fierding Regnskab, oc maa hannem for forskreffne hans thieniste oc umage noget till lön aff dennem tilleggis, oc derforuden saa lenge hand forskreffne Hospital vell forestaaer, være fri for landgilds udgift. Dat. Hafniæ, dend 12 May Anno 1652.

Litr. I.

Brynold Bisp paa Island at verre Thormod Torffueson beforderlig till Antiqviteter oc andet, saa oc hannem der udi at informere, sampt att hidschickis Exemplaria aff huiss der tröckiss.

V. S. G. oc N. T. Voriss naadigste villie oc befaling er, at I nerverende Thormod Torffuesen verer beforderlig enten for betaling, eller i andre maader, att bekomme huiss Antiqviteter, rariteter, oc curiositeter paa Island kand opspörgiss, som hand till oss igien schall leffvere, saa oc att I hannem i samme Antiqviteter, som enten kand bekommiss, eller hand allereede haffuer, grundeligen informerer, Iligemaade ville vi att I oss tilskicher tuende ubundne Exemplaria aff alle de Böger som paa Isslandssmaall oc udi Island erre tröchte, eller her efter trocht vorder. Dat. Hafniæ den 27 May 1662.

Litr. K.

Obet bref at en jord kaldes Vindhaus udi Kios skall ligge til prestegaarden i Kiellernes tingsted.

G. a. v. Eftersom for oss underdanigst berettis at den jord Reinevollum hvor prestens residentz udi Kiellernis ting tilforn har væren formedelst uformodentlig fieldschred schall vere forderfvet, da haffve vi effter underdanigst ansögning oc begiering naadigst bevilget oc forundt, saasom

ſaaſom vi oc hermed bevilger oc forunder til forſkreffne preſtegaard en voris jord nemilg Vindſaus udi Kios ſom her effter indtil paa videre naadigſte anordning fri uden affgifft maa vere preſter der ſammeſteds til beſiddelſſe forundt, forbydendis. Hafniæ den 17 Maji 1664.

Litr. L.

Hannibal Seheſtedt ſich breff anlangende Hendrich Bielche.

V. ſ. g. t. Effterſom Vii aff eders underd. beretning paa os Elſkelig Hendrich Bielke &c. hans underd. begering naadigſt erfarer at hand endnu nogen tidt ſkal haffve lyſt ſig at forſöge udi fremmede herrers tieniſte, at giöre ſig capabel till höyere charge med tiden at beteine, helſt nu att diſſe riger, det gud vere æret, ere komne udi fred oc rolighed igien, oc derfor voris naad. ſamtyche der paa begerit, ſamt at hvis hand for hans hidindtill giorte tieniſte udi vort rige Norge oc adſkillig bekoſtning paa officerer ſom hand til begge vore Riger Danmark oc Norgis tieniſte haffer vervet oc med ſig offverfört fra Holland, effter indleffverede regnſkab oc offverſlaug, med billighed kand haffve at prætendere, der udoffver med ham at maatte ſkee affregning til betaling, oc hvis ham videre her effter aarlig for hans Oberſtis charge kand tilkomme udi forbemelte vort rige Norge, der om med ham at capitulere oc der paa at giffve beſtalnung, med naad. forſikring at bemelte Oberſte effter ſom hand giör ſig meriterit oc capable oc vii daglig fornemmer hans gode comportement oc intention til forbemelte vore rigers tieniſte, da for nogen fremmede at maatte befodris til videre avancement udi ſit eget federnelandtz tieniſte, da ehre vii effter ſaadan bemelte eders underd. beretning ſampt hans egen underd. begering, med ſaadan forlöffvelſe, affregning, beſtallung, oc avancement naad. tilfreds, at i med oſs Elſkelig H. Corfits Ulfeld Rigens Hoffmeſter &c. med forbemelte Oberſte der offver maa handle oc forabſchedige, dog ſaa at hand ſig udi ingen anden herris, ſtaters, eller rebubliqvers tieniſte begiffer end de ſom med oſs oc vore riger ere allierede oc udi god continuerlig correſpondentz, oc ſaa fremt, det gud forbyde, nogen misforſtand ſkulle hende oc diſſe riger gerade udi nogen krig oc feide, da ſkall hand ſig ſtrax igien indſtille til oſs oc vore rigers tieniſte, oc ellers udi midlertidt flittig adviſere armeens tilſtand hvor hand ehr, oc med forbemelte Rigens Hoffmeſter der offver

conti-

continuerlig correſpondere hvis hand oc naar affregnung med ham giort ehr med billighed kand tilkomme, dett ville vii naadigſt at i ham effter haanden udaff de middele ſom til miliciens underholdning oc vort rige Norgis defenſion ehr deputeret ſchal betale. Hafniæ 23 April 1646.

Cap. II.

De Chriſtiano Qvinto, Ejusqve Satrapis.

§. 1.

Natus eſt Flenopoli in Cimbria d. 15 Aprilis 1646. Anno autem 1655 a Danis Hafniæ d. 12 Julii homagium ſuſcepit, & a Norvegis anno 1656 21 Julii, ſed anno 1660 d. 19 Octobris, ut Monarcha & hæreditarius imperans a Danis Hafniæ congregatis, homagium exegit, a Norvegis vero 1661 d. 24 Julii. Anno 1662 peregrinas nationes inviſurus, Regnis exiit, factoqve per Bataviam, Angliam, Galliam, Helvetiam & Germaniam itinere, anno 1662 d. 16 Auguſti Hafniam rediit. Anno 1667 uxorem duxit Charlottam Amaliam, Haſſiæ Landgraviam. Anno 1670 patri ut Monarcha abſoluti dominii & Rex hæreditarius ſucceſſit, ſed anno 1671 d. 7 Junii, Rex Reginaqve ſolenniter uncti & coronati fuerunt. Geſta ejus in *ſagata* & *togata* commode diſtingvi poſſunt; *Sagatorum* celeberrima ſunt, bellum cum Svecis varia qvidem fortuna geſtum, in qvo tamen ſæpius victor fuit; nam anno 1675 d. 13 Decembris Wiſmariam expugnavit. Anno 1676 d. 1 Maji Gothlandiam recepit, moxqve d. 1 Junii Svecorum claſſem prope Oelandiam in fugam vertit, & paulo poſt d. 26 Junii Wennersburgum Svecis eripuit. Anno 1676 d. 4 Julii & iterum 1678 d. 27 Junii Helſingoburgum; & d. 3 Auguſti Landscronam cepit, & mox d. 15 Auguſti Chriſtianſtadum expugnavit. Anno 1677 d. 1 Junii ad Langelandiam navali pugna Svecos devicit, d. 1 Julii in ſinu juxta Coagiam claſſem Svecorum debellavit; d. 23 Julii Marſtrandiam recepit; d. 28 Auguſti & d. 16 Septembris prælio ad Oddevaldum Svecos vicit, & Jemtiam recepit. Anno 1677 d. 7 Septembris, & anno 1678 d. 13 Septembris Rugiam recepit, qvæ omnia, aut iterum amiſit, aut Svecis in pacificatione Lundenſi reſtituit. Anno

1691

1691 d. 21 Augusti Ratzeburgum expugnavit. Anno 1697 d. 4 Junii munimentum Holmeriæ diruit. *Acta togata* sunt: Anno 1683 *Juris Danici codex Christianeus*, ipso die Regis natali ab eodem subscriptus & confirmatus fuit; *Liber* autem *Ritualis Ecclesiarum* Danicarum 1685, & *Codex Juris Norvegici* anno 1687; Adjecti sine cæde & sangvine imperio Danico Ducatus Oldenburgicus & Delmenhorst; Dilatata pomæria urbis Hafniensis, ejusqve munimenta refecta. Ordines eqvestres Elephantinus & Danebrogicus restaurati, Politia in officiis; moneta, & navigationis usus ac mercatura instituta & emendata. Templum Salvatori dicatum Christianshavnense erectum, aliaqve, nam longum foret omnia hujus Regis insignia facta enumerare. Uxorem habuit *Charlottam Amaliam* Principem Hasso-Casselensem, ex qva *Fridericum Qvartum* in Regno successorem, & *Carolum* Principem suscepit; aliaqve mutui amoris pignora, qvorum pleraqve ante patrem decesserunt; Habuit etiam de Comite Samsöensi de Moth, qvosdam nothos, qvorum nepotes vocantur *Danneskiold* de *Samsöe*. Fuit Rex iste, ut in bello strenuus, ita in toga omnibus amabilis; vitam finivit anno 1699 ad d. 25 Augusti, cum vixisset annos 53, menses 9, dies 10, & regnasset annos 29.

§. 2.

Islandis Rescripta & Edicta plura qvidem dedit, qvorum seqventia huc pertinent: 1) De homagio ab Islandis persolvendo, d. 23 Apr. 1670. 2) De tribus diebus supplicationum; d. 11 Martii 1674. 3) Census tam personis ecclesiastici qvam politici ordinis imperatus anno 1679, sed 1681 d. 17 April ex dimidia parte condonatus. 4) Aggratiatio Pauli Torfi filii, qva bona ejus fisco adjudicata remittuntur, dummodo pro facultatibus gravem mulctam in ædificationem templi Bessastadensis conferat; d. 22 Junii, 1681. 5) Rescriptum ad Christophorum Heidemannum Islandiæ Qvæstorem de scriptis historicis antiqvis conqvirendis; d. 4 April. 1685 (a). 6) Privilegium Episcopo Thorlacio datum, de typographia Holensi Skalholtum transferenda; d. 14 Febr. 1685 (b). 7) Edictum

(a) Vid. ad finem hujus Capitis Litr. A.

(b) Vid. ibid. Litr. B.

tum ne ullus libellus supplex circa scholas, templa & res sacras versans, aut a clericis scriptus, Regi mittatur, nisi testimonio Episcopi diœcesеos præmunitus; d. 13 Martii, 1686. 8) Mandatum ut Episcopi omnium parœciarum, templorum, & personarum ecclesiasticarum nomina ad Cancellariam Danicam transmittant; d. 31 Martii 1688. 9) Ut Episcopi cum Præpositorum doctissimis leges Ecclesiasticas Islandicas ad ductum libri secundi Codicis Christianei Norvegici conscribant; d. 14 April. 1688 10) Ut inutilia templorum bona sub hasta vendantur, & villæ illorum pretio emantur; d. 30 April. 1692 (a). 11) Privilegium monumenta historica antiqva typis edendi, Episcopo Theodoro Thorlacio concessum, & ut ad ejus hæredes officina typographica transeat; d. 7 Aprilis, 1688 (b). 12) Privilegium eidem concessum Biblia sacra typis edendi, & ut singula templa pro eorum facultatibus unum coronatum, unum vel sesqvi imperialem, in eam rem conferant, d. 14 Febr. 1691 (c). 13) Templum Ingialldsholense communibus reliqvorum templorum symbolis exstruatur; d. 16 Aprilis 1695. 14) Interdictum ne sylvæ templorum vastentur; 1670. 15) Ut locarium prædiorum qvorundam in Toparchia Mulensi sitorum Pastoribus cedat, d. 3 April 1674 (d). 16) Campanæ læsæ reficiendæ Havniam mittantur; 1684. 17) De solenni jejunio & supplicationibus qvovis die Veneris qvarto post Pascha observandis; 1686. 18) De anno gratiæ viduarum Episcoporum; 1686. 19) Qvi Episcoporum & Præpositorum visitationis ordinariæ freqventationem negligi aut contemni a servitiis & liberis suis sinunt, mulctentur pariter ac qvi diem sabbathi profanant; 1691. 20) De sponsoribus in causis conjugii; 1695. 21) Sacerdotes a præbenda remoti sine Episcopi venia officium non administranto; 1696.

§. 3.

Sub eo Præfecturam Islandiæ gessit *Henricus Bielke*, usqve ad annum 1683, illo autem mortuo antiqva Præfectura (vulgo *Leensmands Embede*)

(a) Vid. loc. cit. Litr. C.

(b) Loc. cit. Litr. D.

(c) Hæc Bibliorum editio nunqvam prodiit.

(d) Vid. ad finem Cap. Litr. E.

bede) cessavit; Nam eodem anno d. 5 Aprilis *Christophorus Heidemann* constitutus fuit Islandiæ Qvæstor, qvi etiam fuit Assessor in Collegio Consistoriali. Hic omnia tributa & canones Regi debitos colligere, & eorum rationem reddere, simulqve Præfecti vices agere debuit, perinde fere ac *Janus Severini* sub Christiano Qvarto ab anno 1645 ad 1649 peregerat. Patrem habuit Johannem Heidemann, qvi primo Inspector fuit portus Hafniensis, & deinde Færöensium Qvæstor, cum qvo Færöenses (qvorum antesignanus fuit Mag. Lucas Debes, eorundem Præpositus, vir ab eruditione & editis scriptis publico notus) graves habuerunt dissensiones, qvæ tandem Supremi tribunalis sententia talem habuerunt finem, ut Qvæstor ab officio deponeretur, Præpositus autem, qvi tantam non obtinuit victoriam, qvantam speraverat, ex mærore in lethalem incideret morbum. Uxorem autem habuit Christophorus Sophiam Amaliam, Professoris Theologiæ & Pastoris ad Divi Petri, qvod Hafniæ est, templum, Doct. Pfeifferi filiam. Conjuncta officia gessit usqve in annum 1688, sæpiusqve in Islandia hyemavit, nisi cum ad purgandum rationes Hafniam transfretaret; Qvæstoris autem munus usqve in annum 1693. Qvæ in his officiis gesserit, in historia personali Episcoporum Mag. Thorlacii, & Mag. Wigfusii exponentur; Præditus fuit ingenio acri & heroico, unde a pluribus magni æstimatus fuit. Post discessum ex Islandia præfecturam qvandam in dioecesi Thrandheimensi nactus est, qvæ ei multo difficilius cessit, qvam Islandica, nam ejus cum Norvegis dissensiones supremi tandem tribunalis sententia eo eventu terminatæ sunt, ut ille causam qvidem obtineret, sed officio se mox abdicaret, mortuus Hafniæ anno 1703.

§. 4.

Heidemannum *Christianus Müller* de *Katterup* celeberrimi Henrici Mülleri, sub Friderico Tertio Qvæstoris Regii filius, in Præfectura Islandiæ charactere: *Amtmann*, insignitus excepit, cujus officiorum codicilli dati sunt 1688. 21 Aprilis, qvo ipso anno Islandiam ingressus, officii administrationem accepit. Qvomodo se in causa Mag. Jonæ Wigfusii Episcopi Holani, ut & in intricatissima causa Hytarnesensi gesserit, suo loco exponemus; reliqva autem ejus acta ad rem Ecclesiasticam pertinentia, præterqvam qvæ in vitis coævorum Episcoporum referentur, non magni sunt momenti; Fuit vir doctus qvidem, sed tardioris & lenti ingenii;

 qvamdiu

qvamdiu itaqve Heidemannus unacum ipſo in Islandia fuit, ipſi ut plurimum tribuebatur, ſi qvid a Præfecto commode agebatur, ſed poſt ejus diſceſſum, aliisqve minoris ſapientiæ, qvam Heidemannus, apud eum valentibus, ipſius autoritas nutare cœpit. Ab anno 1707 in Islandiam non venit; ſed permiſſu Regio officium per Vicarium geſſit. Uxorem habuit Margaretam, celeberrimi Thomæ Bartholini filiam, qvæ qvandoqve in Islandia cum marito hyemavit. Ad decrepitam ætatem pervenit, tandemqve octogenario major & fere delirus deceſſit anno 1720.

§. 5.

Unica ejus (qvantum ſcio) mentione digna exſtat conſtitutio politica, qvam inſtinctu Nomophylacum fecit, aut ab illis factam ſubſcribendo ratam habuit anno 1695, cujus contenta ſunt: 1) *Prætores omnes, ut & alii cauſas qvasdam habentes a Nomophylacibus diſcernendas, ad diem 29 Junii in foro generali ſeſe ſiſtant.* 2) *Primum qvotidie ſignum ad comparendum in Dicaſterio generali detur hora 6, alterum hora 8, & tertium circa nonam; Antemeridiana ſeſſio duret ad horam primam poſtmeridianam, ſeſſio autem poſtmeridiana ab hora 3 ad veſperam usqve.* 3) *Omnes Prætores & judices provinciales cauſas ita examinent & præparent, anteqvam eas ad Nomophylaces referunt, ut ſententia deciſiva ab iis ſine ulla perendinatione dici poſſit.* 4) *Omnes graviores cauſas, ut & neceſſitates publicas, de qvibus judicibus inferioribus ſententiam dicere non licet, anteqvam ad Comitia itur, Nomophylacibus transmittant.* 5) *Dicographus in publica tabella proponat, cauſas in dicaſterio tractandas, lituramqve cauſæ tractatæ ſuperinducat, ut proxime ſeqvens ſemet ſine omni mora ſiſtere ſciat.* 6) *Finitis judiciis, publice proclamentur literæ retractationis prædiorum, emtionum, venditionum, commutationum, codicilli, aliaqve ejus modi publicentur.* Qvæ omnia ad ordinem & accurationem in rebus ad forum generale pertinentibus ſervandum ſpectant, primoqve ſat diligenter obſervata fuerunt, licet jam in deſvetudinem abierint.

Litr. A.

Chriſtopher Heideman landfoget paa Iſland, anlangende Antiqvitetz ſkrifter ſamme ſteds.

Vor N. T. Efterſom vi allernaadigſt haver anbefalet voris Antiqvarius, Os elſkelig Thomas Bartholin at ſamle alle de fornemſte Iſlandſke Hiſtoriſke

rifke ſkrifter, ſom ere at bekomme; oc dennem til trökken at forfærdige, oc vi allernaadigſt komme udi erfaring, hvorledis een ſtoer deel Manuſcripter fra vort land Iſland allereede ſkal vere udförte, hvilcke, fremmede i tröcken tid efter anden lader udgaa. Da er voris allernaadigſte villie oc befaling, at du med flid erkyndiger dig der i landet om hvis Manuſcripter der endnu monne være, oc dennem til voris tieniſte indſamler, oc med förſte leylighed hidſender, oc der ſom der iblant ſkulle være nogle rare Hiſtorier eller andre deslige ſkrifter ſom eyermændene nödig ville miſte, haver du dennem imod din Revers, alleene at laane, oc dennem tillige med, til bemelte Thomas Bartholin at hidſende, til dend ende, at naar hand, huis der udi til voris tieniſte kunde være fornöden at obſervere, haver ladet afſkrive, hand dig da dennem med forderligſte tilbage uſkade ſkal lade tilſtille; I det öfrige haver du alvorligen at lade forbyde oc flittig tilſee, at aldeeles ingen ſkrefne Hiſtorier, eller andre deſlige Tractater om landet, vorder der fra til fremmede forhandlede eller udforte. Der med, &c. Hafn. d. 4de Aprilis 1685.

Litr. B.

Theodorus Thorlacius ob. br. anlangende it Tryckeries forflyttelſe oc niudelſe paa Island.

G. a. v. at vi efter os elſchelig Mag. Theodorus Thorlacius Superintendent over Skalholt Stifft paa vort land Iſland, hans her om allerunderdanigſte giorde anſögning oc begiering allernaadigſt hafver bevilget oc tilladt, ſaa oc hermed bevilger oc tillader at hand oc hans medarvinger maa niude et Tryckeri med hvis der tilhörer ſom hans afgangne fader Hr. Thorlacus Schulonius förige Superintendent over Holle Stifft, oc hans Succeſſor i deris lifstid paa Holum brugt hafuer, oc af hans afgangne farmoders fader förſt oprettet, mens ſiden formedelſt det gamles u-brugelighed af hans fader oc broder paa egen bekoſtning paa nye reſtaureret, oc forneſnte Mag. Theodorus Thorlacius det fra ſine medarvinger imod billig betaling indlöſe oc der efter fra forneſnte Hollum til Skalholt forflötte oc ſammeſteds holde, Dog med ſaadanne vilkor, at hand ei underſtaaer ſig nogen Materie at lade tröcke, ſom i nogen maade mod voris Chriſtelig Religion, eller allernaadigſte udgangne Lov oc Forordninger kand vere ſtridig, ſaa oc at huis Materier ſom der tröcht vorder, förſt efter gammel

ſædvane tilbörligen vorder igiennemſeet, ſaa fremt hand denne voris bevilling agter at niude, oc icke derforuden vil ſtande til rette ſom vedbör; forbiudendes &c. Hafn. den 14 Februarij 1685.

Litr. C.

Chriſtian Möller ambtmand paa Island om Kirkerne i Skalholts Stift deris ubrugelige inventarium at lade giöre i penge, oc derfore kiöbe Jordegods.

V. n. t. Efterſom os elſkelig Mag. Theódorus Thorlacius Superintendent over Skalholt Stift, paa vort land Island, for os allerunderdanigſt haver ladet andrage hvorleedes ſaavel ved Domkirken, ſom ved andre kirker der i landet ſkal findes noget Inventarium, ſom icke alleniſte ſkal være overflödigt, men end oc gandſke ubrugeligt; Da er voris allernaadigſte villie oc befaling, at du tillige med Landfogden, ſaavel ſom en Prouſt oc trende Præſter i hver ſtift, retter eders leilighed efter forſkrevne inventaria tilbörligen at vurdere oc til den höyſtbydende imod reede penges betahling afhænde, hvorfor ſiden noget Jordegods enten til fattige Kirkers, eller Hoſpitalernis ophold ſkal kiöbis. Dermed ſkeer vor villie befalendis &c. Haſn. d. 30 April 1692.

Litr. D.

Mag. Theodorus Thorlacius Biſp paa Iſland at maa lade trycke Norſke oc Islandſke Hiſtorier oc Antiqviteter oc hans börn tryckeriet efter hannem niude.

G. a. v. at vi efter allerunderdanigſte giorde anſögning oc begiering allernaadigſt haver bevilget oc tilladt, ſaa oc her med bevilger oc tillader, at os elſkelig Mag. Theodorus Thorlac Superintendent ved Skalholt paa vort land Island, maa ved det hannem der ſammeſteds allernaadigſte forundte i brug havende tryckeri iblandt andre Theologiſke oc geiſtlige böger oc ſaa uden andris indpas der paa landet alleene lade trycke hvis Norſke oc Iſlandſke Hiſtorier oc Antiqviteter ſom der i landet forefalde oc til trycken befordres kunde: oc have vi der foruden af ſær Kongelig Naade allernaadigſt forundt oc bevilget at bemelte Mag. Theodorus Thorlacs börn maa oc ſkulle efter hans dödelige afgang ei alleene ſamme Antiqviteters

teters oc hiſtoriers tryckeri oc privilegium alleene beholde, mens oc tryckeriet oc prentehuuſene ſom bemelte deris fader paa egen bekoſtning ved Skalholt ſkal have ladet bygge, oc ei der til forne var, til ſig tage, oc ſaa fremt hand ei tilforn anden anordning der ved, for ſin död, ſelf giörendes vorder, ſig da der efter ſaa nyttig giöre ſom de beſt kunde; forbydendes &c. Hafn. dend 7 April 1688.

Litr. E.

Vii Chriſtian den Fembte af Guds naade Konge til Danmark oc Norge &c. Giöre alle vitterligt, at efterſom os elſchelig Her Henrich Bielke til Ellinggaard, Ridder, vores Geheime-Raad, Rigs-Admiral, Præſident udi Admiralitets Collegio, Aſſeſſor in Collegio Status oc Höyeſte-Ret, oc Amtmand over vort landt Islandt, allerunderdanigſt hafver andraget, at ſom Geiſtligheden paa vort landt Island, af vores ſalig Her Fader höylofflig ihukommelſe allernaadigſt hafver verit bevilget oc tilladt at ſelge af kirkernis der paa landet, des ubrugelige inventarium, ſom ſig it tuſind fiuf hunder oc elfve Rixdalir belöber, ſom forrige Islandſche Compagnie til ſig hafvde annammet, oc ſiden ved Compagniets ophefvelſe, til bemelte Her Henrich Bielke lefveret. Oc ſom bemelte Her Henrich Bielke allerunderdanigſt af hans hoes oſſ hafvende fordring nu hafver afſtanden it tuſind, fiuf hunder tiufge oc en Rixdaler 2 mark. Da hafver vii allernaadigſt til des reſtitution, oc de fattige Præſters underholdning udi Skalholts Stifft, ſom ikke hafver ſaa mögen indkomſt, hvor af de livs ophold kand hafve, udlagt, ſaaſom vii oc nu hermed allernaadigſt udlegger, fra oſſ, oc voris Kongel. Arf Succeſſorer udi Regeringen oc til Skalholt Biſpeſtoel paa vort land Island, efterſkrevne Jordegots liggendes paa vort land Island, under Schrede Clöſter, *Fagredallur* lejeqviller toue, landſkyld thi öre, dyrheden thi hunder. Udi Jökulsdahl, *Hvammaae* lejeqviller toue, landſkyld it hunder, dyrheden tiufge hunder. *Erichſtadder* lejeqviller en, landſkyld it hunder, dyrheden tiufge hunder. *Scheggeſtadder* lejeqviller halftredie, landſkyld it hunder, dyrheden tiufge hunder. Udi Faſchrudsfiord *Kulmulle*, lejeqviller en, landſkyld it hunder, dyrheden tiufge hunder. Udi Mioefiord *Kroſſ*, lejeqviller fiire, landſkyld it hunder, dyrheden tiufge hunder. Udi Lodmunderfiord, *Seliamyre*, lejeqviller trei, landſkyld thi öre, dyrheden thi hunder. *Auſtdaller* lejeqviller

ler fiire, landſkyld it hunder, dyrheden tiufge hunder. *Brimnes* lejeqviller fiire, landſkyld it hunder, dyrheden tiufge hunder. *Kallſchaller* lejeqviller trei, landſkyld it hunder, dyrheden tiufge hunder. Udi Reedefiord *Kroſſanes* lejeqviller trei, landſkyld fiirefindstiufge alher, dyrheden tretten hunder förgetiufge ahlen. Udi Breiddahl, *Anaſtader*, lejeqviller halftredie, landſkyld thi öre, dyrheden thi hunder, hvilche fornefnte lejeqviller, landſkyld oc jorder med ald deſſens landgilde, herlighed, rente oc rette tilliggelſe, viſſe oc uviſſe indkomſt, udi jord, agger oc eng, ſchouf, march, krathæde, kiere oc moſer, intet undertagendis i nogen maader, ſom der nu tilligger, oc af alderstiid der tilligget hafver, oc bör der til at ligge med rette, ſchal herefter forblifve, under Skalholts Biſpeſtoel, oc indkomſten deraf til fattige Preſters underholdnings brug udi ſamme ſtifft, ſom Biſpen der ſammeſteds aarligen rigtigen ſkal uddeele, oc de ſig det ſaa nöttig giöre, ſom de ſielf beſt vil, veed oc kand til evindelig arf oc ejendomb. Dog oſſ oc voris Kongelige Arf-Succeſſorer udi Regeringen, Souverainitet, Kongelige Regalier oc Höyheder af fornefnte gots, ligeſom af andet deslige uforkrencket, oc af oſs aldeeles forbeholden. Forbiudendis alle oc enhver herimod efterſom forſkrefvet ſtaar, at hindre eller udi nogen maade forfang at giöre, under vor hyldeſt oc naade. Gifvet paa voris Kongelige Reſidentz udi Kiöbenhafn den 3 Aprilis Anno MDCLXXIV.

CAP. III.

De Friderico Qvarto.

§. I.

Contigit glorioſiſſimo Regi hanc lucem videre anno 1671 d. 11 Octobris, ſed anno 1692 celebriora Europæ Regna & provincias inviſurus peregrinationem orſus eſt, ex qva anno ſeqvente cum Bataviam, Galliam, Italiam, Germaniam, luſtraſſet, magnoqve a Regibus & Dynaſtis honore exceptus fuiſſet, ſanus & ſoſpes domum reverſus eſt; Alteram autem in Italiam animi gratia inſtituit anno 1709. Anno 1699 patri in regnis hæreditariis ut Monarcha ſucceſſit, ſed anno 1700 bellum Duci Holſatiæ intulit, inter-

interventientibus autem Svecis, Anglis, & qvibusdam Germaniæ Principibus, pacem magis neceſſariam, qvam lucroſam, inire adactus eſt; Anno 1709 bellum Svecis indixit, qvod licet varia fortuna per integrum decennium gereretur, nam 1710 prope Helſingoburgum in Scania, & 1711 ad oppidum Gadebuſch inſigni clade affectus fuit, ſæpius tamen hoſtes fudit, fugavit, & præclaras victorias reportavit. Claſſem enim Svecicam anno 1714 penitus fere delevit, alteramqve 1715 fudit fugavitqve; Pomeraniam fere univerſam & Rugiam cum ſociis Regibus anno 1715 occupavit, urbesqve Stralſundiam, Wiſmariam, Marſtrandiam, aliasqve cepit, qvas, ut & alia in hoc bello capta caſtella, urbes & territoria, in pacificatione Fredensburgenſi antiqvis dominis reſtituit, præter Ducatus Bremenſem & Werdenſem, qvos Regi Angliæ oppignoraverat. Nec ſilenda eſt incruenta, ſed inſignis victoria Tonningenſis, qva Steenbuchium Generalem Svecorum Campi Mareſchallum cum univerſo exercitu ad deditionem adegit, & in captivitatem abduxit, Tonningenſia autem munimenta funditus diruit. Et qvis omnes velitationes & minores victorias decennalis belli, magna utrinqve alacritate geſti, numerabit, qvod tandem Regi Sveciæ vita ſtetit? Pax tandem anno 1720 Fridericoburgi concluſa fuit, qva Dani univerſum Ducatum Slesvicenſem, 600000 imperiales, ut & alia qvædam commoda obtinuerunt. Humanitas & miſericordia hujus Regis, hoſtibus etiam infenſiſſimis, admirationi eſt, & ab iis ſummis effertur laudibus; nec tamen minor in pace fuit qvam bello, togatis enim artibus & ſcientiis, qvæ magnum Regem ornare debent, & probe imbutus fuit, & aſſidue ſeſe exercuit. Hinc qvam primum thronum aſcendit, corruptum illud antiqvum Calendarium correxit & ad genuinos terminos, qvos tempore Concilii Nicæni habuerat, reduxit. Miſſionis, ſeu novam Evangelii annunciandi Societatem in India Orientali, Grönlandia & Lapponia, ſcholasqve in Dania, in qvibus ruſticorum liberi informarentur, inſtituit, navigationis, commerciorum, operarum manuariarum, res & negotia qvantum promoverit, paucis exponi neqvit; pietatem coluit; juſtitiam exercuit, bonas & æqvas leges dedit, literas amavit & promovit, ſubditis nunqvam gravis; tanta animi magnitudine præditus fuit, ut in ſummis periculis & difficultatibus, peſte, bello, maris inundationibus, urbium incendiis, talibusqve, qvæ ejus tempore acciderunt, regnumqve magnopere afflixerunt, ſemper fortis & conſtans eſſet, fortunæqve iniqvitatem conſilio & prudentia vincere ſciret. Islandis nunqvam tributa aut eroga-

erogationes indixit, ſed varia miſeria, fame, annonaqve preſſis, magna præſtitit beneficia. Nam anno 1720 pauperibus viduis eorum, qvos maris violentia eo anno abſorbſerat, qvorum numerus ſolito major fuit, 600 imperiales dedit. Anno 1702 Societati mercatoriæ 6000 imperialium in qvadriennium remiſit, ut edulia, aliaqve ad vitæ ſuſtentationem & piſcaturam neceſſaria eo minori pretio venderent; eodemqve anno mercium exoticarum venalium pretium priori multo tolerabilius inſtituit, qvod qvantum Islandis commodi tum adtulerit, dici non poteſt, & plura certe in illos beneficia contuliſſet, ſi non graviſſima impedimenta interveniſſent, tandemqve magna in eorum gratiam & emolumentum cogitantem, aut brevi facturum, mors abripuit. Conjugium bis iniit, primo cum Landgravia Haſſenſi Loviſa, 1695, ex qva, cum decederet, duos reliqvit liberos, filium Chriſtianum, qvi ei in regimine ſucceſſit, & filiam Charlottam Amaliam. Altera vice anno 1720 cum Anna, Sophia magni Daniæ Cancellarii Comitis Reventlowii filia, ex qva nonnullos ſuſcepit, ſed nullos reliqvit, liberos. Deceſſit optimus Rex Othiniæ in Fionia anno 1730, ipſo ſuo natali d. 11 Octobris, cum vixiſſet annos 59 ſed regnaſſet 31.

§. 2.

Reſcripta & Edicta qvæ Islandis dedit & ad noſtrum inſtitutum pertinent, ſunt: 1) Mandatum de homagio incolarum audiendo, ad Præfectum & Epiſcopos Islandiæ; 3 April. 1700. 2) Confirmatio omnium literarum officii, privilegiorum & aggratiationum a Rege Chriſtiano Qvinto Islandis conceſſarum, gratis donata; 6 April. 1700. 3) Edictum de Calendario reformato adhibendo; 10 April. 1700. 4) Confirmatio Edicti Regis Chriſtiani Qvinti de feſto ſupplicationum die, qvotannis, feria ſexta hebdomadis qvartæ poſt Paſcha, celebrando; 1701. 5) Templum Holanum minus qvam antea, & ad modum templi Skalholtenſis, extrui & reparari permittitur; 30 April. 1701. 6) Reſcriptum ad Præfectum & Epiſcopum Skalholtenſem, ut contumacia ruſticorum in parœcia Ingialldsholenſi, qvi Epiſcopo templum viſitante abfuerant, & ſepimentum cœmiterii reædificare abnuerant, merito caſtigaretur; 22 Maji, 1702. 7) Conſtitutio de ſymbolis in uſus Paſtorum emeritorum ex præbendis erogandis; 14 Febr. 1705 (a). 8) De perſonis qvibusdam ſcandaloſis puniendis; 13 Maji 1707

(a) Binas hac de re conſtitutiones pro utravis in Iſlandia diœceſi, vid. ad finem hujusce Capitis Litr. A. B.

1707 (a): 9) Confirmatio Edicti sub No. 7 mox commemorati; 16 Maji 1707. 10) Privilegium de facello Grenevicensi reædificando; 13 April. 1708. 11) Parœcia Undenfellensis Thingeyrensi annectitor, & prædium Undenfell Sacerdotis Thingeyrensis usibus inservito; 11 Maji 1708. 12) Confirmatio constitutionis a Broftrup Giedde anno 1596 sancitæ; 11 Maji, 1708 (b). 13) Mandatum de lege scribenda, qva pensio viduis Episcoporum & Sacerdotum, earumqve annus gratiæ determinentur; 11 Junii, 1712. 14) Parœcia Thvottaaënsis ab Hofensi iterum separator; 23 Sept. 1712. 15) Intra Islandiam forum Synodi Generalis ultima instantia esto; 18 Junii, 1717. 16) Rescriptum ad Episcopos, ut consilia de status & rei ecclesiasticæ reformatione Gyldenlewio communicent; 2 Julii, 1717. 17) De festo seculari in memoriam Reformationis Lutheranæ; 1717. 18) Mandatum de Legibus ecclesiasticis & libro ecclesiæ rituali conscribendis; 29 Maji, 1719. 19) Hujus mandati iteratio; 9 Junii, 1721. 20) Privilegium Codicem Bibliorum imprimendi, & mandatum ut eorum ista versio Islandica ad versionem Danicam a Collegio Missionis nuper editam, accurate exprimatur; 27 Febr. 1723. 21) Privilegium ut in templo Hlidarendensi sacra tertio qvovis die festo celebrari liceat; 15 April. 1724. 22) Privilegium de facello Raudaskridensi exstruendo; 15 Febr. 1726. 23) Episcopi qvotannis indicem Sacerdotum illo anno demortuorum ad Cancellariam Danicam mittunto; 3 Maji, 1726 (c). 24) Iteratio mandati supra No. 18. 19. laudati; 12 Maji 1727. 25) Ejusdem facta iteratio; 23 April. 1728. 26) Privilegium Episcopo Stenoni Jonæ datum, ut qvodvis in Islandia templum unum imperialem in novam Bibliorum editionem conferat; 16 April. 1728. 27) Extensio & repetitio privilegii supra No. 21 laudati; 6 Maji, 1729. 28) Constitutio de inventario præbendæ Kalfafell in Sida; 13 Maji 1729. 29) Constitutio formam procedendi in mulctis, nosocomiis debitis, postulandis & exseqvendis; 27 Martii, 1730.

(a) Qvamvis hoc Rescriptum casus tantum speciales tangat, cum tamen mores seculi & supinam, qvæ tunc temporis bono ecclesiæ non parum obfuit; magistratus politici Islandici negligentiam ostendat, illud loc. cit. Litr. C. adferemus.

(b) Vid. ibid. Litr. D.

(c) Loc. cit. Litr. E.

§. 3.

Ejus in Islandia Satrapæ fuerunt; *Christianus Ulricus Guldenlöwe*, (Christiani Qvinti filius naturalis) cujus tituli fuerunt: *Eqves Ordinis Elephantini, Comes Samsöensis, liber Baro Marsiliebrorgensis, General-Admiralis, Satrapa Islandiæ ac Ferejarum, ut & Supremus Inspector Tabularii Norvegici*, officium hocce die 26 Januarii 1684 suscepit, ejusqve primo Heidemannus, & deinde Mullerus, usqve ad annum 1704, vices egerunt (a); sed ab anno 1708 usqve in annum 1718 ejus Vicarius fuit *Oddus Sigurdi*, de qvo mox plura dicemus, & ab anno 1718 ad annum 1720 *Nicolaus Fuhrmannus*. Ut nobilissimus fuit omnium Islandiæ Satraparum qvi unqvam exstiterunt, ita etiam vir optimus, qvi omnibus aliqvid beneficii præstare gestiit; Sed cum nunqvam in Islandiam veniret, & provinciæ statum ignoraret, respublica ejus bonitatis non magnum tulit fructum. Obiit circa finem anni 1719 viduus & improlis.

§. 4.

Qvi Mullero anno 1708 successit, *Oddus Sigurdi filius*, ex nobilissimis Islandorum familiis oriundus erat; Oddum enim Episcopum Skalholltensem proavum paternum habuit, sed maternum Gislaum Haconis Nomophylacem numeravit. Hic postqvam studia Academica absolverat, in Islandiam rediit, sed exacto ibidem biennio, anno 1706 Hafniam repetiit. Anno 1707 d. 12 Maji Nomophylacis Laurentii Gottrupii in officio successor constitutus fuit, & die 16 ejusdem mensis a Satrapa Guldenlöwio Actor Regius seu Fiscarius in causis qvibusdam antiqvis, præsertim contra emeritum Nomophylacem Sigurdum Biörni filium, qvæ Regio jussu a Commissariis Arna Magnæo & Paulo Widalino examinari & dijudicari debebant; qvod qvomodo cesserit, huc non pertinet; Sed anno 1708, cum Mullero senii & valetudinis causa a Rege indultum esset, ut constanter Hafniæ maneret, officium vero per procuratorem in Islandia ageret, Guldenlöwius Oddum loco Mulleri suum constituit Vicarium, Mullerus vero suas vices Regio Qvæstori *Paulo Bejero* commisit; Hi inter se sanciebant (verbo, qvasi utriqve id commodius esset, revera ut Oddus solus omnia

(a) Vid. supra pag. 467.

omnia dirigeret) ut Oddus utrumqve officium in Qvartis occidentali & boreali gereret, sedem enim habuit in qvarta occidentali, Bejerus vero, qvi Bessastadis residebat, in qvarta australi & orientali pari imperio gauderet, ita ut qvicqvid hic illius nomine faceret, tam validum esset, acsi alter ipse fecisset, unde illis nomen (" hinir fullmegtugu ") *Vicariorum*, inditum fuit; qvæ conventio, aut verius confusio, vix aliud, qvam sui simile producere potuit, confusionem scilicet, incommoda, damna & discordias; nam qvod unus fecerat altero inscio, id hic annihilatum ivit, ex gr. Bejerus in Theodorum Theodori contulit præbendam Helgafell, Oddus vero in Jonam Pauli Pastorem Bitrensem, qvorum neuter eam tandem obtinuit: Præturam Hunavatnensem Bejerus Arnæ Thorsteini filio; Oddus Johanni Gottrupio; & sic de cæteris.

§. 5.

Anno 1712 Oddus comitia generalia non adiit, qvapropter Bejerus vi conventionis se ad ejus vices in diœceseos Skalholtinæ Synodo Generali gerendas obtulit, qvod Præsul Widalinus nullo modo admittere voluit, cum conventio illa ab ipso Satrapa, nondum confirmata esset, solusqve cum præsente clero sine ullo Satrapæ Vicario causas ecclesiasticas judicavit, cum vero qvosdam sacerdotes ab officio tunc removerat, qvibusdam vero graves imponeret multas pecuniarias, (de Fuldmægtige) Vicarii reis, ne tam illegitimo judicio parerent, interdixerunt, unde inter Præsulem & illos, maxime vero Oddum, qvi hujus præcipue causa putabatur, gravis discordia orta est; qvæ anno 1713 in domo Oddi, cum Præsulem ecclesias visitantem hospitio exciperet, magna sumsit incrementa; præterita enim repetendo, res primo ad minas, tandemqve ad manus venit, ita ut Episcopus media nocte aufugeret; hinc aperta odia, & continuæ actiones forenses; alter enim alterum in jus vocando, acerrime hanc controversiæ serram magno suo malo, & aliorum, qvi ipsorum tricis innodabantur, damno, sed nullo prorsus emolumento, usqve ad mortem Episcopi reciprocarunt; cujus fructus inter alia fuit, qvod in Synodo generali perraro unanimis diceretur sententia, cum hic illius votum elevare anniteretur, ita ut Tribunal Ecclesiasticum hoc tempore vere biceps vocari potuerit, multiqve sæpe dubii hærerent, cuinam sententiæ potius accederent aut obtemperarent.

§. 6.

Haud levior hifce *Vicariis*, Oddo præfertim, cui omnia imputabantur, cum Bejerus plerumqve ab ipfo penderet, cum Nomophylace Paulo Widalino interceffit difcordia & controverfiarum perlonga feries; hunc enim ob varias ei a variis intentatas caufas, & injuftorum judiciorum accufatum anno 1713 ab officio depofuerunt, cui ad Supremum Regis tribunal appellanti, officium qvidem reftitutum fuit, fed gravi mulcta pecuniaria utriqve irrogata, unde ab eo tempore in dicafterio generali raro aut nunqvam concordes dicebantur fententiæ, uterqve enim Nomophylax fuit, qvi usqve ad annum 1720 communiter judicarunt, Oddus enim anno 1714 Gottrupio officium deponente ipfi in eodem fuccefferat; cumqve & Nomophylacis officium gereret, & Satrapæ Vicarius effet, tanta ejus auctoritas fuit, ut nemo contra eum hifcere auderet, fed ubi anno 1718 vicaria Satrapæ præfectura privatus fuit, auctoritas ejus paulatim minui, & ipfe contemni cœpit, tandem autem anno 1723 ob injuriofa in Johannem Gottrupium dicta & facta, ab officio remotus & infamia notatus fuit; exiftimationi qvidem fimplici a Rege reftitutus, fed officium nunqvam recuperans, ita ut anno 1741 inglorius moreretur.

§. 7.

A Güldenlöwio ad *Petrum Raben* Regiæ Claffis Præfectum & Eqvitem Ordinis Dannebrogici Satrapia Islandiæ tranfiit, qvi infignem victoriam navalem anno 1715 a Svecis reportaverat, hic ftatim anno 1720, ubi officium inierat, trireme Regia vectus in Islandiam tetendit, inqve eadem in finu Hafnarfiord fex feptimanarum tempore, dum in Islandia fuit, plerumqve lecto affixus hæfit, nam itinere nautico, fcapha vectus, ad thermas Laugarnefenfes inftituto, inclementia Æoli ac Neptuni ita totus commaduit, ut podagricis pedibus abinde parum uti, aut infiftere poffet, qvæ præcipue caufa fuit, qvo minus, ut conftituerat, comitia adire poffet, unde per literas & per Fuhrmannum fecit, qvæ præfens in foro generali agere cogitaverat. Ita per literas cum Nomophylacibus & Prætoribus provinciarum egit, ut in commune confulerent de rebus qvibusdam magni momenti ad publicum pertinentibus commodum; qvales fuerunt; difciplina domeftica & publica, operarum & mediaftinorum opera & falarium, aliaqve ejus modi, qvorum vi & auctoritate politicæ qvædam conftitutiones

ſtitutiones conſcriptæ fuerunt, ipſiqve poſtea transmiſſæ aut traditæ, ſed nunqvam Regia auctoritate confirmatæ. In Dicaſterio etiam publice propoſuit monitum de abuſibus qvibusdam in foro generali invalenſcentibus corrigendis & eliminandis, peractisqve comitiis Nomophylaces & Prætores Hafnarfiordum ad ſe vocavit, ubi qvantum ſcio, momentoſum nihil peractum fuit; qvo facto abiit. Sed anno 1723 ad eosdem ſcripſit de ſemente in Islandia inſtituendo, de tabaci & vini aduſti advectione prohibenda, aliisqve ejusmodi, qvæ omnia incaſſum ceciderunt. Scripſerat etiam 1720 Epiſcopis pari modo ac politicis (ſed mutatis mutandis,) de ſervitiorum contumacia, & teſtimoniis a ſacerdotibus talibus non impertiendis, utqve qvi teſtimoniis deſtituti in aliam venirent parœciam, ſi admoniti intra certum tempus ea non adferrent, publice abſolverentur, & id genus alia, qvæ plurimi ſusqve deqve habuerunt, unde factum eſt ut Islandia ejus præfecturæ exiguum fructum referret. Obiit anno 1727.

§. 8.

Hunc in officio anno 1728 excepit *Chriſtianus Baro de Güldencrone*, idqve per biennium geſſit, nam anno 1730 poſt mortem Friderici Qvarti eandem cum præfectura diœceſeos Wiburgenſis commutavit, nihilqve memorabile in Præfectura Islandica peregit. Huic in officio ſucceſſit *Henricus Okſen* Regiæ Majeſtatis Conſiliarius Status, Juſtitiæ & Cancellariæ, qvi præter exſecutiones Regiorum mandatorum, per ſe, aut proprio motu & inſtinctu, parum aut nihil memorabile geſſit. Obiit 1750; ubi notandum venit, qvod a Reformationis tempore, ad Rabenii uſqve mortem, Islandiæ Præfectura plerumqve penes Præfectos Claſſis Regiæ fuerit, ab eo autem tempore viris togatis concredita fuit.

§. 9.

Mullero (a) in officio (*Amtmans Embede*) anno 1716 adjunctus fuit *Nicolaus Fuhrmann*, natus Bergis in Norvegia, qvi anno 1718 in Islandiam venit; Sed anno 1720 mortuo Mullero pleno jure ſucceſſit; hic, qvoad Rabenius vixit, ejus fuit in Islandia Vicarius. Cum vero Guldencrone tandem ſub finem menſis Junii anno 1728 Islandiæ, ut Satrapa, præficeretur,

(a) Vid. ſupra pag. 467 ſq.

retur, Fuhrmannus, qvi anno 1728 Hafniæ hyemaverat, anteqvam inde discessit, qvæstionem proposuit, cuinam Satrapæ officium in Islandia agere competeret, usqve dum in defuncti locum qvidam substitueretur? Cui Rex respondit, is ipse id tamdiu ageret; ut constat ex Rescripto dato 13 Junii 1728; unde patet qvam lubrico nixi sunt fundamento, qvi disseminarunt, Præfectos non esse Satraparum Vicarios, qvasi ab iis suam habeant potestatem, sed ab ipso Rege perpetuos constitutos esse Satraparum vicarios; qvam sententiam majori sibi gloriæ, & honori esse autumarunt, qvam si a Satrapa tantum id officii haberent; Cum vero omnes Islandiam eo anno petituræ naves ante Güldencronii promotionem Hafnia solvissent, una tantum excepta, qvæ in supremo stabat procinctu, Güldencronii ad officium promotio nullo publico scripto hoc anno in Islandia nota fieri potuit, sed fando tantum divulgata fuit, ideoqve Fuhrmannus hoc sibi a Rege demandatum officium in seqventem annum retinuit; nam 1729 a Güldencronio solitam vicariam Præfecturam accepit, eandemqve qvoad vixit retinuit.

§. 10.

Primum, qvod in officio utile gessit, fuit abrogatio ebrietatis, jurgiorum & inutilium morarum ac procrastinationum in Comitiis generalibus, qvæ licentia præteritorum temporum irrepserant; alterum qvod abrogatum ivit, erant tricæ & ambages in jurisdictione & causarum actione, qvæ introducta forma procedendi ad legum Norvegicarum tenorem accommodata, si non penitus sublatæ, saltim multum imminutæ fuerunt, qvod licet multis primo displiceret, & valde difficulter procederet, cum tempore tamen ad bonam frugem pervenit, qva hodie læti fruimur.

§. 11.

Pauper in Islandiam venit, sed brevi dives factus est, nam locuples qvidam Proprietarius Gudmundus Thorleifsfonius ejusqve uxor, qvi improles erant, & omnium Islandorum ditissimi putabantur, ipsi omnes suas facultates mobiles & immobiles testamento reliqverunt, unde ei cum Oddo Sigurdi tum temporis Nomophylace, qvi Gudmundo magnam pecuniæ vim debuit, gravis nata est controversia; eiqve hoc modo sedatæ, ut Oddus Fuhrmanno prædia qvædam melioris notæ emanciparet, altera

successit,

ſucceſſit, cujus cauſa fuit, qvod Fuhrmannus eum ut infamiæ notatum ab officio removerat, qvæ tandem Supremi tribunalis ſententia ſecundum Præfectum deciſa fuit, ita ut ejus acta confirmarentur.

§. 12.

Alteram cum familia Svartzkopfiana habuit, qvæ ei minus feliciter ceſſit. Privatim qvidem, ſed manu & ſigillo, Appolloniæ Svartzkopfiæ conjugii fidem dederat, poſtmodum vero fregerat, alteram ducturus nomine Catharinam Holmiam, qvod non ferens Appollonia (ipſum enim vehementi deperibat amore,) in jus coram Conſiſtorio vocavit, ubi ille cauſa cadens, ad Summum tribunal appellavit, ſed eodem eventu, ita ut eandem aut ducere, aut honeſtè ſuſtentare, qvamdiu viveret aut innupta eſſet, adjudicaretur, qvapropter eam eo magis eſt averſatus; Hæc vero impotente acta amore, eum paucos poſt annos in Islandiam profecuta eſt, ſed Catharina Holmia cum matre una ſuperveniente, Svartzkopfiæ conditio tenuior fieri viſa eſt, usqvedum 1724 in lethalem incidens morbum, venenum ſibi inditum fuiſſe ſuſpicabatur, idqve amicis ſæpius dixit, præſertim Paulo, cuidam Kink, cui id ad fratrem & amicos Hafniam referendum in mandatis dedit, qvod cum ille feciſſet, Commiſſarii a Rege conſtituti, examinata cauſa, Fuhrmannum qvidem ipſum, ut & ejus familiam, abſolverunt, licet ſuſpicio de matre Catharinæ nunqvam ex animis hominum eradicari poſſet. Unus autem Commiſſariorum, Thorlefus Aræſonius Præpoſitus Toparchiæ Rangarvallenſis, Paulum Kink, Fuhrmanni inſtinctu infamia notavit, qvaſi is ex pura puta malitia ſupremum Magiſtratum denigrare voluiſſet; hinc utrinqve denuo ad ſummum tribunal itum eſt, qvod ſua ſententia Paulum abſolvit, Præfectum vero & judicem gravi pecuniæ mulcta affecit.

§. 13.

Fuit Fuhrmannus acris ingenii, humanus, eloqvens, hoſpitalis, amicis facilis & fidus, doctus ita ut Islandia nullum ante eum habuerit Præfectum doctiorem, invidiæ aut iræ non perſeveranter indulſit, nec ultiones acerbe exercuit, hinc ipſo ad gubernacula ſedente, nemo Prætorum aut politici ordinis ab ipſo ſine prægnanti cauſa remotus fuit; cum Epiſcopo Vidalino & Steinonie Jonæo amicitiam coluit, ſed cum Jona

Arnæſonio nunqvam ei convenit; Paulo ante mortem Catharinam Holmiam hæredem ſcripſit, ſed ita, ut fundi omnes ſarti tecti ad ſuos hæredes, non vero ejus, poſt illius mortem tranſirent. Obiit, cum pie ſe ad mortem præparaverat, Beſſaſtadis d. 19 Junii 1733, cum Præfecturam Islandiæ geſſiſſet annis 15.

§. 14.

Fuhrmannum excepit *Joachimus Henrici Lafrentz* natione Danus, qvi diu in Gallia alibiqve legationis Secretarium egerat, vir provectæ ætatis & valetudinarius, calculo enim & variis inde fluentibus ſymptomatibus laborabat; Hic anno 1734 provinciam iniit, in qva, utpote ſedati ingenii, nihil memorabile geſſit, niſi qvod cum qvibusdam Prætoribus controverſias habuit, nec unqvam inter eum & Epiſcopum Arnæſonium bene convenit, qvod tamen intra jurgia & qverelas ſtetit; Obiit Beſſaſtadis anno 1744.

§. 15.

His, qvod addamus, non habemus, niſi Qvæſtorum, qvi hoc tempore Regi a rationibus fuerunt, ſubjungere liceat nomina, nam eorum officia noſtrum ſcopum parum aut nihil attingunt; Sed cum *Bejeri* in præcedentibus crebro facta ſit mentio, ejus etiam finem & ſucceſſores nominare non abs re eſſe videtur Hic ad purgandas rationes anno 1717 evocatus, in itinere exſtinctus eſt; & licet non eſſet vir malus, vino tamen nimis deditus & negligentior fuit, qvam ejus officio conveniebat; unde confuſæ & incertæ ab eo relictæ rationes, aut hæredum dolus, multis poſt ejus fata moleſtiam & damnum crearunt, cum nominum, qvæ dudum ſolverant, denuo poſtularentur.

§. 16.

Bejerum *Cornelius Wulff* excepit, vir non malus, ſed rigidi valde ingenii, qvi accuratas qvidem inſtituit rationes, ſed ne minimam qvidem ſolvendi dilationem patiebatur; Hic redemturarum mercedes, qvantum potuit, arrogavit, qvod multis incautius licitantibus damno fuit. Commiſſarius unacum qvibusdam aliis conſtitutus de antiqvo Cathedræ Skal-

holtenſis

holtenſis inventario ſententiam dixit ut eidem ſartum tectum maneret; Permiſſu Regio ea conditione officio abiit, ut ſucceſſor ei trientem annui ſalarii cederet; Cumqve hic decennium permanſerat, nunqvam reverſurus anno 1727 ad exteros abiit, mortuus Hafniæ anno 1734.

§. 17.

Huic, ea qva mox diximus, conditione, ſucceſſit *Chriſtianus Luxdorph*, qvi anno 1727 in Islandiam venit, & officium ſeqventi duodecennio moderate geſſit. Eo intercedente Prætores nacti ſunt privilegium omnes mulctas arbitrarias & incertas fiſco Regio debitas (*Sagefald*) certo & modico pretio qvotannis redimendi, qvod illis tam lucroſum, qvam Qvæſtori commodum fuit; Proprium vero Qvæſtoris annuum ſalarium, ut 50 imperialibus, ob impenſas itineris ad comitia generalia inſtituendi, augeretur obtinuit. Permittente Rege officium eadem, qva id a Wulffio acceperat, conditione, *Chriſtiano Dreſe* tradidit anno 1739, cum annos duodecim idem geſſerat.

Litr. A.

Mag. Jon Thorkelſen Widalin, Biſcop over Skalholtſtifft paa Island, anlangende anordning om tilleg for de fattige Præſter i Island ſom nödes til formedelſt alderdom oc ſvagheds ſkyld deres kald at afſtaa med videre.

V. G. T. Saaſom for os allerunderdanigſt er bleven andraget, at det af gammel tid haver været ſædvane, at de fattige Præſter i vort land Island ſom vel oc flittig haver foreſtaaet deres kald oc embede, oc nödes til for alderdom oc ſvagheds ſkyld deres kald at afſtaa, men kunde dog icke af ſamme kald, ſom de haver betient, formedelſt deres fattigdom forſörges, haver nydt noget af de beſte kald til deres ophold; Saa haver vi, efter herom allerunderdanigſt giorde anſögning oc forſlag, allernaadigſt for got befundet enhver af ſaadanne fattige Præſter i ſin landstings fierding udi det dig allernaadigſt anbetroede ſtifft noget til underholdning paa efterſkrevne maade allernaadigſt at tillegge, nemlig:

I Öster Fierdingen.

1. Af Hofe i Vopnefiord	90 alen,	eller 3 Rixdaler	— Mark in Specie.	
2. Af Valtiofsstad	70 alen,	eller 2 Rixdaler,	2 Mark.	
3. Af Kirkebaj i Tunge	80 alen,	eller 2 Rixdaler,	4 Mark.	
4. Af Vallanesse —	100 alen	— 3	—	2
5. Af Eidelum —	100 alen	— 4	—	—
6. Af Skorested —	30 alen	— 1	—	—
7. Af Holmested —	30 alen	— 1	—	—
8. Af Kolfrinsted —	40 alen	— 1	—	2
9. Af Stafefelle i Löne	40 alen	— 1	—	2

I Synder Fierdingen.

1. Af Holte under Eiefiöllum	80 alen,	eller 2 Rixdaler,	4 Mark in Specie.	
2. Af Breidebolstad —	150 alen,	— 6	—	—
3. Af Odde — —	100 alen,	— 3	—	2
4. Af Gaulveriabæ —	60 alen,	— 2	—	—
5. Af Hrime — —	60 alen,	— 2	—	—
6. Af Gördum paa Alftanese	60 alen,	— 2	—	—
7. Af Reichholte —	60 alen,	— 2	—	—
8. Af Mellum —	40 alen,	— 1	—	2

I Vester Fierdingen.

1. Af Stafholte — —	60 alen,	eller 2 Rixdaler,	— Mark.	
2. Af Hytardal — —	100 alen,	— 4	—	—
3. Af Stadarstad —	150 alen,	— 6	—	—
4. Af Setberg —	80 alen,	— 2	—	4
5. Af Stad i Steingrimsfiörd	40 alen,	— 1	—	2
6. Af Stad i Grunarvick	40 alen,	— 1	—	2
7. Af Vatnsfiord —	80 alen,	— 2	—	4
8. Af Holte i Onundafiord	60 alen,	— 2	—	—
9. Af Selardal —	60 alen,	— 2	—	—

Summa Skalholt stifft 65 Rixdaler, 2 mark.

Hvilket tillæg de fattige præster selv skal lade hente oc præsterne ved forbeörte Beneficier velvilligen svare oc udreede i gode oc gavnlige landsöre; Thi haver du derom indtil viidere fornöden anordning at giöre, oc ifald nogen af de formuende præster skulle sidde saadan din anordning over-

overhörig, da ſkal herretz provſten, uden viidere proces optage ſaa meget af hans viſſe Indkomſt ſom hand her er ſat for, oc ſligt den fattige præſt ſom det er deputeret, tilſende. Oc ſom vores elſkelig kiere Hr. Fader Sal. oc höyloflig ihukommelſe haver den 3 Aprilis anno 1674 fra Schrida Cloſter for öſten paa bemelte vort land Island lagt tolf Jorder til fattige præſters ophold i Skalholts Stift, bedragende ſig i penge *Tu* oc *Tredſindstyve Rixdaler*, oc nu for os allerunderdanigſt er bleven andraget at Indkomſten af ſamme Jorder, ſom du lader oppebære, ikkun uddeeles til nogle faa præſter for öſten, men for Synden hvor eendeel nödtörftige præſter findes, nyder de ſlet intet deraf, hvorover eendeel fattige præſter ſammeſteds, ſom ſidder med qvinder oc mange börn, oc i ſaa maader aldeeles gaaes forbi, ſig ofte ſkal have beklaget, da er vores allernaadigſte villie oc befaling, at du udſender aarligen en rigtig Specification med de fattige præſters egen hændige qvittering, til os elſkelige vores Deputerede ved Financerne ikke alleene paa uddeelingen af oppebörſelen af bemelte formuende Beneficier, men endog ligeleedes paa uddeelingen af forſkrevne 62 Rixdalers oppebörſel, paa det vi kunde være forſickrede om, at de fattige præſter nyder ſamme til deres ophold, allernaadigſt deputeret indkomſt. Der med &c. Hafn. den 14 Februarii 1705.

Litr. B.

Mag. Biörn Torleffen Biſcop over Holum Stifft paa Island, anlangende anordning om tilleg for de fattige præſter ſom nödes til, formedelſt alderdom oc Svagheds ſkyld, deres kald at afſtaa med videre.

V. G. T. Saaſom for os allerunderdanigſt er bleven andraget, at det af gammel tid har været ſædvane at de fattige præſter i vort land Iſland ſom vel og flittig haver foreſtaaet deres kald oc embede, oc nödes til for alderdom oc ſvagheds ſkyld deres kald at afſtaa, men kunde dog ikke af ſamme kald ſom de haver betient formedelſt deres fattigdom, forſörges, haver nydt noget af de beſte kald til deres ophold; Saa have vi, efter her om allerunderdanigſt giorde anſøgning oc forſlag, allernaadigſt for got befundet, enhver af ſaadanne fattige præſter i ſin landstings fierding udi det dig allernaadigſt anbetroede Stift noget til underholdning paa efterſkrevne maade allernaadigſt at tillegge, nemlig:

I den Nordre fierding.

1. Af Melſtad	90 alen,	eller 3	Rixdaler,	—	Mark in Specie.
2. Af Bredebolſtad	60 alen	—	2	—	—
3. Af Grimstunge	15 alen	—	—	—	3
4. Af Stadarbacke	30 alen	—	1	—	—
5. Af Hoſkilſtad	30 alen	—	1	—	—
6. Af Mælefelle	15 alen,	eller —	Rixdaler,	3	Mark.
7. Af Miklebæ	20 alen	—	—	—	4
8. Af Glimbæ	40 alen	—	1	—	2
9. Af Wöllum	60 alen	—	2	—	—
10. Af Rafnegille	20 alen	—	—	—	4
11. Af Surbæ	40 alen	—	1	—	2
12. Af Laufas	60 alen	—	2	—	—
13. Af Mule	80 alen	—	2	—	4
14. Af Grenjeder ſtad	100 alen	—	4	—	—
15. Af Saudaneſe	10 alen	—	—	—	2

Summa Hola Stigt 23 Rdlr.

Hvilket tillæg de fattige præſter ſelv ſkal lade hente, oc præſterne ved forberörte Beneficier velvilligen ſvare oc udreede i gode oc gavnlige landsöre; Thi er vores allernaadigſte villie oc befaling at du derom, indtil videre, ſtrax fornöden anordning giör, oc i fald nogen af de formuende præſter ſkulle ſidde ſaadan din anordning overhörig, da ſkal herretz provſten uden videre proces optage ſaa meget af hans viſſe Indkomſt, ſom hand her er ſat for, oc ſligt den fattige præſt ſom det er deputeret, tilſende; Dermed &c. Hafn. den 14 Februarii 1705.

Litr. C.

Hr. Ulrich Chriſtian Guldenlew, at giöre den anordning, at loven bliver efterlevet imod trende perſoner fra Island, navnlige Otti Ottoſen, Hialmer Arneſen oc Henning Gudmundſen.

V. S. G. oc B T. Saaſom os elſkelig Mag. Jon Torkelſen Widalin Biſkop over Skalholtz ſtift paa vort land Island for os allerunderdanigſt haver ladet andrage, at der ſkal være trende Delinqventer, nemlig den eene

eene ved navn Otto Ottefen, fom for nogle aar fiden er löben fra hans huftru der öften fra, oc har fiden opholdt fig veften paa landet udi Isefiords fyffel, oc der, fom berettes, fkikket fig meget ilde, baade med Tyverie, oc adfkillige andre udyder, befynderligen med Guds ords oc det hellige Alterens Sacramentis foragt. Den anden navnlig Hialmer Arnesfen, fom oc for mange aar fiden er löben fra hans huftru, oc derefter imens hun levede bedrevet hoer med et Qvindfolk i Arnerfiord i Bardeftrands fyffel, oc enda fiden paa nye avlet et barn med et andet Qvindfolk i Wallenes kirke fogn öfter paa landet; oc den tredie Henning Gudmundfen, fom i fytten aar har holdt fig fra det hellige Alterens Sacramente, faa oc i hans huftrues levende live bedrevet hoer med een ved navn Sidtzel Arngrimsdaatter udi Arnes fysfel, desligefte efter hans huftrues Död avlet barn med famme Qvindfolk, oc endnu det tredie med een ved navn Walgierd Ingemunds daatter, hvilke Delinqventer for faadanne deres grove lafter oc forargelige levnet uftraffede hengaar, endog bemelte Mag. Jon Torkelfen Widalin der om fkal have erindret; faa er vores allernaadigfte villie oc befaling, at du ftrax faadan anordning giör, at loven derudi af vedkommende forderligft vorder efterlevet. Der med &c. Hafn den 13 Maji anno 1707.

Litr. D.

Her Ulrich Chriftian Güldenlew, at hand angaaende Her Olafver Erikfens befværing over præftegaarden i Breedebolftad Sogn paa Island, dens forargelfe ved Sognepræftens forfömmelfe, giör den anftalt, at den nye indrettede kirkelov, fom paa Lænsmandens anordning af Anno 1596 er funderet, vorder obferveret oc efterlevet, hvorved alting herefter, faavelfom denne paffus kand have fin rigtighed.

V. S. G. oc B. T. Saafom Hr. Olafver Erickfen Sognepræft til Hialteftad Meenighed paa vort land Island, fom af os allernaadigft er confirmeret at fuccedere fognepræften til Breedeboelftad i Hunevatne fyffel paa bemelte Island, for os allerunderdanigft haver ladet andrage hvorledes præftegaarden i bemelte Breedeboelftad fogn formedelft Sognepræftens forfömmelfe i adfkillige maader fkal forarges, tvert imod vores lov oc mandater fom der i landet ere givne, oc derfor allerunderdanigft er begierendes

rendes at hand bemelte Breedebolſtad præſtegaard ſtrax maatte tiltræde, paa det hand den betimeligen kunde forbedre, hvorimod hand erbyder ſig, til præſten at afſtaa det ſom hand med ſkikkelighed kunde leve af; Oc vi af din til os herom allerunderdanigſt indkommen erklæring allernaadigſt haver fornummen, at af fordum Lænsmand der paa landet Broſtrup Gedde, ſkal Anno 1596 være giort ſaadan anordning for Biſcoperne, at de enten ſelv, eller ved deres fuldmægtiger ombudsmænd, ſom ere Herretz Provſter ſkulle lovligen toe eller tre gange tilſige oc paaminde de præſter ſom deres præſtegaarde lader forderve, at de ſamme betids ſkulle hielpe oc forbedre, hvis ikke, da Biſperne dennem fra deres embeder at affette; Desligeſte, at forrige Biſcop over Skalholtz ſtift Mag. Theodorus Thorlacius (ſom efter vores elſkelig kiere Hr. Faders, ſalig oc höylovlig ihukommelſe allernaadigſt givne befaling var beordret tillige med ſine underhavende præſter, at indrette den Islandſke Kirkelov, ſaaviidt ſkee kunde efter den Norſke lov) hans tilligemed ſamme præſters allerunderdanigſte betenkning om denne poſt, ſaaledes ſkal være forfattet, at præſterne, ei alleene ere ſkyldige at vedligeholde præſtegaardens bygning med meere deraf dependerer ved god oc forſvarlig hæfd oc magt, mens endog bygge oc forbedre den det meeſte mueligt er, oc hvis præſterne derudi findes forſömmelig, efter at de derom 2 a 3 gange af provſterne lovligen bliver advaret, ſkal de fra kaldet affettes, med mindre at de for alting kunde ſtille nöyagtig caution; Saa er vores allernaadigſte villie oc befaling, at du den anordning giör, at bemelte ny indrettede kirkelov, ſom paa Lænsmandens anordning af Anno 1596 er funderet, vorder obſerveret oc efterlevet, hvorved alting herefter, ſaavelſom denne paſſus kunde have ſin rigtighed. Der med &c. Hafn. den 11 Maji 1708.

Litr. E.

Hr. Joen Arneſen Biſkop over Skalholt ſtift for ſynden udi Island, anlangende at indberette, hvert aar naar ſkibe fra Island afgaar, hvad præſtekald til den tiid der i ſtiftet kand være ledig, tillige med de afdöde præſtes navne, ſamt at indſende een rigtig Specification paa alle præſtekaldene.

V. G. T. Efterſom naar nogen præſt paa vort land Island ved döden afgaaer ikke alletiider derom til vores Danſke Cancellie ſaa tilforladelige

under-

underretninger som skee burde indkommer, at Os om saadanne præstekalds vacancer allerunderdanigst forestillinger med sikkerhed hand giöres, endskiöndt adskillige Supplicationer derom til os indlöber, saa er her med vores allernaadigste villie oc befaling, at du ethvert aar, naar skibene derfra landet affeiler, indberetter til Os de præstekalds vacancer som da kand være udi det dig allernaadigst anbetroede stift, tilligemed præstens navn der hos, som ved döden er afgangen med forklaring hvilke af samme præster af Os ere kaldede oc hvilke ikke, oc ville Vi saa her hos allernaadigst, at du i det övrige lader forfatte een rigtig fortegnelse paa alle kaldenes navne der i stiftet med deres annexer, saa oc præstenes navne paa ethvert stæd, oc hvilke af dem af Os allernaadigst ere beskikkede, oc hvilke ikke, med forklaring derhos, af hvem de, som ikke af Os ere kaldede, ere bleven indsatte, desligeste oc hvilke kald der ere gode, oc hvilke der ere maadelige oc ringe, med hvis viidere som du kand finde fornöden der om allerunderdanigst at erindre oc referere, oc samme fortegnelse af dig selv verificeret til Vores Danske Cancellie det snareste mueligt skee kand indsender; oc vorder Os ellers strax med de först fra landet afgaaende skibe indberettet, at denne Vores allernaadigste ordre er dig til hænde kommen. Der med &c. Friderichsborg Slot den 3 May anno 1726,

Ligesaadan ordre blev samme dag expederet til Hr. Steen Joensen Biskop over Holle stift for norden paa Island.

SECTIO II.

De ſtatu Eccleſiæ, Religionis, rei literariæ & literatorum.

Cap. I.

De ſtatu Eccleſiæ & Religionis.

§. I.

Primum, a qvo auguſtiſſimi Daniæ & Norvegiæ Reges monarchicum adepti ſunt imperium, Eccleſiæ Islandicæ felix fauſtumqve fuit ſeculum, omnifaria enim, tam externa, qvam interna felicitate fruita eſt, ad minimum qvantum in clementiſſimorum Monarcharum manu & poteſtate ſitum fuit; Bella enim, qvæ cum aliis geſſerunt Regibus & principibus, Islandis, utpote longius diſſitis, etſi mala qvandoqve adtulerunt, minora tamen ea fuerunt, qvam occaſionum momenta ſæpius minari videbantur, qvod clementiſſimorum Regum vigilantiæ acceptum referendum eſt, qvi ingruentibus prædonum ac piratarum incurſionibus, aut mercatorum navibus, Islandiam petentibus, navem bellicam præſidii loco adjunxerunt, qvæ gratia & plusqvam paterna in Islandos affectio præcipue competit auguſtiſſimo Friderico Qvarto (a); aut munimenta hoſtium invaſiones averſura exſtrui juſſerunt; aut tandem incolas monuerunt, ut naves, ad prædonum impetus avertendos ſibi compararent (b). Tributa autem aut graves erogationes nullas egenæ genti impoſuerunt, præter qvam anno 1679 cum triens proventuum, ut erogaretur, mandatum fuit, ſed qvam primum optimo Regi per Satrapam Islandiæ ſubjectiſſime demonſtratum fuit, hoc

(a) Qvotannis enim ab anno 1712 usqve in 1719 navem bellicam mercatorum navigiis adjunxit, idqve absqve omni incolarum gravamine, adeo ut anno 1718, cum talis navis bellica ſub hyemem ad Islandiæ oram periiſſet, & nautæ ibidem hyemaſſent, eorum ſuſtentationem præter omnium ſpem, ex proprio ærario ſolvi juberet.

(b) Vid. ſupra pag. 455. & §. ſq.

hoc majus esse, qvam incolarum facultates tolerare possent, anno statim seqventi dimidia pars remissa fuit.

§. 2.

A piratarum incursionibus hac tempestate patria nostra aut penitus libera fuit, aut pericula nunqvam extra metum processerunt, nam anno 1666 ingruens ex bello Anglico periculum intra minas stetit, præsertim cum Rex gloriosissimus Christianus Qvintus, eodem anno ad omne damnum avertendum navem bellicam emitteret; Præfecto, viro magni nominis, Otthone Bielke, in mandatis habente, ut munimentum qvoddam ad villam Regiam Bessastad publicis incolarum impensis exstrueret. Qvod autem qvidam de Turcarum in Islandiam excursione facta anno 1687 referunt (a), non putamus veram esse, cum probatissimi autores coævi, qvos nobis inspicere licuit, ne verbum qvidem de tali re faciant.

§. 3.

Officia Ecclesiastica eadem fuerunt ac sub præterita Periodo, nisi qvod jam nulla prorsus apud nos *Archiepiscopi* mentio; Celeberrimi enim Svaningii nomen ad nos pervenit, sed autoritas intra famam stetit, non tamen negamus Episcopos nostrates illum ab anno 1662 ad 1667 ut magni nominis & summæ auctoritatis virum consuluisse & veneratos fuisse; *Satrapam* non nisi unum & solum *Henricum Bielke* habuimus, ab anno 1649 per 33 annos, usqve in annum 1682, qvi Islandis magis ut pater qvam imperiosus Præfectus imperitabat, magna enim qva apud Reges, præser-

(a) Autores a nobis indigitati, sunt: α) Dominus *Benedictus Petræus*, Ecclesiastes paræciarum Baj & Hvanneyre, vir gravis & doctus, cujus *Annales* incipiunt anno 1665, sed desinunt 1717. β) *Oddus Erici* Oddi Episcopi nepos, vir credulus, qvi omnia scripsit, qvæ audivit, & hæc certe non exclusisset, si unqvam audivisset. γ) Pater meus, *Johannes Halthorius*, vir literatissimus, & memoriæ felicissimæ, cujus qvondam ductu *Oddi Annales* ab ipso correctos exscripsi, qvi etiam anno 1687 egit annum ætatis 22. Hæc autem ut hic commemorem, occasionem suppeditat Celeberr. Dom. *PONTOPPIDANUS* in *Annal. Eccles.* ad hunc annum scribens: " Durch Türkische See- " räuber wurden einige Isländische Küsten itzo ausgeplündert, und viele arme Leute " in die Barbarische Sclaverey nach Algier abgeführet. Doch gieng ihre Grausamkeit " und Gewalt dieses mahl nicht so weit als im Jahr 1627. " Qvod forte ex incerto qvodam autore habuit, qvem nobis videre non contigit.

tim Fridericum Tertium, polluit gratia & auctoritate, in Islandorum commodum usus est. Post eum autem Excellentissimus heros, vir itidem optimus, *Christianus Ulricus Gyldenlöwius* successit; cui iterum anno 1720 *Petrus Raben*, classis Regiæ Præfectus & Eqves ordinis Dannebrogici, ipsiqve anno 1728 usqve in annum 1731 *Christianus Gyldenkrone* successit, qvorum nullus unqvam provinciam attigit, præter solum Rabenium, qvi semel tantum in Islandiam venit, & ob adversam valetudinem non multum, nisi calamo, idqve ex aliorum nutu efficere potuit; Reliqvi autem omnes, ut & ipse, per Vicarios provinciam rexerunt, qvi ut diversi fuerunt ingenii, ita diverse officium peregerunt, ut ex dictis & dicendis abunde patet (a).

§. 4.

Episcopi sub hac Perjodo perinde ac antea usqve ad introductum imperium Monarchicum ab incolis per plurima vota designati aut electi, Regiæ Majestati sistebantur, qvæ iisdem confirmationem impertiebat, sed mutata regiminis forma, primo per codicillos exspectationis, ut vocant, a Regibus constituebantur, moxqve res ad electionem aut ejus similitudinem qvandam rediit, sed ita jubente Rege, nam 1631 Gislaus Oddi, & 1638 Brynjolfus Svenonius in diœcesi Skalholtina, sed anno 1627 Thorlacus Skulonius, & anno 1656 ejus filius Gislaus Thorlacius (b) in diœcesi Holana antiqvo more electi fuerunt, & deinde a Regibus confirmati; Sed introducto regimine Monarchico Mag. Theodorus Thorlacius anno 1669 in diœcesi Skalholtina, & 1674 Mag. Jonas Wigfusius in Holana, vivorum adhuc Episcoporum successores constituebantur. Anno 1691 injunctum fuit Præfecto & Episcopo Skalholtino, ut eligerent aut designarent, & Regiæ Majestati sisterent unum (aut plures) qvi ut demortuo Episcopo Holano succederet, non indignus haberetur, qvæ electionis

(a) Vid. supra pag. 466 sqq. 476 sqq.

(b) Duo, qvæ hic notavimus exempla (filium scilicet patri in officio Episcopali successisse) satis clare docent falli eos, qvi perhibent Sum. Ven. Fioniæ Episcopum Dominum Jacobum Ramum primum ac unicum tale exemplum esse; Et qvod adhuc majus est, Thorlacus etiam Skulonius Episcopus Holanus avo suo Gudbrando in eodem officio surrogatus fuit, & ipse duos filios in Episcopatu synchronos, qvorum alter ejus successor erat, habuit.

nis methodus, aut ejusdem analogum qvid, ad noſtra usqve tempora duravit, ut ex Epiſcoporum hiſtoria perſonali patebit.

§. 5.

Jurisdictio Eccleſiaſtica & proceſſuum forma, qvatenus ea ad Epiſcopos & Præpoſitos ſpectat, ſtatim cum Brynjolfi Svenonii ad epiſcopatum evectione inſignem tulit mutationem, qva de re alibi (a) qvantum ad ejus viri perſonalia, prudentiam nempe & auctoritatem ſpectat, uberius agemus.

§. 6.

Præſulis iſtud inceptum, licet Præfectum, qvi tum temporis fuit vir magnæ auctoritatis, nec minoris conſilii, Pros Mundt, aliosqve politici ordinis viros haud bene haberet, a ſemel tamen ſuſcepto propoſito Præſul dimoveri non potuit, nec unqvam ab eo tempore mixta illa aut *dimidiata judicia* in Skalholtina diœceſi reperire potuimus, præſertim qvamdiu ipſe ſuperfuit, nam Celeberrimus ille heros Henricus Bielke, nec ipſe, nec per ſuos Vicarios, huic viro ſe unqvam oppoſuit. Duravit ergo hæc Jurisdictionis forma usqve ad annum 1688, qvo Chriſtianus Muller Islandiæ Præfecturam accepit, cum vero ille eodem anno *Codicem Chriſtianæum* ſev leges Norvegicas a Chriſtiano Qvinto Norvegis præſcriptas, in Islandiam inferret, ab eo tempore reperio Mullerum ejusqve ſucceſſores, unacum Epiſcopo Synodo generali præſediſſe, & hunc codicem ut normam ſæpius allegatum eſſe, licet a Regibus ut lex Islandis non imperaretur, priusqvam anno 1718, cum novus Præfectus Nicolaus Fuhrmannus Islandiæ præturam adiret, cui injunctum fuit, non tantum ut jurisdictionem in Islandia ad formam in Codice Norvegico præſcriptam introduceret, ſed & ipſe dicaſteria & Conſiſtoria freqventaret, proviſurus, ne hoc Regium mandatum ab ullo negligeretur, qvod etiam ſubſeqventes Præfecti tam diligenter inculcarunt, ut jam dudum ubiqve invaluerit.

§. 7.

Præpoſitorum eadem manſit auctoritas, *honor ac conditio*, ac ſub priori Periodo, niſi qvod vulgare illud *Officialis* nomen & munus inter eos

 plane

(a) Infra Sect. 3. cap. 2.

plane evanuit, præterqvam in Epifcoporum intervallo. Mortuo enim Epifcopo, is, five Præpofitus, five alius, ex totius diœcefis Sacerdotum numero, qvi officio digniffimus habitus eft, & id per locorum intervalla, aliaqve impedimenta præftare potuit, a Satrapa aut ejus Vicario fub *Officialis* titulo, præpofitus eft, hic vero titulus ad certum qvendam locum, multo minus ad hujus vel illius Toparchiæ Præpofitum, aut Paftorem Cathedralem, non alligatus eft. Illius autem, cui hoc munus injungitur, eft, omnia Epifcopi munia peragere, usqvedum a Rege novus fubftituitur Epifcopus; Isqve qvi officio præfuit, ab eo tempore, licet Præpofitus non fit, proximus ab Epifcopo habetur; Reliqvi autem Præpofiti a Sacerdotibus eliguntur, fed ab Epifcopo confirmantur, qviqve eorum fenio maximus, honore etiam primus eft.

§. 8.

Præpofitorum officium, tam qva auctoritatem, qvam agendorum multitudinem eodem loco jam ac fub priore Periodo ftetit, nifi qvod foli ac fine æmulo adfcitis tantum fuæ ditionis facerdotibus, de caufis Ecclefiafticis fententiam dixerunt, ita tamen ut graviores & majoris momenti caufas examinarent tantum ac præpararent, ut eo facilius a Synodo generali decidi poffent, in minoribus tantum decifivam pronunciare licuit fententiam, qvæ methodus duravit usqve in annum 1718, qvo jurisdictionis forma ad *Codicis Chriftianæi* præfcriptum magna ex parte mutari cœpit. Cum vero lex ipfa in qvibusdam caufis limitatam tantum illis judicandi poteftatem concedere videretur, difceptatum fæpe de hac re fuit, dubiosqve tenuit multos, qvousqve procedere tutum effet, usqve dum Rex Auguftiffimus Chriftianus Sextus, anno 1741 juffit ut Præpofiti in omnibus caufis eorum jurisdictioni fubjectis, decifivam pronuntiarent fententiam. Pari modo idem ille Monarcha alias in jurisdictione Ecclefiaftica fuftulit difficultates, qvæ fæpe numero, tam partibus, qvam judicibus, magnam creaverant moleftiam, qvales fuerunt: α) Afefforum multitudo, perfvafum enim qvibusdam fuit, octo omnino facerdores reqviri, perinde ac octo Pedarios, in actionibus civilibus, fi modo caufa qvædam examinanda & fententia a Præpofito pronuntianda effet, qvem fcrupulum edictum datum 1736, eis exemit, concedens, ut adhibitis binis tantum Toparchiæ Sacerdotibus, Præpofito liceret jus dicere & juftitiam adminiftrare. β) Cum

Cum teſtium tergiverſatio, qvi in foro Eccleſiaſtico de cauſis, ad jurisdictionem Eccleſiaſticam pertinentibus, teſtimonia dicere detrectabant, qverentium ſe hoc modo a foro & judice competenti abstrahi, haud raro magnum, & temporis, & ſumtuum, diſpendium adferret, anno 1737 edicto cautum fuit, ut teſtes coram Præpoſito intra parœciam teſtimonia dicerent. γ) Tandem etiam, cum nemo, in cauſis non ad unam aliqvam perſonam, ſed publicum aut univerſum cætum pertinentibus, actionem inſtituere vellet, Regis edicto conſtitutum fuit, ut in tali caſu actio alicui Sacerdotum ab Epiſcopo aut Præpoſito injungeretur. Qvæ omnia, ut jurisdictionem Eccleſiaſticam a Politicorum tricis & impedimentis penitus eximunt, & ſeparant, ita etiam perfacilem reddunt.

§. 9.

Etſi circa annum 1563 ab Epiſcopis in Præfectos Regios *jus vocandi miniſtros Eccleſiæ* transferretur, nihilominus usqve ad initium hujus ſeculi ex tenore & præſcripto *Ordinationis Eccleſiaſticæ* electio plerumqve á ſeptem præcipuis curiatis, conſentiente Præpoſito, peracta, electusqve Præfecto ab Epiſcopo, ut ejus vocationem confirmaret, & literas collationis ei impertiret, commendatus eſt. Qvandoqve etiam parœcias Cathedræ Epiſcopali ſubjectas Epiſcopi jure patronatus confiſi conferebant, qvæ conſvetudines, qvamdiu Henricus Bielke Islandiæ Præfecturam geſſit, impune & nemine contradicente, invaluerunt; Emendicabantur etiam qvandoqve literæ Exſpectationis, & qvidem tam impudenter ac contra manifeſtam legis literam, ut datæ cuidam tales literæ poſt biennium aut triennium aliis ejusdem tenoris alteri datis revocarentur. Accidit etiam non raro, ut qvidam illas a Rege ſibi expeterent præbendas, qvas Præfecti ejus venia ac nomine aliis conceſſerant, unde non raro lites ac diſſidia orta ſunt, qvæ omnia exemplis probare perfacile eſſet, niſi brevitati ſtudenti, & ne cujusqvam nomen & fama lædatur, talia omittere conſultius videretur; Sed omnes hosce abuſus, licet non omnino tolleret, multum tamen ſedavit Friderici Qvarti Reſcriptum datum 3 Maji 1726 ex controverſiis Præfecti Fuhrmanni & Præſulis Arnæſonii enatum (a).

§. 10.

(a) Vid. ſupra pag. 488.

§. 10.

Sedata inter Epifcopum & Præfectum hoc modo lite, qvæ cum Fuhrmanno, cujus mors in annum 1733 incidit, fepulta plane videbatur, repente & ex improvifo ftatim cum Lafrentzii, Fuhrmanni fucceffsoris, in Islandiam introitu, ex cineribus male fopitis, haud levior furrexit controverfia, cui occafionem dedit utriusqve viri gravitas, aut morofitas; Sed qvicqvid fuerit, uterqve mox Regi aliqvid hac de refcripfit, unde natæ funt Regiæ Majeftatis ad Satrapam Islandiæ Henricum Ockfen literæ (a).

§. 11.

Audito hoc Regis mandato, Præful, ut videtur a Satrapa animatus, *Specificationem* (ut communiter vocatur) Præbendarum in dioecefi Skalholtina fitarum perfici curavit, qvæ nunc ad annum 1736, nunc autem ad 1737 refertur, rectius autem priori anno adfcribenda eft, ut ex authenticis documentis patet, qvæ in Chartophylacio Skalholtinæ cathedræ affervantur; Sed qva de caufa denuo mandata fuerit anno 1737, dicere non habemus, id autem factum effe oftendit novum Regiæ Majeftatis Refcriptum (b), qvod totum controverfiæ ftatum egregie dilucidat, & qvem in modum Regi tum temporis eandem decidere placuerit.

§. 12.

(a) " Chriftian den Siette &c. Vor Gunft tilforn! Saafom det befindes at Amtmanden paa " Vort Land Ifland ved forefaldende Vacancer af Præftekald der paa Landet, vocerer " og kalder Præfter, fom med Collation af ham forfynede derefter af Bifkoperne der-" til blive ordinerede; Og Vi allernaadigft have funden for got, at ville være under-" rettede om, til hvilke Præftekald paa Ifland Amtmanden kalder, om det er til alle " Kaldene i Almindelighed, eller til nogle viffe der paa Landet, faa vel fom og, hvor " paa hand grunder fin formeenende Rettighed til at kalde Præfter, naar Præftekald " paa Ifland blive vacant. Saa er hermed Vores allernaadigfte Villie og Befaling, " at du om dette forefkrevne, med vedkommende correfponderer, og indhænter ald " fornöden Oplysning, faa og derom din allerunderdanigfte Relation derefter til Os " indfender. Dermed fkeer Vor Villie; Befalendes dig Gud. Skrevet paa Vort Slot " Friderichsborg den 14 Octobris Anno 1735."

(b) " Chriftian den Siette &c. Vor Gunft tilforn! Os er allerunderdanigft bleven refere-" ret en din allerunderdanigfte Memorial af 16 Aprilis næftafvigte, hvor ved du i

" fölge

§. 12.

Huic conſonum ſed paulo brevius ſub eodem dato Præfectus accepit Reſcriptum, qvo ei poteſtas concedebatur, omnes in Islandia conferendi præ-

" fölge Vores til dig allernaadigſt ergangne Befaling af 14 Octobris 1735, at indhænte
" den fornödne Oplysning, angaaende Præſtekaldenes Collation paa vort Land Iſland,
" og hvorpaa Amtmanden den ſig dertil formeenende Rettighed, grundede med videre,
" allerunderdanigſt indſender ſex Documenter, hvilke dig fra Amtmanden ere tilſtil-
" lede, hvoraf de 2de förſte ere Deſignationer paa Præſtekaldene i begge Stiftene, til-
" ligemed deres Indkomſter, og det tredie Copie af de tvende Kongl. Anordninger,
" om Præſtekaldenes Collation paa Iſland, daterede 24de Martii 1563 og 4 Martii
" 1595, hvorpaa Amtmandens og Formands Collationer ſig til dato ſkal have funderet.
" Og ſom du derhos allerunderdanigſt foreſtiller: 1) At endſkiöndt Amtmanden
" efter fornævnte Kongel. Anordninger har fundet ſig anlediget, paa ſamme Maade
" ſom hans Formand, at conferere adſkillige Præſtekald paa Iſland, ſaa erfares det dog,
" at ſaadanne Vocationer allereede fra lang Tiid af, ikke haver ſtrekket ſig til viidere,
" end til de Middelmaadige og Ringeſte udi den 3die og 4de Claſſe af de i fornævnte
" Deſignationer ſpecificerede Præſtekald, og ſkulle det have hændet ſig, at de bedre
" Kald ligeleedes af Amtmanden ere blevne collationerede, ſaa ere dog Collationerne
" gemeenligen indſendte til allernaadigſte Confirmation, og Vedkommende derpaa
" med Beſtallinger blevne forſynede; Men de udi Deſignationerne, ſaa kaldede og
" ſpecificerede Hovedkald altid at være ſögte igiennem Vores Cancellie, og ved Kongl.
" allernaadigſte Reſolution bortgivne; til hvilke Hovedkald, ſaavelſom de i Deſigna-
" tionerne ſaa kaldede beſte maadelige, fornemmeligen er bleven reflecteret paa dem,
" der havde ſtuderet her ved Univerſitetet, og ſuſtineret Examen Theologicum, hvor
" om ogſaa en Kongelig Anordning til Landet er udgiven de dato 11 Martii 1633.
" 2) At ifald det maatte behage Os, at lade med Kaldenes Collation (Hovedkaldene
" undtagen) forblive derved, at de i Iſland uden vedkommende derom til Os giörende
" Anſögning maatte gives og udſtedes, i Henſeende til, at undertiiden 2 Aar og vel
" længere Tiid kunde bortgaae, förend Vores allernaadigſte Reſolution paa de indſen-
" dende Anſögninger om Vocationer kunde blive Vedkommende i Landet bekiendt,
" og den til Vacancen antagne Perſon ordineret, og i Kaldet indſat, hvorover det
" imidlertiid maatte ſkee, at Kirketieniſten blev forſömt, og Præſtegaarden tillige med
" Kirken og de dertil henlagde Inventarier af Qvæg og andet meere bleve ruinerede
" og forkomme, efter ſom Naboe-Præſterne formedelſt ſtore Fielde, Elve, og mange
" impracticable Veye, ikke kand betiene de i ſaa lang Tiid vacante værende Præſte-
" kald, og Kaldenes ringe Indkomſter ikke formaaer at underholde een ſom i Vacan-
" cens Tiid kunde forrette Præſte-Embedet, eller med Kirken, Præſtegaarden og In-
" ventarium have Tilſyn. Saa holder du at være fornöden, at Biſkoperne enhver i ſit
" Stift

præbendas, iis tantum exceptis, qvarum annui reditus centum imperiales aut æqvant aut ſuperant (a).

§. 13.

" Stift med Amtmændene concurrerede, og drog fælles Omſorg for, at faa de vacante " Kald, det förſte og beſte mueligt være kunde, igien med Præſter forſynede, ſaa at " der af Amtmanden maatte reflecteres paa dem der havde Biſkopens Atteſt om deres " Lærdom, Forhold og Levnet, hvilken Atteſt i den af Amtmanden derpaa udſtedende " Collation at kunde indrages. 3) At der til de ringe og fattige Kald, ſom ingen " ellers vilde ſöge, maatte tages af de fra Domkirkernes Skoler dimitterede Studioſis, " ſom have nydt frie Skolegang, med Forſikring, at kunde efter nogle Aars Forlöb " befordres til bedre Kald, om de holdte ſig ſkikkelige, og fantes dertil beqvemme, " med hvad videre du Os derved allerunderdanigſt haver foreſtillet.) Saa give Vi " dig hermed tilkiende, at Vi, efter ſlig af dig foredragen Beſkaffenhed, allernaa- " digſt ville at det fremdeeles dermed efter ſamme dit allerunderdanigſte Forſlag, " ſkal vorde forholdet; (Til hvilken Ende Vi under denne Dags Dato allernaadigſt " have befalet Biſkopperne paa Vort Land Iſland, hver for ſig aarlig til Amtman- " den at indſende Liſter paa de fra Domkirkernes Skoler dimitterede Studioſis, " med Atteſt derhos om enhvers Lærdom, Levnet og Forhold, af hvilke de be- " qvemmeſte kunde employeres til de vacante ringe Kald, med Forſikring om For- " fremmelſe til bedre Kald, efter nogle Aars Forlöb, om de holde ſig ſkikkelige, " og fantes dertil beqvemme.) Saa have Vi og allernaadigſt befalet Biſkoperne, at " forfatte nye Fortegnelſe over Kaldenes Indkomſter efter deres nu værende Til- " ſtand og Beſkaffenhed, og ſamme til Vores Danſke Cancellie at indſende, og naar " ſamme Deſignationer fra Biſkoperne over Kaldenes Indkomſter indkommer, ville " Vi lade dig dem tilſtille for derover at indhente din allerunderdanigſte Foreſtil- " ling, hvorvidt Beſtallings-Brevene ſkulde betales, eller gratis forundes. Desligeſte " have Vi og under denne Dags Dato allernaadigſt befalet Amtmanden, at con- " currere med Biſkopperne, og drage fælles Omſorg for at faae de vacante Kald " igien med Præſter forſynede, ſaaledes ſom du af hosfölgende Copier af ſamme Vo- " res ſaavel til Biſkopperne ſom til Amtmanden allernaadigſt ergangne Reſcripter ſelv " udförligere kand ſee og fornemme. Derefter du dig allerunderdanigſt kand viide " at rette. Befalendes dig Gud. Skrevet paa Vort Slot Friderichsberg den 10 Maji " Anno 1737. "

(a) " Chriſtianus Sextus &c. Vor Naade tilforn! Efterſom Vi udi anledning af en til " Os fra Vores Stiftbefalingsmand over Vort Land Iſland Os Elſkelig Henrich Ockſen " i fölge Vores til ham allernaadigſt ergangne Befaling om at indhænte fornöden Op- " lysning angaaende Præſtekaldenes Collation paa bemælte Iſland, indkommen aller- " underdanigſt Relation og Erklæring, allernaadigſt haver fundet for got at lade det " fremdeles med Kaldenes Collation (Hovedkaldene undtagen) forblive derved, at de " i Iſland, uden vedkommende derom til Os giörende Anſögning, maatte af Amtman- " den gives og udſtedes, i allernaadigſt Henſeende til, at undertiden tvende Aar, og " vel

§. 13.

His peractis restare tantummodo videbatur, ut fixa firmaqve fieret Codicillorum officii taxatio ad præbendarum reditus accommodata, cum iniqvum videretur, ut ab omnibus, qvi aliqvam adipiscebantur, sive optima sive mediocris, vel minima esset, par exigeretur redemtionis summa, qvod tandem anno 1740 Rescripto Regio factum est (a).

" vel længere Tiid kunde bortgaae förend Vores allernaadigste Resolution paa de indsendende Ansögninger om Vocationerne, kunde blive vedkommende i Landet bekiendt, og den til vacancen antagne Person af Biskopen ordineret og i Kaldet indsadt, da det imidlertiid kunde skee, at Kirketienisten blev forsömt og Præstegaarden tillige med Kirken, og de dertil henlagte Inventarier af Qvæg og andet meere bleve ruinerede og forkomne, eftersom Naboe-Præsterne formedelst Fielde, Elve og mange impracticable Veye ikke skal kunde betiene de i saa lang Tiid vacante værende Præstekald, og Kaldenes ringe Indkomster ikke formaae at underholde een som i vacancens Tiid, kunde forrette Præste Embedet, eller med Kirken, Præstegaarden og Inventarium have Tilsiun. Saa er nu hermed Vores allernaadigste Villie og Befaling, at du med Biskoperne der paa Island, for saavidt det enhvers allernaadigst anbetroede Stift angaar, concurrerer, og fælleds Omsorg drager for, at faae de vacante Kald, det förste og beste mueligt være kunde, igien med Præster forsynede, til hvilken Ende Biskoperne, under denne Dags Dato, enhver for sig ere allernaadigst befalede til dig at indsende Lister paa de fra Domkirkenes Skoler dimitterede Studiosis, med Attest derhos om enhvers Lærdom, Levnet og Forhold, af hvilke de beqvemmeste som have nydt fri Skolegang, naar de have opnaaet deres fulde Aar efter Loven, kunde employeres til de vacante ringe Kald, med Forsikring om Forfremmelse til bedre Kald efter nogle Aars Forlöb, om de holder sig skikkelig og fantes dertil beqvemme. Og haver du saa at reflectere paa dem der haver Biskopernes Attest, hver for sit Stift, om deres Lærdom, Forhold og Levnet, hvilken Attest du og haver at inddrage udi den af dig derpaa udstædede Collation. Derefter du dig allerunderdanigst haver at rette, og tilskikkes dig derhos Copie af fornevnte Voris til Biskopperne derom ergangne Rescript, saa indberettes Os ellers strax allerunderdanigst, at du dette Vores allernaadigste Rescript haver bekommet. Befalendes &c. Friderichsberg den 10 Maji Anno 1737."

(a) " Christian den Siette &c. Vor Gunst tilforn! Saasom du udi anledning af Vores til dig under 10 Maji 1737 ergangne allernaadigste Rescript, hvorved Vi have allernaadigst tilladt, at der om Præstekalds-Brevene paa Vort Land Island, hvorvidt de skulde betales eller ej, maatte skee allerunderdanigst Forestilling, naar Biskoperne paa Landet efter Vores allernaadigste Befalinger til dem derom havde indsendt Fortegnelser over Præstekaldenes Indkomster, efter deres nuværende Tilstand og Beskaffenhed,

§. 14.

Sopita hac inter Præſulem & Præfectum de jure conferendi Præbendas controverſia, alia minor inter eos nata eſt de jure vocandi ad Paſtoratum Cathedralis Eccleſiæ Skalholtinæ, qvod Ediſcopus ſine Præfecti conſenſu ex antiqvo more exercebat; Ille autem id in ſui comtemtum fieri putans, ad Supremum Regiorum Scriniorum Magiſtrum cauſam qveribundus

---

„ bed, er nu til Os indkommen, med allerunderdanigſt Memorial den 2 Januarii ſidſt „ afvigt dateret, hvorved tillige fremſendes ſaadanne fra Biſkopperne dig tilſtillede Spe- „ cificationer, ſaavel over Præſtekaldene, ſom deres Indkomſter, inddeelte udi 3 Claſ- „ ſer, ſaaledes at i den förſte Claſſe ere antegnede de ſaa kaldede *Hovedkald,* hvis Ind- „ komme overgaaer 100 Rdlr. og hvortil Vi ved berörte Reſcript have forbeholdet Os „ ſelv at kalde; I den anden Claſſe de *middelmaadige* Kald fra 50 til 100 Rdlr. og der „ under. Og det derhos af dig allerunderdanigſt indſtilles, om Vi allernaadigſt vilde „ forunde Præſterne paa Iſland deres Kaldsbreve og Confirmationer ſaaledes, at Præ- „ ſterne, ſom blive kaldede til de udi den förſte Claſſe anförte Kald, ſkulde betale „ deres Beſtallingsbreve lige med andre Sognepræſter i Vores Riger og Lande, og at „ Omkoſtningerne for de övrige maatte modereres derhen, at for Vores Confirmation „ paa Præſtekaldene i den anden Claſſe ikkun ſkulle betales Halvdeelen imod de udi „ den förſte Claſſe; og at de, ſom de *ringeſte* og udi tredie Claſſe ſpecificerede Kald „ bleve confererede, maatte derpaa nyde Vores Confirmation gratis; Saa give Vi dig „ herpaa tilkiende, at Vi allernaadigſt ville tillade, at det hermed efter forberörte din „ allerunderdanigſte Foreſtilling maae forholdes, ſaa vidt baade de i den förſte, og „ anden Claſſe anförte Præſtekald angaar, og at for Vores Confirmation paa Præſtekal- „ dene i den anden Claſſe ikke ſkal betales meere end hvad for Capellanernes Confir- „ mationer er anordnet at betales. Men anlangende de i den tredie Claſſe antegnede „ og ſaa kaldede ringeſte Præſtekald, da er Vores allernaadigſte Villie og Befaling, at de „ Præſter, ſom bliver confereret Kald, hvis Indkomſter i forſkrevne Fortegnelſer ere „ anförte at bedrage 40 Rdlr. og derover, ſkal for Vores Confirmationer paa ſaadanne „ Præſtekald betale ligeſom de der nyde de middelmaadige Kald i den anden Claſſe, „ hvorimod Vi bevilge at Kaldsbrevene paa de övrige og af den tredie Claſſes Præſte- „ kald under 40 Rdlr. maa herefter, ſom tilforn, forblive uden Confirmation, med min- „ dre vedkommende ſelv ved allerunderdanigſt giörende Anſögning det ſkulle forlan- „ ge, og Confirmationen i ſaamaade ligeſom de andre ville bekoſte; Hvilken Vores „ allernaadigſte Anordning du haver at bekiendt giöre ſaavel Biſkopperne, ſom Vores „ Amtmand paa meerbemelte Vort Land Iſland, ſaa og derhos at föye den Anſtalt, at „ vedkommende indſender deres allerunderdanigſte Anſögninger om Vores allernaa- „ digſte Confirmation paa de dem collationerede Præſtekald af anden og tredie Claſſe, „ naar Kaldets Indkomſt er ſom meldt er 40 Rdlr. og derover; Hvorefter du dig aller- „ underdanigſt kunde viide at rette. Befalendes dig Gud. Skrevet paa Vort Slot „ Friderichsberg den 29 Januarii 1740. "

ribundus detulit; hic autem ex officii ratione eam Regi retulit, qvi eam dato 1 Aprilis anno 1740 Refcripto, qvod utriusqve partis rationes continet, decidit (a).

§. 15.

Cum in hac re narranda tam prolixi fuerimus, non incongruum videtur, ut totius controverfiæ ftatum paucis enodemus, qvi talis fuit: Nunqvam Præful de Præfectorum auctoritate aut jure præbendas conferendi, aut dubitavit, aut id illis ablatum voluit, ipfe enim antiqva illa Regia Refcripta Friderici Secundi, 1563 (b), & Chriftiani Qvarti, 1595 (c) edita protulit, cum de Præfectorum jure conferendi parœcias dubitaretur; Ille etiam primus & præcipuus Regi auctor fuit, ut Præfectis hoc jus & auctoritas renovaretur, ut ex ejus ad Regem literis datis anno 1727 d. 27 Augufti abunde patet; Sed cardo controverfiæ in eo vertebatur, qvod qvemqvam fe infcio, & qvem ipfe non commendabat, ab illis, præfertim ad meliores conditiones, promoveri nollet, unde qvosdam candidatos, ab

 illis

(a) " Vor Gunft tilforn! Efterfom Os elfkelig Joachim Lafrentz, Vores Juftitzraad og Amtmand paa Vort Land Ifland, ved Skrivelfe til Vores Conferentzraad Geheimeraad i Vores Confeil og Oberfecretair i Vores Danfke Cancellie, Os elfkelig Johan Ludvig von Holftein Ridder &c. haver andraget hvorledes Bifkopperne der i bemelte Ifland have ikke alleenefte voceret og ordineret, men endog felv collationeret Præfter til Domkirkerne paa Landet, uden at de enten tage Vores allernaadigfte Kaldsbreve eller Collationsbreve af Vores Amtmand der paa Landet, fom hand formeener baade at være imod Vores Kongel. Höyhed og havende Jura, fom og at være ftridig imod et Kongl. Refcript af dato 27 Martii 1563 hvormed hand formeener fligt at være forbudet; Og Vi af den herover indhentede Erklæring have fornummet at berörte Kongel. Befaling, fkal henfigte til de Præftekald, hvor Præfterne med Kirkernes overfkydende Indkomfter ere beneficerede, fom paa Ifland, ligefom i forfkrevne Kongel. Befaling, kaldes Beneficia, til hvilke Beneficia du ikke veed at Bifkoperne i de feenere Tiider har paaftaaet nogen flags Rettighed at kalde; Men Lehns- eller Amtmændene derpaa, faavelfom andre Præftekald have udftædet Collationer. Da fom Præfterne ved Hole og Skalholt Domkirker blive anfeete fom Bifkoppernes Capellaner; Saa give Vi dig hermed tilkiende, at det maae herefter, fom tilforn, være Bifkopperne paa bemælte Ifland tilladt, dog paa Vores allernaadigfte Confirmation, felv at vocere de Præfter fom til Domkirkerne fkal befkikkes. Derefter du dig allerunderdanigft haver at rette, og vedkommende fligt til Efterretning at lade kundgiöre. Befalendes dig Gud. Skrevet paa Vort Slot Friderichsberg den 1 Aprilis 1740.

(b) Vid. fupra pag. 14.

(c) Vid. loc. cit. pag. 53.

illis promotos & vocatos, sacris initiare recusavit, ipse vero alios á parochianis antiqvo more eligi curavit, vel etiam tales collationes dissimulans, aliorum supplicationes insciis Præfectis ita commendavit, ut ab ipso Rege in illos præbendæ transferrentur, qvod Præfectis non magnopere displicere non potuit; Qverebatur etiam literas Collationis qvandoqve a Præfectis nimis præcipitanter expedıri, qvod bene meritis sæpe impedimento esset, qvin se illis candidatos tempestive sistere possent, qvandoqve autem juvenes nuper ex schola dimissos, ut & indoctos qvosdam bene meritis, & qvi diu pauperrimis parœciis non sine laude inservierant, præferri. Hæc dissensionum materia fuit, & tot Rescriptorum causa exstitit, qvibus tandem constitutum fuit, ne qvis inscio Episcopo aut sine ejus testimonio & commendatione ad sacrum munus a Præfectis vocaretur; Nec ulla præbenda ante elapsas ab ejus vacivitate aut morte Pastoris sex septimanas in qvemqvam conferretur, & juvenes, qvi Regio in scholis fruiti fuerant stipendio, pauperrimis primo parœciis præficerentur, ibidemqve industriæ ac fidelitatis edito specimine tandem ad lautiorem præbendam transferrentur, ut ex ipsis Rescriptis discere licet, qvæ ideo lectorum oculis integra subjicere voluimus, & ut nos ab omni partium studii suspicione liberaremus, magna enim multaqve dissidia, tam inter supremos in Islandia Magistratus, qvam alios, hæc res permultos retro annos excitavit.

§. 16.

Cum vero sæpius Præbendarum & ministerii Ecclesiastici redituum tenuitatis mentio injiciatur, alibi etiam dictum sit in qvo consistant tales reditus, non abs re esse putamus, ut hic qvasi in tabula universarum in diœcesi Skalholtina parœciarum reditus, prout Magistratus jussu, certo tempore, sed interjectis aliqvot annis, descripti & in tabulas relati fuerunt, lectorum oculis subjiciamus (a); circa qvæ præcipue notandum est:

1) Omnes

(a) Præbendæ in diœcesi Skalholtina, qvoad reditus:

Optimæ.	Ao. 1736.			1727.			1706.			1709.			1689.		
	Rdl.	Mk.	Sk.	Rdl.	Mk.	Sk.	Rdl.	Mk.	Sk.	Rdl.	Mk.	Sk.	Rdl.	Mk.	Sk.
Breidabólstadr (í Fliótshlid)	182	4	8	168			158	4		151	—		120	—	
Odde — —	121	—	—	132			132	1	12	105	4	9	68	—	
Stadastadur — —	105	5	10	102			96	—		74	4		102	4	
Hytardalur — —	102	3	6	115			118	2		109	2		84	—	

Mediocres.

1) Omnes diœceſis Skalholtinæ parœcias ratione redituum duplici modo diſpeſci: α) Reſpectu habito ad literarum collationis pretium, Regio ærario

Mediocres.	Ao. 1736. Rdl.	Mk.	Sk.	1727. Rdl.	Mk.	Sk.	1706. Rdl.	Mk.	Sk.	1709. Rdl.	Mk.	Sk.	1689. Rdl.	Mk.	Sk.
Helgafell	97	—	8	55	—		40	2		40	2		30.	4	—
Hollt (under Eyafiöllum)	87	2	—	87	—		79	4		72	2		49	5	6
Gaulveriabær	83	4	—	82	2		56	—		51	—		52	5	
Setberg	83	—	—	80	2		57	—		57	—		47	—	
Selárdalur	82	2	10	55	2		37	2		37	2		32	—	
Gardar (á Alfta Neſe)	75	3	8	56	—		45	2		35	2		44	—	
Hollt (í Önundarfyrde)	75	—	12	74	—								42	4	
Vatnsfiördur	69	—	—	41	—		45	—		27	2		49	2	
Reykhollt	68	4	—	64	5		58	—		55	2		42	—	
Hvammur (í Hvammsveit)	67	2	3	72	—		63	1	3	52	1	3	43	—	
Stafhollt	62	2	6	67	2		56	2	6	54	4	6	48	—	
Kyrkiubajr (í Túngu)	61	4	—	48	—		39	2		37	4	—	30	3	
Hiardarholt (í Dölum)	57	3	12	50	—		46	1	3	35	—	12	12	4	
Eydaler	53	5	4	51	2		37	2		37	2		32	—	
Breidabólſtadr (á Skógaſtr.)	52	5	—	43	—		34	—		27	—		38	—	
Minimæ.															
Borg *og* Alfta Nes	48	5	—	42	—		30	1	3	26	—	3	32	—	
Vallanes	48	3	4	46	4		40	1	3	39	5	3	36	4	
Miklahollt	48	—		48	—		33	4		28	2		36	—	
Hólar (under Ejafiöllum)	46	—	8	28	4		15	4		15	4		27	5	
Arnarbæle	46	—	10	46	—		26	4		21	—		21	1	7
Kálfatiörn	45	3	—	29	3		21	—		21	—		30	—	
Skard *og* Búdardalur	45	2	6	37	2		24	4	13	24	2		18	—	
Valþióſſtadur	43	1	4	47	5		38	3	—	38	3		23	1	4
Kyrkiubajar Clauſtur	43	1	—	13	5		6	—	15	6	—	15	10	2	
Utſkálar	43	—	—	40	3		36	—		36	—		6	—	
Gufudalur	42	3	8	25	5		16	—		16	—		20	2	
Hrune	42	2	2	46	4		42	2		39	1		23	5	4
Skoraſtadur	42	2	—	37	1		24	3	9	24	3	9	25	2	
Kolbeinſtader, Kroſsholt	42	1		36	5		21	5	12	21	5	12	27	—	
Reineveller	41	3		40	—		27	—		23	2		30	—	
Hrafnseyre	40	2	4	34	—		32	—		19	—	10	22	—	
Stadur (á Reykia Neſe)	40	1	15	26	—		21	3	1	20	3	7	12	—	
Hólmar	40	—	10	27	3		15	2		15	2		21	2	
Seltiarnar Neſſ *þíng*	40	—	—	38	4		23	—		23	—		36	—	
Stadur (vid Steingr. fiörd)	39	—	2	50	—		38	4		36	2		34	—	

Sand-

ærario femel folvendum, in tres claffes, qvarum *Prima* continet qvatuor tantum, qvarum annui proventus centum Joachimicos æqvare aut fuperare

	Ao. 1736.			1727.			1706.			1709.			1689.		
	Rdl.	Mk.	Sk.	Rdl.	Mk.	Sk.	Rdl.	Mk.	Sk.	Rdl.	Mk.	Sk.	Rdl.	Mk.	Sk.
Saudlauksdalur	38	5		26	2		14	2	10	14	2	10	12	—	
Eyre (vid Skutulsfiörd)	38	3	12	20	—								18	—	
Veftmanneyar	38	—		25 til 40 Rdl.											
Hvammur (í Nordurárdal)	37	4		42	2		34	4	—	31	—		29	2	
Melar *og* Leyrá	37	1	8	46	4		29	2	6	25	—	6	27	—	
Stafafell (í Lóne)	37	—	12	32	4		25	3	—	25	1	8	17	4	14
Hof (í Vopnafyrde)	37	—		37	—		27	1	6	22	2	6	29	4	
Stadarhóls *og* Hvols Þ*ing*	36	5		37	—		30	3	1	30	3	1	14	4	
Laugardæler	36	4		40	2		26	4	—	24	—	—	21	1	4
Ingialdshóls Þ*ing*	36	4		36	4		6	4	—	6	4	—	44	—	
Saudafell *og* Snóksdalr	36	2		35	1		22	4	7	27	4	7	23	2	
Kálfhollt	36	1		27	2		16	2	—	16	2	—	18	5	4
Sandar	36	—		24	3		8	2	—	8	2	—	12	4	
Þingveller	36	—		38	4		33	2	—	32	—	—	23	—	
Stóruveller *og* Skard	35	3	12	26	—		16	2	12	16	2	12	28	2	8
Kolfreyuftadr	35	1	4	29	3		20	3	4	20	3	4	22	—	
Saurbajr (á Hvalf. ftr.)	34	5		37	3		28	—	12	27	—	12	25	—	
Kroff Þ*ing* (í Landeyum)	32	5		28	1		8	—		8	—	—	30	—	
Kvennabrecka	32	4	7	32	—		27	4	6	20	—	12	13	5	
Kialarnefs Þ*ing*	32	2	7	25	5		9	4		9	4	—	16	—	
Alftamyre	32	2		29	—		33	2		19	—	10	27	2	
Knör, Laugarbrecka &c.	32	2		32	2		6	4		6	4	—	13	2	
Preftbacke *og* Ofpaks Eyre	32	1	14	30	—		14	4	3	14	—	3	11	3	
Hvoll *og* Skúmftader	32	1		27	3		13	2		13	2	—	20	1	11
Marteinstúnga &c.	31	—	4	39	4		30	2	6	30	2	6	27	4	
Hvanneyre *og* Bær	29	4		24	1		15	—		15	—		18	4	
Gardar *og* Innrehólmr	28	—	12	33	3		13	2		12	4		15	4	
Flateyar *og* Múla Þ*ing*	28	—	8	15	—		9	2		9	2		12	—	
Hrepphólar	27	4	3	28	3		21	2		21	2		17	2	
Gilsbacke	27	1	6	24	4		23	1	$1\frac{1}{2}$	18	3	$1\frac{1}{2}$	22	4	
Teigs *og* Eyvindar Múla Þ.	27	3	4	27	3		14	4	—	14	4	—	21	2	
Kálfafell (í Hornafyrde)	27	1	4	27	5		17	1	1	17	1	1	12	—	14
Mosfell (í Mosfells fveit)	26	4	6	22	4		11	2		11	2		8	—	
Sólheima *og* Dyrhóla Þ*ing*	26	3		29	1		20	5	1	20	5	1	16	3	4
Biarnanes *og* Hoffell	26	—		21	—		12	3	12	12	3	12	9	1	4
Hallormftadur	25	3		19	—		15	5		15	5		16	2	8

Torfa-

rare perhibentur, qvæ *Optimæ* vocari solent. *Secunda*, qvarum reditus inter centum & qvinqvaginta imperiales consistunt, qvæ numero 15 *Mediocres*

	Ao. 1736.			1727.			1706.			1709.			1689.		
	Rdl.	Mk.	Sk.	Rdl.	Mk.	Sk.	Rdl.	Mk.	Sk.	Rdl.	Mk.	Sk.	Rdl.	Mk.	Sk.
Torfastader	24	4	12	20	—		10	—		8	4		11	—	
Þíngmúle	24	3		20	—		18	—		16	4		12	3	6
Þickvabayar Claustur	24	—		16	—		12	—		12	—		13	1	
Húsafells, Aas &c. *Þíng*	23	2		21	3		20	—		18	—		17	—	
Mýra, Núps *og* Sæbóls *Þíng*	23	—		23	—								19	—	
Dvergasteirn *og* Mióefiördr	22	4		28	—		13	4		17	2	1	1	5	8
Kieldna *og* Gunnarshollts Þ.	22	3	4	16	5		8	—		8	—		21	4	
Stadur (í Grindavík	22	2		18	1		14	—		14	—		8	—	
Skard (í Medallande)	22	2		10	1		8	—	15	8	—	15	7	1	
Hage *og* Briámslækur	22	—	12	20	—		5	2		5	2		12	—	
Ögurs *og* Eyrar *Þíng*	22	—	9	32	—		19	2		19	2		22	—	
Tröllatúnga	21	3		21	—		14	4		12	4		12	—	
Reiners *og* Höfdabrecku Þ.	21	1		20	4		8	4		8	4		12	2	8
Olafsveller	21	1	12	19	4		16	4		10	4		5	—	8
Villingahollt	21	1	12	17	3		8	—		6	—		10	4	8
Stadur (í Grunnavík)	20	—		30	—		31	2		13	—		28	—	
Hvalsnes	20	—					4	2		4	2		9	2	
Steinshollt	19	1	11	10	—		4	—		4	—		11	5	8
Otrárdalur	19	—	3	10	5		6	1	9	6	1	9	9	—	
Desiarmýre	18	5	8	12	2		4	—		4	—		7	2	
Garpsdals *Þíng*	18	3	2	7	2		8	—		3	2				
Reykiadalur	18	2	3	10	2		5	4		5	4		7	5	4
Aas (í Fellum)	18	1		16	—		12	4		14	—		14	1	4
Selvogs *Þíng*	17	4	4	19	3		10	5	12	10	5	12	18	4	
Stadarhraun	17	2		18	2		13	4	12	13	2	6	14	4	
Einhollt	17	2		22	3		15	3	7	15	3	7	10	2	4
Aasar (í Skaptártúngu)	16	5		13	—		5	2		5	2		14	2	4
Reitstadur	15	5	8				1	2		2	4		5	2	
Lundur *og* Fitiar	15	4	8	18	3		11	3	12	11	3	12	14	2	
Hofteigur	15	4		8	5		5	—		5	—		7	4	
Stóredalur	15	3	12	14	3		6	4		6	4		10	—	
Middalur	15	3		16	—		14	—		6	2		8	1	4
Klifstadur	14	4	12	12	—		5	2		1	2		5	2	
Snæfuglstader	13	5	13	16	—		9	2		9	2		13	4	6
Stöd	13	3	4	7	4		4	—		4	—		6	4	

diocres vocantur. *Tertia* centum & octo parœcias numerat, qvarum reditus 50 uncias non excedunt, qvæ *Minimæ* vocantur. β) Alias autem, & ratione penſionum viduis Sacerdotum ſolvendarum, qvatuor earundem conſtituuntur claſſes, *Optima* ſcilicet; *Mediocris Melior; Mediocris Inferior;* & *Minima;* de qva diviſione mox plura dicemus. 2) Ipſi reditus in *Certos* & *Incertos* dividi ſolent; illi in prædiorum annuis canonibus & decimis ex qvovis prædio ſolvendis conſiſtunt, hi vero in decimis ex aliis curiatorum facultatibus pendendis, ut & iis, qvæ ſub *Accidentium* nomine veniunt; cum vero horum utrumqve mutationibus obnoxium ſit, & ex annonæ caritate aut vilitate aliisqve incertis rebus pendeat, neutrum penitus certum dici poteſt, ut ex ſubjectarum ſpecificationum diverſitate patet. 3) Tales deſcriptiones (communi loqvendi modo *Specificationes* dictas) nobis qvinqve conſpicere licuit, ut diverſas ob cauſas, ita etiam diverſis adornatas temporibus, in qvarum nulla, præter ultimas duas, incertos reditus in cenſum veniſſe putamus; Eaſdem per columellas, ſub annis, qvibus confectæ ſunt, lectoris oculis ſubjicimus, qvibus tandem Deſigna-

	Ao. 1736.			1727.			1706.			1709.			1689.		
	Rdl.	Mk.	Sk.	Rdl.	Mk.	Sk.	Rdl.	Mk.	Sk.	Rdl.	Mk.	Sk.	Rdl.	Mk.	Sk.
Háls —	13	1		9	1		7	2		7	2		6	—	
Eydar —	13	1		13	1		12	—		12	—		6	4	
Hof (í Alftafyrde) —	13	—		9	1		4	4		5	2		7	—	
Berufiardar *og* Beruneſs Þ.	12	5		10	4		7	—	6	7	—	6	3	1	3
Hiallttaſtadur —	11	5		11	5		2	—					3	—	10
Kaldadarnes —	11	4	12	9	—		4	—		4	—		6	—	
Kyrkiuból —	11	4	7	12	—		9	2		6	3		12	2	
Kálfafell (á Sídu) —	10	2	8	12	—		9	4		6	4		12	4	10
Arnes —	10	2		10	2		2	4		2	4		5	—	
Mosfell (í Grímsneſe) —	10	1		5	1								6	—	
Skridu Clauſtur —	9	2	12	14	3		13	2		13	2				
Stadur (á Snæfiallaſtrönd)	9	—		17	—		13	1	12	12	3	3	7	2	
Stadur (í Adalvík) —	8	—		8	—		2	—		1	2	9	2	2	
Sandfell —	5	3	4	12	5		7	2	9	7	2	9	6	—	
Stadur (í Súgandafirde)	5	—		5	—								4	—	
Skeggiaſtader —	5	—		6	—		—	3	4	—	3	4	2	2	6
Þvottá —	4	4		4	4		3	—		3	—		1	—	

Deſignationem redituum præbendarum diœceſis Holenſis de anno 1748, qvalem nos eam accepimus, ſubjungemus (a).

(a) Deſignatio redituum de Præbendis in diœceſi Holana anno 1748.

Toparc. Hunavatnenſis:	imper.	ſolid.
1) Höſkulldſtader, —	51	50
2) Hof & Spákonufell, —	27	49
3) Hialltabacke, —	11	34
4) Thingeyrar, *monaſterium,*	37	40
5) Bergſtader & Bólſtadahlíd,	26	23
6) Hólar & Holltaſtader,	19	82
7) Audkúla & Svínavatn,	16	13
8) Undenfell & Márſtader,	14	64
9) Grimstúnga, —	16	52
10) Breidebólſtadr & Videdalstúnga, —	67	35
11) Veſturhópshólar, —	12	64
12) Tiörn & Kyrkiuhvammr,	18	—
13) Stadarbacke & Núpr,	45	64
14) Melſtadr, —	62	46
15) Stadr vid Hrútafiörd, —	25	87
Toparchia Hegraneſenſis:		
1) Goddaler & Arbær, —	35	38
2) Miklebær & Silfraſtader,	31	86
3) Hvammr & Keta, —	17	67
4) Rípr & Vidvík, —	21	9
5) Bard & Hollt, —	36	52
6) Knappſtader, —	9	60
7) Reineſtader, *monaſterium,*	32	40
8) Hof, Miklebær, & Gröf,	32	34
9) Fell & Höfde, —	16	12
10) Flugumyre & Hofſtader,	23	25
11) Mælefell & Reyker —	36	80
12) Glaumbær, Hollt, & Vídemýre —	54	84
13) Fagranes & Sióvarborg	25	51
14) Hólar, —	30	—
Toparchia Vadlenſis:		
1) Hrafnagil & Kaupáng,	47	54
2) Glæſebær, Lögmannshlíd, & Svalbard, —	26	83

	imper.	ſolid.
3) Bægisá & Bakke —	30	—
4) Myrká, — —	13	52
5) Store Arſkógur, —	10	20
6) Vellir, — —	37	5
7) Tiörn & Urdir, —	29	38
8) Upſar, — —	8	—
9) Kvíabekkr, — —	30	—
10) Hvanneyre & Siglunes, —	12	—
11) Midgardr (*in* Grimseya) —	19	4
12) Grund & Mödruveller, —	28	—
13) Miklegardr, Hóll, & Stóredalr, — —	20	—
14) Saurbær — —	53	80
15) Mödruveller, *monaſterium,* —	47	64
16) Munkathverá, *monaſterium,*	21	—
Toparchia Thingeyenſis:		
1) Laufás, —	62	82
2) Höfde & Grítubakke, —	29	24
3) Thaunglabakke & Flatey, —	12	90
4) Háls, Illugaſtader & Draflaſtader, — —	56	62
5) Thoroddsſtader & Lióſavatn,	30	54
6) Eyardalsá & Lundarbrekka,	18	18
7) Helgaſtader & Einarsſtader,	33	40
8) Reykiahlíd & Skútuſtader,	22	46
9) Múle, — —	59	74
10) Greniadarſtadr & Thverá,	163	6
11) Nes, — —	16	36
12) Húſavík, — —	37	—
13) Gardr & As, —	32	52
14) Skinnaſtader, — —	31	2[illegible]
15) Preſthólar, — —	26	34
16) Svalbardr, — —	14	43
17) Saudanes, — —	21	6

§. 17.

Ex tam modicis proventibus, præter familiæ ſuſtentationem, varii ſolvendi ſunt cenſus. α) *Paſtoribus emeritis*, qvibus res tam anguſta eſt, ut ex propriis facultatibus ſuſtentari neqveant, ex melioris notæ præbendis penſio qvædam ſolvenda eſt, qvam antiqvam ſatis Satraparum & Epiſcoporum conſtitutionem Fridericus Qvartus publico edicto confirmavit (a).

§. 18.

β) Altera *penſio* qvotannis *ſolvenda* eſt *ſacerdotum viduis*, qvæ ab anno 1650 usqve ad annum 1750 tantum in anno gratiæ, ſeu primi anni poſt mariti mortem proventuum fruitione conſtitit, ſed anno 1750 Regi conſtituere placuit, ut poſthac præter annum illum gratiæ certa portio ex qvavis melioris notæ præbenda, qvotannis contribueretur, in hunc modum ad redituum caput accommodata, ut præbendarum jam qvatuor inſtituerentur claſſes, ex qvarum *Optima*, eas complectente præbendas, ex qvibus centum aut plures imperiales conductori proveniunt, octava pars viduæ cederet; Ex altera autem claſſe *Meliores mediocres*, ut ibidem vocantur, continente parœcias, qvarum reditus inter 100 & 60 Imperiales conſiſtit, decima pars viduæ concedenda eſt. Ex *Tertiæ* autem claſſis præbendis, qvarum cenſus eſt inter 60 ac 50 Imperiales, vidua duodecimam partem reportabit. Si vero contingat in his parœciis nullam eſſe viduam, *Primæ* claſſis præbendæ qvotannis, pauperi cuidam Sacerdotis viduæ unum Joachimicum erogent; *Secundæ* coronatum Danicum, *Tertiæ* ſemiunciam; Reliqvæ vero, qvarum cenſus inter 40 & 30 Imperiales conſiſtit, tertiam unciæ partem contribuant (b).

§. 19.

Magna illa, qvæ ante Reformationem *in templa*, eorumqve miniſtros, viguit *munificencia*, poſt puriorem introductam Religionem, non ceſſaſſe

(a) Vid. ſupra pag. 483 ſq.

(b) Plures exinde erogationes ſacerdotibus imperatæ ſunt, qvamvis ſalariis eorum non auctis, qvæ tamen cum poſt annum 1740 imperatæ ſint, ad noſtrum non pertinent inſtitutum.

ceſſaſſe modo, ſed evanuiſſe videtur, cujus cauſa non ipſa fuit Religio, ſed perverſus cogitandi modus aut prava de talibus perſvaſio, qvod non magnopere mirabitur, qvi humani ingenii affectus probe obſervaverit, qvi facilius inter duo extrema volvuntur, qvam ad ea, qvæ in medio ſita ſunt, ſubſiſtunt, usqvedum primus in ipſa mutatione conceptus ardor paululum refriguerit; hinc eſt, qvod primo a Reformatione ſeculo vix ullam (a) in pios uſus notabilem donationem invenies, præter qvam qvod celebris ille vir David Gudmundi filius templis, qvorum ipſe patronus fuit, teſtamento legavit (b); qvod utrum ut verus fidei fructus, an vero ut Catholiciſmi reliqviæ, & bonorum operum fiduciæ effectus, reſpiciendum ſit, dicere non habemus, licet ad mitiorem inclinemus ſententiam; Sed ſecundo hoc a Reformatione ſeculo, de qvo jam nobis ſermo eſt, priſca illa pia munificentia qvadamtenus reviviſcere & renaſci cœpit, ut ex dicendis patebit.

§. 20.

Primus itaqve a Reformationis tempore (qvantum nobis innotuit) hanc munificentiæ viam ſuo exemplo aliis monſtravit *Thorlacus Biarni filius*, Paſtor Helgafellenſis & Præpoſitus Eccleſiarum Snæfellsneſenſium, qvi prædium *Drápublíd* cum 5 vaccarum æqvamentis (5 qvyllder) legavit Sacerdotibus Helgafellenſibus & ejusdem parœciæ egenis, ita ut Sacerdos prædii, pauperes autem annuam vaccarum, mercedem adipiſcerentur. Alter, qvi ſe a reliqva multitudine tali donatione diſtinxit, fuit *Mag. Brynjolfus Svenonius*, Epiſcopus Skalholtenſis, qvi prædia *As* in Fellum & *Dvergaſtein* in Mioaſiordo, cum aliqvibus vaccarum æqvamentis earundem parœciarum Sacerdotibus in ſempiternum habitaculum reliqvit

 &

(a) Domini Gudbrandi Epiſcopi Holani in egenos miniſtros Eccleſiæ munificentiam his verbis laudat Dominus *Arngrimus Jonæ* in *Athanaſia Gudbrandiana: Qvumqve videret, præterea aliis adbuc aliud deeſſe, in illorum ſubſidium, de bis reditibus non nibil decedere & decerpi paſſus eſt.* Conf. *Crymog.* pag. 251. qvod non ita accipiendum, acſi ipſe pauperibus ſacerdotibus prædia qvædam de ſuo dederit, ſed qvod ipſe pariter ac Epiſcopus diœceſeos Skalholtinæ prædia qvædam ad templa Cathedralia pertinentia illis ad inhabitandum ceſſerit; qvod cum juſſu Regio factum ſit, ad talem munificentiam, de qva jam agimus, referendum non eſt. Conf. ſupra pag. 20. 310. 371 ſq.

(b) Vid. ſupra pag. 232. ſqq.

& donavit, qvæ donatio conjunctim æstimata, ad minimum 400 Imper. æqvat. Hujus vestigia legit *Gudmundus Thorleifi filius*, qvi anno 1720 prædia *Prestbacka* in *Hrutafiord* & *Briamslæk* in *Bardaströnd* eidem usui, scilicet ut in Sacerdotum perpetua habitacula transmutarentur, testamento cavit. Omnes autem tali munificentia vicit *Mag. Jonas Arnæsonius*, Episcopus Skalholtensis, legando prædia: α) *Garpsdal* ejusdem parœciæ Sacerdoti. β) *Strönd* in Selvogo cum adjunctis villulis itidem loci Parocho. γ) *Berufiörd* in Toparchia Mulensi cum annexis prædiolis Sacerdoti in Berufiardarströnd. δ) *Arnarbæle* in Grimsneso Sacerdoti Mosfellensi. ε) *Geitagil* Pastori Saudlauksdalensi. ζ) *Veigastade* Svalbardensi, & *Haafoss* Otrardalensi in Toparchia Bardastrandensi; qvorum pretium facit 2000 Imper. Qvartus in horum ordine occurrit *Ormus Dadonis*, Prætor Toparchiæ Dalensis, qvi templo Saudlauksdalensi *Minne* ac *Ytregard* & dimidium prædiorum *Stærre* & *Innregard* cum qvatuor vaccarum æqvamentis; Sacerdoti Garpsdalensi legavit villulam qvandam, ut & templo & Sacerdoti Skardstrandensi aliud prædiolum. Qvintus est *Olaus Olai*, qvi templo Helgafellensi & ejus Sacedoti legavit villas *Hlídarhus* & *Ananaust*. Qvibus tandem accedunt *Bogus* & *Helena* Benedicti Hrafnseyensis liberi, qvi templum Dagverdarnesense fundarunt, & in Sacerdotis sustentationem 5 hundredas ejusdem prædii & villam *Nyp*, cum tribus vaccarum æqvamentis legarunt.

§. 21.

Nec penitus defuere qvi etiam in alios pios usus aliqvid erogarunt, inter qvos iterum occurrunt *Mag. Brynjulfus Svenonius*, Episcopus Skalholtensis, qvi prædium *Reiner* in *Akranes* legavit viduæ cuidam pauperi, qvæ tres aut plures haberet orphanos, usqvedum natu minimus annos haberet qvindecim; Cujus annui reditus, cum salario Præpositi Borgarfiordensis, qvi perpetuum agit donationis ephorum, tum temporis fuerunt 15 Imper. ut donatio 300 Imper. æstimanda fuerit. *Thorlacus Skulonius*, Episcopus Holensis, studioso cuidam Hafniæ Theologiæ operam danti, reditus prædii *As* in Hörgardal legavit. Ejus vero filius *Mag. Theodorus Thorlacius* Episcopus Skalholtensis viduis & pauperibus in Toparchia Skagafiordensi attribuit reditus prædii *Vallhollt*. *Sigrida*, Mag. *Jonæ Widalini* vidua, orphanum qvendam in tribu Eystrahrepp, reditibus

prædii

prædii *Hrafnstópter* in perpetuum educari destinavit. *Gudmundus Hakonis*, Toparcha Hunavatnensis, pauperibus legavit prædium *Hamar*, cum 6 vaccarum æqvamentis. Plura forte hujus farinæ recitari possunt, qvæ nostram fugerunt notitiam, hæc autem sufficere videntur, ad demonstrandum, non omne de pauperibus bene merendi propositum, aut tale pietatis exercitium, emortuum fuisse, licet cum largissimis Pontificiorum erogationibus non sint comparanda, qvæ si non coactæ, certe ex necessitate, aut ut aliqvid mererentur, provenere.

§. 22.

De *decimis*, utpote tributo ab omnibus solvendo, ut & templorum, sacerdotum, scholarum, & pauperum, præcipuo fulcro, hac tempestate, perinde ac alias subinde, certatum fuit; Præcipua autem litis materia fuit, *utrum decimæ ex templorum fundis solvendæ essent?* Incaluit maxime hæc controversia in diœcesi Skalholtina (a) circa annum 1641, ejusqve primaria causa exstitit Vigfusus Gislai filius, Toparcha Arnesensis, qvi per suum Vicarium Ormum Jonæ publico judicio sanciverat, ut ex omnibus templorum fundis, in eadem Toparchia sitis, decimæ solverentur, inqve eo fuit, ut sanctio provincialis a Nomophylacibus confirmata in leges referretur; Cum vero plurimi fundi cathedrales in provincia Arnesensi siti sint, & Edicto Regio dato anno 1619 cautum esset, ut decimæ fundorum ex eorum annuis mercedibus solverentur, Præsul Skalholtensis suam, ut & Sacerdotum ditiores habentium præbendas (b), agi causam cernens, in Senatum venit, & publice protestatus est, talia nova esse tributa,

(a) Holanæ diœceseos incolæ priore Seculo de hac re contenderant, acceperantqve Regia Rescripta 1575 & 1591, qvibus mandatur, ut ex omnibus prædiis, cujuscunqve tandem sint, decimæ solvantur, ut supra monitum est, qvod nihil ad se pertinere Skalholtenses contendebant.

(b) Hic probe notandum est solius Episcopi & ditissimas habentium parœcias sacerdotum ferrum in igne fuisse, nam si decimæ prædiis impositæ fuissent, certe ex eo magnum cepissent detrimentum, qvippe ex fundo qvi 20 hundredis æstimabatur, canonis nomine ex vulgari usu solvenda fuit una Hundreda seu 4 imperiales, ex eodem fundo decimarum nomine 24 ulnæ seu 96 oboli, qvi annuam mercedem tantundem imminuebant; qvod probe videns Episcopus, velis remisqve contranitebatur, ne talis consvetudo invalesceret.

tributa, qvæ nemini, præter Regem, imponere liceret; Ipse etiam Cathedram Skalholtensem sibi collatam fuisse iisdem juribus, conditionibus ac privilegiis, qvibus sui gavisi fuissent prædecessores, atqvi eorum tempore fundi cathedrales a decimarum erogatione liberi fuissent, ergo & sibi idem competere privilegium; Allegavit præterea ut suæ sententiæ firmamentum Christiani III Rescriptum editum 1556, qvo vetatur fundos ecclesiasticos jurisdictioni politicæ (a) subjici sine Regis venia; tantaqve severitate causam egit, ut ab omnibus in eam iretur sententiam, decimas qvidem solvendas esse, sed utrum a colono, an vero ab usufructuario, ad Regem referendum esse, qvo pacto causa primo perendinata, tandem oblivioni data fuit.

§. 23.

Licet hac vice ita sopiretur controversia, identidem tamen lacertos movere visa est, plane autem resurrexit anno 1739, cum Helgo Jonæus Sacerdos parœciæ Stadensis in Grindavik dato ad Regem supplice libello qvereretur, in tota parœcia non exstare nisi fundos cathedræ Skalholtensis, ex qvibus nec templo, nec Sacerdoti, ullæ solverentur decimæ, unde utriqve interitus immineret, qvocirca subjectissime petiit, ut a colonis Grindavicensibus tam templo, qvam pastori, decimas solvi injungeretur; Qvod petitum Episcopus Arnæsonius, colonis id sine ullo suo & cathedræ damno competere & injunctum iri putans, qvantum in eo fuit, adjuvit & commendavit, nescius forte aut oblitus Rescripti Regii editi anno 1619 (b). Sed Islandiæ Satrapa Henricus Ochsen contrarium sentiit, qvodqve

---

(a) Vid. supra Tom. 2. pag. 335. Sed qvid Judæo cum verre, & qvid decimarum solutione cum fundorum cathedralium mutatione & abalienatione? Sed qvicqvid sit; hoc tamen sophismate Præsul causam hac vice obtinuit.

(b) De hoc Edicto varia exstant juris consultorum sententiæ, qvidam enim hic α) Utuntur interpretatione extensiva, & pro *Bönderues gaarde* intelligunt, omnes villas qvæ a colonis incoluntur, qvi & in verbis, *den som gaarden ejer*, inveniunt, non tantum possessores, sed & usufructuarios. β) Alii autem verbi, ut sonant, intelligunt, & pro *Bönderncs gaarde* tantum accipiunt villas a laicis possessas (vulgo *Proprietarii gots*) qvod seqventibus verbis firmant; *Den som gaarden ejer.* Cum manifestum sit, hæc duo prædicata unam eandemqve personam denotare, sed possessores tantum usufructuarios, non esse pleno jure possessores. Priorem sententiam tenuisse videtur Svenonius,

qvodqve præsens consvetudo ut antiqvissima, ita & incolis aptissima videretur, mutatio enim novum imponeret tributum; Unde Regio tandem mandato sancitum fuit, ut non tantum per tractum Grindavicensem, sed universam Islandiam, decimandi consvetudo, qvæ huc usqve invaluerat, posthac etiam obtineret (a), qvod Edictum longæ huic qverelæ & controversiæ finem imposuit.

§. 24.

Templa hoc temporis tractu nec nova exstructa, nec antiqva destructa, fuisse scimus (b), nec qvidqvam circa eadem innovatum, nisi qvod reliqvis jam ut templa in Regiis fundis sita ædificarent, injunctum fuit (c). Idem

---

nonius, ideoqve obstitisse, ne decimandi consvetudo in villas cathedrales introduceretur. Posteriorem autem fovisse Arnæsonium valde est verisimile; colonorumqve, certe in hac re, non magnam curam gessisse videtur. Dictum hocce Edictum sæpius a nobis allegatum, vid. supra pag. 61.

(a) — — " Da Biskopen ellers holder Præstens allerunderdanigste Ansögning, for saa vidt " den af ham hegiærdte Tiende angaar, efter Love og Forordninger for ret og billig, " men du udi din herom til Vores Rentekammer indsendte Forklaring beretter, at Tienden paa den Maade, som nu skeer, fra ældgammel Tiid, at være ydet, saa at det " maatte agtes for et nyt Paabud, ifald den anderleedes skulle erlegges. Thi give Vi " dig hermed allernaadigst tilkiende, at der ved oven anförte Præstens Helge Jonsons " allerunderdanigste Ansögning, intet er at giöre; Og ville Vii allernaadigst, at det " med Tiendens Ydelse paa Island herefter, som sædvanligt, skal forholdes. Derefter " du dig allerunderdanigst haver at rette, og vedkommende fligt til allerunderdanigst " Efterretning at tilkiende give. Befalendes dig Gud. Skrevet paa Vort Slot Fride- " richsberg den 8 Maji 1739. "

(b) Insignis illa circa templa & sacella mutatio, qvæ in annum 1765 incidit, originem debet Episcopo Domino Olao Gislonio, ut ex Generalis Eccles. Dan. & Norveg. Inspectionis Collegii literis ad eum datis anno 1750 conspici potest. Sed rem ad umbilicum duxit Islandiæ Præfectus Magnus Gislonius, cum Hafniæ esset anno 1764, illiqve debent, tam Proprietarii si qvid lucri inde ad eos redundaverit, qvam pauperes Pastores si qvid damni inde passi sint.

(c) Anno 1619 templum Bessastadense prima vice a reliqvis templis exstructum fuit. Altera autem vice id factum est circa annum 1726, nam intermedio tempore, seu circa annum 1680, Johannes Klein chorum seu adytum, ipsum vero templum ejus successor Christophorus Heidemann suis aut Regiis impensis sine qvodam publico adjumento ædificari

Idem etiam de ſacri ordinis perſonis, *Diaconis* ſc. & *Studioſis* dicendum eſt, qvod eorum res & conditio in eodem plane ſtatu manſerit ac ſub priore periodo; De Studioſis tamen ſingulariter memorari poteſt, qvod ſi eos contra ſextum præceptum peccare contingeret, poſt duorum annorum pænitentiam a Synodo & Epiſcopo ſacerdotalia privilegia eis reſtitui ſolebant; qvæ conſvetudo invaluit qvamdiu celeberrimus heros Henricus Bielke Islandiæ Ephoriam geſſit, ſed cum illius morte penitus evanuit. Reliqvæ autem mutationes, qvæ circa has res & perſonas actæ ſunt (a), non ad præſentem, ſed ſeqventem pertinent Periodum, qvæ ideo poſteris noſtris enarranda reſervamus.

§. 25.

Qvæ vero ad *externum Eccleſiæ ſtatum* pertinentia aliqvam hoc temporis intervallo, ab anno ſcilicet 1630 in annum 1740, ſingularem mutationem & reformationem ſubierunt, ſeqventia præcipue ſunt: γ) *Leproſorum ſtatus*; in qvorum gratiam anno 1650 qvatuor Noſocomia, unum in qvovis inſulæ qvadrante, inſtituta fuerunt, iisqve reditus aſſignati. 2) Epiſcoporum ut & Sacerdotum viduæ *Anno gratiæ* beatæ. 3) *Inutilia*, obſoleta & ſuperflua *templorum inventaria* & poſſeſſiones, qvæ poſſeſſoribus majori fuerunt oneri qvam uſui, in egenorum Sacerdotum ſuſtentationem converſa; qvicqvid enim hoc modo mutatum, id non abalienatum, ſed in meliorem uſum converſum fuiſſe cenſendum eſt. 4) *Templis* poſtliminio *reſtituta jura oræ maritimæ*, qvæ illis ſub prætextu Regii edicti dati 1595 injuſte ablata fuerunt. Omnia hæc Henricus Bielke, referente & inſtigante potiſſimum Epiſcopo Brynjolfo Svenonio, effecit, ut in hujus viri hiſtoria perſonali Sect. 3 Cap. 2 legere licet, qvo lectorem remittimus, ne actum agamus.

§. 26.

ædificari curarunt. Tertia vice circa annum 1750 templa etiam ad ejus exſtructionem ſymbolam facere juſſa ſunt; Sed qvem illius tulerit fructum, nobis non liqvet. Ingialdsholenſe templum circa annum 1695. & Veſtmannejenſe aliqvando, publico ſumtu exſtructa fuerunt.

(a) De Diaconis & Studioſis eorumqve annuo examine Regium exiit mandatum 1746 ut & alia magno numero, qvæ hic enumerare noſtri non eſt propoſiti.

§. 26.

Hæreses & *Schismata*, ut nunqvam in Islandia audita fuerunt, (nisi universa Religio Catholica, qvamdiu illa viguit, in hunc censum venire debeat) ita nec hoc tempore, præter scrupulos & opiniones Rustici cujusdam, non qvidem stulti, sed valde scrupulosi & opiniosi, *Helgii Ejolfidæ*, qvi lingvæ Germanicæ non plane rudis, inciderat in libellos Socinianorum (a) eadem lingva scriptos, & ex iis catechismum aut systema qvoddam concinnaverat, qvod liberis suis aliisqve inculcare constituerat, sed sagacitate Parochi Biörni Theodoridæ proditus, ad Synodum Ecclesiasticam citatur, ubi dexteritate Præpositi & auctoritate Nomophylacis Sigurdi Biörnidæ convictus, palinodiam cecinit, omniaqve, qvæ concinnaverat scripta, delere promisit, constat enim ex Actis Synodi Grundensis, habitæ anno 1686, Helgonem, negasse aut dubitasse *de Deitate Filii & Spir. sancti* ut & *de Sacramentorum usu, & divina in iisdem præsentia, deqve his duos promsisse & Præposito tradidisse a se conscriptos libellos, reliqva autem qvæ ejusdem farinæ habeat, se curioni traditurum, nec talia scribendo aut disputando posthac ulli fore scandalo, promisisse*, qvod etiam sancte præstitit, suspicio autem heterodoxiæ, & ipsi qvamdiu vixit, & qvibusdam ejus posteris diu adhæsit; Qvod autem qvidam fabulantur de *Beinteino* qvodam, qvi ad Papismum deflectens, Episcopo Theodoro Thorlacio magnum facessiverit negotium, nihili est; Nam Beinteini error, siqvis fuit, non fuit Papismus, sed Socinianismi qvidam gustus, qvi nec in scriptis, nec in publica confessione constitit, sed intra absurdas qvæstiones & parum fundatas disputationes stetit.

§. 27.

Qvantum hoc tempore res literaria, præsertim vero *Studium Theologicum*, profecerit, dici vix potest, qvod Episcoporum vigilantiæ acceptum referendum esse in confesso est, uterqve enim Skulonius & Svenonius

(a) Conf. *PONTOPPIDANI Annal. Eccles.* Tom. 4. pag. 485. ubi libros Socinianorum Havniæ paulo post annum 1660 qvibusdam in pretio fuisse innuit; Tales libros a mercatoribus in Islandiam transvectos, ibidemqve a nonnullis etiam emtos fuisse, nullum est dubium, nam natura hominis est novitatis avida, & — Nitimur in vetitum semper, cupimusqve negata.

fuerunt viri eruditione & pietate conſpicui, zelo officii & amore religionis ardentes, tantæqve auctoritatis, ut ad eorum nutum omnes eorum ſubditi ſeſe componere certarent; Eorum itaqve tempore doctrina Catechetica plusqvam antea urgeri cœpit; Illi orationibus publicis & pro concione habitis ex compendiaria *Corvini*, aut paullo uberiore *Viti Theodori* Poſtilla recitatis, qvæ huc usqve pleraqve pulpita occupaverant, non contenti, concionatores, ut orationes ad populum habendas ipſi conſcriberent, & memoriter non vero ex libello recitarent, juſſerunt; ab auditoribus enim exigi ut memoriæ mandarent, qvæ ipſi ſemel prælegerent, id autem facere nolle, ac idem eſſe ipſe neſcire qvæ alios doceret, aut cæcum agere ductorem, & aliis gravia imponere onera, eadem autem non minimo digito attingere.

§. 28.

Feſta & *dies ſacri* iidem plane fuerunt, præter ſolennes qvasdam ſupplicationes, qvales fuerunt: Anno 1664 d. 5. 6. 7. Julii, ſed cum mandatum in Islandiam iisdem præterlapſis demum inferretur, eorum loco ab Epiſcopo aſſumti ſunt 5. 12. & 19. Octobris. Anno 1666 d. 19. Julii. Anno 1673 d. 26 Septembris, ut & 3. & 10. Octobris. Anno 1676 d. 2. 3. & 4. Auguſti. Sed cum mandatum exactis his diebus in Islandiam demum veniret, eorum loco ſacro huic exercitio deſtinati fuerunt dies 4. 5. 6. Octobris. Anno 1677 loco denominatorum dierum, ſumti ſunt 3. 4. & 5 Octobris. Anno 1682 deſtinati ſunt huic exercitio 2 3. & 4. Auguſti. Anno 1683 27 Julii 3. & 10. Auguſti. Anno 1679 d. 30. & 31. Julii, ut & 1 Auguſti. Anno 1680 Jubilæum pro reſtituta pace d. 15. Auguſti. Anno 1684 d. 15. 22. 29. Auguſti. Qvorum agmen tandem clauſit & loco omnium tandem inſtitutus fuit anno 1686 d. veneris qvartus a feſto Paſchatos, qvi hodiedum durat.

§. 29.

Cæremoniæ & *Ritus Eccleſiaſtici* iidem prorſus ac antea fuerunt, usqve ad annum 1687, qvo nova *Rituum ordinatio* a Chriſtiano Qvinto edita in Islandiam translata fuit, exinde autem non qvidem ſimul ac ſemel, ſed paulatim mutari cœperunt; Pſalmodia tamen eadem manſit, niſi qvod cantus latinus obſoluit, qvod multos antiqvos & mediocriter doctos Parochos, præcipue autem prorſus indoctos Ruſticos, male habuit.

§. 30.

Anno 1717 magna festivitate in memoriam Reformationis, factæ anno 1517, celebratum fuit *Jubilæum*, ob statum incolarum & situm regionis ita institutum: Die 31 Octobris, qvi fuit 23 Dominica post Trinitatis, concionatores ex his Evangelii verbis, *date Cæsari qvod Cæsaris est*, *&* *Deo qvod Dei est*; occasionem sumserunt loqvendi de patrum nostrorum sub Papismo errore, qvi non Deo, sed Sanctis demortuis, qvæ Dei erant, dederant; Qvæ autem Cæsaris erant, Pontifici Romano dederunt, ut & de nostro officio, qvi lucem habentes in luce ambulare debemus, ut suum cuiqve, præsertim vero Deo, qvæ ejus sunt, demus. Die 1 Novembris, qvi fuit omnium Sanctorum Festum, ductu solitorum textuum solennes Deo ab accensam iterum clariorem Evangelii lucem grates solvebantur. Die 5 Novembris, feria hebdomadis sexta, sollennis festivitas instituta fuit, & ante meridiem in concione explicata verba *Amosi* cap. 9. v. 11; Sed post meridiem verba *Pauli* 1 *Thess*. 2. v. 18. Tandem vero die 7. Novembris, qvi fuit Dominica 24 Post Trinitatis, Oratores sacri pro concione in hæc Evangelii verba: *fides tua te salvavit*, commentari debebant de vera & viva in Christum fide, qvæ nos salvos facit, non vero opera electitia; Qvod Jubilæum & primum & huc usqve unicum est qvod in memoriam Reformationis in Islandia unqvam celebratum fuit.

§. 31.

Papismus jam penitus eradicatus dici potuit, præter paucas qvasdam reliqvias, seu antiqvas consvetudines, qvarum plurimæ prorsus innocentes & adiaphoræ fuerunt, licet a nonnullis, qvibus qvævis nova placent, sed antiqva omnia sordent, ut periculosæ & mali exempli damnarentur; Sed evulsis, qvæ in veneratione simulacrorum consistebant, *superstitionibus* & aliis ejus modi nimiam sapientibus pietatem, alia haud melior successit, in varia variorum characterum usurpatione consistens, adhibitis partim dictis qvibusdam Biblicis, partim sacris precationibus, vel etiam adjurationibus, qvibus vani & futiles qvidam, tam ad sui defensionem, qvam, qvando ita placuit, ad aliorum, infestationem, uti se posse credebant, qvod deliramentum vulgus *incantamenta* aut *necromantiam* vocabat. Qvi inter Sacerdotes hujus criminis primus post Reformationem publice insimulabatur, fuit *Illugus Jonæ*, Pastor, ut puto, Kalfafellensis,

 sed

ſed cum nullis idoneis teſtibus convinci poſſet, licet valde ſuſpectus haberetur, judicum ſententia anno 1633 abſolutus eſt. Sed *Gudmundus Jonæ* Paſtor Hvalsneſenſis anno 1630 *Olaum Petri* inſimulavit, qvod uxori ſuæ characteribus magicis nocuiſſet, qvæ cauſa, poſt multas ambages, in fumos demum abiit. Omnes autem laicos hujus criminis reos peractos enumerare tam longum eſt, qvam tædioſum. Alibi etiam hanc futilitatem inoleviſſe patet ex Edicto Chriſtiani Qvarti anno 1617 univerſis ſubditis propoſito, qvo talia prohibentur, & ut ſevere puniantur, mandatur.

§. 32.

Sed inter laicos hujus criminis publice primus convictus fuit ardelio qvidam, nomine *Jonas Gudmundi*, ſublimiorum artium, præſertim phyſicæ & metaphyſicæ gnarum ſemet profeſſus, cujus phyſica in lapidum, herbarum, avium, piſcium, aliarumqve rerum naturæ hyperphyſicæ cognitione, ut ipſe gloriatus eſt, conſtitit; Metaphyſica (ſi diis placet) in converſatione cum *Alfis* (a) ſeu ſemidiis & ſaxicolis, eorumqve intima cognitione, converſatione & amicitia, item vario runarum & characterum uſu, qvam frivolam plane ſcientiam aut futilitatem circumforaneus homo paſſim diſſeminavit, usqve qvo tandem anno 1631 in jus vocatus, exilio mulctandus cenſebatur, qvam injuriam innocenti ſibi, ut ipſe putavit, factam, Regi qveſtus eſt, qvi anno 1637 Satrapæ & utriqve Epiſcopo reſcripſit, ut cauſam novo examini ſubjicerent, ſibiqve, qvid commiſiſſet, referrent. Eodem itaqve anno in generali Dicaſterio hanc cauſam 24 utriusqve ordinis conſultiſſimis viris examinandam & diſcutiendam commiſerunt, ubi, ut antea, libellum Runico-Theologico-Medicum a ſe ſcriptum profeſſus eſt; Libellus autem ſeqventia capita continuit, qvorum cuiqve proprius adſcriptus fuit inuſitatus character unacum dicto aliqvo Biblico & precatiuncula: *1) Antidotum contra incendium. 2) Hæmorrhagiam. 3) Arma. 4) Libidinem. 5) Inſaniam. 6) Malos genios. 7) Perverſa judicia. 8) Tentationes Sathanæ. 9) Præſidium contra hoſtes & aliorum odia.* 10) *Contra iram. 11) Metum hoſtibus injicere. 12) Liberatio gravidarum. 13) Verſus contra lapſum. 14) Contra naufragium. 15) Contra incendium. 16) Contra furtum. 17) Diluvium & inundationes. 18) Teneſmum*

(a) De Alfis vid. ſupra pag. 368 ſqq.

Tenesmum hominum & animalium. 19) *Visiones phreneticas.* 20) *Tonitrua.* 21) *Pro victoria & bellis.* 22) *Ad acumen armorum auferendum.* 23) *Nomina digitorum Christi.* 24) *Dica vulpium.* 25) *Amuletum contra damnum ex igne, aqva, & armis; si fides adsit.* 26) *Benedictio victoriosa matutina.* 27) *Contra tempestates maritimas.* 8) *Contra invasiones manium maritimorum.* 29) *Characteres contra uterum, diahrræam, anorexiam, tussim, scabiem & cephalalgiam.* 30) *Ischemata varia &c.* Hæc cum se ipsum usurpasse & alios docuisse confessus esset, judicum sententia proscriptus fuit. Qvæ hic annotavi, partim, ut artis futilitatem ostenderem, partim, qvia hicce Jonas eandem per totam fere Islandiam disseminavit, & hæc causa qvasi classicum fuit seqventium turbarum ac vivicomburiorum, qvæ subseqventi 60 annorum spatio ecclesiam Islandicam infestarunt.

§. 33.

Nam sufflaminato & ære penitus diruto frivolo hocce Jona, ars tamen (si modo futilissimæ vanitati artis nomen dari debet) non tantum permansit, sed etiam longe lateqve per omnes Islandiæ qvadrantes propagata est, tantasqve fixit radices, tamqve funestum fructum tulit, ut spatio 60 annorum 20 circiter homines ob necromantiam aut ejus suspicionem vivicomburio perierint; Consulto scripsi suspicionem, nam tam panicus mortales invaserat terror, ut qvævis repente incidens procella, qvodvis vaccæ, agnæ, eqvi, imo canum, & felum malum & morbi, ut hominum inopinata accidentia taceam, nil aliud qvam magiæ effectus & diabolici insultus haberentur, statimqve aliqvis tanti mali auctor inveniebatur, cui semel abominandi criminis accusato, aut id 12 virali juramento negandum & amoliendum erat, aut in rogo pereundum, nam medium non dabatur, & qvod in tali causa pessimum, licet nullus esset accusator, si modo characteres qvidam insoliti in cujusdam marsupio invenirentur, eadem via illi incedendum erat, id est aut pereundum, aut 12 virali juramento negandum, qvod fascinatis illis temporibus non facile fuit; Tantus enim nominis & honoris divini zelus, tantusqve incantamentorum timor & odium magistratus nostros ceperat, ut omnes insolitos characteres, qvandoqve etiam vulgares Runas pro incantamentis acceperunt, & qvodvis inopinatum accidens magiæ effectum esse censerent, pleriqve aut nescientes, aut non observantes, ingens illud inter magiam naturalem & diabolicam

diabolicam discrimen, omnesqve characterum autores flammis adjudicarint (a), cum sannis aut naticidio digniores fuerint; Qvod tamen non ideo scribimus, ut pio Magistratus zelo insultemus, nec ut hanc stultitiam excusatum ire velimus, nec tandem ut negemus qvosdam horum, ad minimum unum aut alterum, vivicomburio indignum fuisse. Ultimus qvi anno 1690 tali pœnæ tradendus censebatur, fuit *Clemens* qvidam, cujus pœna intercessione Præfecti Mulleri primo dilata, anno autem 1691 Regio jussu in perpetuum exilium mutata fuit, qvi eodem anno Hafniam delatus ibidem mox pie obdormivit, teste Enaro Thorsteini filis, Episcopo Holano, qvi ei sacrum viaticum porrexit, & morientis confessionem excepit.

§. 34.

Disciplina Ecclesiastica severe satis exercebatur, nam Skalholtenses Episcopi, Svenonius, Vidalinus, & Arnæsonius, ejusdem gravissimi fuerunt exsecutores, nec Thorlacius, licet mitioris & lenti esset ingenii, facile in gravioribus delictis connivebat; reliqvi, ne minima qvidem sine nota censoria transmiserunt. Svenonius egenorum Sacerdotum delicta aliqvot hebdomadum ab officio suspensione castigare solebat, ditiores autem pecunia multavit, sed raro, & non nisi ob enormia delicta, ab officio qvemqvam removit; cujus vestigia reliqvi legerunt, nisi qvod temporaria suspensione non utebantur. Plebejis vero ob minima qvævis ecclesiastica scandala publicam injunxerunt absolutionem, semper fere allegantes tritum illud *Ordinationis Ecclesiasticæ* effatum: *publice peccans, publice est absolvendus;* Sed majorem excommunicationem solus, qvantum scio, Arnæsonius peccantibus intentavit. Nec Magistratui politico, præsertim usqve ad annum 1700 aut paullo ultra, tam supina officii negligentia jure objici potest, qvalem Gislaus Oddi superiore seculo suis coætaneis publico scripto affricuit;

(a) Talis zelus, ne dicam furor, ut qvodvis insolitum pro magia diabolica haberent, & magiæ insimulatos flammis traderent, non Islandos tantum priore seculo invaserat, sed plures etiam nationes, ut ex historiis abunde patet, ex qvibus exempli loco conferri merentur qvæ celeb. *PONTOPPID. Annal. Eccles. Danic.* adfert Tom. 3. pag. 302. 410. 436. 491. 609. 807 &c. qvorum qvædam nostris exemplis tam similia sunt, qvam ovum ovo, ita ut ea referens hæc nostra referre videar, id unum discriminis intercedit, qvod mulieres, in primis anus & vetulæ, in Dania tantum; in *Islandia* autem viri & qvidem sæpe florentis ætatis, combusti sunt.

affricuit; Hinc etiam hujus tempestatis Acta publica zeli & justitiæ exemplorum sat fœcunda reperiuntur.

§. 35.

Vita itaqve & *mores*, tam Sacerdotum, Prætorum, aliorumqve magnatum, qvam plebis, qvales fuerint, ex dictis facile erit conjicere, nempe, ut, qvo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu, ita primo hujus temporis qvadrante, aut minimum primo vicennio, mores plurimorum priori ætati persimiles fuisse autumamus, licet paulatim poliri & vitia eradicari inciperent, rariores enim toto 35 annorum tempore, qvo Svenonius Episcopatum gessit, Sacerdotum ob scortationes, adulteria, & enormia delicta ab officio depositiones, qvam uno sexennio, qvod ejus prædecessor Gislaus eidem præfuit. Nec tot tantæqve Regum qverelæ aut Rescripta de inordinata sacerdotum vita, ut antea, occurrunt, & subseqvente tempore adhuc pauciora. Idem etiam fatendum est de viris politici ordinis, qvi hoc temporis tractu floruerunt, perrari inter eos tales excessus & libidines, ut de prioribus referuntur, nec officium tam oscitanter gesserunt, raroqve eorum judicia & decisiones a superiore magistratu penitus defixa & disscissa legimus; Nam si qvis ambitus aut negligentiæ convinceretur, sine omni conniventia officium ei abrogatum ibatur, qvod industriæ & cautelæ singulare illis fuit incitamentum; & qvod jam de superiorum moribus dictum est, de plebis etiam vita & conversatione dicendum erit, licet non negemus graves subinde casus & enormia peccata in qvovis fere statu, præsertim inter plebejos, accidisse, qvæ haudqvaqvam universo populo ut vitium regnans imputari debent.

§. 36.

Qva *statum* attinet *œconomicum*, res sæpius, sed per intervalla & vicissitudines, arctæ & angustæ fuerunt, nam anno 1634 ex durissimæ hyemis, communiter a nivis magnitudine *hvíte vetur*, seu alba hyems, nuncupatæ, aëris inclementia, qvæ pecudes & armenta, præcipuum vitæ & sustentationis in Islandia medium ac fulcrum, magna ex parte sustulit, tanta orta est annonæ caritas, ut multa mortalium millia fame & frigore enecarentur. Simile qvid, licet non omnino par, circa annum 1674 accidisse videtur, tandemqve anno 1697 memorabilis & inclementia aëris nulli secunda incidit

dit hyems, κατ᾽ἐξοχὴν *harde vetur* (hyems dura) insignita, qvam tres, si non pares, certe non dissimiles, comitabantur (a); qvo tempore piscaturæ defectus etiam accedebat, ita ut denuo multa mortalium millia perirent, multiqve fame ac miseria adacti fures ac latrones facti suspendio vitam finirent, ut ex Annalibus satis patet.

§. 37.

Internum autem seu privatum œconomiæ *statum*, conjugia scilicet, disciplinam domesticam, juventutis educationem, & talia, qvod attinet, licet magnum cum rebus Ecclesiasticis habeant nexum & cognationem, Historiæ civilis concinnatoribus reservamus; nobis tantum sufficiat indicasse: α) *Conjugia* & eorundem contrahendi methodum, ut & cæremonias Ecclesiasticas eo pertinentes, easdem ac antea mansisse, præter pauculas mutationes, qvas primo *Ordinatio* Christiani Qvarti, & deinde Christiani Qvinti *Rituale* introduxit; mox etiam post annum 1600 rigor legis de conjugio in gradibus prohibitis contrahendo sedari cœpit, ita ut primo ditiores in tertio cognationis gradu conjuncti veniam matrimonii 300 imperialibus emerent, deinde etiam propiores 80 Joachimicis, usqve dum tandem sub annum 1700 & postea consobrini eandem licentiam 12 Joachimicis obtinerent; Severa illa & ad antiqvitatis rigorem accommodata *disciplina domestica* paulatim laxari cœperat, ut ex publicis ea de re institutis qverelis patet (b); Sed cum ingenti illa epidemica lue, qvæ anno 1707 patriam afflixit, penitus fere corruit (c); nam in magna, qvæ eandem

---

(a) De gravitate annonæ aliisqve incommodis, qvæ *hvite vetur* secum tulit, legendi sunt *Annales BIORNONIS de Skardsaa* ad annos 1633—1635. Sed de pecudum strage & seqvente fame qvam anni 1674—5—6 induxerant, ut & annus 1696 & seqventes, legendi *Annales BENEDICTI PETRÆI & ODDI ERICII*, qvorum uterqve fuit earum rerum oculatus testis, eodem enim tempore vixerunt; Inter alia enim referunt anno 1675 1100 mortales in sola Toparchia Thingejensi fame periisse, unde de reliqvis, licet tantam stragem haudqvaqvam æqvarent, judicium ferri potest. Pecudum autem & armentorum immensa strages simul facta est.

(b) Conf. *VIDALINI Deo Regi & Patriæ* pag. 53-64.

(c) Avos patresqve nostros de disciplina domestica gravem movisse qverelam, patet ex monumentis publicis, præsertim illis, qvæ jussu Satrapæ Petri Raben anno 1720 acta sunt; qvæ cum prolixiora sint, qvam huc transferri possint, summam tantum qverelarum, qvæ

eandem feqvebatur, hominum penuria, ne verbum qvidem famulitio obloqvi, aut frontem contrahere fas fuit, fides autem & obedientia, fola & nimia fæpius licentia emenda fuit. Idem etiam de *liberorum educatione* dicendum eft, qvæ primo eadem de caufa a prifca feveritate & continentia degeneravit, moxqve fub nova generatione, folute & delicate educata, in tantam abiit licentiam & mollitiem, ut tandem Regia Conftitutione de difciplina domeftica, data 1746, moderanda aut refrenanda fuerit, qvæ qvalem qvantumqve tulerit fructum, enarrare, noftri non eft inftituti.

§. 38.

A morte Jonæ Nomophylacis, & Herlowii Daa ex Islandia difceffu, qvorum ille Gudbrandum Epifcopum Holenfem, hic vero Od-

 dum

qvæ ex Rabenii fcripto in comitiis publice propofito haberi pôteft, qvantum huc pertinet, adfcribere lubet: " Hans Kongel. Majfts til Danmark og Norge Beftalter Ad- " miral, faa og Stiftbefalingsmand over Ifland og Færöe, jeg Peder Raben, Ridder, " giör hermed vitterligt, at faafom jeg ugierne maa fornemme ved min her til Landet " Ankomft, efter Hans Kongel. Majfts allernaadigfte Befaling, een deel Sager, fom " gaar i fvang, fom ej er gemæs med Hans Kongel. Majfts allernaadigfte Villie og " Befaling, famt den Skick der bör at være udi eet Land, hvor baade Juftitien faavel " i den geiftlige fom verdflige Stand, findes at være forglemt, i det enhver næften vil " giöre og lade hvad de befinder for got, hvilket er ftridigt tvertimod Hans Majfts " allernaadigfte Villie, fom i alle tilfælde vil have, at hans Underdanere fkal handt- " hæves, eenhver efter fit Stand, fom vedbör. Altfaa finder jeg höyfttienligt: 1) At " faafom Tieniftefolket her udi Landet giör næften hvad dem lyfter, ej agtende at de " fkal udtiene deres Tiid hos Hosbönderne, med den Fliid og Hörfomhed, famt " Villighed, hvad af dennem æfkes, hvor de have tient, mens at de löber fra famme, " ja endog faa fra Syffelet hen til eet andet, uden at have noget Beviis fra deres Hos- " bonde at de ere kommen fra hannem i rette Tiid fom fkee bör, famt fra fin Skrifte- " fader at hand udi fin Chriftendom fig haver forholdet fom vedbör, faa og Beviis fra " Syffelmanden af hvis Syffel hand bortgaar. Altfaa anbefales hermed Syffelmanden i " hvis Syffel flig een Mand ankommer, hannem at lade ftraffe fom en Lösgienger eller " Landftryger, og Præften ej at tage hannem til Alters, förend hand udftaar Kirkens " Difciplin, ifald hand ej haver faadan Atteft, fra den Præft, hvor hand er fragaaet, " fom för er mældt. Hvis nogen Syffelmand eller anden fkulle animere faadanne Folk " til at giöre fligt, eller at antage dem i deres Syffel uden faadanne Bevifer, da maa de " forvente dem baade at blive fufpenderet, og heel gandfke at afiettes, til hvilken " ende dette maa protocolleres og eenhver Syffelmand det i fin Syffel kundgiöre. " Deres Höyærværdigheder Bifkopperne, fom Övrigheden for Geiftlige, tvifler jeg in- " genlunde paa at jo hver i fit Bifkopdömme det kundgiöre for Provfterne og Præfter- " ne efter min til dennem a parte ergangne Miffive. — Af Fregatten Söeridderen, " den 16 Julii Anno 1720. *P. Raben*, "

dum Skalholtenſem Epiſcopum plusqvam vatiniano perſeqvebatur odio, multumqve moleſtiæ, non modo clero, ſed aliis etiam crearunt, ac in eccleſia turbas ſcandalaqve excitarunt, inter Satrapas & Epiſcopos pax & halcyonia qvædam fuerunt usqve ad annum 1693, qvo Mullerus occaſione cauſæ Hytarneſenſis, Theodorum Thorlacium Epiſcopum Skalholtenſem & haud paucos Sacerdotes prorſus inſontes & meris inductus ſuſpicionibus ac calumniis perſeqvi cœpit, eisqve ſatisfactionis nomine 80 uncias argenti expreſſit, ſed eapropter Mullerus Hafniæ, qvo fama rei volaverat, a ſuperioribus caſtigatus, ſedatior inde fuit; Maximas autem turbas & ſcandala excitaverunt, plurimisqve damno & impenſis ſteterunt Vidalini & Ottonis Sigurdini ſexennales velitationes, mutua odia & calumniæ, qvæ non niſi morte Vidalini finiri potuerunt. Arnæſonii autem cum Fuhrmanno & Lafrentzio perpetuus diſſenſus, licet in aperta odia & mutuas perſecutiones non erumperet, magna tamen multis privatim, ſed majori damno toti ſtetit eccleſiæ. Cauſam autem diſcordiarum aliam deſignare neqvimus, qvam utriusqve partis ambitionem aut animoſitatem, ut & ſycophantarum calumnias in turbata aqva piſcantium, qvibus Præfecti nunqvam non circumdati fuerunt, nimiamqve fidem habuerunt, qvod de viris peregrinis non prorſus mirandum, præſertim cum viri dignitate qvadam præditi tales agere ſuſurrones & auriſcalpia non erubuerint, ut ex hiſtoria perſonali percipi poteſt.

§. 39.

Exſtiterunt præterea alii caſus, ſi non directe & immediate, ſaltem mediate & per accidens Eccleſiæ nocivi, in qvorum numero ſunt, ingens magnorum terræ tractuum vaſtatio, per aqvarum, arenarum, ſalebrarum, inundationes & profluvia facta; Multæ & pernicioſæ ignis ſubterranei eruptiones ex *Hekla*, *Kötlugiá*, aliisqve montibus & locis ignivomis; ingentes terræ motus, & id genus alia, qvæ magnum, tam reipublicæ, qvam Eccleſiæ, damnum attulerunt, multos enim mortales ſuis expulerunt ſedibus, qvorum qvidam ingraveſcente annona vagabundi & nauci homines facti ſunt, alias forte frugi futuri. Taceo magna illa incommoda, qvæ mercium commutatio cum propolarum ſocietate Danica incolas affecit, præſertim ab anno 1684, eosqve gravi annona preſſos & maceratos penitus enervavit, usqve in annum 1702, qvo mitiorem rerum ad victum maxime

xime necessariarum taxationem nobis indulsit Rex Clementissimus. Lubens etiam prætereo epidemicam illam luem, qvæ anno 1707 & 1708 plusqvam 16000 mortalium abripuit, patriamqve ita exinanivit, ut jam post 60 annos pristinas vires & vigorem non receperit, qvæ omnia enarrare cum non sit nostri officii, historiæ civilis scriptoribus referenda relinqvimus. Hæc autem licet haud pauca adtulerint incommoda, non tamen obstaculo fuerunt, qvo minus nostra Hierosolyma facta sit in laudem, & qvantum sperari potest, in terris, corufcet; Tot enim tantaqve vidimus divini favoris documenta ecclesiam conservantis, ejusqve commoda promoventis providentiæ accepimus beneficia, ut omnium mortalium ingratissimi aut stultissimi merito censendi essemus, si ea non agnosceremus, qvod ne unqvam fiat, faxit Deus Optimus Maximus.

CAP. II.

De scholis, earumqve Rectoribus.

§. 1.

Cum de scholarum plantatione superius (a) egimus, easdem, aut statum Rei Literariæ in Islandia, ætati hominis assimilare non dubitavimus, qvod a nobis factum esse minus mirabitur, qvicunqve rem utramqve penitius pensitaverit, nam ut homo in infantia progredi volens, aut serpit, volutatur, aut titubat, sed sensa animi proferens balbutit & hæsitat, adultus autem & erectus incedere & decentius loqvi incipit, ad virilem autem pvovectus ætatem, hoc mascule, illud autem luculenter peragit, omniaqve sua dicta & facta ad ornatum componit, nec ullius honestæ rei rudis aut non capax haberi vult. Talia etiam fata res literaria apud nos habuit, cujus repens balbutiens & titubans infantia, sed paululum semper maturescens ad annum circiter Seculi prioris 80 aut 90 duravit, exinde autem usqve ad hujus Seculi annum qvadragesimum floridam juventutem conspicere licet, ab eo autem tempore ad nostra usqve tempora masculam & maturam ejus ætatem durasse haud veremur asserere, licet

(a) Vide supra pag. 186. sq.

qvandoqve deliqvia qvædam & morbos paſſa ſit, qvi eandem ad tempus infeſtarunt, aut vires exſerere impediverunt, nunqvam autem ita enervarunt aut enecarunt, qvin mox florentior reſurgeret, ut ex dictis & dicendis abunde patet.

§. 2.

De ſcholarum conſtitutione & literarum in Islandia introductione, ſtatu, docendi methodo, œconomia, aliisqve eo pertinentibus ſupra (a) tam luculenter egimus, ut eadem hic repetere ſit actum agere, lectoremqve inutiliter detinere, præſertim cum nihil novi adferre poſſimus, niſi qvod jam pleraqve in melius mutata & adaucta, majore arte ac ſolertia agebantur.

§. 3.

Mutationes autem præſertim in eo conſtiterunt, qvod circa annum 1648 ſcientiæ ad matheſin pertinentes juſſu Regio in ſchola Skalholtina publice doceri cœperunt, adjecto docenti haud contemnendo ſalario (b), ſed cum id ceſſaret, deponente anno 1661 ſcholæ moderamen Gislao Enari filio, talium rerum peritiſſimo, ceſſavit etiam aut paulatim evanuit publicum harum in ſchola exercitium, niſi qvod Arithmetica qvalitercunqve coleretur.

§. 4.

Præceptorum autem ſive autorum qvi prælegebantur, mutatio præcipue in eo conſtitit, qvod loco *Dialecticæ PHILIPPI* Epiſcopus Svenonius ephoriam ſcholæ capeſſens *Dialecticam PETRI RAMI* introduci curaret, ejus enim magnus fuit cultor & admirator, qvam ipſe, cum vacaret, diſcipulis explanare & inculcare ſolitus erat, ei autem poſt hujus mortem eliminatæ ſucceſſit *BARTHOLINI Logica*; Circa idem tempus introducta etiam fuit *JOH. AMOSI COMENII janua lingvarum*, qvæ diu in magno pretio fuit, ut & *Rethorica RESENII* ad qvoddam tempus; In Theologia autem *Compendium locorum Theolog. BIRCHERODII*, qvibus tandem ſucceſſit *BARTHOLINI Epitome*.

§. 5.

(a) Vid. loc. cit. pag. 165. ſqq.

(b) Vid. ſupra pag. 457.

§. 5.

Oeconomia autem ſcholaſtica, qvam anno 1552 præſcripſit Hvitfeldius, ſi unqvam uſu recepta fuit, paulatim mutari cœpit, certe non ultra 40 aut 50 annos duravit; Certo enim certius eſſe putamus, qvod poſt annum 1602, iterumqve 1633, qvo graviſſima annona & immitis aër ita Islandiam exinanivit, ut diu aut nunqvam priſtinas vires recuperare potuerit, nec periodum ſcholaſticam longiorem fuiſſe, qvam a feſto Michaëlis ad feſtum crucis vernale, nec cibariis aliis qvam plane vulgaribus, qvibus incolæ communiter uti ſolent, docentes & diſcentes alitos fuiſſe; majores enim impenſæ in hanc rem tam inutiles, qvam omnibus damnoſæ videbantur, ut & revera ſunt; Sed ſub Thorlacio, Vidalino & Arnæſonio ejus duratio, ad 26 ſeptimanas, ſeu tempus hyemale, adſtringi, victusqve valde extenuari cœpit, in Holana vero diœceſi ſub Biörnone Thorleifsſonio & Steinone Jonæo, qvandoqve vix in mediam hyemem ob victus penuriam ſcholaſtici ſuſtentari potuerunt. Tandemqve œconomia ſcholaſtica eo redacta fuit, ut neceſſario denuo mutari oporteret, qvæ, aliaqve ejusmodi, ſigillatim recenſere ſuperſedemus, & ad recenſum Rectorum, qvi ſcholarum moderamen geſſerunt, nos conferimus.

§. 6.

Jonæ Giſſurio, ut pag. 181. innuimus, in pædagogia Skalholtenſi *Vigfuſus*, *Gislai* Hakonidæ Nomophylacis, non ſui tantum ſeculi, ſed plurium forte celeberrimi, filius, natus 1608, depoſitisqve celeriter rudimentis ſcholaſticis, (nam in hoc juvene pleraqve præcocia erant) ad exteros ſtudiorum gratia tetendit, qvibus, primo in Academia Hafnienſi, & deinde in Batavia, aliqvot annis ſedulo incubuit, ita ut anno 1628 viginti tantum natus annos, cum ex peregrinatione reverteretur, inter civium doctiſſimos numeraretur, eodemqve anno vacanti poſt Magni Olaidæ promotionem in ſacerdotium Lauſaſenſe ſcholæ Holanæ præficitur, qvam ubi biennio rexerat, cum Skalholtenſi anno 1630 permutavit, cui totidem annos præfuit, ſed non ſine qvorundam diſcipulorum qverela, qvi majora a ſe exigi, qvam abſolvere poſſent, defectumqve ingenii, qvod ille ſua capacitate metiretur, ut deſidiam & negligentiam puniri clamitabant, qvæ diſplicentia eo proceſſit, ut qvidam manus ferulæ ſubducerent, & ſcholam deſererent, qvi, permittente novo Epiſcopo hoc tempore

pore

pore Hafniæ conſtituto anno 1632 in ſcholam redierunt, qvo Vigfuſus etiam Præturam nactus Rangarvallenſem, hoc officio abivit. Anno 1633 Hafniam transfretavit, cumqve anno 1634 edicta qvædam Regia, de novis & antiqvis Arnam Nomophylacem tangentibus cauſis promulgarentur, Arnas Vigfuſum, qvod ſibi calumniam & invidiam immerito conflaviſſet, inſimulavit, qvod ſubſeqventis inter illos & odii & litium claſſicum fuit, ex qvo non ipſis modo, ſed multis etiam aliis magna nata ſunt incommoda, usqvedum tandem in foro Kopavogenſi juſſu & auctoritate Præfecti Regii & intercedentibus utriusqve amicis in gratiam redierunt. Uxorem habuit Catharinam Erlendi filiam, viraginem ſuæ ætatis maximam, ex qva numeroſam ſuſcepit prolem, cujus conſpicua progenies per Islandiam longe lateqve diſperſa eſt. Obiit Vigfuſus anno 1647.

§. 7.

Utrum *Jonas Arii* filius proxime Vigfuſo ſucceſſerit, an vero aliqvem intermedium habuerint, nobis non conſtat; Prius plures ſtatuunt, ſed ipſe Jonas in *Annalibus*, qvos concinnavit, ad annum 1633 innuere videtur ſe tum Rectoris ſpartam adiiſſe; Poſterius autem ſi præferendum eſt, neminem habemus ea ſtatione digniorem, qvam Ketillum Jörundi, qvi ab anno 1623 Hypodidaſcalum egerat Sed hæc ut incerta jam in medio relinqvimus, præſertim, cum de hoc Ketillo in ſeqventibus plura disſerendi occaſio ſit. Jonas fuit filius Arii Magnæi, viri inter optimates nominatiſſimi, ſed Gudbrandi Epiſcopi ex filia nepos, in cujus familia ab anno ætatis duodecimo ſcholam Holanam per ſex ſemeſtria freqventavit, ex qva 1623 dimiſſus ſeqventem annum in avi domo tranſegit, ſed 1624 in Havnienſem Academiam transmiſſus, anno 1628 artium Baccalaureus creatur; Anno 1629 in Islandiam reverſus, domi ſe apud patrem (ut videtur) continuit, usqve ad annum, qvo ſcholaſtico munere fungi cæpit, cui duos (aut tres) annos cum dimidio præfuit; Nam audita Magni fratris ſui morte, ſtatim poſt feſtum Natalitiorum 1636 ſcholæ valedixit, qvem ut moroſum & turgidi ingenii non multum lugebant diſcipuli Reykholas itaqve ſe conferens, privignam fratris ſtatim duxit uxorem, Vatnsfiordumqve cedente Gislao Enari adeptus eſt, nec multo poſt Præpoſitus Toparchiæ Iſafiordenſis conſtitutus, utrumqve officium ad mortem usqve retinuit, qvæ in annum 1674 incidit. Scripſit, aut in Islandicum ſermo-

nem

nem transtulit *Conciones in Passionem Domini*, qvæ Holis 1668 editæ sunt. Exstant etiam hymni qvidam inediti, qvi ei tribuuntur. Præterea etiam continuatio *Annalium Flatejensium* ab anno 1395 ad annum 1666 inclusive, succincta valde, & exotica præcipue adferens, ex compendiis *JOHAN. NANSENII* & *CONR. ASLACI* compilata, qvæ autem Islandiam concernunt, maximam partem ex *BIORNI SKARDSAAENSIS Annalibus* excerpta sunt.

§. 8.

Ketillus Jörundi natus anno 1603 Esstadali in Grimsneso intra Toparchiam Arnesensem, qvadriennis patrem amisit, sed decennis scholam Skalholtinam freqventare cæpit, rude scholastica anno 1620 donatus, Hypodidascali officio per biennium functus est; Anno 1622 ad Hafniensem se contulit Academiam, unde mox seqvente anno, bonis Professorum munitus testimoniis, in patriam redux altera vice Conrectoris officium suscepit, qvod usqve in annum 1631 continuavit; Tunc autem una cum Gislao Oddi filio Episcopatus Candidato Hafniam iterum petiit, & anno 1632 inde reversus, denuo prius officium administrare cæpit. Vacantem autem per discessum Jonæ Aræsonii anno 1636. Rectoris stationem adeptus est, qvam post trimestre tempus Biörno Snæbiörnonio, qvi eum solo Baccalaurei honore superavit, cedere, & ad consvetum Hypodidascali munus denuo descendere necessum habuit. Anno autem 1638, cum vir meliore sorte dignus 10 fere annos in hoc exegisset officio, Præbendam Hvamm in Hvammsveit, sed anno 1656 provinciæ ephoriam nactus est, qvam ob ingravescentem valetudinem anno 1667 iterum deposuit. Sed anno 1670, vita & eruditone clarus, bonisqve omnibus carus, ex hac vita emigravit. Hujus ex filia nepos fuit celeberrimus *Arnas Magnæus*, Hafn. Acad. Professor meritissimus.

§. 9.

Anno 1636 *Biörnus Snæbiorni* filius scholæ ephoriam suscepit, qvi ab anno 1624 in academia Hafniensi studiis incubuerat, &, qvod tum temporis non parvi æstimabatur, Baccalaurei honore coruscans, Regias nactus literas ad Præfectum Pros Mundt datas 18 Februarii 1636, qvibus mandabatur, ut Biörnus aut scholæ Skalholtinæ, aut præbendæ Stadastadensi,

qvam primum alterutrum vacaret, præficeretur; Sed cum Gudmundus Enari Stadaſtadum teneret, & ſtrenue adhuc operaretur, Rectoris autem ſtatio, cum Jonas eam deſeruiſſet, & Ketillus Epiſcopi tantummodo vocatione præmunitus eſſet, pro vacante haberetur, urgente itaqve Præfecto, ſed nolente & dolente Epiſcopo, qvi Ketillum præ omnibus Rectorem ſcholæ appetebat, ut ex literis ejus ad Præfectum, & Biörnum hoc anno ſcriptis ſatis conſtat, Biörnus, Ketillo remoto, ſcholæ præficitur, qvod officium undecim annos geſſit. Anno 1643 ſibi deſponſavit Thorunam Jonæ Svenonii, ſacerdotis Holtenſis, Brynjolfi Epiſcopi fratris, filiam, nuptias autem 1644 celebravit, & villicationem in Toparchia Iſafiordenſi inſtituit, cui temporibus æſtivis indefeſſam operam dedit, ſed hyemalibus rei literariæ & muneri ſcholaſtico invigilavit, uxoremqve inter proprium domicilium & Skalholtum qvovis vere & autumno ſecum vexit. Anno 1647 ceſſione Gudmundi Enaridæ, Myſtæ Stadaſtadenſis, eam tandem nactus eſt Præbendam, poſteaqve Præpoſitus Eccleſiarum Snæfellenſium exſtitit; Obiit 1679. Doctus qvidem habebatur, ſed majoris lectionis & induſtriæ qvam ingenii; Sedatus ſemper, ſed moroſus & ſuſpicioſus, ita ut nemini facile crederet aut confideret.

§. 10.

Thorleifus Jonæ patrem habuit Jonam Sigurdi filium, Borgfiordenſium celeberrimum Prætorem, matrem vero Ragneidam Davidis Gudmundini abneptim, qvi poſtqvam Muſis Hafnienſibus fidelem aliqvamdiu dederat operam, Biörno Snæbiörnonio in Rectoratu ſcholæ Skalholtenſis anno 1647 ſucceſſit, eumqve triennium cum ſemi laudabiliter geſſit; Ipſo ſcholam moderante, incredulitatis & vanæ ſuperſtitionis lolium ibidem creſcere incipiens, ejus & Epiſcopi vigilantia ſtatim eradicatum fuit, tredecim enim ex alumnorum numero magicis Characteribus, aliisqve, qvæ tetræ incantamentorum arti inſervire putabantur, uti & operam dare convicti ſunt, qvorum pleriqve, choryphæis tantum exceptis, ut impuberes & pupilli, exantlata diſciplina ſcholaſtica, in gratiam & ſcholæ alumnorum numerum ſeqventi mox anno recepti fuerunt. Anno 1651 paulo poſt feſtum Epiphanias, cum præbendam Oddenſem nactus, ſacris initiaretur, incauto fornacis uſu ſchola conflagravit, qvæ diſcipulorum incuria, non ei, ut officio abeunti, ſed ineunti officium Rectori, fuit imputata; Hicce

Thor-

Thorleifus fuit vir gravis, antiqvæ ſimplicitatis amans, & poſt Epiſcopum ſuæ ætatis Sacerdotum maximi ſemper æſtimatus; Rangarvallenſis Toparchiæ Præpoſitum magna fama diu egit, vixitqve usqve in annum 1691, qvo, ætatis vero 71, obiit. Ex Sigrida Biörni filia, qvam anno 1651 uxorem duxerat, unicum tantum reliqvit filium, qvi patri primo in utroqve, tam Sacerdotis, qvam Præpoſiti, officio ſucceſſit, ſed deinceps Holenſis Epiſcopus factus eſt.

§. 11.

Hunc in officio excepit *Gislaus Enari filius*, Jonæ Aræſonii Holenſis Epiſcopi famoſiſſimi ex Sigurdo filio trinepos, & Chriſtinæ Gislai Epiſcopi uxoris ex fratre Gislao abnepos, qvi diu feliciterqve literis in academia Hafnienſi operam dederat, & ſub Georgio Frommio Mathematum Superiorum Profeſſore, aſtronomiæ ſedulo incubuerat, ejusqve vice faſtos annuos adornaverat, ut ex ejus temporis Calendariis, qvæ Gislai nomen præ ſe ferunt, conſpicere licet, unde ei a Rege, cum in patriam reverteretur, ut Arithmeticam & Aſtronomiæ elementa in ſchola Skalholtina doceret, injunctum fuit, ſalarii loco accepturus annuos canones Redemturæ, qvæ *Flögujarder* inſignitur (a), qvod munus primo cum Hypodidaſcali & deinde Rectoris officio conjunxit. Fuit vir doctus & ad docendum natus, nam cujusvis diſcipuli ingenio ſuam eruditionem aptare novit, cum qvibus tam ſine indecora levitate, qvam pædagogico ſupercilio ita converſabatur, ut omnes ad ſui & literarum amorem inflammaret, unde ab illis ut parens amatus & æſtimatus fuit; cujus ſingulare dederunt documentum, cum ab ancilla qvadam ſcortationis inſimulatus eſſet, & a Gudmundo communiter & per exochen vocato *Snedker* (fabro), viro ebrioſo & rixoſo, in lecto cubans impetitus, eundem graviter ſauciaſſet, ideoqve a Præſule in jus vocatus, ab officio remotus, & triginta Joachimicis mulctatus eſſet, non tantum mulctam ſolverunt, ſed unanimiter ſupplici libello a Præfecto Regio & Epiſcopo humillime petiverunt, ut officium ei reſtituerent, aut ut a Rege reſtitueretur, ne tali Præceptore privarentur, efficere vellent, qvo illi, ut & viri eruditione docendiqve habilitate moti, officium ei reſtituerunt, & ut a Rege hæc delicta condonarentur,

(a) Vid. ſupra pag. 457.

narentur, effecerunt; Rectorem scholæ agens in Thrandarholto sesqvi circiter milliari a Skalholto distanti, villicationem habuit, id autem officii anno 1661 cum sacerdotio & præbenda Helgafellensi commutavit, ubi astronomicis subinde deditus & delectatus observationibus, qvæ, si scripto eas unqvam mandavit, perierunt, usqve in annum 1689 vitam protraxit, ex Christina Vigfusi Pastoris Setbergensis filia, Oddi Episcopi pronepte, numerosam relinqvens progeniem.

§. 12.

Vacans post discessum Gislai Rectoris officium affectabant *Enarus Torfi filius*, Regia fultus commendatione, ut scholæ, si modo Rectoris officium vacaret, præficeretur, *Oddus Ejolfi filius*, Regium itidem ostendens privilegium, ut aut lautiore aliqva præbenda, aut munere scholastico, qvam primum bearetur, qvi id fortibus factis in defensione urbis Hafniensis, cum a Svecis anno 1659 & 60 obsessa impugnaretur, promeruerunt (a). Et deniqve *Olaus Jonæ*; proximi biennii Hypodidascali munere præ-

(a) 1) Testimonium Episcopi Skalholtensis Mag. Brynjolfi Svenonii datum Oddo Eyolfio Academiam Hafniensem petituro:

Lectori benigno salutem & officia dico!

Oddus Eyolfius, si hunc libellum Tibi Lector humanissime exhibeat, qvi suo merito eundem a me facile impetravit, experiri fortunam suam, virtutem tuam, me auctore, hoc sponsore, meditatur; Ne nescias igitur hominem, qvi cum res erit tibi; Sed pauca, sed vera, perlege; Homo est, qvi te adit, Islandus, natalibus honestis, in re tenui, scholam nostram Skalholtinam pæne puer adiit, receptus statim in censum & numerum Eleemosynariorum, qvos ex reditibus sedis hujus exhiberi Regia Majestas qvondam jusserat. Sex annis scholasticos labores emensus, omnia hæc rudimenta feliciter absolvit, qvibus imbuti in civitatem Academicam admitti solent, idqve hoc successu, ut paucos pares, neminem superiorem hæc schola me Inspectore emiserit. Magna scio, videbor mihi polliceri, & magna fateor, sed minora fortasse, qvam præstabit; Aut enim hunc omnia boni Studiosi officia impleturum spero, aut pro nullo posthac unqvam spondebo. Biennium & semissem annum, ex qvo scholæ nostræ valedixit, domum revocatus, parentes sola sobolis copia divites manuario labore juvit, donec minores natu fratres succrescerent. Commovebar tam iniqva optimi ingenii fortuna, &, qvam primum licuit, adolescentem undiqve dilectum, in contubernium & familiam meam recepi; Hic annos tres & semestre subsistens, ab epistolis mihi plerumqve fuerat, comes & adsecla individuus, domi forisqve ubiqve pius, probus, sobrius, modestus, atqve, ut ait ille: Integer vitæ scelerisqve purus. *Deniqve ne tantum ingenium nimis obsolesceret, debita cultura destitutum, ut novercanti fortunæ*

præclare gesto commendabilis, qvi reliqvis, etsi doctrina & meritis non impar haberetur, sponte tamen, ut ætate junior, a petitione destitit; Illi

autem

fortunæ vim faceret, atque ad exteras Musas sine viatico proficisceretur, animavi, utinam non sine Deo! Paret nunc igitur talis, qvalem dixi, dicto audiens & fores humanitatis vestræ, O! Musæ Academicæ Hafnienses, almæ septentrionis matres, pulsat; Accipite egregium adolescentem propitii, O! harum sacerdotes venerandi clarissimi Domini Professores, Aqvilonis Doctores publici, ad sacra vestra admittite, ad optima promovete, digno, credite, conferetis, qvicqvid huic confertis. Jam si hoc momenti qvidqvam adjicit antiqvi septem, si qvis post Wormium meminit, en Indicem hunc illido non imperitissimum. Præceptorem, si meæ foret optionis eligere, Philologum aliqvem aut Mathematicum appellarem, qvoniam scholæ mihi cura qvoqve demandata est, & pleriqve suggestum adfectant, pauci hæc subsellia, nec de qvovis ligno fit Mercurius. Vale benigne lector, & nobis fave, honesto juveni commoda. Iterum vale R. D. T.

Skalbolti Australis Islandiæ. A. D. xiii Cal. Sextileis, Anni Christiani MDCLVII. *studiosissimus* BRYNOLFUS SVENONIUS.

2) Testimonium Mag. Vilhelmi Langii, Mathematum Professoris Hafniensis:

Magnifico Academiæ Rectori S. Qvamvis vetus illud poëtæ sæpe numero verum sit:

Haud facile emergunt, qvorum virtutibus obstat Res angusta domi — *Haud raro tamen contrarium evenire deprehendimus, cum illi, qvi in summa fortuna nati sola se Majorum gloria sustentant, voluptatibus, malisqve rebus opes ætatemqve insumunt; Qvos autem dura necessitas qvasi oppressos tenet, singulari numinis administratione benignos nacti fautores, ad altiora eluctantur evaduntqve. Cujus rei exemplum hic noster* Otho Egenhulphius *Islandus erit, juvenis cum primis honestus atque eruditus, qvi pauperi in domo natus altusqve ad virtutis bonarumqve artium studia, nihil attulit præter se ipsum, capax nempe ingenium, doctrinæqve avidum, & præterea magnam industriam ac diligentiam cum modestia conjunctam. Qvibus rebus & domi in patria, & heic apud nos plurimum profecit, doctorumqve hominum favorem sibi conciliavit; Sed neqve pace tantum probata ipsius virtus fuit, bello qvoqve eadem enituit; Cum enim optimus princeps Fridericus III Rex & Dominus noster Clementissimus extrema urgente necessitate, arma cives Academicos pro patriæ Regisqve salute expedire juberet, hic qvoqve noster, etiam cum sanitatis suæ dispendio, gnavum se promtumqve exhibuit, dignus ob tam pium Regi patriæqve præstitum officium, qvi juxta diploma Regium præ aliis ad munia in scholis Ecclesiisve promoveatur, qvæ eruditione virtuteqve sua ipsemet jam pridem promeruit. Hunc vero permodestum ac bonæ frugis civem jam a nobis ad suos redire cupientem, tibi Rector Magnifice his paucis commendare volui, obnixe rogans, ut, qvod meritus est, bona cum venia & honesto testimonio dimittatur; vale. Scribebam Hafniæ, die Intercalari, Anno Christiano MDCLX.*

T. VILHELMUS LANGIUS.

3) Ejus-

autem Præsulis judicio suam causam submittentes, responsum tulerunt; utriusqve privilegium Regia manu & autoritate firmatum esse, expedire igitur,

---

3) Ejusdem Testimonium Academicum:

Rector Regiæ Hafniensis Universitatis, Johannes Joh. Vandalinus, Sacro Sanctæ Theologiæ Doctor & Professor Publicus. Lectori Salutem!

In Otthonis Egenulphi *Islandi, civis nostri virtutem & doctrinam delinqveremus non leviter, si, qvod obvia comitate, qva frugi ingenia proseqvimur, largiri aliis consvevimus, eximio & laude digno juveni denegaremus; Qvanqvam enim iis sit animi morumqve præditus ornamentis, ut comparare sibi optimi cujusqve favorem honesta consvetudine possit, tamen cum vitio seculi vix ulli tam clarum sit ingenium, ut emergere possit, nisi commendatio accesserit, nostri officii est, qvam vitæ rationem in Academia instituerit, publice testari, & dignas ingenio, dignas moribus laudes honestissimo juveni tribuere, & enim esse ipsum ab indole & studiis apprime commendabilem pro certo exploratoqve habemus, tum ex plurimis indiciis atqve argumentis, cum ex testimonio viri clarissimi Mag.* Vilhelmi Langii, *Mathematum Professoris Publici, cui cum civitate Academica donaretur, studia sua regenda censendaqve commisit. Dum apud nos vixit, in pietatis, modestiæ, honestarumqve disciplinarum cultu tempus tam studiose transegit, ut speremus, cum perrexerit in laudabili illo conatu, non privatæ tantum familiæ, sed & patriæ suæ, eum futurum ornamento, postqvam pulchritudinem ac speciem non vulgaris laudis cœpit appetere, a levioribus orsus est principiis, ut firmiori fundamini possit imponere præclarum eruditionis fastigium, probe namqve perspexit, nullam solidi profectus spem adferre, aut ad frugem posse pervenire præcox illud qvorundam studium, ut cui non subest vera vis, sed velut qvæ summo solo dispersa semina celerius se effundunt, ac immitatæ spicas herbulæ manibus aristis ante messem flavescunt. Qvare damnata præpostera illa studendi levitate, gradus eruditionis facere voluit, & ab infimis ordiri scientiis, iisqve insistens, eniti ad medias, ut pedetentim ad Sacro Sanctæ Theologiæ studium perveniret; qvæ legitima ejus ac prudens studendi ratio, qvam felicem mox eventum habuerit, abunde licet cognoscere ex honorifica excellentissimorum virorum censura, qvam heic subjungimus:*

Ottho Egenulphius *Islandus* laudabilem *probavit nobis profectum, tam in lectione divinorum monumentorum, qvam cognitione articulorum Christianæ fidei, ut dignus judicatus sit, cui potestas concedatur docendi sacros cœtus in patria, qvod arduum & sanctum munus tanto rectius administrabit, qvanto diligentius invigilaverit legendis ac meditandis sacris literis, vitam suam ad easdem conformaverit, devotis precibus vacaverit, & freqventibus pieqve meditatis concionandi exercitiis se præparaverit; Qvibus monitis ut morem gerat, & sedulo cohortamur, & præclaris conatibus divinam benedictionem sancte comprecamur. Conclusum Hafniæ in Consistorio XVI die Julii MDCLIX. descriptum vero XXVII Febr. Anno MDCLX. Testamur*

Joh. Vandalinus. *Acad. Rector.* Thomas Bangius. *Doct.* Erasmus Bartholinus. *Doct.*

Unum

tur, ut de eruditionis prærogativa certaturi in palæstram descenderent, qvo audito Enarus a petitione destitit, Oddoqve, ut videri voluit, non virium diffidentia, sed in gratiam Episcopi, qvi clienti suo favere putabatur, & ut se ejus favori in posterum insinuaret, perlubenter cessit. *Oddus* hicce fuit Oddi Oddidæ Sacerdotis Reinevallensis, viri suæ ætatis doctissimi, ex filia nepos & eponymus, qvem Præsul amore avi inductus enutriverat, & suis impensis huc usqve sustentaverat; Oddus

---

Unum praeterea est, qvod qvoniam Ottho *noster cum paucis habet commune, ex summa necessitate peculiarem laudem meretur, obsessa urbe, Regia sede, Regni capite, Pro rege & patria arma cepit, atque ita intrepidum se & fortem exhibuit, ut non solum oppugnantes hostes vi repulerit, sed & extra mænia impetu facto, clade eosdem affecerit, & spoliis onustus redierit, qva praeclara fortitudine ex clementissimo Regis Serenissimi edicto, ad munus, cui administrando aptus fuerit judicatus, præ aliis, qvi nullam laboranti patriæ tulerant opem, meruit promoveri. Ea de re, ut intelligere Regiam voluntatem ipse perhumane Lector possis, descriptum Regii edicti exemplar* Otthoni *Nostro communicandum curavimus. In cujus gloriæ societatem qvicunqve civium nostrorum jure veniunt, ne proposita virtuti præmia subdoli callideve præripiant, qvi non meruere Academicum singulorum testimonium, tibi publica fide distincte exponet; Qvæ cum ita se habeant, te, benigne Lector, amice rogamus, tanta cum benevolentia laudatum a nobis civem suscipias, qvanto in pretio tum praeclaras ejus qvas commendavimus virtutes, tum ipsum Serenissimæ Regiæ Majestatis edictum habueris. Vale. Hafniæ VI. Nonas Mart. Ann. Ær. Christ. MDCLX.*

Sub offic Nostri Sigillo. Jussu Magnifici Rectoris. (L. S.)

4) Testimonium militare:

» Kiendes jeg underskrefven, Hans Kongl. Majsts forordnet Auditeur over de
» hederlige Studentere udi Kiöbenhavns Beleiring, her medt vitterligt giör, adt nærværendis hederlig vellærd Studiosus, Odde Eyildsen, Islænder, hafver efter Hans Kongl. naadigst Befaling, saavelsom andre Studentere, antaget Gevæhr og ladet sig finde vindskibelig og mandhaftig udi denne Beleiringstiid, til Byens Deffension; Saa og hafver bethient sin Vagt, Skielder og Reserve med stor Fliid, som ehnhver baade Ober- og Underofficerer ehr beviist. Og efter de Hans Kongl. Majst hafver naadigst befaledt, adt lade udgaa ehn Befalling adt de Studiosi som hafve antagedt Geveer og ladet sig finde flittige till Byens Defension, udi denne Tid, skulle de frem for alle andre befordres til förste vacerende Bestillinger, formaades at eenhver efterkommer samme sin Herris og Konges Befaling, og nærværendis Odde Eyildsens till nogen god Leeligheed befordere udi hans Fæderneland, som först kand vacere; hvormedt hans Kongl. Majsts Befaling blifver efterkomedt. Til Vitterligheed hafver jeg mitt Zigneth her undertröckt og medt egen hand underskrefven. Hafniæ d. 22 Febr. 1660.

Johannes Dolmerus. (L. S.)

dus autem cum officium sexennium cum semi præclare gessisset, socero suo Thorsteino Jonæo Sacerdoti Holtensi Comminister adjunctus, eandemqve præbendam post ipsius fata nactus est, tandemqve promoto ad officium Episcopale Biörno Thorleissonio, Præpositus Ecclesiarum Rangarvallensium evasit, qvod officium ad mortem usqve gessit, qvæ in annum 1702 incidit; Uxores habuit duas, ex qvarum priore tres filios, sed ex posteriore nullam prolem suscepit.

§. 13.

Olaus Jonæ filius, natus anno 1637, patrem habuit Jonam Sacerdotem Reykholtensem, avum Bödvarum, sed proavum Jonam Enari, Gissuri Episcopi fratrem, mystas Reykholtenses & Præpositos Ecclesiarum Borgarfiordensium, de qvibus supra (a) pluribus actum est. Hic postqvam biennio Hafniæ literis operam dederat, anno 1659 in schola Skalholtina Hypodidascali officium nactus est, qvod ubi octennio cum semi gesserat, tandem anno 1667 ejusdem Rector factus est, cui, summa eruditionis & vigilantiæ laude, ut & juventutis insigni emolumento, plus viginti annis præfuit, ut itaqve ex toto viginti novem annis omnium applausu hanc spartam ornaverit; Rectoratum cum nuper adeptus esset, adfuit *Curtius Amundi filius* (b), Baccalaurei honore fulgens, qvi huic gradui & suis meritis, fuit enim haud vulgariter literatus, ut Olao præferretur, deberi dixit, tantaqve contentione suam egit causam, ut Præsul examinis palæstram illis indiceret, ad qvam parati cum essent, prodiit *Titus Torfæus*, Cathedræ tum temporis œconomus, qvi diu Hafniæ, primo in Musarum, & deinde Regiis castris contra Svecos urbem obsidentes, præclare militaverat, animose instans sibi suisqve meritis hoc officium deberi, se enim multo antiqviorem esse Baccalaureum, qvi multos annos in Communitate Regia Decanum egisset, & in eo officio ad undecimam (c) usqve mensam ascenderit,

(a) Pag. 195. 334.

(b) Hunc ob haud vulgare in poësi Latina ingenium laudat Cl. *SIBBERN* in *Id. Histor. Liter. Island.* pag. 209.

(c) Ad annum usqve 1660, qvo provinciæ citra fretum Balticum Sveciæ penitus cesserunt, 12 mensæ in communitate Regia fuerunt, qvarum Decani, præsertim superiorum mensarum, fuerunt seniores & doctissimi Studiosorum, in qvorum numero hicce Titus fuit, vir

afcenderit, qviqve tandem gladio cinctus in obfeffione Hafnienfi cum hoftibus patriæ manum multoties conferuerit, Olao qvidem fe nihil offenfæ procuraturum, nec ei obftiturum, qvem officio dignum effe fciret, fed Curtio fe fua merita & privilegia oppofiturum, fi modo Olaum infeftaret; qvo audito Curtius a contentione defiftens Hypodidafcali ftatione contentus fuit. Mortuo anno 1670 Theodoro Jonæ filio facerdoti Hytardalenfi, Præful Olaum, ut eam affectaret præbendam, inftigavit, cui Olaus aures præbere noluit, promiferat enim amico fuo Sigurdo Sigurdi filio, qvi præterita æftate hanc præbendam ambiturus Hafniam difcefferat, fe eandem, fi Theodorus, dum abeffet, moreretur, non fore intercepturum, qvapropter eam Sæmundus Oddi adeptus eft, unde inter eum & Sigurdum, in qvem Rex præbendam contulerat, natæ funt diffenfiones, qvas Regium Refcriptum, datum 1671, præbendam Sæmundo adjudicando diremit; fed poft Sæmundi mortem anno 1687, hæc præbenda Olao tandem ceffit, fed cum vix qvatuor menfes ibidem vixiffet, nuperqve Præpofiti fufcepiffet officium, anno ætatis 51 vitam cum morte commutavit. Omnium confenfu fuit vir antiqvæ virtutis & fidei, fuci & fraudum tantus ofor, ut mendacia & adulationes ne audire qvidem poffet, qvin ftatim deteftaretur & reprehenderet, doctus præterea & officio fedulo incumbens, feverusqve in refractarios & exorbitantes difciplinæ fcholafticæ exfecutor, fcholamqve, qvam tamdiu æqva gravitate & gravi æqvitate rexerat, in ftatu florentiffimo reliqvit. Uxorem habuit Holmfridam Sigurdi filiam, Oddi Epifcopi neptim, ex qva duos fufcepit filios, Sigurdum, qvi Hafniæ anno 1707 ex variolis deceffit, & Vigfufum, qvi iter literarium Hafniam verfus ingreffus, undis marinis abforbtus fuit.

§. 14.

Olao fucceffit *Theodorus Thorkilli filius Vidalinus*, celeberrimi viri Arngrimi Jonæ ex filio nepos, ingenio præditus velociffimo, fed vario & inftabili. Poftqvam Mufis Hafnienfibus aliqvantifper, & præfertim fub inftitutione

vir magni animi & rari roboris; Periit anno 1665 in palude *Reidnesjós*. Qvanti autem tum temporis æftimarint gradus Academicos, non folum ex hoc, fed etiam aliis patet exemplis.

tutione Olai Borrichii Medicinæ ac Philologiæ operam impenderat, in Islandiam redux, primum biennium in famulitio Chriſtophori Heidemanni tum temporis Islandiæ Qvæſtoris egit, aliud autem ut ſcholæ Skalholtinæ Hypodidaſcalus transegit, tandemqve anno 1688 poſt diſceſſum Olai Jonæ Præfecturam ſcholæ nactus, primus omnium Islandicarum ſcholarum Rectorum ad normam *Ritualis Eccleſiaſtici*, tum recens editi, Rectoris juramentum publice præſtitit, qvod ei in contentione de Rectoratu, cum conſobrino ſuo Paulo Vidalino, qvi Regiam adtulit commendationem ut Olao in officio ſuccederet, non parum profuit; eodem enim anno Chriſtianus Muller (a) Provinciæ præfecturam nactus, adnitente Epiſcopo, qvem ſcorbuto afflictum Theodorus præterita hyeme probe curaverat, & antiqvo patrono Heidemanno, qvi apud Mullerum nihil non potuit, in eam inductus eſt ſententiam, Rectoratum jam non vacare, cum Thorchillius ab Epiſcopo legitime vocatus eſſet, & juramentum præſtitiſſet, qvod Paulum ab ulteriore Rectoratus petitione hac vice deterruit. Sed non diu hac fruitus eſt victoria bonus Thorkillides, nam biennio in officio exacto, deteriorem forte timens exitum, ſponte ſua id abdicavit, ex qvo privatus & cælebs vixit, praxi medica, in qva ſuis coætaneis facile palmam præripuit, & puerorum inſtitutione, vitam ſuſtentans. Obiit octogenarius anno 1742.

§. 15.

Paulus Jonæ Vidalinus, Gudbrandi Epiſcopi pronepos, ſed Arngrimi Jonæ ex filia nepos, poſt triennalem in Muſarum Hafnienſium caſtris militiam anno 1688 in Islandiam rediit, Regia inſtructus commendatione, ut vacanti Rectoris muneri in ſchola Skalholtina præficeretur, qvod qvomodo primo ceſſerit, mox retulimus; Tandem autem poſt diſceſſum Theodori anno 1690 voti compos factus, officio in annum 1696 præfuit, qvo Toparchiæ Dalenſis Prætor, & mox anno 1697 Sigurdo Biörni filio auſtralis Islandiæ Nomophylaci coadjutor, & ſucceſſor deſtinatur, primusqve omnium, ut vulgo putatur (b), Nomophylacis vicarii (*Vice Laugmand*

(a) Huic Thorkillius ſuum de *Montibus cryſtallinis* (Jökla) *Islandiæ* Tractatum inſcripſit, qvem *PAULUS* Biarni filius *VIDALINUS* lingva Germanica notis illuſtratum edidit in *Hamburgiſches Magazin* 12 Band.

(b) Si nomen tantum & titulum *Vice Lögmadr* reſpexeris, verum eſt eum talem in Iſlandia primum fuiſſe; ſed ſi res ipſa conſideretur, non fuit omnino nova aut inſolita; Nam David

mand vocant, titulo inclaruit. Anno 1702 unacum Arna Magnæo Archivorum Secretario & Philosophiæ Professore designato, ad expedienda varia ad publicum patriæ emolumentum pertinentia negotia, Regius in Islandia Commissarius, constituitur, qvod negotium integrum decennium usqve in annum 1712 duravit Anno 1705, absente occidentalis & borealis Islandiæ Nomophylace Laurentio Gottrupio, ejus loco prima vice comitiis publicis præfuit, sub qvorum finem Sigurdus Biörni Nomophylacis officio certis cessit conditionibus, imminentibus, qvas forte suboluit, procellis & machinationibus semet subducturus, qvas tamen non potuit evitare, nam anno 1708 ob antiqvas qvasdam sententias & acta qvæ dudum emortua & oblivioni data putabantur, a Commissariis ab officio penitus deponitur, omniaqve ejus bona mobilia Regio fisco adjudicantur, qvæ eorum acta anno 1713 supremi tribunalis sententia sufflaminata fuerunt, Biörnoniusqve, non sine Commissariorum rubore, in pristinum dignitatis statum restitutus fuit, in qvo tandem decrepitus occubuit; Sigurdus autem, Sigurdi Nomophylacis filius, tum temporis generalis Dicographus, unacum multis aliis qvi de Pauli injusta (ut illis videbatur) jurisdictione qverebantur, diu cum eo controversiæ serram reciprocavit, qvo factum est ut Paulus anno 1713 ab Oddo Sigurdi filio, qvi Güldenlövii Islandiæ summi Satrapæ vices egit, ab officio deponeretur, qvæ sententia anno 1716 summi tribunalis sententia magnis utriusqve partis impensis, sed neutrius honore elevata fuit; Ab hoc autem tempore Paulus officium constanter gessit, sed nunqvam sine litigiis & controversiis, qvibus implicitus anno 1727 ad 18 Julii in dicasterio generali animam exhalavit; Omnium judicio fuit vir doctus, poëta felix, juris Islandici & patriarum antiqvitatum omnium, non modo coætaneorum, sed plurium etiam ætatum Nomophylacum peritissimus. Scripta ab eo elaborata sunt: 1) *Jardabóken*, seu index omnium Islandiæ prædiorum, in qvo cujusvis annui canones, commoda, incommoda, pertinentia (ut vocant) & accidentia, qvocunqve tandem nomine veniunt, accurate describuntur, qvem jussu Regio unacum suo col-

David Gudmundi filius anno 1542 Thorleifo Pauli filio in tali officio datus fuit Adjutor, & denominatus successor, ut supra pag. 216. diximus; sic etiam circa annum 1002 Grimo Mosfellensi, qvi ob raucitatem in foro generali leges difficulter pronuntiare potuit, indultum est, ut ipsius cognatus Skaptus Thoroddi ejus vices ageret, & ei succederet; conf. *ARII Sched.* Edit. Island. pag. 9.

lega Arna Magnæo confecit. 2) *Lexicon Juridicum*, seu explicatio antiqvarum vocum & phrasium in Codice juris Islandico Magnæo f. Johannæo, vulgo *Jónsbók*, occurentium, magni a doctis æstimatum, & dignum qvod integrum lucem videat publicam (a). 3) Tractatus qvi inscribitur *Deo, Regi, & Patriæ*, f consilium de restauratione Islandiæ, nuper opera viri doctissimi Domini *JOH. ERICI* in Acad. Sorana tum Professoris dignissimi, nunc Collegio generali Coloniarum & Teloniorum, ut & Collegio Oeconomiæ & Commerciorum generali Præfecti, cum ejusdem erudito commentario & augmentis prodiit. 4) Vidalini etiam calamo debetur novus *Legum Islandicarum codex* ad formam codicis legum Norvegicarum adornatus, nam qvod posteriores addiderunt, minoris pretii & emendationes tantum esse videntur. 5) Exstant etiam ejus *poëmata* sacra, qvorum qvædam impressa sunt, & in publicis cætibus sacris usurpantur, qvales sunt hymni: *Jesu þín minning miög sæt er* &c. & *A Gud alleina eg hefe sett mitt traust* &c. Prior ex latino, sed posterior ex Danico idiomate feliciter versus est. 6) Ejus *Epigrammata*, qvorum collectio exstat, æqve felix ingenium poëticum commonstrant. 7) *Recensus poëtarum & autorum hujus & præcedentis seculi*, opus, ut fertur, affectum. Reliqva autem, ut minoris momenti, libenter præterimus.

§. 16.

Thorlakus Theodori Episcopi filius *Thorlacius*, qvi cum biennium ab 1692 in 1694 literis Hafniæ impenderat, ibiqve in Baccalaureum artium promoverat, & *dissertationem de ultimo montis Heklæ in Islandia incendio*,

---

(a) Ex hoc *Glossario* seqventes commentarii huc usqve prodierunt: 1) In Notis ad *Jon Arnesens Islandske Rettergang: Rettari*, Kóngssóknari, Sýslumadr, pag. 43 sqq. *Leid*, *Leidarþing*, pag. 371 sqq. *Fimtarstefna*, pag. 400 sqq. *Einmánudar samkoma* pag. 410. *Herad*, pag. 417 sqq. *Örvarþing*, pag. 428, qvorum qvidam in compendium redacti, omnes autem in lingvam Danicam translati sunt. 2) Huc referimus Vidalini *Epistolam* ad Episcopum Jonam Arnæum *de jure Patronatus Islandorum*, in Lingvam Danicam translatam, & cum procemio & epilogo a meritissimo & doctissimo Toparchiæ Dalensis Prætore, *MAGNO KETILLIDE* editam. 3) *Dönsk Túnga*, versione Latina & supplementis perpetuis, iisdemqve elegantissimis, accuratissimis & doctissimis illustrata, habetur ad calcem *Gunnlaugssagæ Ormstungu*, qvæ opera Illustriss. & nostra laude majorum *Sevirorum a S. R. M. ad Antiqvitates septentrionales evulgandas delegatorum* jam pridem prodiit.

dio, d. 9 Maji anno 1694 ſub præſidio Mag. *Joh. Beinii* habuerat, in patriam reverſus eſt, Pauloqve anno 1696 in Rectoratu ſucceſſit, qvem vix integrum trimeſtre gerere potuit, ulcere enim aut carcinomate qvodam graviter affligebatur, qvod anno ſeqventi circa feſtum omnium Sanctorum, cum annum ætatis 22 ageret, vitam ei eripuit; Vices itaqve ejus, dum decubuit, egit, & poſt ejus mortem officio præfuit, *Jonas Enari* filius ex diœceſi Holana oriundus, ingenio præditus capaci & veloci, qvi deinde ſcholæ Holanæ Conrector factus & in Rectoratu ſucceſſor deſignatus, anteqvam id munus ſuſciperet, anno 1707 mortuus eſt.

§. 17.

His anno 1698 in ſcholæ moderamine ſucceſſit *Theodorus Jonæ* Vigfuſi Epiſcopi Holenſis *filius*, cui pater anno 1687 ſedecim tantum annos nato Exſpectationis (ut vocant) diploma acqviſiverat, ut affini ſuo Sæmundo Oddi filio in præbenda Hytardalenſi ſuccederet, qvod ſtatim anno ſeqventi ob pueri ætatem revocatum fuit, eodem itaqve anno Theodorus ad Hafnienſem ſe contulit Academiam, ibiqve fideliter integrum qvinqvennium Muſis militavit, qvo tempore ipſius pater multis implicitus tricis & controverſiis, in jus vocatus, & ad comitia anno 1690, ubi cauſa a delegatis judicibus decernenda fuit, iter parans, repentina morte exſtinctus eſt, qvod etſi judicibus notum eſſet, & ab ea parte qvi aliqvam proferret deffenſionem nemo appareret, nihilo ſecius gravem in mortuum, viduam, & pupillos dixerunt ſententiam, a qva Theodorus, qvam primum ei res innotuit, ſuo ſuorumqve nomine ad Supremum tribunal provocavit, ibiqve cauſam obtinuit, qvod ei inter ſuos magno fuit honori, tantosqve ipſi auxit ſpiritus, ut anno 1697 poſt mortem Theodori Thorlacii, Epiſcopi Skalholtenſis, Hafniam denuo iter inſtitueret, de ſucceſſione in Epiſcopatu (ut putabatur) non deſperans, & ſi occaſio daretur, aliqvid tentaturus. Sed anno ſeqventi, re infecta, & vix tentata, rediens, Rectoris officium ſuſcepit, cui triennio præfuit, nam anno 1702 Paſtoris Pauli Ketillii in parœcia Stadarſtadenſi factus comminiſter, moxqve ejusdem provinciæ Eccleſiarum Præpoſitus conſtitutus, ibidemqve anno ætatis 48, ſed ſeculi vigeſimo, obiit (a). Uxorem habuit Margaretam

 Sæmundi

(a) Ejus opera hæc recenſet Celeberr. *SIBBERN Idea Hiſtor. Literar. Islandorum* in *DREYERI Monument. Anecdot.* pag. 223. ſq. Prelo parata:

Lexicon

Sæmundi filiam, cognatione consobrinam, ex qva moriens sex liberos reliqvit.

§. 18.

Hunc excepit *Magnus Jonæ*, Theodori germanus, qvi unicum tantum in hoc officio annum egit, nam circa festum Michaëlis anno 1702, cum in taberna Holmensi pernoctari constitueret, sed sententia omnibus insciis mutata noctu exiens, in isthmo, qvi ad continentem ducit, in tenebris a recto tramite aberrasse putatur; nam albescente die a fluctibus, qvi accessu maris isthmum invium reddunt, absorbtus, & in littus iterum ejectus, inventus est.

§. 19.

Magno Jonæ successit *Magnus Marci*, in Holensi dioecesi ex Geiridarum, qvi diu Laufasensem tenuerunt præbendam, familia ortus Hic postqvam Hafniæ literis operam dederat, in schola Skalholtina primo Hypodidascali stationem nactus, moxqve mortuo Magno Jonæ in scholæ ephoriam promotus est, eamqve per sexennium antiqva gravitate & vigilantia administravit, veteresqve mores, ac disciplinam a discessu Olai Jonæ magna ex parte intermissam, postliminio introducere, varios autem abusus & licentias, qvæ intermedio tempore Rectorum conniventia irrepserant, eradicare sategit, ita ut sub eo schola tam qva profectum in re literaria, qvam qva mores, novum induisse habitum videretur. Anno 1707 cum pestifera variolarum lues patriæ juventutem demetiisset, schola priusqvam sub anni 1708 exordium aperiri non potuit, seqventiqve æstate Magnus præbendam Grenjadarstadensem nactus, Rectoris officium deposuit. Uxorem

Lexicon Islandico-Græco-Germanico-Danico-Latinum.
Dissertatio de versione Bibliorum Islandica.
Specimen Botanicum.
Calendaria duo; majus & minus.
Affecta:
Centuriæ Proverbiorum Islandicorum.
Specimen poëseos Latinæ Islandorum.
Diatribe de plagiis Svecorum in Islandos.
Tractatus de morbis in Islandia notioribus.
Comparatio fabularum Eddicarum cum mythologiis græcis & latinis.

rem habuit Gudrunam, ex celebribus Gudbrandi & Oddi Epifcoporum familiis oriundam, ex qva tres, qvi ad maturitatem pervenerunt, liberos fufcepit; Obiit anno 1733.

§. 20.

Peftilens illa, cujus mox mentionem fecimus, lues, Skalholtinam ita exinaniverat diœcefin, ut anno 1708 ne unus qvidem Studiofus, Rectoris officio par, in ea inveniretur, qvare cum ex Sacerdotum numero aliqvis huic officio neceffario effet præponendus, nemo aptior eligi potuit, qvam *Jonas Halldori* filius, Myfta Hytardalenfis & Toparchiæ Myrenfis Præpofitus, qvi juffu, aut potius enixo oratu Epifcopi, & publica necesfitate inductus; id in fe fufcepit, & ut fuit Olai Jonæi, cujus, fæpe mentionem fecimus, difcipulus & alumnus, ita & ad ejus modum moremqve, comi femper gravitate, æqva difciplina ac vigilantia, non magis literarum qvam morum culturam exigens, omnium bonorum applaufu per proximum biennium adminiftravit. Natus fuit Reykholti in Toparchia Borgfiordenfi anno 1665 d. 6 Novembris, patre Haldoro Jonæ, ejusdem parœciæ curione & vicinarum Præpofito, Giffuri Epifcopi ex fratre pronepote (a), matre autem Holmfrida Johannis filia, ex celebri fatis Snoxdalenfium familia prognata. Ab anno ætatis decimo qvarto in familia patruelis Olai Jonæi vixit, usqve in annum ætatis 21, qvo ad Academiam Hafnienfem ablegatus, ibidem affidue Laffenium, Vandalinum, & Mafium Theologos audivit, ut & præter reliqvos Philofophiæ Profeffores, Oligerum Jacobæum, qvi ejus fuit privatus Præceptor. Redux in patriam anno 1688 Conrectoris in fchola Skalholtina munus per qvadriennium geffit, qvo exacto, anno 1692 præbendam Hytardalenfem nactus eft, qvæ ab obitu patrui per qvadriennium, variis intervenientibus caufis & cafibus vacaverat; Sed anno 1701 Ecclefiarum in tractu Myrenfi fitarum Præpofitus conftituitur. Poft obitum Mag. Jonæ Vidalini, jubente Præfecto Regio ephoriam diœcefeos fufcepit, qvam per biennium ita adminiftravit, ut nemo non eum fibi Epifcopum exoptaret; Doctus ipfe fuit, doctosqve & doctrinam amavit, femperqve domi, non tantum pueros qvosdam magnatum & amicorum filios in primis lingvæ latinæ rudimentis informandos, fed

(a) Vid. fupra pag. 195. Tom. 2. pag. 645.

ſed etiam e publica ſchola dimiſſos in altioribus diſciplinis & ſcientiis, exercendos habuit, ut ipſius domus Lycæi inſtar eſſet; Senior factus, aut circa annum ætatis qvinqvageſimum, totum ſe, qvantum negotia officii permiſerunt, antiqvitatibus & hiſtoriæ patriæ dedit, qvorum interitum ſæpe doluit. Tantæ etiam fuit ſapientiæ & reconditæ prudentiæ, ut vix ulla res ad Eccleſiaſtica pertinens, & majoris momenti, ſine ejus voto & adminiculo ageretur, modo haberi poſſet; Anno 1736 hemiplexia correptus, octo fere menſes decubuit, tandemqve cum vixiſſet annos 71 officii ſacerdotalis 45, Præpoſituræ 36, piam animam placide exhalavit, ſed corpus ipſo ejus natali die 6 Novembris terræ mandatum fuit. Uxorem habuit Sigridam Biörni filiam, inſignem viraginem, ex qva duos filios reliqvit (a).

§. 21.

Tandem anno 1710 *Thorleifus Arii*, ex magni Gudbrandi & Jonæ Aræſonii Holenſium Epiſcoporum familiis oriundus, qvi proximum biennium Havniæ literis operam dederat, Rectoris munus affectavit, qvod ei, etſi Regio præmunitus eſſet diplomate, Præſul cum de ejus habilitate ſubdubitaret, niſi examini ſe ſubjiceret, committere noluit, qvo exantlato, officio octennium, non prorſus cum duobus prædeceſſoribus pari laude & fama præfuit, ſeculi enim moribus magis deditus, ſæpiusqve actionibus & litigiis forenſibus implicitus fuit. Cum anno 1718 præbendam Breidabolſtadenſem nactus eſſet & officio ſacerdotali non diu præfuiſſet, a collegis Provinciæ Præpoſitus legitima electione deſignatur, qvam electionem licet Præſul ſuo confirmaret calculo, accipere conſtanter recuſavit, cauſſans ſe collegarum utpote natu minimum, ideo etiam tali officio imparem eſſe; Sed qvam primum Epiſcopus anno 1720 animam exhalaverat,

(a) Scripta ejus exſtantiora ſunt, varia collectanea: 1) *De Epiſcopis Skalholtenſibus.* 2) *Holenſibus.* 3) *Præfectis Islandiæ.* 4) *Rectoribus ſcholæ Skalholtinæ.* 5) *De Sacerdotibus diœceſeos Skalholtinæ*, qvotqvot ei innotuerant, a Reformatione ad ejus usqve tempora, cui titulum fecit *Spicilegium.* 6) *De Dicographis Islandiæ.* 7) *De Abbatibus Islandiæ.* 8) *De Incendiis montis Heklæ.* 9) *Genealogia Finniana.* 10) *Genealogia Martiniana.* 11) *Hymnorum* & ſacrorum poëmatum a celeberrimis poëtis factorum *collectio* 2 Tomis conſtans; Qvæ pleraqve filio ſuo & in officio ſucceſſori Vigfuſo legavit; Taceo integros codices, qvos ſua manu ſcripſerat, tantæ enim fuit induſtriæ, ut fere nunqvam a legendo vel ſcribendo vacuus eſſet.

rat, non tantum ut Præpositi officio, qvod se tum per biennium gessisse credi voluit, sed etiam Episcopali maturus, idem affectaturus, Hafniam mox advolavit; Omnem autem licet moveret lapidem, ut voti compos fieret, repulsam tamen tulit. Periit anno 1727 d. 12 Januarii in fluvio *Markarfliót*, qvem ebullientem & impervium noctu transire tentaverat; Cumqve vivus haud paucis implicitus fuisset controversiis, ita & post fata a Paulo Kink, mercatore Dano, qvem ut Regius in causa Svartzkopfiana Commissarius infamia notaverat, ad supremum in Dania justitiæ tribunal citatus causa cecidit.

§. 22.

Huic successit *Erlendus Magni filius*, ex plebeja qvidem ortus familia, nisi qvod inter atavos numeravit Jonam Lopti & Jonam Gudmundi, qvorum uterqve eidem Lycæo seculo decimo sexto præfuerat; sed excellenti præditus ingenio, tantum enim uno octomestri, qvod in Academia Hafniensi, & uno semestri, qvod in doctissimi viri Johannis Vandalini, a qvo rude donatus fuerat scholastica, profecerat, ut anno 1718 Rectoris officio maturus esset, qvod usqve in annum 1723 omnium complacito gessit, tunc autem id cum Holensis scholæ moderamine commutavit, qvo unicum per annum pari dexteritate administrato, sacerdotium Oddense nactus est, in qvo cum paucas tantum hebdomades egisset, sub finem anni 1724 morbo exstinctus est.

§. 23.

Erlendo, post datum in examine ab Episcopo præscripto capacitatis specimen, suffectus est *Biarnus Halldori* filius, ex antiqva Bustarfellensium & Halldori Einaridæ Gissuri Episcopi fratris familia oriundus, officioqve qvinqvennium præfuit; Inde autem ad forensia & politica animum convertens anno 1728 Prætor provinciæ Hunavatnensis, & paulopost Cœnobii Thingeyrensis conductor evasit, qvam provinciam hodie, dum hæc scribo, anno scilicet 1771, viduus & in senium vergens adornat (a), nam uxor, qvæ celeberrimi Pauli Vidalini filia fuit, dudum fatis cessit.

§. 24.

(a) Mortuus est anno 1772. Ejus scriptorum unicum nobis innotuit, *Tractatus de centenario argenti*, cujus compendium exhibetur ad calcem *Krijsnisagæ*, Edit. Havn. pag. 165 sq.

§. 24.

Hunc excepit *Jonas Thorkilli filius*, Oddi Epiſcopi abnepos, ſed magni Gudbrandi trinepos, qvi rude ſcholaſtica donatus, unum in familia viri docti Theodori Jonæ Vigfuſii, Myſtæ Stadaſtadenſis, literas colendo, alterum vero in eruditiſſimi Præſulis Vidalini domo, idem agens, & pueros qvosdam informando, transegit, ſed anno 1718 in Academiam Hafnienſem ſe contulit, ibiqve, usqvedum ordinaria Academica abſolviſſet ſtudia, permanſit, deinde autem primo in Jutiam, & inde in Holſatiam tranſiit, ubi variis uſus conditionibus (a) vitam egit, interimqve unum annum Muſis Kilonienſibus impendit; tandem autem poſt decennalem apud exteros manſionem, niſi qvod anno 1720 ſuos inviſerat, anno 1728 in patriam rediit, vacantiqve Rectoris officio præficitur, qvod magna cura & diligentia per novennium gerens diſcipulorum animos non tantum bonis literis, ſed etiam probis moribus imbuere omnes nervos intendit; Melancholia autem & inde fluentibus, eamqve comitari ſolitis ſymptomatibus laborans, lingvaqve liberius, qvam omnes perferre poſſent, qvandoqve utens, varias ſibimet aliisqve creavit moleſtias, qvarum tandem pertæſus, nemine ſalutato anno 1736 ad exteros abiit, ubi varios de patria, præſertim vero ordine Eccleſiaſtico, parum honeſtos & minus veros ſpargens rumores, id tandem effecit, ut Celeberrimus vir Dominus *LUDOVICUS HARBOE,* hodie Epiſcopus Siællandiæ meritiſſimus, ut Eccleſiarum Islandicarum Generalis Viſitator, ipſeqve ut legationis Secretarius in Islandiam mitterentur, qvo officio cum anno 1745 defunctus eſſet, denuo nunqvam reverſurus abiit, & anno 1759 diem ſupremum obiit. Moribundus, opes qvas magna parcimonia congeſſerat, in prædiis aliqvot & 4000 Joachimicorum ſumma conſiſtentes orphanis & pauperibus pueris in tractu qvi Gullbringuſýſla appellatur, unde ſibi *chryſorini* cognomen indidit, ea conditione legavit, ut in eorum gratiam ædificaretur ſchola, in qva decenter educarentur, ut neceſſaria ad vitam pie ac pro regionis condi-

(a) Tunc qvoqve, ut ait *SIBBERN* in *Idea Hiſt. Literar. Islandor.* loc. cit. pag. 179, in dicti Sibbern *per annum & qvod excurrit, ædibus & contubernio commoratus, ita ſuam eruditionem, diligentiam, inſignem lingvarum ſeptentrionalium peritiam, morumqve compoſitam modeſtiam, ut ſi illa non commendaret ſingulis*, dictus Sibbern fateatur, *ſe committere, ut neqve honeſtus, neqve gratus, neqve deniqve vir bonus mereretur exiſtimari.*

conditione honeste agendam subministrentur, cujus fructum multi optant & exspectant. Doctus hic vir fuit, sed doctior habitus fuisset, si intra metas scholasticas se continuisset, cujus pulverem diu triverat. Nam eas excedens, se ipso minor videtur, præsertim cum Historica tangit, unde eum sæpius veritatis amore ducti castigare necessum habuimus (a).

§. 25.

Horum agmen, & nostram de schola Skalholtina lucubratiunculam, claudat ejusdem Rector qvadragesimus qvintus, *Gislaus Magni filius*, Magnum Marci, de qvo supra §. 22 egimus, patrem habens, qvi post qvam studia Academica biennio Hafniæ absolverat, anno 1737, Lycæi nostri moderationem in se recepit, & in annum 1746 felici successu continuavit, tunc autem ad sacerdotium in parœcia Stadastadensi, & mox ad inspectionem Ecclesiarum in provincia Snæfellsnesensi sitarum, promotus, iisdem officiis usqve in annum 1754 tanta fama præfuit, ut loco Hal-

 dori

(a) Scripta ejus, qvorum notitia ad nos pervenit, sunt:
Confessio Augustana, in Islandicum sermonem translata; Holis. 12. 1742.
Jersini scripta; translat. ibid. 8. 1743.
Lassenii Nucleus Bibliorum, Island. vers. ibid. 8. 1744.
Dethardiug criterium regenitorum; in sermonem Islandicum translatum; ibid. 1744.
Biblia Islandica, Havn. 4. 1746 ab eo mendis typographicis purgata.
Appendix ad Andersonii relationes de Islandia, Danice. ibid. 8. 1748.
Idea Histor. Literar. Island. sub *Sibbern* nomine in *Dreyeri monument. anecdot.* Tom. I. pag. 175 sqq. edita, nostrum ex parte auctorem agnoscere videtur. Conf. ibid. pag. 179.
Annotationes in Eddam, a cl. *Schlözer* in *Isländische Literatur und geschichte* Tom. I. pag. 150 ex parte allatas, nostri, non autem *A. MAGNÆI* opus esse, Perillustr. *ERICI* nobis auctorem & testem oculatum appellare licet.
Specimen Islandiæ non barbaræ, sive vitæ eruditorum Islandiæ, cujus qvædam specimina N. vellis Liter. Havniens. anni 1752 inseruit.
Poëmata sacra Islandica, qvorum qvædam in collectione odarum sacrarum Holis 1757 edita extant.
Eclogarius Islandiæ, versibus heroïcis, cum notis prosaicis, de viris qvibusdam Islandis celebrioribus.
Chrysöris, sive descriptio tractus Gullbringensis.
Supplementa ad Runolfi Jonæ Grammaticam Islandicam.
Versio, Latina odæ *Hávamál*, carmine sapphico expressa.
Lexicon Islandico-Latinum, affectum.

dori Brynjolfidæ anno 1753 demortui Holanæ diœceseos Episcopus anno 1755 a Rege constitueretur, eandemqve spartam hoc tempore adornat, cujus gesta & de Ecclesia merita successoribus enarranda relinqvimus.

§. 26.

Peracto Skalholtinæ scholæ Rectorum recensu ad Holanos nos convertimus, qvorum se primus offert *Vigfusus Arnæ filius*, natus in Toparchia Mulensi, qvi Hafniæ literis operam dederat; Constat eum post Jonam Gissuri Holano pædagogio præfuisse, sed qvamdiu incertum, forte ad annum 1638, qvo parœciæ Hofensi in tractu Vopnafiörd præficitur, factus deinde Præpositus Toparchiæ Mulensis; Obiit 1672. Huic successisse videtur *Sigfusus Egilli*, cum anno 1640 d. 2 Novembris Rectorem Scholæ fuisse constet, qvod officium deinde cum Pastoratu Cathedrali commutavit (a) *Runolfus Jonæ*, patrem habuit Jonam Runolfi, Sacerdotem tunc Skeggiastadensem & deinde Præpositum Toparchiæ Vadlensis. Cum aliqvantisper Hafniæ Musis dederat operam, in patriam reversus, Holanæ scholæ præficitur, qvod factum esse 1644, aut etiam prius, certum est. Sed anno 1649 sponte officio abiit, & Hafniam repetiit, ibiqve in Magistrum promotus, *Homagii Islandici lætum Mercurium*, 1650, *Lingvæ septentrionalis elementa* 1651, & *Grammaticam Islandicam* (b) atqve *duodecim dissertationes physicas* anno 1652 edidit. *Lexicon Latino-Islandicum* eum meditatum fuisse aut exarasse, monstrat Privilegium Regium de illo imprimendo & per decennium divendendo, datum 3 Maji 1650; Moxqve Rector Scholæ Christianstadensis in Scania constitutus ibidem obiit 1654. Cui in moderatione scholæ Holensis successit *Thorsteinus Illugonis*, qvi id cum cura Pastorali Ecclesiæ Holensis anno 1654 commutavit (c). Vacuam autem Rectoris sedem mox occupavit *Gislaus Thorlaci filius*, eiqve sesqvi annum præfuit, de qvo inter Episcopos diœceseos Holanæ plura Sect. 4 cap. 2 memorabuntur.

§. 27.

(a) Hunc ob Latinæ lingvæ, tam in stylo soluto, qvam ligato, leporem, laudat cl. *SIBBERN Id. Hist. Liter. Island.* loc. cit. pag. 201. 209.

(b) Hæc iterum Oxonii 1689 in 4. & in *HICKESII Thesauro lingvarum septentrionalium* 1705 Fol. edita est.

(c) Scriptas reliqvit *Meditationes de æternitate*, 1694. 16.

§. 27.

Gislao *Enarus Thorsteini* succeffit, & ab anno 1656 in annum 1659 aut 60 continuaffe videtur, de qvo inter Epifcopos Holenfes Sect. 4 cap. 3 plura dicendi locus erit. Sed anno 1660 *Theodorus Thorlacius* hujus fcholæ moderamen fufcepit, idqve per triennium adminiftravit, de qvo plura videbis inter Epifcopos Skalholtenfes Sect. 3. cap. 3. Hunc excepit *Gislaus Vigfufi filius*; Pofitis ille primis in patria literarum fundamentis, ad Academiam Hafnienfem circa annum 1658 fe contulit, indeqve per Germaniam & Belgium, in Angliam literariam inftituit peregrinationem, ex qva poft qvadriennium in patriam redux, fcholam Holenfem anno 1663 moderari cæpit, qvod per alterum qvadriennium usqve in annum 1667 continuavit, qvo iterum fe ad Hafnienfem contulit Academiam, in qva cum denuo biennium literis impendiffet, & in Philofophiæ Magiftrum promotus effet, anno 1669 ad patrios lares reverfus eft, ducta deinde uxore Gudrida Gunnari filia, ex qva unicum tantum fufcepit filium, anno 1673 vitam cum morte commutavit.

§. 28.

Huic fucceffit *Jonas Biarni* filius, muneriqve usqve in annum 1673 præfuit, tunc enim id cum facerdotio & præbenda Stadarbackenfi permutavit, uxoremqve duxit Sigridam Thorgilfi filiam, vir non vulgariter doctus, præterea eloqvens & poëta haud contemnendus; cum anno 1705 aliqvamdiu ægrotaffet, difpofita re familiari, fuisqve falutatis, dixit fe intra ædes non moriturum, ad templum fe itaqve conferre volens, in media via, cum mortem adeffe fentiens alta voce dixiffet: *Domine Jefu accipe animam meam*, eodem momento exanimatus eft.

§. 29.

Hunc excepit *Thorfteinus Geiri*, qvi poftqvam Holenfis fcholæ Hypodidafcalus fuerat, Hafnienfibus Mufis qvinqvennalem navavit operam, deindeqve in patriam reverfus, anno 1673 Rectoris munere fungi cœpit, idqve in annum 1679 geffit, qvo fratri fuo Marco in facerdotio Laufafenfi fucceffit. Obiit anno 1688. Cui fine qvodam intermedio furrogatus videtur *Egillus Sigfufi*, officioqve præfuiffe usqve in annum 1695, qvo id

 cum

cum ſacerdotio Glaumbajenſi permutavit. Ipſum autem ſecutus eſt *Jonas Arnæ* filius, eidemqve officio duodecim annos præfuit, de qvo inter Epiſcopos Skalholtenſes plura Sect. 3. cap. 5 adſeremus.

§. 30.

Inter Rectores ſcholæ Skalholtenſes §. 16 mentionem fecimus *Jonæ Enaridæ*, qvi 1698 eandem reliqvit, & in Holana Hypodidaſcali officium ſuſcepit, eiqve usqve in annum 1707, præfuit, accepto interim Regio diplomate, qvod ei in Rectoratu ſcholæ Holenſis, cum legitime vacaret, ſucceſſionem permiſit (a). Cum vero Jonas Arnæ anno 1707 ad præbendam Stadenſem in Steingrimsfiord promoveretur, & epidemica illa lues, dicta communiter *Stóra-bóla*, hoc anno univerſam devaſtaret Islandiam, ipſumqve Jonam Enaridem inter alios abſumeret, nec ullus in tota diœceſi inveniretur, qvi eidem officio commode præfici poſſet, Paſtor templi cathedralis *Thorleifus Skapti* filius id in ſe ſuſcepit ad tempus, & paucos tantum menſes cum ſacerdotio Cathedrali conjunxit. Sed anno 1724 hocce ſacerdotium, cum parœcia Mulenſi, ut & Præfecturam Eccleſiarum Skagfiordenſium cum Thingeyenſium Præpoſitura mutavit. Anno 1740 juſſu Satrapæ Regii poſt mortem Epiſcopi Steinonis Jonæ totius diœceſeos ephoriam ſesqviennio geſſit, iterumqve anno 1745 a diſceſſu Domini Ludovici Harboe in annum 1746 eandem ſpartam ornavit. Uxores habuit duas, ex qvarum priore numeroſam, ſed ex poſteriore nullam habuit prolem; Obiit anno 1748 in amniculo qvodam fallaci glacie ſuperinducto ſubmerſus.

§. 31.

Sub autumnum anni 1708 adfuit tandem ab Academia Hafnienſi in patriam revertens *Hallgrimus Jonæ filius*, ſed Thorlaci Epiſcopi nepos, qvi vacans ſuſcepit Rectoris munus, eiqve in annum 1711 præfuit, qvo id ſponte abdicavit, factus deinde partis toparchiæ Mulenſis Prætor, in qvo officio circa annum 1734 obiit.

§. 32.

(a) Poëta fuit felix, ut odæ (in *Vudriani ſcholam crucis*) *Kroſsſkólapſálmar* & *Primitiva Græca* verſibus memorialibus Iſlandicis incluſa teſtantur. Hæc nondum edita ſunt, illæ autem jam dudum Holis impreſſæ exſtant. *Barclaji Argenis*, qvam in Iſlandicam lingvam transtuliſſe fertur, & ejus ſeptem *conciones paſſionales* nondum prodierunt.

§. 32.

Hunc in officio excepit *Thorleifus Halldori filius*, ex infima & pauperrima plebe in lingula *Alftanes* oriundus, cujus optimo ingenio & animi dotibus magnopere delectatus talium aptissimus censor, tunc temporis parœciæ Gardo-Bessastadensis Mysta, sed postmodo Skalholtensis diœceseos Episcopus Johannes Vidalinus, eidem primo domi suæ prima latinitatis fundamenta instillavit, moxqve ad Episcopalem evectus dignitatem albo scholasticorum Skalholtensium inscripsit, indeqve exacto biennio anno 1700 dimisso auctor fuit ut in Academiam Havniensem transiret, suisqve impensis adjuvit, qvam anno 1703 (a) vix ingressus, & nondum civis Academiæ factus, velocissimi & ad literas unice nati ingenii luculentum specimen in itinere ab omni apparatu & subsidiis destituto multis vero inter nautas navigationis impedimentis circumdato, confectum ostendere potuit, *Encomium* scil. *Mendacii*, ad modum & imitationem *Moriæ* Erasmianæ, tanta arte tantaqve ingenii vi ac dexteritate elaboratum, ut omnium promereretur admirationem. Qvod, ut & alia qvæ qvotidie protulit ingenii specimina, tantam ei omnium bonorum & literas amantium, gratiam ac patrocinium conciliavit, ut non modo statim anno 1704 Academiæ Communitatis & Collegii Regii (b) albo inscriberetur, sed etiam gradus

(a) Paulo ante festum natalitiorum Christi in Norvegiam delatus, prope Karmtiam, ubi Torfæus habitabat, hyemare coactus est, qvæ occasio eum ab hoc cognosci & rite æstimari fecit, nam non tantum eximia ejus in poësi dona, etiam in metris prima vice illi tentatis, animadvertit, sed & nostri in Theologia profectus omnem spem & exspectationem superabant. Torfæus ejus periculum facturus, Halthorium in ædibus suis privatis concionem habere jussit, qvam sine omni librorum subsidio post unius pomeridiani temporis meditationem præstitit, ita ut judice Torfæo incomparabiliter pro iis circumstantiis elaborata fuerit, & saltim contra regulas lingvæ peccaverit, nam primum hoc erat tentamen nostri Danice perorandi. Verbo: Torfæus eum prodigium literarium, cum Pico Mirandola, si diversam utriusqve conditionem exceperis, comparandum, esse judicavit, eumqve hoc nomine amicis suis Havniensibus commendavit.

(b) Inter primos qvi pro qvadra Regia orationem habuere postqvam S. Ven. Lintrupius tales declamationes postliminio introduxerat, fuit; nam die 14 Septembr. 1704 problema vexatum *de Johanna Papissa* adversis orationibus in auditorio Collegii Regii ventilarunt Magnus Olavius & Thorlefus Halthorius, Islandi, qvorum ille negativam, hic vero affirmativam sententiam defensum ibat. Similiter & anno seqventi die 14 Martii *Epistolam Christi ad Abgarum* declamationibus amœbæis examinarunt Sigvardus Olavius & Thorlefus Halthorius, Islandi.

gradus & honores Academici gratis ei impertirentur, exactoqve in nominatis mox collegiis biennio anno 1705 Collegii Eilersiani inter primos alumnus adoptatus fuit, ubi dissertationes qvasdam conscripsit (a). Ab ipso Torfæo, qvi qvantum ejus ingenio, modo non ad alia dilaberetur, tribuendum esset, probe novit (b), electus fuit, ut sub celeberrimi viri Christiani Reitzeri inspectione, cui procurationem editionis *Historiæ Norvegicæ* a se concinnatæ commendaverat, Tomum Qvartum in ordinem redigeret, totius operis Correctorem ageret, &, ut qvidam volunt, Prolegomena ex ipsius Torfæi formatura conscriberet, qvæ omnia fat feliciter cesserunt, præter correctionem ultimi Tomi, in qva qvibusdam sæpius dormitasse videtur, cujus laboris præmium, præter antea pactum salarium, a Reitzero accepit gratuitum Magistri titulum. Absoluto hoc opere a Stenone Jonæo Holensis diœceseos Episcopo nuper constituto, & anno 1711 regressum in patriam parante, socius itineris adsciscitur, moxqve eodem autumno Rector scholæ Holensis constitutus, officio biennium plus minus præfuit, nam sub initium anni 1714 tabe, qvæ eum per omnem vitam arroserat, accedentibus jam aliis etiam symptomatibus, evanuit.

§. 33.

Snorro, Jonæ Magnæi, celeberrimi Hafniensis Academiæ Professoris Arnæ Magnæi fratris, filius nothus, postqvam biennium studiis Hafniæ bene impenderat, redux in Islandiam anno 1712 scholæ Holanæ Hypodidascalus factus est, sed mortuo Mag. Thorleifo Halldoris filio anno 1713 in scholæ regimine successit, qvod officium haud pœnitendo discentium fructu & bonorum applausu gessit in annum 1720, qvo parœciam Helgafellensem nactus, & mox ecclesiarum provincialium Præpositus constitutus fuit; Fuit vir doctus, nam præter Theologiam & Philologiam, qvarum apprime gnarus fuit, medicinæ etiam & poësi felicem operam dederat. Uxorem habuit Christinam Thorlaci filiam, ex qva liberos utriusqve sexus bonæ frugis suscepit. Senescens & viduus factus præbendam filio successori reliqvit,

(a) *De inventione Astronomiæ apud Chaldæos*, Havn. 1706. *De Aplane*, ibid. 1707. *De Harmonia cælorum Pythagorica*, ibid. 1708. *De sole retrogrado*, ibid. 1710. *Senarius Thesium de tempore.*

(b) Indices qvoqve *Vinlandiæ* & *Historiæ Hrolfi Krakii*, ut & versionem metricam carminum in hac allegatorum, in gratiam Torfæi adornavit.

qvit, sed Oddam se ad alterum filium conferens, ibidem septuagenarius pie obdormiit anno 1756.

§. 34.

Hunc excepit *Gudmundus Bergmann*, Stenonis Episcopi filius, qvi postqvam unam tantum hyemem Hafniensis Academiæ civis fuerat, in Islandiam reversus est, & mox scholæ Holensis Rector constituitur, cui officio cum triennium præfuisset, naufragio periit anno 1723; Ei autem succenturiatus est *Erlendus Magni* filius, qvi scholæ Skalholtensis Rector fuerat, in qvorum recensu §. 22 plura de eo legi possunt.

§. 35.

Vacuum Erlendi morte Rectoris officium accepit *Sigurdus*, *filius Vigfusi* Arnæi, Prætoris toparchiæ Hnappadalensis, qvi postqvam scholam Holensem aliqvamdiu freqventaverat, & Episcopo a manibus fuerat, qvinqvennium in Academia Hafniensi transegit, inde autem redux, dicto mox officio præficitur, qvod in annum 1742 gessit, tunc autem id deponens, privatus vixit usqve in annum 1746, qvo Præturam Dalensem nactus est. Uxorem habuit Caritatem Gudmundi, Sacerdotis qvondam Helgafellensis filiam, ex qva duas filias superstites habuit. Fuit vir suæ ætatis robustissimus, sed lenti & simplicis ingenii. Obiit anno 1753.

Cap. III.

De qvibusdam viris literatis, qvi ecclesiam aut aliqvo modo ædificarunt, aut ei damno fuerunt.

§. 1.

Si omnes hujus Periodi viros doctos enumerare vellem, longo mihi tempore opus esset, & magno certe constaret labore, tot enim & tales hæc tempestas protulit, ut modum instituti nostri longe superaret omnium enumeratio, nedum eorundem vitæ descriptio, & licet historia literaria membrum sit & magna pars Historiæ Ecclesiasticæ, non tamen utramqve

ejus facere debet paginam, nam ut indecens eſt, ſi caput, membrorum primum & præcipuum, reliqvorum excedat menſuram, ita etiam ſi hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſcriptor unice aut maxima ex parte in recitandis doctorum virorum factis & fatis occupetur, haud ſane vituperio caret. Nos itaqve inſtituti ac officii memores, paucos tantum & præcipuos hujus temporis literatorum nominabimus, qvi eccleſiam doctrina aut factis ædificarunt, perſvaſi hiſtoriæ literariæ Islandicæ defectum brevi a viro doctiſſimo Mag. *Halfdano Enari*, ſcholæ Holenſis Rectore meritiſſimo, amico noſtro ſingulari, compenſatum iri, qvi *hiſtoriam literariam Islandiæ* diu meditatus, eandem, ut ſperamus, propediem omnibus numeris abſolutam editurus eſt, qvod ut feliciter cedat, ſincere vovemus.

§. 2.

Primus, qvi præter ipſos Epiſcopos & ſcholarum moderatores, de qvibus ſpeciatim agetur & actum eſt, inter Skalholtenſes in hunc cenſum venit, eſt *Paulus Biörnonius* natus 1620, Eggerti Johannis, Islandiæ qvondam Nomophylacis, pronepos, ſed celeberrimi Arngrimi ex filia nepos. Poſtqvam ab anno 1641 in annum 1643 in Hafnienſi Academia literis fidelem operam dederat, uno tantum anno ſcholæ Holenſis Conrectorem egit, ſed anno 1645 ſacerdos Selardalenſis factus eſt, & deinde Præpoſitus Toparchiæ Bardaſtrandenſis; Uxorem habuit Helgam Halldori Nomophylacis filiam, famoſiſſimi Epiſcopi Jonæ Aræſonii proneptim, vir ſuæ ætatis popularium doctiſſimus, præſertim qva lingvas Hæbræam, Arabicam, Græcam &c. Varios aut ſcripſit, aut expoſuit libros & tractatus, qvorum nos nominare poſſumus: 1) *Transpoſitionem N. T.* ex lingva originaria. 2) *Pſalterium Davidis* ex lingva originali, cum notis & obſervationibus philologicis & didacticis. 3) *Conciones in Paſſionem Domini.* 4) *Homilias pœnitentiales.* 5) *De concione & concionatore* Tractatum. 6) *De cruce.* 7) *Hypomnemata in reſurrectionem Chriſti.* 8) *Itinerarium Chriſti.* 9) *Miſcellanea* in Evangelia & qvosdam textus Vet. Teſtamenti. 10) *Commentarium in Canticum.* 11) *Commentarium in Caput Eſaiæ 53.* 12) *Lilium inter ſpinas.* 13) *Calendarium Ebræum.* 14) *Admonitio ad Jonam Ulfi filium* de magia, ſcripta 1671. 15) *De cometa* anno 1680 conſpicuo. 16) *Caracterem Beſtiæ*, ſeu *de Magis & Magia*, qvorum malleus & indefeſſus perſecutor fuit, unde in qvovis fere ſcripto aliqvid de talibus immiſcet, &,

ut

ut ipſe putabat, raro a magorum inſultibus liber fuit, qvorum qvosdam igni tradi curavit. Fuit orator facundiſſimus, in converſatione hilaris & liberalis. Oblatum ſibi anno 1691 Epiſcopatum Holenſem declinavit, & ſenium cauſſans, deprecatus eſt; mortuus anno ætatis 86, officii 61.

§. 3.

Jonas Jonæ, Thorſteinidæ paſtoris Veſtmannejenſis a Turcis 1627 occiſi filius, Hafniæ circa annum 1616 literas fideliter coluit, ſed in Islandiam reverſus Conrectorem ſcholæ Skalholtinæ aliqvamdiu egit, inde Paſtor Melenſis in Borgarfiord, & ejusdem provinciæ Præpoſitus, vir doctus, diſertus, gravis, poëta, orator, theologus, juris peritus, philologus, æqve felix, unde ab omnibus, præſertim Epiſcopis, magni æſtimatus fuit. Varia literis conſignaſſe perhibetur, qvorum nulla ad nos pervenerunt, præter *poëmata* qvædam. Uxorem habuit Margaretam Davidis filiam, & ex ea liberos qvosdam ſuſcepit; ex qvibus Helgo & Thorleifus ſacerdotali officio functi ſunt, ſed David Prætor Kialneſenſis exſtitit; Obiit noſter Jonas anno 1663.

§. 4.

Theodorus Jonæ, Gudmundini filius, & in parœcia Hytardalenſi ſucceſſor, ſed Gislai Nomophylacis nepos ex filia, & Theodori Nomophylacis pronepos, natus 1609; Hafniæ biennium muſis impendit, primusqve Islandorum anno 1629 examen Theologicum (vulgo *Atteſtatz*) ſuſtinuit; Patri ſeneſcenti anno 1630 coadjutor conſtituitur, eiqve in officio tandem ſucceſſit; Vir gravis, ſapiens, doctus, & omnibus acceptus, qvem Svenonius in literis ad Cancellarium, Epiſcopatum deprecans, præ ceteris commendat: (a) Exſtant etiam mutuæ eorum *Epiſtolæ* latina lingva ſcriptæ, amoris, æſtimationis, & eruditionis plenæ. Supereſt *liber Genealogicus* a Theodoro conſignatus; ei etiam debetur *Vilchins Máldage*, ſeu celebris ille index Vilchinianus, qvi in Chartophylacio Skalholtenſi aſſervatur, unde primitus vocabatur *Hytardalsbók*, qvem Svenonio aut dedit, aut exſcribendum tradidit (b). Uxorem duxit anno 1642 Helgam

Aaaa 2 Arnæ

(a) Vid. infra Sect. 3. cap. 2.

(b) Ei etiam adſcribitur libellus qvidam ad medicam artem pertinens, in Bibliotheca Magnæana No. 192. in 8. reperiundus.

Arnæ Nomophylacis filiam, Oddi Epifcopi neptim, ex qva filium & filiam reliqvit, magnæ utrosqve progeniei parentes. Obiit 1670, anno ætatis 61.

§. 5.

Halldorus Jonæ filius, Bödvari nepos, Jonæ pronepos, qvi omnes Paftores Reykholtenfes exftiterant (a), natus 1625. Poftqvam triennium literis Hafniæ impenderat, aliud triennium fcholæ Skalholtinæ Conrectorem egit, tertium autem Paftorem Cathedralem, patri anno 1657 fucceffit, fed anno 1663 Præpofitus Ecclefiarum Borgarfiordenfium factus eft, vir pius, gravis, doctus, fapiens, unde ab Epifcopis maximi femper æftimatus fuit, & graviffimis femper negotiis & deliberationibus adhibitus. Uxorem habuit Holmfridam Hannæ filiam, ex qva qvatuor filios & totidem filias reliqvit, qvi ad maturitatem venerunt, filii omnes in facerdotali officio ad fenectutem vixerunt, tres vero Præpofiti fuæ qvisqve provinciæ fimul exftiterunt. Vixit Haldorus annos 79, fed in publicis officiis 53.

§. 6.

Hallgrimus Petri, Gudbrandi Epifcopi ex patre pronepos, natus ut videtur 1614. Scholam Holenfem puer freqventavit, fed, nefcio qvam ob caufam, inde dimiffus ad exteros abiit, ubi Brynjolfo Svenonio, poftea Skalholtenfi Epifcopo, innotuit, qvi eum Siællandiæ Epifcopo Joh. Refenio ita commendavit, ut Hallgrimus albo fcholæ Hafnienfis infcriberetur, ubi cum qvinqvennium exegiffet, nondum rude fcholaftica donatus in Islandiam remeavit, miferamqve produxit vitam, usqve in annum 1643, qvo a Brynjolfo ad Epifcopatum evecto parœciæ Hvalsnefenfi præponitur, cui varia fama & fortuna præfuit, usqve in annum 1651 cum ecclefiæ Saurbajenfi præficeretur, ubi feliciter vixit, nifi qvod 1662 omnia fua incendio villæ amifit, qvam jacturam multorum beneficentia abunde mox compenfavit, & qvod fenefcens circa annum 1667 fcorbuto maligno, aut lepræ qvadam fpecie correptus, munus facerdotale aliis cedere neceffum habuit. Uxorem habuit Gudridam Simonis filiam, qvam Hafniæ anno 1617 ex fervitute Algieriana reducem adamare cæperat, ex

qva

(a) Vid. fupra pag. 195. 536.

qva liberos qvosdam, ſed obſcuræ famæ & fortunæ, ſuſcepit. Obiit anno 1664 d. 27 Octobris. Omnium judicio poëta & orator eximius, cujus ingenii fœtus, præſertim poëmata, qvamdiu Islandia durabit, pariter durabunt; horum celebriora ſunt: 1) *Pſalterium Paſſionale*, cujus jam 14 editiones vidimus, ab omnibus piis amatum & maximi æſtimatum. 2) *Alia poëmata ſacra* edita primo Holis 1759 & deinde tam ibidem, qvam Havniæ anno 1770 cum vita auctoris. 3) *Diarium* ſeu de operibus Dei ſeptem dierum creationis; 1693. 4) *Meditationes ſacræ* 1692. *Paraphraſis metrica in priorem librum Samuelis* & *priora Capita poſterioris, usqve ad mortem Abneri*, ſeu v. 5. 3 capitis; Ut & multa alia profana, qvæ inedita adhuc latent.

§. 7.

Eyolfus Jonæ, Oddi Epiſcopi agnatus, in Grimseya intra diœceſin Holanam natus & ex ſchola Holenſi dimiſſus, primo Jonæ Gudmundini, Sacerdotis Hytardalenſis, Subminiſter fuit, & deinde Helgæ, Oddi Epiſcopi viduæ, qvamdiu Hraungerdi ſedem habuit, Sacellanus; Anno autem 1634 Lundenſi Eccleſiæ præficitur, vir pius, doctus, gravis, & ſeverus morum cenſor. Lundi ſcholam domeſticam inſtituit, ex qva multi egregii viri ipſius diſciplina formati & inſtituti prodierunt; Cum enim teneram juventutem egregie inſtitueret, & ad altiora in ſcholis publicis addiſcenda bene præpararet, multi ei ſuos liberos in bonis moribus & artibus liberalibus inſtituendos tradiderunt, unde ejus inter coætaneos percelebre nomen fuit. Uxorem habuit Catharinam Enari filiam, rei œconomicæ peritiſſimam, ex qva multos ſuſcepit liberos bonæ frugis. Obiit anno 1673 natus annos 73.

§. 8.

Eyolfi filiorum celeberrimi fuerunt *Jonas Eyolfi*, Eccleſiaſtes primo per 20 annos parœciarum Borg & Alftanes. Sed anno 1701 Gilsbackenſem nactus, ibidem anno 1718 ſeptuagenarius obiit; Hic primo patris veſtigia legens, haud pœnitendum juventutis informatorem egit; fuit enim vir probe literatus, & poëta non infelix. Reliqvit præter *varia poëmata ſacra & profana*, in *Librum poſteriorem Samuelis Paraphraſin metricam* a v. 5. capit 3. ad finem, ibi enim cæpit, ubi Hallgrimus Petri defecit. Et *Enarus Eyolfi*, Oeconomus primo Skalholtenſis, & deinde Toparchiæ Arneſenſis Proprætor, tandem autem Prætor Toparchiæ Snæfellenſis, &

 Redem-

Redemturæ Stapensis administrator factus, qvæ officia suscepturus, obiit anno 1695. Auctor est *Grönlandiæ Antiqvæ*, seu versionis Islandicæ *tractatus* historici *de Grönlandia*, ab Arngrimo Jonæo latine qvondam scripti (a); editæ Skalholti 1688. Inter suæ ætatis, juris, historiarum, & antiqvitatum peritissimos numeratus, eoqve nomine in prologo *Vitæ Olai Tryggonis* eum laudat Theodorus Thorlacius Episcopus Skalholtinus; Ex hoc fratrum pari, Jona & Enaro Ejulfidis, non incelebris prosapia prognata est.

§. 9.

Eyolfo, ætate, donis, meritis, & studiis suppar fuit *Thorvardus Arnæ* filius, Mysta Klifstadensis, qvalem enim juventutis informatorem in qvarta Islandiæ australi Ejulfus egit, talem etiam Thorvardus in qvarta orientali, ita ut plurimi postea viri celebriores illi suam deberent in literis & bonis moribus institutionem. Anno 1667 Scotus qvidam pirata ibidem exscensionem faciens, Sacerdotis pariter ac templi bona partim abstulit, partim perdidit, qvod pio viro magnum fuit damnum, licet a benevolis qvibusdam sublevaretur. Anno 1673 die parasceves Natalitiorum ingens & inopinatum aqvarum ac nivium profluvium illius domicilium obruit, ipsumqve senem, perrupto hypocausti pariete, mensæ assidentem suffocavit, cum discipulus, qvi ex ore docentis pendebat, in tanta consternatione consilium in arena capiens, sub genua magistri semet submittendo vitam retineret, ut & reliqvi domestici, alius hoc, alius illo modo, salutem qvæsiverant, solus enim herus vitam perdidisse perhibetur.

§. 10.

Hujus Thorvardi filius fuit *Arnas*, qvi postqvam Hafniæ bonis literis fidelem navaverat operam, Episcopo Skalholtensi Mag. Theodoro Thorlacio a manibus fuit, deinde præbendam Thingvallensem nactus est, & tandem anno 1690 Præpositus Ecclesiarum provinciæ Arnesensis constituitur, vir apprime literatus, & poëta in utraqve lingva Latina & Islandica sat felix, qvosdam enim D. *Thomæ Kingonis hymnos* metrice in lingvam Islandicam

(a) Ejus *Excerpta ex* multis *veterum historiis* exstant in Bibliotheca Univers. Havn. Legati Magnæani No. 576 in Qvarto. Scripsit etiam *interpretationem carminum in Olafssaga Tryggvasonar occurrentium.*

Islandicam vertit, impreſſos Skalholti 1693, aliaqve multa pepigit. Vertit præterea in lingvam Islandicam *Catechiſmum Lutheri* Majorem editum Skalholti anno 1691. *Concio funebris* ab eo *in exſeqviis Mag. Theodori Thorlacii* habita, neſcio an impreſſa fuerit. Anno 1697 Mag. Jonæ Vidalini, tum temporis Skalholtenſis diœceſeos Officialis & Poſtulati, dum Hafniam ad capeſſendum Epiſcopatum ivit, vicarium egit, ejusqve loco qvartam orientalem eodem anno viſitavit. Uxorem habuit Gudrunam Thorkilli filiam, nominati mox Epiſcopi ſororem, ex qva anno 1702 moriens 7 liberos reliqvit.

§. 11.

Thorkillus, magni *Arngrimi* ex poſteriore uxore filius natu maximus, anno 1647 ſtatim poſt patris obitum ad Academiam Hafnienſem tranſiit, ubi præceptore uſus, D. Olao Wormio, parentis ſummo & amico & fautore, in bonis literis profecit, usqve in annum 1649, qvo in Islandiam rediit, eodemqve anno Hafniam remeavit, unde in Bataviam ſe contulit, nam 1651, die 15 Junii Lugduni Batavorum ad Wormium literas dedit, ut ex Wormii ad eum reſponſo ſcripto Calend. Febr. 1652 apparet. Circa idem tempus in aurifodinis Norvegicis ſub imperio Georgii Bielke noſtri Satrapæ fratris, aliqvid officii geſſiſſe videtur, nam anno 1655 cum uno comite artis metallicæ perito ad explorandum, num metalla qvædam in Islandia reperirentur, ablegatus fuit (a); Tandem anno 1658 in patriam altera vice redux, parœciæ Gardenſi in Alftanes præficitur, cumqve in rebus phyſicis maxime valeret, injunctum ei fuit ut hiſtoriam naturalem Islandiæ conſignaret; Cauſſanti autem ſuæ parœciæ reditus talibus impenſis pares non eſſe, literæ exſpectationis præbendarum Stadaſtad aut Breidabolſtad d. 7 Maji 1664 conceduntur; qvidnam autem in tali negotio perfecerit, non liqvet. Ut acri præditus fuit ingenio, ita etiam doctus fuit, præſertim autem Phyſicæ, & Medicinæ operam dedit. Diſſertationem unam aut alteram eum edidiſſe audiſſe videor, ſed in Islandicum ſermonem transtulit *Tomæ a Kempis tres libros de imitatione Chriſti* edit. Holis 1676. Uxorem

(a) Tunc etiam d. 4 Maji Reſcriptum ad Iſlandiæ Satrapam Henricum Bielke datum eſt, qvo non tantum 100 imperiales ei numerare, ſed & qvomodo in poſterum Thorkillo optime proſpici poſſet, indicare jubetur. Præterea & ad omnes Iſlandiæ Prætores edictum manavit, ut omne ei auxilium, & terra mariqve liberum commeatum, præſtarent.

Uxorem habuit Margaretam Thorfteni filiam, ex qva tres reliqvit filios: Mag. *Arngrimum* Rectorem fcholæ Nafchovienfis in Lollandia, qvi improlis obiit, *Theodorum*, qvi primo fcholæ Skalholtenfis hypodidafcalus, & deinde biennalis Rector exftitit (a), & *Jonam Vidalinum* ejus diœcefeos Epifcopum (b), ac præter hos filiam unicam Arnæ Thorvardi (c) nuptam. Obiit nofter Thorkillus anno 1677, anno ætatis 48.

§. 12.

Stephanus Olai filius Enari Sigurdini nepos, fed Gislai Jonæ Skalholtenfis Epifcopi pronepos; poftqvam Hafniæ fub Olao Wormio communi Islandorum fautore & præceptore ftudia abfolverat, in patriam rediit, & aliqvot annos Epifcopo Svenonio a manibus fuit, usqvedum anno 1649 parœciæ Vallanefenfi præponeretur, fuit vir doctus & poëta feliciffimus, præfertim fi de ludicris pangendum effet, ita ut non immerito a qvibusdam *Islandiæ Horatius* nuncupetur. Exftant inter Epiftolas Wormianas qvædam ab eo ad Wormium datæ. Ex facris ejus *poëmatibus* lucem publicam viderunt *D. Thomæ Kingonis hymni qvidam*, qvos in lingvam Islandicam rogatu Epifcopi Theodori Thorlacii, eandem ac autor retinens melodiam, transtulit, impreffi Skalholti 1686; Sed permulta ejus poëmata inedita adhuc latent. Hafniæ agens, *Eddam Snorronis* & odam *Volufpa* in gratiam Wormii in latinam lingvam transtulit (d). Sedecim annos fuit Præpofitus toparchiæ Mulenfis. Uxorem habuit Gudrunam Thorvaldi filiam, Jonæ Epifcopi Aræfonii ex Biörno Paftore Melftadenfi proneptim, ex qva numerofam prolem fufcepit; Obiit anno 1688.

§. 13.

Theodorus Svenonius natus 1623, fed ex fchola Skalholtenfi dimiffus 1647, & paulo poft parœciæ Ogurenfis in Toparchia Isafiordenfi Sacerdos;

(a) Vide fupra pag. 537.

(b) Vid. infra Sect. 3. cap. 4.

(c) Vid. fupra pag. 558. fq.

(d) *Völufpá* transtulit 1644, qvam *Refenius* anno 1665 unacum Edda Snorronis edidit. Notas qvoqve addidit, in qvibus a Magno Olai & Biörno de Skardsá diffentit. *Eddam* autem *Snorronis* usqve ad fab. 68. transtulit anno 1646, qvæ verfio Refenio Eddam Snorronis edenti ad manus fuit, qvi inde etiam ea qvæ cum verfione Magni Olai filii non conveniebant, excerpfit, & fuæ Editioni inferuit.

dos; unde anno 1657 ab Arna Lopti filio Paſtore Adalvicenſi, ut diſcederet, & in Adalvicam tranſiret, inductus fuit, ubi unum tantum aut duos annos permanſit, & ab eo tempore vagus ſine certa ſtatione, nunc hic, nunc illic, apud viros doctos, qvi ejus ingenio & eruditione delectabantur, permanſit. Nam anno 1660 in familia Paſtoris Selardalenſis Pauli Biörnonis degit; ibiqve *Calendarium*, qvod eo tempore magni ab omnibus eruditis æſtimatum fuit, conſcripſit (a); Poſtea Skalholti apud Epiſcopum Svenonium aliqvot annos transegit, usqvedum anno 1666 in gravem incidens morbum, in domum & familiam fratris ſui tranſivit. Fuit, omnium doctorum judicio, vir magni ingenii & profundæ eruditionis, qvam unde hauſerit, pleriqve mirabantur; Aſtronomiæ enim & lingvarum Orientalium ſui temporis peritiſſimus habebatur. Sed ſingularis ingenii, opinioſus, & ſibi ſoli ſapiens. Deceſſit ex memorato morbo anno 1667.

§. 14.

Exſtiterunt præterea viri qvidam pii & ſatis docti, qvi Eccleſiæ ſcriptis ſuis profuerunt, qvales fuerunt: *Thorleifus Arnæ filius*, Paſtor Kalfafellenſis & Præpoſitus Toparchiæ Skaptafellenſis, qvi D. *Joh. Arndtii libros de vero Chriſtianiſmo* in lingvam Islandicam tranſtulit, qvos a ſe reviſos Hafniæ edi curavit Epiſcopus Jonas Arnæſonius anno 1730; *Theodorus Bardi filius*, Paſtor Torfaſtadenſis, qvi libellum *ſacras* continentem *precationes* conſcripſit, qvi multoties editus, a multis amatur & uſurpatur. *Jonas Jonæ*, Præpoſitus Iſafiordenſis & Paſtor Holtenſis, conſcripſit (ut puto) potius qvam tranſtulit *Jobi triplicem theſaurum fidei*, impr. 1693. *Thorſteinus Gunnarides Precationes* qvotidianas *Joh. Laſſenii* impr. Skalholti 1681 & Havniæ 1743, ut & *Lucæ Loſſii breves homilias in Evang.* & *Epiſtolas Dominicales* in lingvam Islandicam tranſtulit, impr. Skalholti 1690. *Jonas Jonæ*

(a) Doctiſſimus *PAULUS VIDALINUS* in *Lex. Jurid.* Tit. *allar dagur til ſteſnu* videtur eum facere fratrem Brynjolfi Epiſcopi, ut & aſſerere qvod Calendarium Skalholti conſcripſerit. Id enim indubie profert, dicens: *mirari ſe, qvod Theodorus Svenonius, auſus fuerit talia ſcribere, Skalholti, ſub manu fratris ſui, viri eruditiſſimi Domini Brynjolfi Svenonii*, ſed in utroqve magnopere errat; ut ex Genealogiis & aliorum eruditorum virorum ſcriptis abunde patet. Qvid autem de ipſo errore, qvem doctiſſimus Vidalinus Svenonio imputat, tenendum ſit, hic non vacat diſſerere.

Jonæ, Paftor primo Tröllatungenfis, & deinde Stadarholenfis & Hvolenfis parœciarum, amiffis parentibus in magna illa devaftatione, qvæ Islandiam anno 1707 afflixit, a Jona Halthorio Myfta Hytardalenfi, & Præpofito Toparchiæ Myrenfis educandus & informandus fufceptus; Reliqvit, præter multa alia inedita, *qvadraginta meditationes in hiftoriam Refurrectionis*, & 50 tales *in hiftoriam Paffionis Chrifti*, illas anno 1759, has vero 1766 Holis editas. *Petrus Enari*, Paftor Miklaholtenfis, *Poftillam Matthiæ Roftochii* in fermonem Islandicum tranftulit, qvam Epifcopus Jonas Arnæfonius Hafniæ edi curavit, & *Bayle Praxin pietatis* ineditam. Ut alios magno numero occurrentes taceam, nam fi omnes, qvi aliqvid tale fcripferunt, enumerare vellem, moles operis inftituti rationem excederet.

§. 15.

Hiftoricorum diœcefis Skalholtina hoc temporis tractu haud qvaqvam fœcunda fuit; non tamen filendus eft *Benedictus Petri*, Teiti Sacerdotis Lundenfis nepos, cujus (Teiti fcilicet) filiam Gudrunam Audinus Jonæ Paftor parœciarum Bæ & Hvanneyre in matrimonio habens, ipfe improlis, filios Petri orphanos educavit; Benedictus itaqve ejus aufpiciis in fcholam Skalholtinam ablegatus & rude fcholaftica donatus, nutricii Subminifter conftituitur, acceptaqve paulo poft ejusdem alumna, Gudruna Gudmundi filia, in matrimonium, tandem a communi nutricio hæres fcribebatur, & poft ejus fata 1669 in officio fucceffor exftitit; fuit hicce Benedictus, vir doctus, eloqvens, prudens, & fedati ingenii. Scripfit *Annales* fui temporis *ab anno 1664 ad annum 1724*; Sed in lingvam Islandicam tranftulit *Buntingii Chronicon Regum Perfarum* & forte plura, qvæ noftram notitiam fugerunt; Liberos, qvi ad maturam ætatem venerunt, duos habuit. Senex factus parœciam fucceffori ceffit, & Thingvallis apud generum fuum anno 1724 occubuit anno ætatis 84, officii 63.

§. 16.

Petræo adjungimus *Petrum Einari* de Ballaraa, generalis dicafterii affefforem non incelebrem, nam juris peritiæ addidit poëfeos & theologiæ ftudium, exftant enim ejus *de Ponto rhytmi*, & *in Paffionem Domini Paraphrafis metrica*, vulgo *Eintals Pfálmar*, impr. Holis 1666; Ut & ftudium hiftoriæ, nam *Annales* fui temporis *ab anno* 1597 *ad* 1665 non

ineptos

ineptos confcripfit. Tale etiam, & qvidem valde vaftum, minori autem judicio, *Annalium* opus confignavit *Oddus Erici*, Oddi Epifcopi nepos, itidem dicafterii affeffor, qvi nihil ipfe finxit, fed nimis credulus fuiffe videtur, unde ejus relationes cum grano falis & non fine examine accipiendæ funt. Nec omnino contemnendus eft *Jonæ Olaidæ*, vulgo *Oftindiafare, Commentarius de vita fua*, qvædam enim ibi occurrunt, qvæ alibi fruftra qvæfiveris; viderat autem Jonas ille Daniam, Norvegiam, Angliam, Indiam Orientalem, & Grönlandiam, de qvibus nil infipienter aut improbabile refert; Sed hæc parum ad noftrum fcopum, unde illis non immoramur.

§. 17.

Hiftoriæ naturali indagandæ operam dederunt *Gislaus Oddi*, Epifcopus Skalholtinus, ut ex ejus ad Wormium Epiftola data 1635 abunde patet. Similiter etiam *Thorkillus Arngrimi*, Sacerdos Gardenfis, Regia ad id efficiendum præmunitus auctoritate (a), fed qvid in eo profecerint, non liqvet. Eidem etiam ftudio & chymiæ, metallurgiæ ac agriculturæ incubuit, *Gislaus Magni*, vir doctus & polymathes, qvi poftqvam Hafniæ ftudia Academica abfolverat, in Bataviam difceffit, ibiqve biennium talibus maxime ftudiis invigilavit; In Angliam etiam tranfiit, licet ibidem non diu moraretur; tandem autem in Islandiam reverfus, uxorem duxit Groam Thorleifi filiam virginem fuæ ætatis ditiffimam, laresqve primo fixit in cœnobio Skridenfi, cujus, unacum toparchia Mulenfi, aliqvamdiu adminiftrator fuit, inde autem in provinciam Rangarvallenfem feceffit, paterniqve uxoris prædii Hlídarenda incola exftitit, tandemqve Prætor ejusdem provinciæ factus eft (b). Filii duo ante patrem decefferunt, filiam autem Epifcopo Theodoro Thorlacio nuptum dedit, ad qvos fenefcens lares transtulit, ibiqve in confvetis ftudiis confenuit, præturam autem per vicarium adminiftravit. Obiit annum ætatis agens 75, anno feculi 96 (c).

(a) Vid: fupra pag. 559.

(b) Scripta ejus nominantur in Perilluftr. *ERICI Tractatu de ftatu Islandiæ reftaurando* pag. 45 fq. eorumqve contenta hic illic ibidem pro re nata recenfentur.

(c) Conf. *Wormii Epiftol.* Tom. 2. pag. 846 fqq.

§. 18.

His annumerandus videtur *Jonas Davidis*, primo Myſta parœciarum *Ogur* & *Eyre*, intra Toparchiam Isfiordenſem; deinde ab anno 1639 in 1642 Paſtor Cathedralis templi Skalholtenſis, tandem Arnarbælenſis, vir doctus, diſertus, juris (a) & hiſtoriarum peritus, nec phyſices ſeu rerum naturalium rudis, ut ex libello *Gandreid* perſpicuum eſt, in qvo de rebus naturalibus Islandiæ ſobrie & ſine ſuperſtitione agit, ſecus qvam alii noſtratium, qvi his rebus, lapidibus ſcilicet, herbis, mineralibus, piſcibus, avibus, & id genus aliis plerumqve vim qvandam magicam adſcribunt. *Gandreid* autem, ſeu faſcinationem, librum vocare videtur in ludibrium eorum, qvi omnes naturæ vires & operationes magicis attribuerunt artibus, qvod, ut & illud, qvod ſupra vulgus ſapuit, faſcinatis illis temporibus magiæ ſuſpicionem illi attraxit. Obiit ſeptuagenarius repentina morte anno 1676.

§. 19.

Qvid autem faciamus *Enaro Gudmundi*, Stadenſi in lingula Reykianes aliqvamdiu Eccleſiaſtæ, non liqvet; Tricis qvibusdam civilibus ita aliqvando innodatus fuit, ut qvidam eum falſi poſtulare vellent, & ideo anno 1635 ab officio deponeretur, cumqve poſt pronuntiatam ſententiam præbendam dimittere nollet, ipſius Præfecti auctoritate inde ejicitur, unde patet eum contumacis fuiſſe ingenii. De *Alfis* ſeu *ſemi-Diis* & ſaxicolis ſcriptum qvoddam edidit. Relationem de *Revolutione Anglica* & *excidio Caroli Stuarti* Angliæ Regis in Islandicam lingvam transtulit; Mag. Brynjolfo Svenonio, nuper ad Epiſcopatum evecto, *paradoxas* qvasdam *qvæſtiones* propoſuit ſolvendas, frivolas qvidem, ſed qvæ ingenium ſapuerunt; Cui ille reſpondit, eſſe talia ex eorum numero, de qvibus loqvitur Apoſtolus 1 *Tim.* 6. v. 20. & *Tit.* 3. v. 9. tandemqve ei de qvavis ſuam aperuit ſententiam. Pluraqve ejusmodi conſignaſſe perhibetur, unde patet eum non fuiſſe indoctum, ſed ſciolum & naſutum; taliumqve plures adferre poſſemus, ſi expedire videretur, ſed hunc loco omnium nominaſſe ſufficiat.

§. 20.

(a) Exiſtunt enim ejus *Rembebnútr*, i. e. *Nodus Gordius* ſ. *Practica legalis*, poëma *Sveinadrápa*, & forte plura.

§. 20.

Poëtas etiam præclaros hæc ætas protulit, & qvod magis mireris, etiam ex vulgi & illiteratorum numero, nam qvid *Sigurdi Gislonii* poëmatibus ingeniosius ac lepidius? cujus etiam sacra poëmata haudqvaqvam contemnenda sunt. Idem de *Kolbeinis Grimidæ hymnis* impressis 1682 dicendum est, ut & de hujus classis seu laicorum poëtarum coryphæi *Gudmundi Bergthori*, poëmatibus, qvo neminem Islandorum plura poëmata fecisse puto, ejus enim opera, si collecta essent, multos sane tomos efficerent. *Vigfusus* autem *Jonæ filius*, licet horum esset ingeniosissimus, lepidissimus & doctissimus, nam in juventute Musis non perfunctorie militaverat, indignus tamen est, ut inter bonos numeretur poëtas, cum pleraqve ejus poëmata ludibriis & lascivia scateant, magisqve bonis moribus nocere qvam prodesse videantur; Qvæ de poëtis annotasse sufficere putamus, omnes enim enumerare inutile & impossibile videtur.

§. 21.

Qvi *medicinæ* in hac diœcesi operam dederunt (si circumforaneos omiseris, qvorum haud paucos numerare possumus) pauci admodum sunt; præcipue tamen nominari merentur, *Arnas Gislai* Nomophylacis filius; *Jonas Sigurdi* Karanesensis, communiter *Chirurgus* vocatus, Oddi Oddidæ Sacerdotis Reinevallensis gener & discipulus; *Magnus Gissuri filius*, Mag. Brynjolfi Svenonii frater uterinus, Chirurgiam Hafniæ didicerat, eamqve redux non infeliciter exercuit; *Thorkillus Arngrimi*, Sacerdos Gardensis, magni Arngrimi filius, & Celeberrimi Wormii discipulus, qvi diu apud exteros huic scientiæ operam dederat (a); ejusqve filius *Theodorus Thorkillius*, qvi sub Borrichio medicinæ studuerat (b), magnam sibi famam hujus artis exercitio acqvisiverunt; *Theodorus Vigfusius*, Pastor Stadastadensis (c); *Biörnus Jonæ Thorlacius*, Pastor Gardensis; *Snorro Jonæus* Pastor Helgafellensis (d), ut & *Olaus Gislonius*, Episcopus tandem Skalholtensis,

 omnes

(a) Vid. supra pag. 559. 563.

(b) Ibid. pag. 537 sq.

(c) Loc. cit. pag. 541.

(d) Ibid. pag. 552.

omnes arti operam dederunt & practicam exercuerunt, licet impari fuccessu, pluribus autem remedia magis qvam fcientia defuerunt.

§. 22.

Fruftra effem fi omnes hujus ætatis *juris peritos* enumerare vellem, tunc enim omnium, non modo prætorum, fed etiam pedariorum Catalogus contexendus effet, præ aliis autem nominandi Nomophylaces *Sigurdus Jonæ*, vir gravis, juftitiæ amans, & fuo officio haud impar, a qvo non multum degeneravit ipfius gener & fucceffor *Sigurdus Biörnonius*, licet fenefcens adverfam ob ante acta judicia experiretur fortunam; qvos, qva fcientiam & eruditionem, haud dubie fuperavit Biörnonii fucceffor *Paulus Vidalinus*, de qvo alibi (a) uberius actum eft. Sed inter Prætores palmam aliis præripuiffe videntur *Biarnus Petri* (b) & *Magnus Jonæ* (c) Toparchæ Dalenfis provinciæ; *Jonas Sigurdi* Borgfiordenfis; *Enarus Ejulfi* Arnefenfis Vicarius (d), *Vigfus Gislai* Rangarvallenfis; *Thorfteinus Magni* (e); *Halthor Einaris* (f), *Biarnus Erici* & *Isleifus Enari* (g) Skaftafellenfes; *Jonas Magni* Strandenfis; germanus Arnæ Magnæi Profefforis qvondam in Academia Hafnienfi celeberrimi frater, qvi præter exactam juris fcientiam, etiam fuit Theologus, Philologus, Hiftoricus, Medicus, &

(a) Supra pag. 538.

(b) Ejus *Gloffarium in terminos qvosdam* obfcuros & *obfoletos juris* & *Tractatus de fucceffione ab inteftato* exiftunt.

(c) Scripfit *Tractatus* juridicos *de fucceffione ab inteftato*, anno 1675; *de teftibus domefticis*, 1677; *de vocatione in jus intra provinciam*, 1680; & *de vocatione in jus in domicilio Legiferi dicendum*, 1682; & fine dubio multo plura.

(d) Vid. fupra pag. 557.

(e) Spiffum *commentationum juridicarum* volumen confcripfit, tam anno 1633 fqq. circa loca Codicis LL. vexata, qvam de certis aliis dubiis, ex. gr. *de fucceffione ab inteftato*; invectio *contra actionem ex rumore aut fufpicione intentandam*, anno 1652; *De plebifcitis vim legis habentibus*; *de forma procedendi in* fimtarftefna *obfervanda*; &c. qvibus accedit relatio hiftorica *de eruptione montis ignivomi in Toparchia Skaftafellenfi* anno 1625.

(f) Ille reliqvit *Hiftoriam juris Islandici usqve ad annum* 1700; & *Tractatus*: *de prato in fundo alterius*; *de uncia*, qvod non nifi fex ulnas continens in Codice LL. fupponatur; & *de donis legitimis*.

(g) *De jufto decimandi modo & calculo* fcripfit; Conf. fupra Tom. I. pag. 128.

& nescio qvid non; ingenio enim præditus fuit omnium artium & scientiarum capaci, ut ex varii argumenti dissertationibus ab eo relictis abunde patet (a); Cui vita & fortuna non respondebant; juvenis enim & rude scholastica nondum donatus, filium nothum genuit, deinde privilegiis sacerdotalibus restitutus, & præbendam Hiardarholtensem nactus uxoreqve, Pauli Vidalini, celeberrimi Nomophylacis, sorore, ducta, ob commissum adulterium id officium brevi amisit, factus deinde Prætor Toparchiæ Strandensis, & Redemturæ, vulgo *Isafiardar Jarder*, Conductor, eadem munia ob commissum denuo adulterium amisit, promeritam autem flagellationem Rex ea conditione remisit, ut ex Skalholtina in Holanam discederet diœcesin, ubi pauper vixit, usqvedum septuagenarius tertium commisit adulterium, qvod ei ex legum præscripto vita stetisset, ni Rex illi eam condonasset; Obiit senex anno 1736. Exstabant etiam inter pedarios qvidam juris Islandici apprime periti, ut *Arnas Gislai, Gudmundus Arnæ*, aliiqve magno numero, qvos recitare longum foret.

§. 23.

Hactenus eos Skalholtensium, qvi intra Islandiæ terminos vixerunt & vitam finiverunt, recensuimus; Restant autem viri qvidam magni nominis, qvi extra patriam lares posuerunt, magnamqve sibi & illi gloriam sua eruditione meruerunt; Qvorum primus locus haud dubie debetur *Thormodo Torfæo*, natus est in insula Eingey, intra Toparchiam Kialnesensem, anno 1636 die 27 Maji; patrem habuit Torfum Erlendi filium, ex Toparchia Mulensi oriundum, cujus pater Prætor Toparchiæ Mulensis, & cœnobii Skridensis conductor fuerat (b). Mater autem Torfi fuit Thordisa filia Henrici Gerkens, cœnobii Thingeyrensis qvondam Administratoris, sed uxor Torfi & mater Thormodi, etiam nomine erat Thordisa, filia Berg-

(a) Præter varias *Dissertationes juridicas*, scripsit *Grammaticam Islandicam*, Runolfianæ illæ supra pag. 548. multo præstantiorem; collectionem *voçum Islandico-Græcarum; librum Genealogicum*, & plura.

(b) Verum qvidem est Torfum Jonæ filium, communiter dictum *Torfe i Klofa*, Torfæi nostri tritavum fuisse, sed hunc Torfum Eqvitem, aut nobilem, fuisse, probatu difficile erit, nisi qvod nobilitatem hæreditate acceperit ab avo suo Torfio Aræsonio, Islandiæ qvondam sub Christiano Primo Satrapa, hunc enim Eqvitem fuisse, probat nobilitatis diploma ei datum 1450 die 30 Novembris.

Bergſveini ſacerdotis Utſkalenſis, Einar vero pater Bergſveini, Utſkalenſis etiam Paſtor, Hallgrimi filius, frater Thorlaci patris Gudbrandi Epiſcopi fuit, unde patet Thormodum noſtrum ex honeſtiſſimis in patria familiis, oriundum fuiſſe (a). Anno 1647 in ſcholam Skalholtinam ablegatus, eandem in annum ſeculi 54 ſub inſtitutione doctiſſimorum virorum Thorleifi Jonæ & Giſlai Enaridæ freqventavit. Rude ſcholaſtica donatus Hafniam majoris in bonis literis profectus gratia tetendit, ibiqve primo Theologico ſtudio ſemet dedit (b), cui usqve in annum 1657 incubuit, qvo, examine exantlato, & teſtimonio publico ornatus, in Islandiam ſe contulit, ſed 1658 Hafniam revertens, ob timorem belli Svecici unacum navi, qva vectus erat, Chriſtianſandiæ per hyemem ſubſiſtere cogebatur, ſed vere anni 1659 nave Hollandica in Daniam tendens, a pirata Sveco in Jutiam captivus deportatur, ex qva captivitate elapſus Havniam menſe Julio pervenit, & cum Thorarinus Erici, qvi Regi a translationibus ſcriptorum ſeptentrionalium antiqvorum fuerat, paulo poſt Torfæi adventum ſubmerſus perierat, mox per ſupremum venationum Inſpectorem Johannem Diepholt, annitente Satrapa Islandiæ Bielkio, Regi ita commendatur, ut anno 1660 Regius Antiqvitatum interpres evaderet, cumqve huic labori biennium

(a) Hic duæ occurrunt Thordiſæ, altera fuit Henrici Gerkeni filia, Erlendi uxor, qvæ deinde nupſit Jonæ Oddi, ex qva Ulfhildam peperit, noſtram abaviam, ita ut ego & Thormodus per hunc tramitem ſecundo & qvarto cognationis gradu convenerimus. Altera autem fuit Bergſveini filia, Torfi uxor, Thormodi mater, per qvem tramitem a Biörno Thorleifi & Lopto Divite deſcendit, qvorum uterqve Eqves fuiſſe perhibetur. Fratrem Torfæus unum habuit, *Sigurdum*, qvi primo fuit Subminiſter Olai Myſtæ Gardenſis, deinde autem Paſtor Cathedralis, & tandem Myſta Melenſis, obiit improlis anno 1670. Sorores vero habuit duas: *Aſam* nuptam Helgo Jonæ filio, Sacerdoti Melenſi, qvæ etiam improlis deceſſit & unacum marito Johannem Londemannum hæredem ſcripſit; Et *Gudrunam*, nuptam Marco Biarni, qvæ tres reliqvit filias: *Gudridam* Johanni Vilhelmi filio Londemanno, Prætori Arneſenſi, nuptam, qvorum filius fuit *Edvardus Londemann*, tandem Epiſcopi titulo, & ſub nomine *Roſencrone* nobilium privilegiis ornatus, avus paternus Illuſtriſſ. Lib. Baronis a *Roſencrone*, qvi, S. R. M. Præfectus Cubiculi, ſpartam Legati Danici in Aula Saxonica hodie ornat: *Gudrunam*, aviam hodierni Nomophylacis Biörni Marci filii; & *Thordiſam* Gudmundo Jaſonis Weſt, natione Anglo, locatam, præter corpus nihil muliebre habentem, cujus poſteri ad paupertatem redacti ſunt.

(b) Qvod in obſidione Hafnienſi concionem coram populo habens ſannis & ſibilis exceptus fuerit, non qvidem nego; Cum vero eadem de Enaro Torfæo vere referantur, vereor ne Thormodo Torfæo tribuantur, qvæ ſoli Enaro Torfæo competunt.

nium impenderat, & eo tempore plurima, qvæ tunc præsto erant, scriptorum transtulerat, ut in Islandiam, tam in lingva antiqva ulteriores profectus facturus, qvam plures Codices conqvisiturus, mitteretur impetravit, & literas ad utrumqve Islandiæ Episcopum commendatorias (a) accepit; tantaqve tunc floruit Regis gratia, ut patri, ob injuriosa verba in colonum qvendam publice conjecta infamia notato, & ab officio remoto, impetraret, ut utrumqve, tam honor, qvam prætura, ab indulgentissimo Rege, publico edicto restitueretur, & biennales præturæ proventus in Regium illati ærarium, rursus erogarentur, fratri autem Sigurdo tum temporis ob peccatum contra sextum præceptum ab officio remoto restitutionem & mox præbendam Melensem, & alia forte aliis conterraneis regia beneficia, acqvisivit.

§. 24.

Anno itaqve 1662 in Islandiam iter adornat, ubi a doctissimo viro Mag. Svenonio, in gratiam Regis, ambabus ulnis exceptus, Skalholti apud eum hyemavit, multaqve, qvæ ei magno póstea fuerunt commodo, a magno viro didicit, per eundem enim optimos nactus est membraneos codices, qvibus Hafniam reversus Regiam Bibliothecam locupletavit, & propriæ haud spernenda fundamenta jecit, & apud eundem etiam *Seriem Regum Daniæ* magna ex parte perfecisse putatur, ita ut anno 1664 eam Regi offerre potuerit (b), qvi illam qvoqve non tantum gratiosissime recepit, sed & Torfæo tot gratiæ specimina indulsit, ut non defuerint, qvi Torfæum

(a) Vide supra pag. 453 462.

(b) Perillustris *ERICI*, (cui bonam hujus de vita Torfæi lucubrationis partem debemus, & a qvo orbis eruditus Torfæi vitam luculenter conscriptam, ut speramus, qvando per indefessas viri in publicum bonum curas vacabit, accipiet,) nos monuit: Torfæum acceptis a Svenonio optimæ notæ codicibus, & deliberatione literaria cum illo instituta, Holas tetendisse, & eodem illo autumno de portu Hofsos Tychopolin adiisse, & inde per Hamburgum Lubecam, ac hinc deniqve Havniam itinere maritimo petiisse, qvo redux pristinum laborem translationis repetierit, eiqve adhuc biennium inhæserit, adeo ut illi ultra qvadriennium incubuerit; qvo tempore Torfæus non solum multa magnaqve historiarum volumina interpretatus est, sed & *Seriem Regum Daniæ* elaboravit, qvod opus etsi ante suum in Islandiam iter inceperat, dubio tamen caret, eum iter inter alia ideo suscepisse, ut Svenonii de hoc incepto consilia & admonitiones perciperet.

Torfæum ab aula mature dimotum vellent, prætextum allegantes, si qvodam munere bearetur, operam qvidem ejus in Antiqvitatibus illustrandis non cessare, sed ærarium Regium salario numerando levari; qvare die 10 Julii 1664 exactor tributorum, sive Camerarius (*Stiftamtskriver*) diœceseos Stafangrensis constitutus est (a), eiqve officio, usqve in annum 1667 præfuit, tum autem die 22 Aug. ob qvasdam, qvæ intervenerunt, vexationes, immunitatem impetravit, simulqve Antiqvarius Regius factus est, qvod officium usqve ad Regis Friderici Tertii obitum, s. annum 1670, retinuit. Anno 1665 conjugium contraxit cum vidua qvadam Anna Johannis filia, communiter Stangelandensi a prædio Stangeland in insula Kormt sito dicta, qvod prædium Torfæus dotis nomine acceptum, postea incoluit.

§. 25.

Patre Torfio anno 1665 die 25 Augusti, & fratre Sigurdo anno 1670, fatis functis, Torfæus noster anno 1671 iter in Islandiam ad prædia vendenda & hæreditatem disponendum suscepit, qvod cum perfecisset, eodem autumno Amstelodamum rediit, indeqve porro in Daniam tendens, naufragium ad Skagam Jutiæ fecit, & maximam rerum, qvas secum habuit, partem amisit. Inde terrestri itinere Arosiam profectus, cum in Siællandiam trajiceret, vento vehementi oborto, in Samo Danica salutem qværere coactus est, ubi postqvam cubitum iverat, a Sigurdo qvodam Asgeiris filio, natione Islando, qvi mortem ei haud obscure minabatur, bis impetitus est, nulla tamen memorata tanti odii causa. Hujus tumultus pertæsus, gladio arrepto, in proximum se recepit triclinium, foresqve clausit. Cum vero ne sic qvidem qvies ei indulgeretur, sed fores a Sigurdo & pluribus vi aperirentur, Johannem Petri Holbeckium, qvi eum aggressurus primus irrupit, gladio transfixit (b), unde captus & a judice

(a) Sunt qvi afferunt eum in taberna cerevisiaria, cum cognatum qvendam suum cum ebrio qvodam nebulone digladiantem defendere vellet, inopinato eo vindictæ processisse, ut hostis vita privaretur, qvod facinus eum plene probari non potuerit, Torfæi cognatus fuga salutem qvæsiverit, & Torfæus Magnatum gratia floruerit, vita non stetisse, eum tamen gratia Regia tunc excidisse, & ex aula ejectum fuisse.

(b) Hæc ex authenticis instrumentis excerpta Perillustri *ERICI* debemus; Sed sunt & qvi contendant: Torfæum a maleferiato qvodam nauta in proprio suo cubiculo impetitum fuisse,

judice loci morti adjudicatus eſt; Judices vero Provinciales Jutiæ Septentrionalis, ad qvos provocavit, ſua ſententia die 24 Apr. anni 1672 data, homicidium hocce ab eo commiſſum, ſi non perfecte neceſſarium, certe culpoſum ſaltim fuiſſe judicantes, executionem differri debere pronunciarunt, donec cauſa Regi referretur. Res ergo, Georgio Bielkio, Satrapæ Islandiæ Bielkii fratre, qvi Samo Danicæ tunc temporis cum imperio præfuit, commendante, ad Regem venit, qvi ad diem 9 Aug. 1673 Aſſeſſoribus Supremi Tribunalis in mandatis dedit, ut cauſam cognoſcerent, ſententia deciſiva ſibi reſervata. Cumqve hi in ſua ad Regem ſuper ea relatione die 12 Novembr. data homicidium ſolo metu, absqve ullo occidendi propoſito vel animo commiſſum fuiſſe, atqve adeo Torfæum diſciplinam tantum eccleſiaſticam & centum imperialium mulctam promeruiſſe cenſerent, hanc etiam poenam Regi Auguſtiſſimo, Reſcripto die 22 Novembr. 1672 dato, ratam habere, mulctamqve uſibus ædis S. Spiritus, qvæ Hafniæ eſt, concedere, clementiſſime placuit; qva pœna Torfæus non ſine intimo in Regem gratitudinis ſenſu exantlata, uſqve in autumnum anni 1673 Hafniæ egit. Ob hoc tamen facinus Regis gratia plane excidit (a), privatusqve vixit usqve in annum 1682, qvo tempore qvidam volunt eum minora qvædam ſua ſcripta adornaſſe, de qvo non dubitarem, ſi non ipſe alicubi innueret, ea ſub manu, autore qvaſi aliud agente, nata eſſe, qvod non improbabile, cum valde cognatæ ſint materiæ cum Hiſtoria Norvegica, & ex iisdem autoribus petenda fuerit; Hoc etiam tempore Sveci operam Torfæi noſtri in Antiqvitatibus ſeptentrionalibus

 illuſtrandis

fuiſſe, qvi ſicam Torfæo intentaverit, dicens: *ejus vitam jam in ſua eſſe poteſtate*, qvod non ferens Torfæus, gladium arripuerit, & nautam abeuntem per poſteriora transfoderit; & alii iterum narrant: nautam gladium primo Torfæo eripuiſſe, & Torfæo intentaſſe, qvem cum Torfæus ei evellere conaretur, nautam in illo tumultu ex improviſo occiderit.

(a) Audivi aliqvando qvendam ejus amicum referre, nihil ipſi unqvam acerbius accidiſſe, qvam qvod poſt abſolutionem in conſpectum Regis venire prohiberetur; Tandem autem per patronum qvendam hanc veniam nactus, pronum ſe ad Regis pedes projecit, qvi eum ſurgere jubens, &, qvaſi eum abominans, dixit; *I er ſaa mordiſk*, cui Torfæus ſtatim regeſſit, facti innuens neceſſitatem: *Jeg har altid været af det ſind, heller at dræbe andre, end lade andre dræbe mig:* ad qvæ Rex ſubridens eum gratioſe dimiſit. Hunc Regem ita amavit, ut ad ejus memoriam, ſenior factus, ſæpius illacrymaret, nec ejus unqvam ſine ſingulari devotione mentionem feciſſe fertur, qvod non mirum, nam *cui multa condonantur, is multum amat.*

illuſtrandis expetebant, cui petitioni ille abnuit, cum Danis, non autem exteris, gloriam, qvam Torfæus ex hoc ſtudio certe acqvirere potis erat, deberi cenſeret.

§. 26.

Anno 1682 denuo in Regiam receptus gratiam clementiſſimo diplomate, 23 Sept. e. a. dato, Regius Rerum Norvegicarum Hiſtoriographus, & mox altero, die 7 Octob. dato, Aſſeſſoris in Collegio Conſiſtoriali dignitate auctus conſtituitur, adjecto 600 imperialium ſalario, a qvo tempore *Hiſtoriam Norvegicam* ſerio adornare cœpit, eumqve laborem per triginta plus minus annos continuavit, tandemqve ad conjunctionem Regnorum Daniæ & Norvegiæ ſubſtitit, nam licet ad ſua usqve tempora progredi ſtatuiſſet, ætate tamen feſſus (a), conſilium mutare neceſſum habuit, præſertim cum ultimis annis difficulter ullum habere poſſet Islandum, qvi ei a manibus eſſet, pauci enim poſt ingentem illam peſtem, qvæ magnam incolarum partem anno 1707 abripuit, Hafniam literarum gratia commearunt; & pauciores Torfæi uſibus inſervire, aut potuerunt, aut voluerunt. De magno opere & Herculeo plane labore, noſtrum non eſt judicare, tantum autem fatendum eſt, ipſum hic glaciem fregiſſe, & plurima ex antiqvis & incognitis antea membranis ac manuſcriptis eruiſſe, & in ordinem ita redegiſſe, ut in Chronologia adaptanda & dimetienda ſcriptorum rerum borealium nullum habeat parem; cumqve veritatis ubicunqve ſe oſtendat ſincerum ſectatorem, & ſtylo utatur plano & ſimplici, cui potiſſimum crimini ſuccumbat, qvo minus inter ſummos hiſtoricos numeretur, non videmus, nam qvæ ei communiter objiciuntur, aliud non evincunt (b).

Trium

(a) Ille præterea anno 1706, Havniæ agens, gravi morbo correptus inſigne memoriæ damnum fecit, qvam nunqvam exinde recuperare potuit, & hæc erat cauſa qvod tam editionem *Hiſtoriæ Norvegicæ*, qvam etiam qvasdam ſchedas in ordinem nondum redactas, Reitzero & Halthorio tradere neceſſum habuerit. Conf. ſupra pag. 552.

(b) Scripta Torfæi, qvorum notitia ad nos pervenit, ſunt: 1) *Hiſtoria Færöenſium* 1695. 8vo. 2) *Orcades* 1697. folio. 3) *Series Dynaſtarum & Regum Daniæ* 1702. 4to. 4) *Viulandia Antiqva*, 1705. 8. 5) *Hrolfi Krakii Vita*, 1705. 8vo. 6) *Grönlandia antiqva*, 1706. 8vo. 7) *Trifolium hiſtoricum* de tribus Daniæ Regibus, 1707. 4to. 8) *Hiſtoria Rerum Norvegicarum* edita Hafniæ 1711. 4 Tom. fol. qvorum qvivis 10 continet libros. 9) Translatio *Eddæ Snorronis* inde a fab. 68. vid. ſupra pag. 560. Præter hæc ipſe Torfæus ſcribit ſe *Vitam Snorronis Sturlæi* exaraſſe, cui accedunt immenſa hiſtoriarum

antiqvarum

Trium Regum, Avi, Filii & Nepotis, magna & conſtanti gratia ad decrepitam usqve ætatem fruebatur, niſi qvod ob commiſſum facinus ad tempus aula prohibitus fuit; Sed amiſſam gratiam mox cum fænore, ſeu majore honore & uberiore ſalario, recuperavit, nec leve Regii favoris ſignum fuit, qvod Fridericus Qvartus anno 1704 Norvegiam viſitans in inſulam Kormt ad eum tranſire, & in ipſius domo pernoctare, dignatus eſt. Uxores duas habuit; priorem duxit anno 1665, qvæ morbo epidemico ei anno 1695 die 16 Decembr. abrepta eſt. Deinde 14 annis viduus degit usqve in annum 1709, qvo cum Anna, Johannis Petræi Senatoris Stavangrenſis filia, qvæ aliqvandiu ejus rei familiaris curam geſſerat, ſecundas celebravit nuptias, qvam viduam reliqvit anno 1719 die 31 Jan. cum improlis decederet, annum agens 83; ex neutra enim uxore ullos ſuſceperat liberos. Egregios, qvos poſſidebat, libros membraneos & chartaceos manuſcriptos ante & poſt mortem ejus diſperſos fuiſſe ferunt, qvod autem ſuperfuit, Arnas Magnæus Profeſſor Hafnienſis ab hæredibus emit, qvi fuerunt duæ ſororis filiæ Gudruna & Thordiſa in Islandia tum temporis ſuperſtites, qvæ cimelia unacum ipſius Magnæi incomparabili talium librorum ſuppellectile anno 1728 magna ex parte in incendio Hafnienſi perierunt, unacum ipſius Torfæi vita a Magnæo conſignata, ſcripſerat enim Magnæus multorum, ſi non omnium, Islandiæ eruditorum vitas, qvæ eadem fata ſubierunt, qvam jacturam doctiſſimus vir magnopere doluit.

§. 27.

Arnas Magnæus, natus anno 1663 Kvennabreckæ in toparchia Dalenſi, patrem habuit Magnum Jonæ, qvi primo fuit Sacerdos Kvennabreckenſis, ſed ob commiſſum adulterium ab officio remotus, tandem Prætor provinciæ Dalenſis exſtitit, vir doctus & diſertus, obiit anno 1684 (a); Matrem vero Gudrunam Ketilli (b) Sacerdotis Hvammenſis & Præpoſiti

antiqvarum volumina, qvæ in lingvam Danicam in uſus Bibliothecæ Regiæ tranſtulit, qvibus etiam Mag. Jonas Ramus in ſcriptis ſuis hiſtoricis uſus eſt; & *Tractatus de ſucceſſione ab inteſtato* ſecundum jus Norvegicum Codice Chriſtiani Qvinti antiqvius, qvem tamen ad umbilicum perduxiſſe non videtur.

(a) Vid. ſupra pag. 566.

(b) Vid. ibid. pag. 529.

toparchiæ Dalensis filiam. Arnas Magnæus agnovit famosissimum Holanæ diœceseos Episcopum Jonam Aræsonium atavum, sed Erasmum Willatzi filium, de qvo plura inter Rectores Scholæ Skalholtinæ egimus (a), abavum numeravit, & Gislaum Jonæ Episcopum Skalholtensem atavum, unde patet eum ex splendido in patria genere ortum esse. In juventute plerumqve apud avum & deinde avunculum Paulum Ketilli mansit, ibiqve prima literarum elementa didicit, usqvedum 1680 in scholam Skalholtinam ablegaretur, unde honestam nactus dimissionem anno 1683 ad Academiam Hafniensem se contulit, ubi celeberrimum virum Thomam Bartholinum nactus est præceptorem, cujus tanto fruitus est favore, ut brevi ex discipulo amicus & laboris in adornandis *Antiqvitatibus Danicis* socius evaderet, inqve ejus familia, ab anno 1686 usqve ad 1690, qvo Bartholinus obiit, permansit. Anno seqventi alumnus Collegii Medicei factus, triennium ibi hæsit, qvo tempore tres declamationes adornavit, qvarum inscriptiones sunt: *Qvid oportune dicere potuit Annibal, amisso in alpibus oculo* 1691. *De initiis religionis Christianæ in Norvegia* 1692 & 1693. Inde in Germaniam abiit, Lipsiæqve biennium transegit, in Norvegiam etiam divertit, & aliqvantisper apud popularem suum Torfæum hæsit. Peregre agens anno 1694 Professor Philosophiæ in Universitate Havniensi constituitur, & hujus diplomatis confirmationem a Rege Friderico Qvarto anno 1701 nactus, titulo simul Professoris Antiqvitatum Danicarum insignitur. Anno 1697 Secretarius Archivi Regii constituitur, qvæ omnia officia, Supremo Secretario Matthia Moth ejus merita & eruditionem Regi commendante, accepisse videtur.

§. 28.

Anno 1702 post viginti fere annorum peregrinationem in patriam Regia præmunitus auctoritate revertitur, qva unacum Paulo Vidalino Nomophylace designato Commissarius constituitur; Horum Instructio data 22 Maji 1702 triginta continet articulos (b). Qvibus ut satisfacerent, integrum decennium impenderunt, fructum autem, qvem inde tulerit Islandia, nescio, nisi Rescriptum illud Regium, qvod præcipue avaritiæ Proprie-

(a) Supra pag. 173.

(b) Illius summam vide in *HOFMANNS Fundatzer* Tom. 1. pag. 214. & *ARNESENS Islandske Rettergang* Tit. *Commissarier.*

Proprietariorum, Conductorum, Prætorum, & Beneficiatorum oppositum est, nihil fere novi continens, datum 1705, cadastrum magnæ partis Islandiæ, & qvod antiqva omnia documenta & libri membranei ab incolis ad Commissarios transierunt, eorumqve Bibliothecas locupletarunt, pauca enim possessoribus restituta fuerunt. Causas forenses, qvibus, dum hac vice in Islandia mansit, irretitus fuit, utpote ad nostrum institutum parum facientes, libenter omittimus, de omnibus dixisse sufficit, eum illis cecidisse.

§. 29.

Patriæ semper fuit amantissimus, ejusqve, qvantum in eo fuit, commodis velificatus est, hinc anno 1705 Hafniam petiit, ut mercatorum ei nocivis molitionibus obviam iret, moliebantur autem, ut separata mercatura in societatem coalesceret, qvod ille prudenter avertit, nec, qvoad vixit, hocce tam desideratum sibi propositum efficere potuerunt, statim autem post ejus obitum id obtinuerunt. Altera vice anno 1708 Hafniam transmisit, eaqve hyeme prædivitem viduam, nomine Metta Fischer, uxorem sibi adscivit. Anno 1710 absens in Collegio Consistoriali factus est Assessor (a), sed 1712 Islandiæ ultimum vale dixit; Ingentem antiqvarum membranarum & antiqvitatis monumentorum secum abstulit molem, sed Skalholti tantundem reliqvit, illic enim hyemaverat, sedemqve habuerat, dum in Islandia fuit; Hanc autem librariam ejus suppellectilem Hafniam tandem Petrus Raben Islandiæ Satrapa anno 1720 devexit, unde inter ipsos de portorio, & qvod Rabenius hæc non ejus, sed Islandorum peculium esse putaret, controversia nata est, qvæ amicorum interventu tandem sedata fuit. Tanta ei constantia & tam pertinax propositum fuit tales opes congerendi, ut manifestum esset, mundanarum rerum nihil ei carius fuisse, hinc instructissimam libris impressis Bibliothecam, cui supra 6000 imper. impenderat, ne hili qvidem respectu antiqvi hujus supellectilis æstimavit; immensam enim talium multitudinem undiqvaqve per Daniam, Norvegiam, Færejas, maxime autem per universam Islandiam congesserat, eam enim talibus pene evacuaverat; mirantur multi, qvæ supersunt, reliqvias,

(a) Primo qvidem Professorem Logices egit, post Historiarum & Geographiæ. Illi etiam nutu Casp. Bartholini anno 1721 cura Bibliothecæ Academicæ concredita fuit.

reliqvias, qvid autem fecissent, si integram illam congeriem ante incendium Hafniense vidissent? Cum jam vix tertia pars supersit, qvod eo majore fiducia scribo & pronuncio, qvod multoties eandem his meis oculis lustravi, hisqve manibus reliqvias, qvæ supersunt, ex flammis exportavi, ultimusqve omnium ex domo, flammis jamjam chartas lambentibus, egressus sum. Nullam autem jacturam ægrius tulit, qvam eorum, qvæ propria manu excerpserat, scrinium enim, in qvod talia infercierat, inter alia remanserat, cum ultimus, qvi aveheret, currus, omnium non capax esset. Fuit vir ille raræ & reconditæ eruditionis, humanus, affabilis, jucundus, sed nunqvam non gravis & magnam ac venerabilem præ se ferens auctoritatem, adolescentulis discendi cupidis magnopere delectabatur, eosqve qvam creberrime semet adire non tantum passus, sed etiam hortatus est, qvandoqve etiam ultro accercivit, & cum vacaret, in multam sæpe noctem docendo detinuit; Multum itaqve hoc nomine magno huic viro debemus, a cujus ore attenti sæpe pependimus. Obiit anno 1730. Moriens bibliothecam Academiæ Testamento reliqvit (a), stipendiumqve, qvo duo Islandicæ nationis historiæ & antiqvitatis studiosi alerentur, instituit (b).

§. 30.

(a) Vid. *Hofmanns Fundatzer* Tom. 1. pag. 212 275.

(b) Scripta ejus hæc supersunt: 1) *Incerti auctoris Chronicon Danorum, inprimis Siallandiæ*, Lips. 1695 8vo. iterum editum in *Langebek Scriptor. Rer. Dan. med. ævi* Tom. 2. 2) *Testamentum Magni Regis Norvegiæ*, Hafn. 1719. 8vo. 3) Versio Latina *Juris Ecclesiastici Arnæani* ad calcem *Pontoppidani Annal. Eccles. Dan.* Tom. 1. 4) Epistola ad Bassewitsium *de lingva Codicis Argentei*, sæpius, & ultimo in Præfat. ad *Bentzelii Ulphilam* edita. 5) *Meletema de appellatione Gothica lingvæ* Islandicæ, editum ad calcem *Gunnlaugssagæ* Havn. 1775. 6) *Explicatio inscriptionis cornu* cujusdam ex Museo Cl. a Mellen in *Nov. Literar. maris Balth.* 1701. pág. 62. Inedita: Versiones Latinæ *Knytlingasagæ; Vitæ Johannis Sancti; Juris Ecclesiastici Thorlaco-Ketilliani;* & multo plures inter *Bartholiniana* adhuc conservatæ. Versio & notæ in *Schedas Arii Polyhistoris, Vita Sæmundi Polyhistoris*; Collectanea ad *vitam Torfæi; Diatribe de Gandvik; Deductio* concernens Edictum Regis Haqvini, communiter *Mödruvalla Rettarbót*, dictum; *Annotata* ad omnes fere qvos possidebat Codices Manuscr. de viri profunda & solida eruditione & judicio testantia, unacum scriptis istis, ut sperare licet, propediem cura Illustriss. & summa eruditionis fama ac laude cluentium *Delegatorum ad Antiqvitates septentrionales evulgandas constitutorum* publici juris fient. Notum qvoqve est Torfæum de *Serie Regum Daniæ* concinnanda Magnæi consilia & monita adhibuisse, & qvod Magnæus inter alia *Historiæ Ecclesiasticæ Danicæ* conscribendæ magnam insum-

strit

§. 30.

Tandem non prorſus ſilendum eſt haud ignobile duumvirorum par; *Arngrimus* nempe *Vidalinus*, Thorkilli filius, magni Arngrimi nepos & eponymus, qvi ex ſchola Skalholtina dimiſſus in Hafnienſem Academiam transmiſit, abſolutoqve ſtudiorum curriculo in Magiſtrum promotus, ſcholæ Naſcovienſis in Lollandia Rector conſtituitur, vir boni ingenii & magnæ induſtriæ (a). Obiit improlis, Havniæ, in menſe Septembri anno 1704. Et *Jonas Davidis Gam*, patrem habens Davidem, Prætorem Kialarneſenſem, Jonæ Jonæi paſtoris Melenſis & Præpoſiti Borgfiordenſis (b) nepos, matrem vero Margaretam Gam, natione Danam, cujus cognomen aſſumſit; qvi ſtudiis Academicis abſolutis & Magiſtri titulo ornatus, factus eſt Mariæboënſis, & deinde ſcholæ Neſtvedenſis, Rector. Ingenio fuit mediocri, ſed ſedulo & ad ſtudia mathematica maxime inclinante, in qvibus non mediocres fecit progreſſus, induſtrius enim Olai Römeri auditor & aſſecla fuit (c).

§. 31.

Gudmundus Olai natus eſt in Islandia anno 1652, patre parocho, cujus poſt obitum piſcatura victum qværere neceſſum habuit, usqvedum anno

ſerit operam, cujus fructus tamen cum incendio Havnienſi anno 1728 in fumum abiit. Ille etiam editionem *Hiſtoriæ Alexandri Magni* in ſermonem Iſlandicum verſæ meditatus fuiſſe perhibetur.

(a) Ejus ſcripta ſunt: *Diſſert. de voce* כארי *Pſalm.* 22. v. 17. Præſid. *I. I. Bircherod,* Havn. 1698. 4to. *Guſtus ad Iſocratem*, ſ. *Encomii Evagoræ Cap. 1. verſ. 1. notis perpetuis illuſtratus.* ibid. 1698 4to. *Scenopegia Chriſtiana;* inſerta *Bircherodii Palæſtræ Antiqv.* pag. 212. *Conſilium de Islandia in optimum ſtatum reſtituenda;* cujus contenta *Vidalini* libro, qvi *Deo Regi & Patriæ* inſcribitur, inſerta ſunt; conf. ibid. pag. 46 ſq. *Grönlandia Nov-antiqva* Danice conſcripta.

(b) Vid. ſupra pag. 555.

(c) Scripta ejus, qvæ nobis innotuerunt, ſunt: 1) *Diſſertatio de prima Religionis in Islandia fundatione* 1696. 2) *Simplex Calendarium* ad Stylum Recentiorem accommodatum, in uſum Mag. Jonæ Arnæſonii novum Calendarium Iſland. molientis conſcriptum 1732 Manuſc. 3) *Altera* de eadem materia ad eundem *Diſſertatio Epiſtolaris.* 4) *De ratione anni ſolaris apud Veteres Islandos* Commentatio ad calcem *Schedarum Arii Polyhiſtoris* a *Buſſæo* edita.

anno æt. 22 ab Olao Klow, negotiorum publicorum in Islandia procuratore Regio, ſcholæ Skalholtinæ commendaretur, exactoqve triennio altiorum ſtudiorum cultus cauſa 1678 Hafniam adiret. Ibidem cum anno 1680 Carolus Gyllenſtiernius, ſponſam Caroli XI Ulricam Elenoram deducturus, Bibliothecam Academicam turri rotundæ Aſtronomicæ junctam inviſeret, codicesqve Islandicos inſpiceret, vocatus eſt ad interpretandum Gudmundus, qvem propoſito ſalario non pœnitendo invitavit Gyllenſtiernius, ut explicandis talibus libris ſe præſentem in Svecia ſiſteret. Annuit ille, bonaqve cum magiſtratus venia 1681 Holmiam pervenit, ſtipendio Regio duplici ex ærario Academiæ Upſalienſis ſuſtentandus, ut Collegii Antiqvitatum deſideriis inſerviret; moxqve ditiori etiam ſalario & honore *Regii Translatoris* lingvæ antiqvæ ornatus eſt (a). Edidit: 1) *Hiſtoriam Sturlaugi Laborioſi* 1694. 2) *Hiſtoriam Illugi Grydis alumni* 1695. 3) *Snorronis Sturlæſonii Hiſtoriam Regum Septentrionalium* in lingvam Svecicam vertit, qvæ verſio a *Peringſkioldio* correcta in editione *Heimskringlæ* ab eo procurata prodiit 1697. Plura in Antiqvitatum tabulario recondita ſunt; ut *Lexici Lingvæ Islandicæ* cum explicatione Latina, vaſtiſſimi Tomi. *Interpretatio* præcipuarum *partium Eddæ Sæmundi* multiſcii; *Edda Sturlæſonii* vulgo dicta, ex manuſc. antiqviſſimo membranaceo in Biblioth. Upſal. accuratius digeſta; *Promtuarium* ſive index *adagiorum Islandicorum; Halfdani Eyſteini filii* & *Hrolfi Peditis Hiſtoriæ*; *Interpretatio* multorum *carminum antiqvorum*, qvorum pauca qvædam ad calcem *Oddi Monachi Vitæ Olai Tryggvini* a *Reenhielmio* edita ſunt; *Wilkinaſaga; Hiſtoria Hervöræ. Hadr. Junii Nomenclator* vocibus Islandicis auctus; nec non Translatio Islandica omnium fere Capitum *Januæ lingvarum Comenianæ*. Cæterum tot tantorumqve urgens operum moles, vitam cum morte commutavit d. 20 Decembris 1695.

§. 32.

Inter eos, qvi ex diœceſi Skalholtina in Collegio antiqvitatum apud Svecos Scribarum munere functi ſunt, prout ex *DALII Diſſer-*

tatione

(a) Hæc ex *Nicol. Dal. Diſſert. de Antiqvit. Svecicis* exſcripta ſunt: Nos putamus Gudmundum hunc in Holana diœceſi natum fuiſſe, patre Olao Halfdani Sacerdote Underfellenſi; in tractu Sudurneſenſi piſcantem Klogio Qvæſtori innotuiſſe, qvi ejus ingenio delectatus eſt, & Epiſcopo Skalholtino eum commendavit, ut in numerum ſcholaſticorum reciperetur; Cumqve ex ſchola Skalholtina prodierit, Skalholtenſibus, qva eruditionem attinet, eum adnumeramus.

tatione de Antiqvitatibus Svecicis, recensentur, seqventes numerantur: *a*) *Arngrimus Jonæ.* *b*) *Jonas Vigfusi.* *c*) *Loptus Josephi*, fuit primo Pastor templi Skalholtensis; sed circa annum 1670 magiæ insimulatus officium amisit, posteaqve (a) per Daniam, Holsatiam & Sveciam vagabundus miseram vitam traxit usqve in annum 1706, qvo in Islandiam reversus est, anno seqvente denuo eidem præfectus officio, qvod ob ingravescens senium, non nisi paucis annis gerere potuit, obiit 1724 octogenario major. *d*) *Gudmundus Gudmundi* patrem habuit Gudmundum Gudmundi, Pastorem parœciæ Hofensis in Alftafiordo. Ex schola Skalholtensi dimissus in Universitatem Havniensem transiit, unde post triennium ibidem Musis impensum anno 1687 in Sveciam se contulit, ubi in Collegio Antiqvitatum calamo merens mortuus esse perhibetur. *e*) *Isleifiis Thorleifi*, vir probe literatus, biennium Hafniæ Musis vacavit, qvo tempore Sveciam invisisse & collegio Antiqvitatum ad tempus a manibus fuisse, non caret probabilitate, redux in patriam primo factus est Mysta Garpsdalensis & deinde Skutulsfiordensis, obiit anno 1700 (b). *f*) *Enarum Enari filium*, dum Hafniæ literis operaretur, in Sveciam abiisse, non caret verisimilitudine, sed cum biennium tantum extra patriam fuerit, in Svecia diu mansisse non videtur; post reditum primo gessit Con-Rectoratum scholæ Skalholtinæ, & postea templi Cathedralis pastor factus est; Hinc anno 1678 Pastor Gardensis in Alftanes & Præpositus Ecclesiarum Kialnesensium evasit; tandemqve anno 1690 præbendam Hytardalensem nactus est, sed eodem anno, anteqvam ibidem sedem figeret, obiit. *g*) De *Arna Haqvini* idem dicendum, qvod ad breve tempus anno 1688 in Sveciam Havnia diverterit; in Islandiam autem redux, filiam genuit illegitimam, ipse autem cælebs obiit (c). *h*) *Franciscum Jacobi* Rustici Siællandiæ filium Mag. Theodorus Thorlacius educandum sumserat, eumqve e schola Skalholtina dimissum, suis impensis in Academiam Hafniensem ablegavit, unde in Sveciam divertisse verisimile est; ex hoc itinere redux anno 1685 unum annum

(a) Torfæi comes erat anno 1671, in Samo Danica custodiæ mandatus, sed innocentia ejus mox probata dimissus. Vid. supra pag. 570.

(b) Ejus scripta sunt: *J. Lassenii & H. G. Masii meditationes in Passionem; B. Siverts media salutis; Bircherodii Articuli salutis;* omnia in lingvam vernaculam translata.

(c) Hic idem Torfæo a manibus fuerat ab anno exeunte 1682 ad 1686, qvo ad Musas Havnienses se contulit.

annum Skalholti manſit, ſed 1686 antiqvi parochi Hrunenſis factus eſt comminiſter, deinde gener & tandem ſucceſſor. *i*) *Theodorum Thorlacium* Arngrimi nepotem, non agnoſco, & audacter pronuntio hunc locum in mendo cubare, ſcribendum itaqve fuerat *Theodorus Thorkillius Vidalinus* Arngrimi nepos, aut *Theodorus Thorlacius*, Thorlaci Epiſcopi filius, prior ſcholæ Skalholtinæ Rector evaſit (a), poſterior autem ejusdem diœceſis Epiſcopus (b); ſed qvis horum hic indigitetur, non liqvet, cum utrumqve in Sveciam veniſſe non careat veriſimilitudine.

§. 33.

Hactenus de Skalholtenſibus; Reſtat, ut pauca, qvæ de *Holanis* habemus, etiam in medium proferamus, qvorum primus ſe offert nobilis poëta *Jonas Magni* Paſtor Laufaſenſis, qvi permulta & egregia reliqvit poëmata, qvalia ſunt: 1) *Pſálma Poſtilla* id eſt Paraphraſis metrica in omnia Evangelia per anni circulum, qvorum nonnulli in libri liturgici (vulgo *Grallari*) Edit. 13 reperiuntur. 2) *Verſus ex ſuggeſtu ante Evangelium* (ex ejusdem libri præſcripto) *canendi*. 3) Doct. *Joh. Gerhardi meditationes Sacræ*, *metrice* in lingvam Islandicam verſæ. 4) *Tabula domeſtica* ſeu *Hústabla* impr. 1734, ut & 15 hymni ejusdem argumenti. 5) Binas collectiones *hymnorum matutinorum & veſpertinorum*, cuivis hebdomadis diei accommodatorum, (ſ. *viku Pſálmar*), & præterea permulta alia ſacra & profana. Cui merito jungendus eſt *Sigurdus Jonæ* Paſtor Preſtholenſis, cujus exſtant: 1) *Gerhardi Meditationes* metricæ multoties impreſſæ. 2) Ejusdem *qvotidianum pietatis exercitium* ſæpius impreſſum, 40 egregios hymnos continens. 3) *Hymni matutini & veſpertini*, & plurimi alii, omnes ſingularem ſpirantes pietatem. 4) Varia varii argumenti; Ei etiam tribuuntur *Catonis Moralia*, metrice verſa (c). Et ut tres faciant Collegium, his non immerito adnumeramus *Gudmundum Erlendi*, primo Mödruvallenſem, deinde Grimseyenſem, & tandem Fellenſis Eccleſiæ Miniſtrum, cujus poëmata tantæ ſunt multitudinis, ut tribus vaſtis voluminibus contineantur,

(a) Vid. ſupra pag. 537.

(b) Vide infra Sect. 3. cap. 3.

(c) Ejus opera ſacra qvæ haberi potuerunt hoc anno 1772 conjunctim edidit vir Doctiſſ. Mag. *HALFDANUS ENARI* Scholæ Holanæ Rector.

neantur, qvibus ab ipſo impoſita ſunt hæc nomina: 1) *Fagre ſkógur*, ſeu *ſylva amœna*. 2) *Gýa ſ. Pſalterium*, ſacra poëmata utrumqve continens. 3) *Syrpa* ſeu *adverſaria* varii argumenti; Hi omnes in arte poëtica, præſertim cum ſacram tractarent materiam, excelluerunt.

§. 34.

Altera hujus ætatis triga conſtabit: 1) *Svenone Jonæo* Paſtore Eccleſiæ Bardenſis, qvi Hafniæ literis fideliter operam dederat, ſed in Islandiam reverſus, primo ſcholæ Holanæ Con-Rector, deinde templi Cathedralis, & poſtea Bardenſis Myſta exſtitit. Cum Olao Wormio, ſuo qvondam Præceptore, commercium literarium habuit, ut ex *WORMII Epiſt.* Tom. 2. a pag. 624 ad 635 liqvido conſtat, illumqve Wormius in literis ad alios datis ſæpius laudat. 2) *Enaro Arnſinni*, Wormii itidem diſcipulo, qvi primo fuit Paſtor Reineſtadenſis, ſed poſtea Stadenſis in tractu Hrutafiord, vir non indoctus; Scripſit præter alia minora ſchediaſma juridicum, qvod inſignitur *Frammfærſlukambur*, qvod juris conſultis in pretio eſt. Illi etiam, ſi non auctor fuerit ſcripti contra conſtitutionem *Stóradóm* exarati, certe argumentorum ſuppeditatio tribuitur, licet ſcriptum Gudmundi Andreæ nomen præferat. 3) *Olao Halli filio*, qvi Hafniæ, Wittebergæ & Jenæ literis operam dedit, poſt primum Gritubackenſis, deinde Holenſis, & ultimo Grimstungenſis Sacerdos, vir bene doctus, & in transferendo Autores Danos, Germanos, & Latinos aſſiduus, præſertim Poſtillas & Textuum annuorum expoſitiones, qvales ſunt, *Molleri*, *Gerhardi*, *Himmelii*, *Dauderſtadii*, *Herbergeri*, *Creidii*, *Meiſneri*, *Arndii*, *Pauli Andreæ* &c. item *Arndtii libros de vero Chriſtianiſmo*, *Stegmanni Manuale*, *Creidium in Threnos*, *Gerhardi Conciones funebres*, qvæ aliaqve in gratiam, ut ipſe dixit, Neophytorum Sacerdotum egit. Hic eſt Olaus ille Halli filius, qvem qvidam Sacerdotes Epiſcopum optabant poſt obitum Thorlaci Skulonis, ſed multitudine adverſæ partis ab incepto deſtiterunt. Obiit anno 1681.

§. 35.

Eyolfus Jonæ, celebris viri Oddi Oddidæ pronepos, ſed Sveni Jonæi nepos ac alumnus, eiqve in multis non diſſimilis; poſtqvam ſtudia abſolvit Academica, & aliqvamdiu Conrectoratum Holenſem geſſerat, Sa-

 cerdos

cerdos Thingeyrenſis factus eſt, qvod officium ſponte depoſuit, privatusqve aliqvot annos vixit; Inde myſta parœciæ Vallenſis; Literis ſe totum dedit, ad qvas etiam unice natus videbatur; varia ſcripſit, qvorum præcipua ſunt: 1) *Seckendorffi Hiſt. Luteraniſmi* in Islandicum idioma translatio. 2) *Novi Teſtamenti* ex Græco in Island. ſermonem translatio. 3) Translatio *Theatri Hiſtorici Christ. Matthiæ*. 4) *Onomaſticon Islandicum*. 5) *Varii Tractatus Philologici* (a). Obiit 1746.

§. 36.

Ericus Halli Paſtor Höfdenſis *Paraphraſin metricam* in *Joh. Arndtii hortum Paradiſi* adornavit, multaqve alia tam ſacra qva profana poëmata reliqvit; Vixit 1676. *Magnus Illugonis* Sacerdos Huſavikenſis, *Hvalſöes Catenam Spiritualem* metrice vertit, & *verſus mnemoneuticos in N. T.* adornavit. *Thorſteinus Olai* Paſtor Miklagardenſis, in tractu Ejafiord, permultos feciſſe Pſalmos perhibetur, ſed pleroſqve ſub ignotis melodiis, ideoqve minus uſitatos; vixit 1674. *Jonas Theodori* Paſtor Hvammenſis in Laxardal, præter *hymnos* aliqvos, *Vocabularium* qvoddam *Islandico-Latinum* metrice compoſuit, anno 1679. *Jonas Jonæ* Paſtor Mödruvallenſis, & Præpoſitus Toparchiæ Ejafiordenſis, mortuus 1707, alios minoris notæ poëtas prætereo; qvorum prolixus adornari poſſet catalogus, ſi id expediret.

§. 37.

Inter laicos non hic defuere qvi Theologiæ etiam operam dederunt, qvales fuerunt: *Benedictus Beck* qvi poſtqvam Hafniæ literis fideliter incubuerat, primo Oeconomus Holenſis, & deinde Prætor Skagafiordenſium exſtitit. D. *Joh. Laſſenii* & *Theodori Bardidæ precationes* ſæpe editas metrice expoſuit, aliaqve ſacra condidit, ſubmerſus eſt in fluvio Hieradsvatn 1719. *Thorvaldus Magni*, varii argumenti, tam ſacri, qvam profani, poëmata condidit, qvorum qvædam Holis 1757 & 1772 prodierunt. Et præter hos alii magno numero; ut: *Thorvaldus Rögvaldi* Saudaneſenſis, obiit 1680. *Asgrimus Magni* Höfdenſis. *Jonas Thorſteini* Thorgeirsfiordenſis;

(a) Ex his *commentarius in Hallgrimi Petræi Alldarbátt* in *Viſnabók* Holis 1748 & commentarii in voces *Bónde* & *Fiörbaugsmadr* Danice in *Arneſens Islandſke Rettergang* prodierunt.

densis; Qvi plurima pepigerunt, pleraqve tamen profana, ideoqve hic saltim nominari merentur.

§. 38.

Inter *historicos*, non tantum primum meretur locum *Biörnus* de *Skardsaa*, sed etiam fere unicus est, qvi tali nomine dignus sit; natus anno 1574. Octennis patrem amisit anno 1582, a cujus morte consilio & auspiciis Jonæ Nomophylacis, qvi viduæ & pupillorum tutorem se gessit, in familiam Sigurdi Jonæ Prætoris Toparchiæ Skagfiordensis & Conductoris cœnobii Reinestadensis transiit, qvi Biörnum liberaliter habuit; & ut ipse fuit legum & antiqvæ historiæ peritus, ita harum rerum aliqvem gustum & cognitionem alumno instillavit; Post cujus mortem, qvæ in annum 1602 incidit, uxore ducta, villicationem instituit, & cum inter universalis dicasterii assessores numeraretur, juris & antiqvitatis studio totum se dedit. Senior factus, instinctu Thorlaci Episcopi Holani *Annales* condere cœpit, qvi ex sua, qvam collegerat, bibliotheca subsidia subministravit (a). In senectute Biörnus oculorum usu privatus, obiit anno 1655, ætatis 81.

§. 39.

(a) Scripta ejus celebriora sunt: 1) *Glossarium Juridicum*, sive explicatio vocum antiqvarum, qvæ in legum Codice occurrunt, opus non indoctum, licet a doctissimo Paulo Vidalino durius qvandoqve excipiatur. 2) *Vitæ* qvorundam *Episcoporum*, qvas nobis videre non contigit. 3) *Tractatus de Grönlandia*, cui *Torfæus* bonam suæ *Grönlandiæ* partem superstruxisse fatetur. 4) *Tyrkiasaga*, s. *de irruptione latronum in Islandiam* anno 1627. 5) *Libellus Etymologicus* lingvæ nostræ, solertissime elaboratus (Teste Thorlaco Episcopo in Epist. ad Wormium data 1636) cujus unicum, (ut videtur) exemplar, & Biörni autographum naufragio periit, vide *Epist. WORMII* 118. Tom. 1. pag. 103. 6) *Annales* ab anno 1400 ad 1644, opus haud contemnendum, sed in veteri Chronologia sæpe hallucinans, qvorum jam Tom. 1. ex Typographeo Hrappseyensi cum versione Latina prodiit. 7) *Tractatus* qvidam *juridici*, inter qvos præcipue notandi: *Disqvisitio de successione ab intestato; de crimine perduellionis*, scripta anno 1633; *Apologia Senatusconsulti de anno 1644*, in qvod *Enarus Arnfinni* calumnum strinxit; *de sustentatione imbecillorum cognatis injuncta*; multæ ad Gudmundum Haqvini *Epistolæ juridicæ; Loca Codicis vexata*, illustrata; & tandem *Commentarius in Codicem LL. perpetuus.* 8) *Appendix vitæ Arnæ Episcopi*, (ut qvidam volunt) sc. a morte Arnæ usqve ad finem. 9) *Poëmata* qvædam, ex. gr. *Apollonius Rímur* &c. 10) *Illustratio* qvarundam odarum in *Edda Sæmundina*, ex. gr. *Brynhilldarliód, Vafþrúdnismál* &c. ut & poëmatis Egilli Skallagrimi filii *Höfudlausn* &c.

§. 39.

Hiſtoriæ naturalis indagatores aut ſtudioſos qvi hoc temporis tractu in Boreali qvarta degerunt, paucos inveneris, ſi excipias qvosdam ex Wormii diſcipulis, qvi in ejus gratiam aliqvid de hac vel illa re paulo penitius inqvirebant, eiqve ſuas indagationes perſcripſerunt, qvales poſt *Arngrimum*, præter *Thorlacum Epiſcopum*, *Enarum Arnfinni* & alios paucos, ut ex eorum ad hunc ſuum communem præceptorem epiſtolis patet, neminem novi, qvi huic ſtudio ſe ex profeſſo dederit, nam *Gislaum Magni*, licet in hac diœceſi natus fuerit, huc non referimus, cum in Skalholtenſi virilem ætatem conſumſerit, ibiqve ſcripſerit & publica officia geſſerit (a).

§. 40.

Medicorum in hac qvarta degentium coryphæum puto fuiſſe *Benedictum Pauli*, Gudbrandi Epiſcopi nepotem, qvi juvenis Hamburgi arti Chirurgicæ operam navavit, cumqve ſine cortice natare & proprio marte pugnare poſſet, in magna qvadam nave mercaturam in Hiſpania aut regionibus auſtralibus exercente ipſe medicinam faciens a piratis capitur & Algieram in ſervitutem devehitur, in qva triennium manſit, usqvedum magna pecunia a ſuis redemtus fuit. In Islandiam reverſus cœnobii Mödruvallenſis factus adminiſtrator, uxorem duxit Holmfridam Enari filiam, ſibi tertio gradu cognatam, qvæ venia ea tempeſtate care emebatur, eandemqve mox ex puerperio amiſit, qvare ad ſecunda vota cum Sigrida qvadam Magni filia tranſiit, ex qva Magnum Benedicti, virum infortunatum, ſuſcepit, de qvo nobis alibi uberius dicendum erit; Obiit Benedictus ærumnis feſſus anno 1664. Cuiqve jungamus præter *Jonam Bergmann*, Steini Epiſcopi filium, non habemus, juvenem omnibus naturæ donis inſtructiſſimum, ſed vitæ diſſolutæ, qvi poſtqvam arti medicæ aliqvantisper operam Hafniæ dederat, in Islandiam reverſus anno 1719 Holis repentina morte exſtinctus eſt.

§. 41.

Ut in artium ad *Matheſin* pertinentium ſtudio neminem nominare poſſumus, qvi aliis palmam præripuerit, præter ſolum *Paulum Vidalinum*

(a) Vid. ſupra pag. 563.

num (a); Ita *juris periti* ſe magno numero offerunt; inter qvos mox nominatus *Vidalinus* primum ſibi locum vindicat, fuit enim in omni literarum genere bene verſatus; & poſt eum ex Nomophylacum numero *Magnus Biörni*, *Oddus Sigurdi*, ac *Benedictus Thorſteini*, omnes probe literati; qvos ſecundum Prætores *Gudmundus Haconis* (b), *Thorſteinus Thorleifi* & *Benedictus Beck*; Et hos deniqve ex generalis Dicaſterii aſſesſoribus *Bardus de Vatnsdal* (c), *Biörnus de Skardsaa* (d), aliiqve, qvos nominatim enumerare non ducimus neceſſarium.

§. 42.

Tandem non omnino ſilendi ſunt; qvi extra patriam muſis militavere, earumqve ope inclaruerunt, qvorum præcipui fuerunt: Mag. *Runolfus Jonæ*, Rector ſcholæ Chriſtianſtadenſis in Scania, de qvo alibi (e) dictum eſt. *Paulus Halli*, qvi cum aliqvamdiu literis fidelem navaverat operam, Georgii Sefeldii Regii Senatoris & Judicis provincialis Siællandiæ, herois doctiſſimi, celeberrimæ Bibliothecæ, qvam Ringſtadii collocaverat, præfectus, usqvedum eadem, anno 1659, Svecis in Daniam irrumpentibus in prædam ceſſit, & a Carolo Guſtavo Cornificio Ulfeldio donata, in Scaniam translata fuit, Paulus autem a Carolo Speciæ Rege eodem anno in Siællandia triumphante parœciæ Harreſtadenſis in provincia Ringſtadenſi Sacerdos conſtitutus fuit, & a Zacharia Klingio, Sveciæ Regi a concionibus & confeſſionibus ſacris, Regii exercitus Superintendente generali, & Siællandiæ pro tempore (ut ſe ſcripſit) Epiſcopo, ſacris initiatus fuit, nam Johannes Svaningius in obſeſſa ab hoſtibus Hafnia incluſus tenebatur; qvam Sveciæ Regis conſtitutionem Rex Fridericus confirmavit. Fuit hicce Paulus vir pius & doctus, qvi anno 1650 unacum Mag. Runolfo, *Gudmundi Andreæ ſcriptum de polygamia* jubente Rege, toga latina donaverat.

(a) Vid. loc. cit. pag. 538.

(b) Exſtat ejus *tractatus de pœnâ diſcrimine in caſibus, ſi qvis juramento cadat, aut ſi criminis plene ſit convictus*, ſcriptus 1643; &c.

(c) Exſtant ejus *vexata juris loca* ſcripta anno 1665.

(d) Vid. ſupra pag. 583.

(e) Vid. ibid. pag. 548.

donaverat. *Lilium* carmine elegiaco ab illo redditum ſupra Tom. 2 pag. 399. 448. exhibuimus. Sed de pluribus ejus ſcriptis nobis nil certi conſtat, etſi plura exſtitiſſe putemus. Obiit 1663 (a).

§. 43.

Gudmundus Andreæ, natus Biargi in tractu Midfiord, ingenio prædítus acuto, ſed in juventute procaciore, qvam iſtius temporis ſevera reqvirebat gravitas, unde ob tale qvid e ſchola Holana ejectus, ſed paulo poſt iterum receptus fuit; Rude ſcholaſtica donatus, Diaconus cœnobii Reiniſtadenſis conſtituitur, ubi *Tractatum de polygamia* contra Conſtitutionem *Stóra dóm* concinnavit, res & materiam ſubminiſtrante loci Sacerdote Enaro Arnfinni; Hinc etiam ejectus, ad villicationem cum matre in loco natali reverſus eſt, de promotione ad officium ſacerdotale, qvam ſæpius fruſtra petierat, ſi non deſperans, ſaltim dubitans, Tractatum ſcripſit, cui titulus *Noſce te ipſum*, innocuum qvidem & noſtro judicio flocci pendendum, qvi nihilominus a qvidusdam melioris notæ viris, ut ſatyra in eos ſcripta, videbatur, ultionem commodæ tantum occaſioni reſervantibus, qvæ ſe anno 1649 commoda obtulit, cum illuſtriſſimus heros Henricus Bielke, Satrapa Islandiæ conſtitutus, & ipſi adjunctus Regius Secretarius Gabriel Acheleye ab Islandis homagium novo Regi Friderico Tertio ſolvendum reqvirerent, apud hos Gudmundum, ut Majeſtatis læſæ reum, qvi incolas ſcandaloſo ſcripto, ſi non ad rebellionem excitaſſet, ſaltim non parum offendiſſet, cum contra Conſtitutionem *Storadóm* a Rege ſpeciali edicto confirmatum, calamum acuere auſus eſſet, ita diffamarunt, ut carceri & compedibus deſtinaretur, cujus comprehendendi jam ſe commodiſſima obtulit occaſio, cum iſthac, proprio incolis more, piſcarium qvoddam penu familiæ ſuſtentandæ domum veheret, ſed cum illum etiam inſignem magum diffamaſſent, non viribus tantum, ſed conſilio etiam opus eſſe putabatur; Tam difficili negotio, qvi præficeretur, non aptior inventus eſt, qvam Hallgrimus Halldori, vir ſtrenuus & magni conſilii, qvi ſelecto ſatellitum numero Gudmundum inſeqvitur, illumqve ſeminudum, in tentorio dormientem, & nihil mali ominantem, comprehendunt, & compedibus vinctum Satrapæ ſiſtunt, qvi cauſam illico optimatibus

---

(a) Vid. Præfat. ad *Reſenii Völuſpá* Edit. 1673 & ſupra Tom. 1. pag. 595.

timatibus ventilandam tradidit, illi autem, cum qvid decernerent, hæsitarent (ut vult Resenius), optimum factu visum est, ut in Daniam aveheretur; Sed Enarus Arnfinni (a) scribit Gudmundum ipsum necessitate adactum ad Regem appellasse.

§. 44.

Hafniam delatus, in carcerem Blaataarn, gravioris notæ criminum reis hospitium, conjicitur, ubi cum nocte qvadam sudo cœlo astra contemplaretur, corpusqve per fenestram incautius exsereret, præceps ex turri, sed absqve ullo suo damno & noxa ruit, surgens autem, qvo pergeret ignarus, tandem gynæceum, ubi Regii liberi nutriebantur, ingreditur, qvod improviso adventu hominis rusticani magno primum terrore perculsum est, præsertim qvia non unum ejus verbum intelligebant, tandem vero remittente metu, cum ex nutibus, signis, & sqvalido habitu ex captivorum numero unum esse perciperent, custodem carceris acciri curant, qvi Gudmundum, qvod unice desiderabat, turri denuo inclusit; postridie autem, cum nocturnus hicce tumultus ad aures Regis perveniret, accito Gudmundo, & percepta causa, cujus accusabatur, scriptum in lingvam latinam translatum a Theologis Hafniensibus examinari jussit, qvi in illo nihil enorme, nihil in Regem commissum, animadvertunt, & autorem sceleris purum pronuntiarunt (b); Gudmundus itaqve absolutus est,

(a) Fama fuit Enarum Arnfinni, tum temporis Mystam Reinestadensem, verum multæ lectionis, qvi simplici scortatione officium amiserat, in excusationem fragilitatis hunc tractatum scripsisse, sed sub suo nomine divulgari noluisse, ideoqve Gudmundo gloriolæ appetenti eundem, ut tanqvam suum ederet, dedisse; Alii volunt, Enarum tantum res & materiam Gudmundo suppeditasse. De his ad patronum suum Wormium ita scribit Enarus *Epist. Worm.* 976: *Degit jam nempe inter vos, ut spero, homo nostras Gudmundus Andreas, Poëta inter nostros insignis, multæ lectionis, nec mediocriter subacti ingenii, accidit illi, ut ob conscriptum discursum polemicum, in sanctionem qvandam nostratium pragmaticam, non tam accusaretur, qvam veluti turbulenter ex itinere abriperetur, ita ut necesse ipsi fuerit ad Regiam appellare Majestatem.* Cui *WORMIUS* Epist. 977: *Gudmundus vester in magno versabatur discrimine, & nisi ego causam ejus in tui gratiam egissem, actum forsan esset de ejus vita, & frigore ac inedia periisset, sed non dubito, qvin ipse singula particularius sit narraturus. Periculosum est decreta Principum convellere, & contra eos scribere, qvi possunt proscribere.*

(b) In qvanto tunc discrimine Gudmundus versatus, & qvam duris conditionibus absolutus fuerit, seqvens ejus vadimonium, ex *Regesto Cancellariæ Danicæ* exscriptum, docet:

" Gunder

eſt, & anno 1650 civitate Academica donatus, loco in Collegio Regio & gratuita Communitatis Regiæ qvadra fruens, a multis Mecœnatibus in annum usqve 1654 ſublevabatur, qvo, graſſante per Daniam lue, abſumtus eſt. Plura de Gudmundo, in prologis *Völuſpá* & *Lexici Islandici* a Reſenio ſcriptis, unde qvædam horum ſumta ſunt, habentur (a).

§. 45.

» Gunder Anderſen paa Iſland forplickt. Kiendis jeg Gunder Anderſen barrenſöd » paa Iſland och for alle vitterligt göer, att efterſom jeg udi mitt forneffnende Fæder- » neland icke alleneſte hafver fördt ſelffver ett megett uſchickeligt och lettferdigt Liff » och Leffnett, medens endoch ſamme mitt utillbörligen Forhold muntligen ſörte och » endeligen udi pennen fattede Diſcurſer haffver forõeget Gud allermechtigſte icke till » ringe Fortörnelſe, Öffrigheden icke till ringe Deſpect, och de enfoldige paa for- » nefnte Iſland till ſtoer Forargelſe, och aff den Aarſaege fra bemelte mitt Fæderneland » hid till Köebenhaffven er föert och her paa dett blaa Torren hidindtill bleffven feng- » ſligen anholden, och Hans Kongl. Majſt mig nu naadigſt ſaavitt haffver benaadett » att jeg ſamme mitt Fengſell er bleffven entledigett med ſlig Condition att jeg aldrig » efter denne dag ſchall fordriſte mig till forſchreffne mitt fæderneland Iſland att be- » ſöege, ei heller udi nogen Hans Majſts Dominier och Lande ſchall efter denne Dag » ſöye nogen ſlige forargelige Diſcurſer, langt mindre dennem ved Pennen att diſſe- » minere, ſaafrembt jeg icke, hvis jeg ſaa maader ſom forſchreffvet ſtaar under betref- » fett med Bolt och Jerren paa Bremmerhollem vill uden ald benaading ſtraffvis, ſaa » beplickter jeg mig hermed under forſkreffne Straff aldrig herefter ſlige Guds vrede » foraarſagend Diſcurſer ſom jeg hidindtill daarligen giort haffver att ville föhre, eller » ved Pennen dennem ubeſindeligen at udbrede, ei heller i bemelte mitt Fæderneland » mig nogen Tiid att laede finde menſs jeg leffver, och ſaafrembt dett mig ſchulle » offverbeviſes, att jeg imod höyeſtbemelte Hans Majſts mig naadigſt meddelte con- » ditional Naadispuncter eller denne min eegen udgiffne Forplickt mig haffver hand- » lett och forgrebett, dae jeg att ſtraffvis med Jeren paa Bremmerhollem ſom forſchreff- » vet ſtaar uden ald videre Kongelig naadis Forventelſe, att jeg denne min udgiffne » Forplickt ved alle ſine Ord och Puncter ufeilbaer vill efterkomme haffver jeg den » med eegen hand underſchreffvett. Actum Haſnie den 24 Decemb. 1649.

(a) Scripta ejus notiora ſunt: 1) *Commentarius in Völuſpá*, a *Reſenio* anno 1665 editus, & verſio hujus poëmatis unacum altero commentario Gudmundi Andreæ anno 1673 publici juris facta. 2) *Lexicon Latino-Islandicum*, de qvo cl. *Sibbern Id. Hiſt. Literar. Islandor.* pag. 221. *carcinoma Lexicorum* illud appellantis, hæc eſt cenſura: *Non eſt in toto corpore mica ſalis*, qvæ tamen ſententia, etſi ipſum Lexicon ſatis jejunum ſit & mendis ſcateat, juſto tamen durior eſt. Illud autem, inter alia opera affecta auctius & correctius reliqviſſe dicitur *Winslöwius*. Conf. Nov. Liter. Mar. Balth. 1706. pag. 96. 3) *De Polygamia*, ſeu exercitationes in *Stóradóm*, de qvo mox egimus. 4) Γνῶτι σἑαυτον, ſive: *Noſce te ipſum.* 5) *Rhythmi* qvidam Iſlandici. 6) *De Jove Cretico, Capite*

§. 45.

Jonas Rugmann in villa Rugftader diœcefeos Holenfis natus anno 1636 cafu qvodam fortuito in Sveciam translatus eft, cum enim fcholam freqventaret Holenfem, ortoqve cum Rectore litigio, condifcipulatu excluderetur, pro recuperandis Studioforum privilegiis, Hafniam adire paravit, atqve in itinere a Svecis 1658, adverfus Danos bellum gerentibus, captus, & Goteburgum devectus eft, ubi fummus Regni Drotfetus Petrus Brahe illum fufcepit, moxqve in fcholam Comitatus Wifingsburgenfis mifit, atqve inde brevi Upfaliæ ftipendio Regio alendum curavit. Alienigenam Verelius amore complexus eft, cum probe perfpiceret maximo ufui fore juvenem ad conqvirenda redimendaqve manufcripta vetera ex Islandia. Itaqve Rugmannus mox poft reconciliatam cum Danis pacem 1660 Hafniam miffus eft, & inde in patriam Islandiam abiit, bonaqve manufcriptorum copia collecta in Sveciam rediit, cujus veftigia fui Regis nomine legit Torfæus 1662 (a). Nec fine fructu Rugmannus curis Verelii antiqvariis adfuit, adeo ut hic fateatur in notis ad *Hiftoriam Gothrici & Hrolfi* Upfaliæ 1664 8vo. editam, utilem fibi eundem navaffe operam in veteris lingvæ vocibus interpretandis. Anno 1665 tempore vernali Hafniam iterum profectus *Olavi Tryggvini Hiftoriam* ex codice Wormiano membranaceo, nunc in Bibliotheca Magnæana reperiundo, defcripfit, cumqve 1667 inftauraretur Collegium Antiqvitatum, Jonas eidem nominatim addictus eft, ut qvotannis æftivo tempore in Norvegiam Islandiamqve proficifceretur, ad comparanda manufcripta vetera, qvamvis pofthæc nullam amplius peregrinationem fufciperet. Edidit *Lagagreiner*, five *fragmenta* qvædam *legum veterum* Upf 1667 8vo. *Verfionem* Svecicam *Chronici Norvegici*, feu hiftoriam veterum Norvegorum Regum, vulgo *Konunga fagurne* Vifingsburgi 1670 fol. *Monofyllaba* circiter 1400 Islandici idiomatis cum interpretatione Latina, Upf. 1676 8vo. aliaqve prelo paravit, memorante *Scheffero* in *Svec. Literata*, & *Nicolao Dal* in *Spec. Biogr. de Antiqvariis Sveciæ*. Obiit 1679 die 24 Julii, anno ætatis 43.

pite Gorgonis, nec non *Ægide*, qvorum meminit *Refenius*, qvi ejus *Lexicon* & *Völufpá* edi curavit, nobis nihil conftat. 7) *De jure Danorum & Norvegorum ad Orcades, Hebudes, & Grönlandiam.*

(a) Vid. fupra pag. 569.

§. 46.

Sub inſpectione Gudmundi Olavii, dum in Collegio antiqvitatum vixit, in Svecia ſcribarum munere functi ſunt: *Helgius Olai*, Gudmundi frater; Sacerdotali munere in diœceſi Holana functus fuiſſe perhibetur, ſed eodem ob ſcortationem amiſſo, reſtitutionem petiturus ad exteros abiit, forte etiam ut fratrem inviſeret, nam in Svecia fuit 1684 cum poëmate impreſſo fratri ſuo Gudmundo nuptias celebranti gratulans aſſurrexit, & certum qvoqve eſt eum circa annum 1687 Hafniæ egiſſe, reſtitutionem poſt tria ſtupra commiſſa nactum fuiſſe, & in Islandiam reverſum, præbendam Stad in Hrutafiord usqve ad annum 1705 obtinuiſſe. *Jonas Egerhardi*, fuit illiteratus, ſed magnis præditus naturæ donis, qvibus, dum in Islandia fuit, male utebatur, plurimos enim patriæ optimates, præſertim vero Epiſcopum Gislaum Thorlaci, apud Regem denigravit. Sed crebris tandem exhauſtus peregrinationibus, in publicum Hafniæ carcerem conjectus, usqvedum ſolveret, aut vadem ſiſteret; tandem in Sveciam pervenit, & Conſul Malmöenſis deſignatus, anteqvam officium iniit, Holmiæ deceſſit 1689, & Regio ſumtu ſepultus eſt. Jonæ privignus fuit *Magnus Benedicti* Gudbrandi Epiſcopi ex filio Paulo nepos, cum vitrico in Sveciam aliqvando eſt profectus, unde in patriam rediit, ibiqve uxorem duxit; Circa annum 1708 homicidii inſimulatus, ſervituti Bremerholmienſi adjudicatus fuit, ſed ex ea ſenex liberatus in Islandia occubuit.

§. 47.

Ut ulcera & carcinomata in ſpecioſo alias corpore, qvin deſcribantur, præteriri non poſſunt, ita etiam inter bonos & utiles cives, infruniti & male feriati, ne hiſtoriæ fraus fiat, memorari debent, qvæ unica cauſa eſt, qvod notiſſimo ardelioni *Jonæ Gudmundi filio*, qvi communiter, ſed ironice *Lærde*, ſeu doctus, vocatus fuit, hic ultimum damus locum. Originem debuit provinciæ Strandenſi, ingenio præditus non obtuſo, ſed fluxo ac impio, ut ex *oda*, *qva vitam ſuam complexus eſt*, pronum eſt perſpicere; nam de omnibus, etiam viris ſummæ dignitatis, præſertim vero verbi miniſtris, qvi ejus nænias & prævaricationes aut vanitates condemnabant, aut ullo modo ad ejus palatum non fuerunt, male loqvitur, mendaciis denigrat, & diris fere devovet. Qvam primum per ætatem licuit, abſtruſis ac vanis ſcientiis, utpote Runis & characteribus

racteribus magicis, aliisqve, qvæ ad frivolam illam artem pertinere putabat, operam dare cæpit, ut & Alforum, seu Semihominum & Saxicolarum cognitioni, de qva, & cum illis conversatione, multum gloriatus est; Mortuorum manes evocare, ut artem qvandam crepavit. In summa: qvicqvid talium excogitavit vanitas humana, apud suos congerrones profiteri non verebatur. Indigenarum herbarum & lapidum aliqvalem habuit cognitionem. Runicæqve literaturæ non fuit imperitus, unde celebr. *Wormius* eum Philosophi-caractere insignivit. Sed omnibus hisce ad superstitionem & vanitatem abutebatur, & ut ipse erat superstitiosus & vanitatibus deditus, ita omnes suos adversarios, ut sui similes, præsertim eruditos, magiæ insimulare non erubuit. Cum peregrinis piscatoribus piratis Gvasconibus, talibusqve sycophantis, qvi provinciam Strandensem & Isafiordensem ea tempestate sæpius infestarunt, magnum habuit commercium, illisqve non tantum portus, sed etiam ubi lucri maxima spes, & latrocinia facillime exerceri possent, indicare creditus est, qvod præcipue accidit anno 1614, cum sine dubio una cum iis periisset, nisi celeri fuga harum Toparchiarum Prætoris, severi alias justitiæ exsecutoris, Arii Magnæi manibus elapsus fuisset, qvem eapropter ut crudelem tyrannum & insignem magum traducit, piratas autem in cœlum usqve effert, & insontes occisos fuisse pronunciat.

§. 48.

Per universam Islandiam errabundus Holas aliqvando pervenit, Præsulemqve Holanum, Gudbrandum Thorlaci filium, Arii socerum, blanditiis & vaframentis eo induxit, ut commiseratione motus filium ejus Holensis scholæ albo inscriberet, qvem Jonas ideo summis effert laudibus, ex Holana diœcesi, cum ibidem consvetum disseminasset superstitionis lolium (a), ejectus, in Snæfellsnesensi provincia, commiseratione inducto loci Prætore Steindoro Gislai filio, qvi eum primo in aliqvo pretio habuisse

(a) Vid. supra pag. 518. Ad annum 1625 notat *Biörnus de Skardsaa* magum qvendam in tractu Svarfadardal combustum fuisse, qvod mortui cujusdam manes evocaverit, & tam hominibus, qvam pecudibus nocuerit. Simile qvid de lemuribus ad annos 1611 1630, 1631, 1637 notat. Ipsius autem Jonæ ad annum 1636 mentionem faciens, dicit *eum convictum fuisse, qvod contra Lutheri dogmata scripserit, & notissimum fuisse incantamentis & mendaciis.*

iſſe videtur, conſtitit, tandemqve poſt varias habitaculorum mutationes in parœciæ Ingialdsholenſis loco, cui nomen Uppſandar, ſedem fixit, ibiqve ſuarum artium ſcholam, ad qvam multi juvenes, qvi in his locis undiqvaqve congregati piſcatui operam dare ſolent, inſtituiſſe non contentus, ſed ſcriptis etiam inclareſcere volens, frivolos qvosdam edidit tractatus, qvos novitatis avidum vulgus ambabus amplectebatur manibus, qvæ cum Paſtor loci tolerare nollet, Jonas in eum inſurrexit, multorumqve criminum, imo etiam magiæ, ut ſolebat, inſimulavit, tandem autem eruditum in eum ſtrinxit calamum loci Præpoſitus Gudmundus Enari, Paſtor Stadaſtadenſis, qvi ejus libellum ſcripto *Fiandafæla* refutavit. Cumqve hic etiam ad ſupremum ventum eſſet, & carcerem & lictorem ſibi imminere ſentiret, fuga ſalutem qvæſivit, & erroneam aliqvantisper egit vitam, usqve dum filius ejus Gudmundus, non indoctus, & patre paulo melior, ſed non plane abſimilis, præbendam Hvalsneſenſem intra Toparchiam Kialneſenſem adeptus eſt, qvo Jonas circa annum 1630 conceſſit.

§. 49.

Hic etiam conſvetas exercens artes, virus ſuum evomere cœpit, qvod forte impune feciſſet, ni filius ejus Gudmundus, Paſtor Hvalsneſenſis, famula Olai Petræi, qvi vices abſentis Satrapæ Oligeri Roſenkranzii agebat, uxore ducta, Petræum inſimulaſſet, qvod cum deſponſata congredi cupiens, ſed repulſam ferens, magicis ad id proficiendum uſus fuiſſet artibus, cumqve hoc modo virginis conſtantiam ſuperare non poſſet, inſoliti & gravis morbi cauſa ei exſtiterit; Qva injuria laceſſitus Petræus, Gudmundo officium abrogari curavit, patrem vero malæ artis dudum ſuſpectum, nunc vero confeſſum, qvod characteribus qvibusdam inſolitis ad medicinam & uſus fuiſſet, & alios uti docuiſſet (a), in jus vocavit, & ex fuga, cui ſe ex more dederat, retractum, carceri primo incluſit, & paulo poſt exilio multandum ſtatuit. In Daniam itaqve transvectus

(a) Vidi aliqvando doctiſſimi viri Mag. Brynjolfi Svenonii ad hunc Jonam epiſtolam, in qva illum de Runis conſulit. Cui Jonas nihil ſanum aut frugi reſpondere potuit, cauſſans totum ſuum Cartophylacium qvondam confiſcatum fuiſſe; ita ut Præſul in caprina lanam qvæſiverit. Hujus jam dudum mortui in *Worm. Epiſt.* 970. mentionem faciens dicit: *Jonas Gudmundius ære dirutus, verius qvam rude donatus, ſibi & aliis inutilis in angulo conſenuit.*

vectus doctiſſimo viro Olao Wormio, qvi tum temporis *Runicæ literaturæ* & *monumentis Danicis* colligendis intentus fuit, ut Runarum non imperitus innotuit, qvem blanditiis ita cepit, ut ejus miſertus, per Regis Cancellarium Chriſtianum Friis, qvi nihil non in Wormii gratiam fecit, actorum reviſionem impetraret, Reſcripto enim ad Satrapam Islandiæ Pros Mundt, anno 1637 dato, mandavit Rex, ut cauſa denuo examinaretur, qvod ille qvidem eodem anno fieri curavit; Sed Jonæ nihil profuit, antiqvum enim de eo anno 1631 factum judicium, qvo ei aqva & igne interdicebatur, denuo confirmatum fuit, filio autem, qvi itidem actorum reviſionem impetraverat, cum Olaus Petri, qvi variis calumniis & mendaciis Satrapam ita offenderat, ut voluntario in Svecia electo exilio contemtus & pauper mortuus eſſet, adnitente Præfecto officium reſtitutum, & paulo poſt præbenda Hialltaſtad, in extremo Toparchiæ Mulenſis angulo ſita, conceſſa fuit, qvo pater, cum diu omnibus bonis inviſum egiſſet circulatorem, tandem divertit, ibiqve tandem nemini dolendus, minime tamen magiſtratui, præſertim autem ſtatui eccleſiaſtico, cui multum ſemper moleſtiæ faceſſiverat, inanium ſuperſtitionum diſſeminator & veneficiorum choryphæus communiter habitus, exul & contemtus paulo poſt annum 1650 exſtinctus eſt (a).

(a) Scripta ejus ſunt: 1) *Poëma* qvoddam variis refertum nugis & næniis. 2) *Æſidrápa*, ſeu vita ejus, ejusdem farinæ poëma. 3) De *Geniis* ſeu *Alfis*. 4) *De Lapidibus*. 5) *Liber Theologico-philoſophico-medicus*, ob qvem condemnatus fuit. Vid. ſupra pag. 518. 6) *Heims hiſtoria ſummerud af Hermanne Fabronio, epitomerud og útdregin af Jone Gudmundsſyne, á hanns 73 alldursáre, í Dalakote á Utmannaſveit*, 1647. 7) *Biornus de Skardsaa* refert eum contra Lutheranam Religionem aliqvid ſcripſiſſe. Conf. qvæ de eo retulimus ſupra pag. 518. ſeq.

SECTIO

SECTIO III.

De Epiſcopis Skalholtenſibus.

CAP. I.

De Gislao Oddi filio.

§. I.

Patri in officio epiſcopali ſucceſſit filius *Giſlaus*, natus Skalhollti 1593, qvi poſtqvam literis in ſchola Skalholtina operam dederat, anno 1613 albo Studioſorum Hafnienſium inſcriptus fuit, ubi cum biennium Muſis militaverat, in patriam rediit, ſacrisqve initiatus, anno 1616 Paſtor fuit Cathedralis, & anno 1621 Rector ſcholæ Skalholtinæ. Eodem anno Curiæ Stafholtenſi, & poſt biennium Holtenſi, præfectus eſt, cui cum novennium præfuiſſet, anno 1631 in comitiis generalibus, multis qvidem (qvorum caput & primipilus fuit Thorlacus Epiſcopus Holenſis) qvibus invidum fuit, duos fratres, Arnam hoc eodem anno ad Nomophylacis dignitatem, & Gislaum ad Epiſcopatum evehi, contradicentibus, ſed vincentibus tandem pluribus votis, ut patri ſuccederet, electus fuit (a), qvo

(a) Nunqvam, ut credimus, major de Epiſcopi electione in Iſlandia exſtitit contentio, duæ enim factiones erant, qvæ de hoc Eridis pomo certabant, Skalholtenſis ſc. & Brædratungenſis; Hujus caput & anteſignanus fuit Thorlakus Epiſcopus Holenſis, Giſlai Nomophylacis gener, illius vero Oddi Epiſcopi filii, Arnas, jam Nomophylax, loco Gislai Nomophylacis, qvi paucis poſt mortem Oddi hebdomadibus occubuerat, electus, & Gislaus Candidatum Epiſcopatus agens. Pauci tum exſtiterunt viri doctrina & ætate huic officio pares, præter Oddum Stephani, Paſtorem Gaulveriabajenſem, qvi ætate provectior & ſedati ingenii vir, talem honorem non videtur appetiviſſe; Reliqvi, licet doctrina pollerent, juvenes tamen erant. Skalholtenſis itaqve factio Gislaum Oddi filium, virum eruditione & ingenio clarum, qvi jam 15 circiter annos ſacerdotale adminiſtraverat officium, omnibus aliis præferendum contendit; Brædratungenſis vero Vigfuſum, Gislai Nomophylacis filium, juvenem acri ingenio & multis dotibus conſpicuum, qvi aliqvot annos in utraqve ſchola Rectorem egerat, eligendum propoſuit, cumqve id difficulter fieri poſſe videretur, Brynjolfum Svenonium, Studioſum tum temporis in Iſlandia

qvo facto, comite assumto Ketillo Jörundi filio, postea Pastore Hvammensi, & Dalensis Toparchiæ Præposito, viro docto & sapiente, Hafniam proficiscitur, qvo ubi pervenit, calumniam sibi ab inimicis factam, qvod vino nimium deditus esset, facile repressit, cum latine coram Rege & universa aula non sine applausu concionatus esset, tantam in aula gratiam adeptus est, ut conterraneorum de abrogatione novæ taxationis anno præterito a mercatorum Societate emendicatæ supplicationem, qvam accipere & Regi commendare Islandiæ Præfectus abnuerat, ipse Regi tradiderit, & tanta parrhesia commendaret, ut gratiosam acqvireret exauditionem, qvod ei in patriam reverso non parum gratiæ & honoris apud populares conciliavit. Nactus deinde codicillos officii, ab Episcopo Siællandiæ Joh. Resenio die Viridium episcopalem inaugurationem accepit.

§. 2.

Anno 1632 in foro generali unacum Nomophylacibus aliisqve utriusqve status Primoribus, jussu Regio impulsis, constitutionem condidit, qva indicebatur, ut pro qvovis incolarum capite erogarentur duo oboli ɔ: 1 piscis, in redemptionem captivorum, qvi anno 1627 a piratis Algerianis ex Islandia transportati ibidem servirent. Eodem anno monitorias ad Præpositos & Pastores edidit literas, qvæ ut hic inserantur, non indignæ censentur (a).

Islandia præsentem, qvem qvidam, ut tali honore non indignum nec officio imparem, nominaverant, non plane abnuebat. Cum multum diuqve pari animorum concitatione, nec sine sesqvipedalibus verbis certaverant, vicit tandem factio Skalholtensis. Hoc modo simultatum favillæ, qvas Oddus Episcopus & Gislaus Nomophylax, dum vixerunt, sopiverant, inter filios primo scintillare cœperunt, & deinde in magnum incendium eruperunt.

(a) *Omnibus piis & probis viris, Præpositis præsertim & Pastoribus diœceseos Skalholtinæ, apprecor, ego Gislaus Oddi filius, Superintendens diœceseos Skalholtinæ, gratiam & benedictionem a Deo per Dominum nostrum Jesum Christum; Simul vobis omnibus & singulis humillimas referens gratias pro omni vestra benevolentia & honore præstito, multifariisqve beneficiis, in me meosqve semper collatis, qvæ bono qvovis semper demereri studebo, qvocunqve modo ex meo debito officia vobis deferendo. Deinceps notum Vobis facio, cum in proximo foro generali omnia necessaria loqvendi tempus non suppetierit, me pauca hæcce vobis scribere necessum habere, qvæ boni consulatis, rogo.* Scopus

§. 3.

Anno 1634 male sopita invidia & æmulatio, qvæ inter Oddi Præsulis & Gislai Nomophylacis filios fumaverat, tandem in apertum prorupit

---

Scopus autem præcipuus est Præpositos monere & rogare per Deum, velint officii fideliter meminisse, est enim seria Regiæ Majestatis voluntas, ut qvovis anno semel, ubi Episcopus impeditur, tam in hac terra, qvam aliis Coronæ suæ subjacentibus provinciis, visitatio fiat, & ut omnia secundum Ordinationem Ecclesiasticam *christiane & rite procedant, curent, & salarium, ut ibi præcipitur, reportent. Secundo ut sacerdotes probe curent, nec diutius, sub pœna depositionis, tam parochiarum sibi concreditarum visitationem de Catechismo, numqve curiales eum intelligant, qvam ejus ex Cathedra lectionem & simplicissimam secundum* Ordinationem Ecclesiasticam *explicationem, negligant, & hæc qvidem ad minimum per annum semel. Itemqve de concionibus in passionem, ut nullibi omittantur. Similiter & dies supplicationum, ad initium veris & autumni, æstatis, & hyemis, ex antiqva & consveta hujus diœceseos praxi. Qvicunqve vero contra dictos hos articulos deliqverit, certo sciat, se ab officio suspendendum, secundum strictum Magistratus mandatum. Qvoad alias autem novitates Magistratus promisit, se secundum terræ praxin nos perlaturum. Nisi & inter vos omnes in qvavis Toparchia unacum plebe convenerit, vos invicem qvadam hora diei aut mane aut vesperi secundum cujusvis tribus praxin, certo tamen & determinato tempore, ad qvotidianas preces, campana, ubi adest, convocare, christianum & laudabile esset, & his periculosis temporibus admodum necessarium, qva in re qvemcunqve virum pium, conscientiam suam in nomine Jesu observaturum spero. E contrario clemens noster Magistratus, omnia privilegia huic terræ antea concessa, nobis sarta tecta conservare promisit, tam qvoad decimas clericorum e prædiis Regiis, & templorum secundum* Ordinationem Ecclesiasticam, *& literas Regias, salvo tamen locario, qvam qvoad omnia cætera. Deus autem est, qvi ex sanctis suis promissis omnium optime mercedem reddet iis, qvi in vinea ejus fidelem navant operam, nec ancipiti corde opus Domini perfide faciunt; Simul etiam omnes laïcos, tam dignitatis eminentioris, qvam vulgaris, per nomen Domini nostri Jesu Christi moneo, morigeros se, tanqvam electum Dei populum, in omnibus, Pastoribus & Clericis Antistitibus præbeant, ut juventus eo facilius ad pietatem & honestatem adducatur, in gloriosi Dei nominis laudem & in omnibus celebrationem, ut sub Christiano & pacifico clemente nostro Magistratu diu fruamur pace & gratia, utqve pacatam ac tranqvillam vitam agamus, in omni pietate, & honestate, tandemqve, cum summus pastor Jesus manifestabitur, æternam gratiam & pacem ac victoriosam mansionem ad dextram ejus conseqvamur. Ad hæc obtinenda ex toto corde clementem Deum & Patrem in nomine ejusdem Domini Christi rogo, velit vos omnes sancti sui Spiritus efficaci auxilio adjuvare, simulqve vos omnes & omnia nostra consilia & proposita, honorem, officium & ultimum exitum eidem Deo commendo. Præter suprascripta notum vobis faciendum habeo, in foro hocce generali promulgatum fuisse Regiæ Majestatis ad Illustrem* Oligerum Rosenkrantz *Rescriptum, ante*

pit incendium, hoc enim anno novus infulæ Satrapa Pros Mundt qvædam fecum attulit Regia Diplomata, qvæ Oddi filiis parum grata continebant. Primum agebat de nimia vaccarum certa mercede elocatarum multitudine, qvibus conductores prædiorum Cathedralium gravarentur, ut & boum paftu, qvi iisdem contra leges imponeretur, qvod colonos ita exfugeret & enervaret, ut Regi confvetum tributum pendere non poffent, qvod non obfcure Gislaum Epifcopum feriebat. Alterum de caufa Baugftadenfi, Arnam Nomphylacem infimulabat, qvod inter Thorlacum Gunnari & Giffurum Thorlaci pactum faciens, huic favendo, Gislai Nomophylacis judicium fufflaminaffet, & multam Regi debitam fuppreffiffet. Tertium Arnam itidem accufabat, qvod in caufa Botnenfi, Jonæ Johannis injuriam feciffet, Qvæ omnia & alia plura Vigfufum Gislai filium, qvi priore anno Hafniam transfretaverat, calumniatum fuiffe præfumebant, qvod fubfeqventium inter Arnam & Vigfufum turbarum claflicum fuit, illis autem Præful, vir fedati pectoris, fe non immifcuit, nifi qvod publice proteftatus eft, paratum fe ad refpondendum effe, fi qvis fibi hanc vel aliam caufam intentare vellet, fed cum nemo prodiret, hac vice accufatio qvievit. Seqvente autem anno Satrapa novum Regium protulit edictum, datum 29 Aprilis, qvo omnes fuperfluas pretio locatas vaccas abigere, colonosqve tali onere levare jubebatur, qvam cum Satrapa exerceret qvæftionem, nemoqve, qvi colonorum loco accufaret, appareret,

 aperte

ante duos annos editum; de ftipe in hac terra, ad miferorum Islandorum in Turcia captivorum liberationem conferenda, & confenfimus omnes Paftores ibi præfentes illam libenter effe erogandam, folummodo tamen hoc anno folidum unum ejusqve æqvamentum pro qvovis capite cujusvis in hac diœcefi domus vel villæ incolæ, qvam in fententiam nobiscum iverunt, omnes in area Dicafterii tunc præfentes, nec qvenqvam laicorum ibi contradicentem audii. Paftores vero omnem ex fua parochia ftipem cogere & ad emporium deportare detrectabant, præfertim ubi viæ longitudo & difficultates obeffent, Toparchæ etiam qvod ad illos, itidem. Hinc utriqve mutuum fibi præbeant in Dei fiducia auxilium; ut experimentum fiat, fi parva hæcce ftips in Chriftiano qvodam homine, ut pia corda difcupiunt, fuum obtineat ufum. Exaudiat Deus fecundum bonam & gratiofam fuam voluntatem! In foro generali ferium illud magiftratus juffum promulgavi, omnes locatores prædiorum, tam ad Regem, qvam templa pertinentium, reliqvorum omnium inftar decimas prædiorum Paftoribus ex proprio fecundum Ordinationem Ecclefiafticam *& crebra mandata Regia folvere teneri, nifi majorem fibi mulctam promereri cuperent. Scriptum Skalholltiæ die 6 Julii anno 1632.*

GISLAUS ODDI FILIUS.

aperte tandem Vigfusus fassus est, se proximo autumno Satrapæ qvædam testimonia misisse, unde cognosci posset, plures jam vaccas, aut earum æqvamentum, pretio locatas, colonos Cathedræ Skalholtensis in Toparchia Arnesensi habere, qvam antiqvitus habuerint, aut habere debuerint, qvibus publice prælectis, Præsul respondit, vera hæc qvidem esse, sed in gratiam colonorum id factum, eorumqve precibus datum esse, qvi alias tanta jam ingruente annonæ penuria, & lactarii pecoris paucitate, se suosqve sustentare non possent, qvod ipsorum chirographis statim probavit. Eodem etiam anno in mandatis habuit Præfectus, ut litem inter Margaretam Vigfusi matrem, possessorem prædii Hraun, & Præsulem tanqvam Skalholtinæ Cathedræ Procuratorem, de jure oræ maritimæ, dictæ *Skeid*, decideret, qvod paulo post eo perfecit modo, ut Cathedræ inter certos Skeidensis oræ terminos omnia 6 ulnis longiora ligna cederent, reliqva autem Proprietarius retineret.

§. 4.

Anno 1636 Præfectus Regius in Comitiis universalibus, grave instituens examen ab Episcopis qvæsivit: 1) *Qvanam lege Ecclesiastica uterentur*, cujus ductu & præscripto causas Ecclesiasticas judicarent? Ad qvod uterqve respondit: Ipsius Christiani IV. Ordinationem, Norvegis & Islandis datam, sibi in Ecclesiasticis unicam judicandi normam esse, qvod ex eorum actis Synodalibus probari posset, prout dudum gratiosissimo Rescripto Rex ipse mandaverat. 2) *Qvomodo constitutum esset de prædiis*, qvæ *Christfiárjarder* vocantur, de qvibus 1619 cum illis agere aut expostulare Fridericus Friis in mandatis habuerat (a)? Cujus qvæstionis cathegorica solutio, si non statim dari posset, tamen ante proximum festum Michaëlis, ut sibi mitteretur, expresse mandavit. 3) *Qvot antiqvæ & inutiles campanæ* tam in templis Cathedralibus, qvam alibi *asservarentur*, ut observarent, & sibi eorum indicem mitterent, mandavit. 4) *Perfectum indicem templorum*, Beneficiorum & Monasteriorum, eorumqve possessionum, ut sibi ante proximum Michaëlis festum transmitterent, *postulavit*, qvod etiam promiserunt. Hujus inqvisitionis (b) causa fuit Olai Petræi, Oligeri

(a) Vide supra pag. 43. 45. 348.

(b) Literæ Regiæ ad Mundtium, qvibus ei ut hancce instituat qvæstionem injungitur, datæ sunt Haderlew 6 Januarii 1636, & licet plurima, qvæ retulerat Petræus, falsa essent, qvorum

Oligeri Rosenkrantzii qvondam Vicarii, calumnia, qvi omnes Islandiæ status & ordines impudenter diffamaverat, qvasi hic nihil bene ac ordinate gereretur, qvæ omnia, si modo sibi Islandiæ præfectura concrederetur, se correcturum fore spospondit; sed cum nihil probare posset, actioqve criminalis a Mundtio, qvem non leviter læserat, ei intentaretur, se subduxit, & in Sveciam aufugit, ubi pauper & contemtus periit, prædia autem, qvæ hic non pauca comparaverat, ut & alia ejus bona, Satrapa aut sui juris fecit, aut fisco Regio adjudicavit.

§. 5.

Cum priorum Episcoporum, ut & ipsius Gislai anno 1632 monitoriæ ad Præpositos & Pastores literæ, non semper exoptatum tulerint fructum, cujus causam in brachii secularis, Prætorum & eorum Vicariorum, qvibus cujusvis Curiæ aut tribus inspectio injuncta est, & communiter vocantur Reppagogi, negligentiam plurimi non immerito conjiciebant, Præsul, neqvid qvod suarum erat partium, aut negligeret aut intentatum relinqveret, utqve ipsam prævaricationum causam, negligentiam scilicet Magistratus Politici adoriretur, utrosqve gravissimis ad eos scriptis literis officii admonuit (a); plurimas qvoqve alias epistolas monitorias, pietatis, zeli & prudentiæ plenas, nunc privatas, nunc publicas, tam toti diœcesi, qvam solitariæ cuidam toparchiæ, Vestmannejarum inprimis incolis, scripsit, qvæ adhuc dum existunt.

§. 6.

Plures qvidem Rex Islandis scripserat literas, monueratqve ut aliqvid ad redimendos suos ex servitute Turcica cives & consangvineos conferrent, denuo autem id fecit 1637 d. 22 Decembr. mandando utriqve Episcopo, ut per totam diœcesin universæ plebi sua edicta eodem die data publicarent, qvibus cuicunqve injungebatur, ut plusqvam adhuc factum

qvorum nos ea tantum tetigimus, qvæ nostro instituto aliqvo modo inservire posse videntur, multis tamen Regis Christiani Qvarti Rescriptis & Diplomatibus, datis 1635, 1636 & 1638 occasionem præbuerunt, qvorum præcipuum est, qvod fundos & prædia in Islandia ab incolis emere, aut dono accipere Regios Præfectos prohibet.

(a) Vid. supra pag. 144 sqq. Litr. C. D.

factum erat, ad hoc negotium perficiendum contribueret, Episcopis autem, qvod dabatur, colligere & mercatoribus tradere mandabatur; Et præterea ut mercedes prædiorum ad templa pertinentium proximo biennio aut etiam triennio, tantumqve eorum mobilium, qvantum amittere possent, huic necessitati consecrarentur (a). In foro itaqve generali indictum fuit, ut in montanis ex qvovis qvatuor Joachimicorum æqvamento, qvod in decimarum causam veniret, duo oboli, in maritimis autem una capturæ portio aptissimo piscationis tempore erogarentur, qvod parum suffecisset, nisi ipse Rex, tam propria largitate, qvam aliorum collectis ac symbolis ad tot miserorum hominum liberationem, qvi jam integro decennio tyrannica servitute premebantur, plurimum contulisset (b), qvorum seqventi anno 36 redemtionem nacti, & 13 in patriam, teste *Biörno de Skardsaa*, reversi sunt.

§. 7.

Exstant hujus Præsulis constitutiones numero duodecim in conventu provinciali Miklaholti prope Hraungerdum anno 1637 habito conscriptæ, sed in Synodo generali ejusdem anni approbatæ, qvarum plurimæ aut ad speciales casus & personas pertinent, aut etiam antiqvas constitutiones renovant, & qvasi in memoriam revocant, sed nihil novi adferunt, qvas ideo hic inserere supersedemus. Multo majoris momenti sunt qvædam ejus epistolæ ad varios variis de casibus scriptæ, qvarum unam, qvæ monitoria est, ad negligentem qvendam Curionem datam speciminis loco hic adscribi curabimus (c).

§. 8.

(a) Vid. loc. cit. pag. 72.

(b) Conf. loc. cit. pag. 81. sqq.

(c) *Scribitis de concionibus Catechismi, qvam impossibile sit illum applicare; Hæc excusatio nulla est; An aliqvando, ut debetis, parochiam bis vel ter per annum ad minimum visitastis, præsertim ubi illi (Curiales) templum nunqvam freqventant, aut freqventare propter impedimenta non possunt? Qvomodo conciones in Passionem, qvæ æqve necessariæ sunt ac Catechismus, curaveritis, cum per longum admodum tempus templum non aperiatur? Per Deum melius caveatis, ne otiosi in multas noctes iners tempus teratis, cum vix ad unam precationis horam mane surgere curetis. Tua ipsius confessio, & qvorundam calumniatio sive veritas hæc mihi extorserunt; utinam corrigas. Qvod de mendicis incuriose educatis &c. scribitis, propria vestra socordia neglectum esse non deberet,*

§. 8.

Gislaus fuit vir doctus, suæ ætatis virorum eloqventissimus, & concionator disertissimus, utebatur autem, ut ex ejus patet epistolis, stylo succincto, simplici & plano, sed masculo & penetrante. Ingenio fuit facilis, affabilis & amabilis, ideoqve omnibus carus & honoratus, sed nihilo minus acer erat zelotes, qvi prævaricantes pro delicti statu & gravitate, aut monere & arguere, ut ex ejus *Epistolis*, tam publicis qvam privatis ad pastores, Prætores, ac laicos scriptis, constat, aut ab officio removere non omisit, qvorum qvibusdam, cum resipuerunt, id restituit, nam illo, qvo diœcesi præfuit, septennio, decem Sacerdotibus officium abrogavit, qvinqve vero restituit. Nihil ei inimici vitio verterunt, nisi qvod subinde vino deditus esset (a). Tanti erat roboris, ut massam ferri, cujus reliqviæ adhuc supersunt, tum temporis 500 pondo æqvantem, facile circa fabricam ferream portaret. *Naturalem Islandiæ historiam* (b) scribere ei constitutum fuisse, ex ejus ad Olaum Wormium anno 1635 pridie Calend. Augusti, data Epistola discimus, fatetur enim se *inter plurimas occupationes pauca qvædam annotasse, in gratiam Domini Cancellarii, de lapidibus & herbis & qvibusdam aliis mirandis hujus Insulæ, qvæ doctissimus Arngrimus sicco pede fere transiit*, qvod institutum Wormius

---

deberet, secundum superiora Prius fatiscere qvam pigrescere oportet, (nisi de me ipso exemplum capis, qvi otio nescio uti, qvasi plus sit negotium, qvamqvam est negotium in otio) qvasi redditurus rationem. Pastorem, cum ex debito nunqvam visitet, visere (Curialibus) difficile est. De meis pauperculis reditibus cogendis & asservandis, sat strictæ Magistratus literæ hic Skalholti præsto sunt, ita ut nimia hæc observantia cuicunqve Pastori &c.

(a) In disceptatione de ejus ad episcopatum electione, heterodoxiam qvandam ei objectam fuisse, patet ex Gislai ad Thorlacum Skulonium epistola, & Actis Synodi Reykensis, ubi Gislaus testimonium suæ hac in re innocentiæ postulavit.

(b) Forte ad hujus notitiam referenda est ejus prudentior, & magis, qvam illa tempora admittere solebant, moderata procedendi forma in actione magiæ contra innocentem, ut videtur, virum, Illugum Jonæ sacerdotem, & plures instituta; Huic enim, prudentibus suis consiliis, invito Præfecto & dicasterio universali, vitam & libertatem conservavit. Qvod eo magis mirandum, qvod Gislaus, acris alias omnium prævaricationum censor, in runarum & characterum magicorum usum multum invehatur in epistola qvadam ad celeb. Olaum Wormium adhuc inedita.

mius in Epiſtola reſponſoria data 6 Maji 1636 Cancellario gratum eſſe innuit. Sed tale qvid ad maturitatem perveniſſe valde dubito, nec qvidqvam operum ejus apud nos exſtat, præter Epiſtolas, qvarum ſupra mentionem fecimus, & Indices qvorundam templorum, qvos in annuis viſitationibus conſcripſit.

§. 9.

Anno 1638 ſolito more, ſed valde æger, forum generale adiit, ibidemqve paucis interjectis diebus circa ſolis occaſum feſto Viſitationis Mariæ, in templo Thingvallenſi, obiit anno ætatis 45 officii 7. Funus magna præſentium procerum pompa Skalholtum deductum fuit, ibiqve ad latus Gislai Jonæ filii ſepultum, ſed biduo tantum interjecto, Haldorus Nomophylax eodem feretro, e Dicaſterio, moribundus, Skalholltum defertur, ubi poſt octiduum animam efflavit. Uxorem Giſlaus habuit Gũdrunam Biörni filiam, Magni Nomophylacis ſororem, qvæ ex puerperio anno 1633 occubuit. Improlis itaqve Gislaus deceſſit, nam illegitima, qvam juvenis procreaverat, filia, ſtatim etiam exſtincta fuit.

Cap. II.

De Brynjolfo Svenonio.

§. I.

Brynjolfus Svenonius natus eſt Holti in tractu Onundarfiord, anno 1605 die 14 Decembris, patrem habens Svenum Simonis filium, virum antiqvæ virtutis & fidei, qvi annos natus octodecim a Giſlao Jonæ Epiſcopo Skalholtino anno 1577 Sacris initiatus fuerat, primoqve per qvadriennium cathedralis templi, deinde autem 63 annos Holtenſis templi Myſtam egerat, tandemqve, cum fidum Eccleſiæ Miniſtrum 67 annis, & Præpoſitum partis Toparchiæ Isafiordenſis, qvæ occidentem ſpectat, 45 annis egiſſet, die 10 Decembr. anno 1644 obdormiit; Simon vero, Sveni pater, primo fuit Giſſuri Epiſcopi famulus, deinde Kalfholtenſis, & ultimo Hrunenſis Eccleſiæ Curio. Matrem vero Brynjolfus agnovit

Ragnei-

Ragneidam filiam Pauli Stadarholensis (a), ex Helga Arii Nomophylacis filia susceptam, Arii autem pater fuit Jonas Arii filius, notissimus ille Holensium Episcopus, qvi hoc modo Brynjolfi proavus fuit.

§. 2.

Primum qvod vixit triennium apud Biörnum Olai & Margretam Gudmundi, colonos prædii Hol in Onundarfiordensi curia, nutriebatur, sed eo exacto ad paternos lares reversus est, a qvo tempore tanta cura & sollicitudine educabatur, ut duodecennis, præter alia, qvæ juventuti instillari solent, totam sacram scripturam qvinqvies perlegisset, idqve non obiter, & exercitii tantum gratia, sed ea attentione, ut qvotidiani pensi rationem reddere adsvetus esset. Anno 1617 in scholam Skalholtinam ablegatus fuit, in qva sexennium peregit, inde autem anno ætatis 18, seculi 23, dimissus, proximum annum domi mansit, qvo tempore tam anxie libris invigilavit, & ad Academica studia se præparavit, ut præter alia, qvibus insudavit, totam Logicam Crellii memoriter tenuerit. Sed 1624 ad Hafniensem Academiam ablegatus est, ubi privatum Præceptorem nactus est, Casparum Bartholinum, cujus, ut & Brochmanni, Wormii, aliorumqve Professorum prælectiones per integrum qvinqvennium diligenter audivit, nisi qvod æstatem anni 1625, pestem qvæ Hafniæ tunc grassabatur, fugiens, in Islandia apud parentes transegit. Exacto autem in Academia qvinqvennio, anno 1629 testimoniis, tam Publico Rectoris Wolfgangi Rhumanni, qvam privati Præceptoris Bartholini, ornatus, ad paternos lares revertitur, proximumqve biennium ibidem mansit, nisi qvod

(a) Ipse in excerptis propria manu notatis, qvæ ad nos pervenerunt, scriptum reliqvit Paulum avum suum a Vermundo Kögur Færöensi genus ducere, Vermundum vero ex Götuskeggorum familia ortum fuisse, qvi ex Haraldo Pulchricomo Norvegiæ Rege prognati fuerunt, ut ex *TORFÆI Hist. Norveg.* Tom. 1. Libr. 4. cap. 1. patet. Patris vero genus, simili forsan modo ac in Genealagg. ad calcem *Gunnlaugssagæ Ormstungu* pridem factum esse animadvertimus, ad familiam Hrafnistinam retulit, de qva *TORFÆUS* loc. cit. Libr. 10. Tom. 1. cap. 10. pag. 337. Qva genealogiæ textura ostendere voluisse videtur antiqvam familiæ nobilitatem, & qvod non minus per tramitem Pauli ex familia Svalbardensi oriundi, ut & paternum genus ad Adamum usqve majores suos enumerare, qvam per Episcopi Jonæ prosapiam, cujus genealogia tali modo adornata circumfertur, de qva supra Tom. 2. pag. 645 sq. nostram aperuimus sententiam.

qvod utroqve anno, promotionem aucupans, comitia adiit, sed frustra, sive qvod nulla eo digna vacaret conditio, sive (ut ipse innuere videtur) Episcopi invidia, qvi licet antea plus simplici vice prædixerat Brynjolfum olim sibi in Episcopatu successorem fore (a), jam tamen forte verens, ne viri merita, si mox ad conspicuum qvoddam officium promoveretur, popularium animos ita occuparent, ut filio suo, qvem sibi animo proximum designabat successorem, palmam præriperet; Sed qvicqvid fuerit, id saltem certum est, qvod Brynjolfus postea inter amicos dixerit, aut qvestus fuerit, se tum temporis non tanti factum fuisse, ut vel testimonia Academica producere licuerit, & qvod anno 1631 post mortem Episcopi Skalholtum veniens, ab ejus familia & amicis perparvi habitus, & tantum non contemtus fuerit.

§. 3.

Anno 1631 tertia vice generalia comitia adiit, cumqve pro more seculi publica de eligendo Episcopo deliberatio institueretur; Qvidam Brynjolfum eruditionis fama clarum, & tali officio non imparem, in theatrum produxerunt, qvorum conatus obstante aliorum auctoritate non processit (b). Unde cum hac vice de sua promotione actum esse videret, instinctu Thorlaci Episcopi & Vigfusi Gislaidæ, eorumqve munificentia sublevatus, in Daniam transiit, mortuoqve jam Bartholino Brochmannum sibi elegit Præceptorem, proximumqve annum ejus præsertim ductu Hafniensibus

(a) Fertur Oddum Episcopum anno 1605, cum Brynjolfum mater in utero ferret, Holtum venisse, & in familiari colloqvio dixisse, *augurari animum aliqvem filiorum Sveni Præpositi conspicuum virum & suum successorem fore*, petiissegve ut sibi sisterentur, qvos cum paullulum intuitus fuisset, iis benedixisse, sed neminem eorum sibi successurum, unum adhuc deesse, cumqve illa diceret, *plures non exstare;* renuisse illum, & uterum ejus indigitando dixisse, *atqvi hic est;* qvæ relatio matris ipsius Brynjulfi circumfertur. Ipse etiam Brynjolfus amicis referre solitus fuit, cum de præsagiis & prophetiis Oddi Episcopi (vide supra pag. 355) loqverentur, non esse rem plane negandam, nam meminisse se, cum scholam Skalholtinam freqventasset, & discipulis mandatum esset ut Præsulem aliqvo abiturum honoris causa ad eqvum usqve proseqverentur, accidisse, cum Præsul eqvum ascensurus esset, ut famuli non adessent, se itaqve accucurrisse & debita veneratione stapitem tenuisse, qvod cum videret Præsul, dixisset: *non decere, ut ille sibi serviret, qvi suus olim futurus foret successor.*

(b) Vide supra pag.

nienſibus Muſis ſtrenue militavit, præcipue autem Græcæ lingvæ operam dedit, cui etiam biennium, qvod in Islandia fuerat, totus incubuerat, qvo tempore caſu qvodam in Nicephorum Romanum, Presbyterum Corinthiacum, incidit, cum qvo aliqvamdiu Græco idiomate ita ſermones miſcuit, ut docto illi Græco admirationi eſſet (a); qvi id Epiſcopo D. Joh. Reſenio retulit, ſæpiusqve idem repetendo & mirando, qvod in Islandia talis inveniretur eruditio, & non minus, qvod tales viri ad publica munera non adhiberentur, ſed qvaſi in angulo & egeſtatis pulvere obſiti laterent, eo Præſulem induxit, ut Brynjolfum unacum Nicephoro & qvibusdam aliis eruditis menſæ adhiberet, ubi eos ad Græce invicem loqvendum & diſputandum commiſit, qvod Brynjolfo tantæ laudi ceſſit, ut Præſul eum paulo poſt ad Conrectoratum Roſkildenſem eveheret, ipſeqve eum ſcholæ commendaret (b). Cumqve gradum Magiſterii accepiſſet, promotore Johanne Reſenio Epiſcopi filio, tum temporis Philoſophiæ Decano, huic officio magna ſui laude & diſcentium emolumento ſexennium præfuit.

§. 4.

Anno 1638 Roſkildenſi ſcholæ valedixit, ſed priusqvam diu cogitatam per celebriores Europæ regiones peregrinationem literariam iniret, in cujus gratiam ſtipendium qvoddam acceperat (c), in Islandiam profectionem

(a) Cum aliqvando ex Communitate Regia per Templum D. Virginis tranſiret, Catechiſmum Camerarii ſub brachio habens in hunc Nicephorum incidit, qvi librum inſpicere optans, cum aliqvamdiu eum perſcrutatus eſſet, de eo dixit, *ut pulchra veſtis, non ideo omnino contemnenda eſſet, licet qvosdam centones haberet, ita nec librum hunc, licet cum Græcæ Eccleſiæ Confeſſione non bene conveniret.* Idem etiam Nicephorus abſoluto cum Brynjolfo ad menſam Epiſcopi colloqvio (non ſecus ac cum Apollonius audiiſſet Ciceronem Græce declamantem) miratus eſt viri eruditionem, detectoqve capite gratias egit Deo, qvi Europæ tantam conceſſiſſet eruditionem, ut in (ultima Thule) Iſlandia invenirentur viri, qvi æqve expedite & ornate loqverentur Græce, ac ipſe in Græcia natus.

(b) Propria manu ſcriptum reliqvit *ſe in Conrectoratum Roſkildenſem a D. Reſenio in Septembri die Dionyſii introductum fuiſſe*, qvod conſiſtere neqvit, nam dies Dionyſio Epiſcopo dicatus in 8 Aprilis incidit, ſed Dionyſii martyris & ſociorum in 9 Octobr. Legendum itaqve eſt *in Octobri*, qvo tempore Epiſcopum Roſkildiæ in comitiis univerſalibus adeſſe oportuit.

(c) Qvale hocce ſtipendium, & a qvo fundatum, fuerit, nobis non conſtat; Ipſe ſcribit ſibi id a Capitulo Roſkildenſi promiſſum fuiſſe, & ſe unius anni ſtipendium, 60 ſcil. imperiales accepiſſe, anteqvam in Iſlandiam profectus eſt.

tionem instituit, prædia ibidem a matre, ante sesqvi annum defuncta, sibi relicta, divenditurus, & ut patri, aliisqve amicis ultimum vale diceret, qvod ut commodius facere posset, ad generalia se contulit comitia, in qvibus Gislaus Episcopus animam exhalavit, unde statim omnes in eum, ut cælitus sibi missum, & defuncti Præsulis successorem designatum, oculos conjecerunt, rogaruntqve ut Skalholtum funus Episcopi proseqveretur, ibidemqve conscribendos electionis codicillos acciperet, qvod ille præfracte abnuens, domum versus ad lares paternos iter instituit, sed dum in itinere Stafhollti in tractu Borgarfiordensi commoratur, invitus hosce codicillos accepit qvidem, & proferre promisit, sed simul se suam excusationem Regi oblaturum indicavit. Convasatis itaqve suis rebus, qvæ avehi poterant, Hafniam se contulit, &, ut promisit, literas popularium (a) unacum sua deprecatione Cancellario tradidit, qvi omnia hæcce documenta Consistorio Hafniensi examinanda transmisit; Cujus unanime votum fuit, argumenta Brynjolfi non tanti esse, ut eum, a capescendo, ad qvod legitime vocabatur, officio excusaret, nec decere eum aut qvemqvam alium, qvi fidus & honestus Regis subditus haberi vellet, munia reipublicæ detrectare, qvibus pares essent, modo Regi id injungere placeret, magnopere etiam scholæ & rei literariæ interesse, ut virum doctum, qvalis hic esset, Inspectorem haberet.

§. 5.

Tandem ineunte Aprili anno 1639 a Cancellario literas, qvibus significabatur vocationem accipiendam & Regi parendum esse, ad qvem Gluckstadii jam agentem, qvam primum commeandum esset, qvod qvo facilius & minori impensa fieri posset, literas, qvibus ei liber transitus & immunis vectura per freta & terras ab Hafnia Tychopolin usqve concedebatur, accepit, sine mora huic itaqve se committens itineri, recta Tychopolin contendit, ipsiqve Regi d. 15 Aprilis fidelitatis juramentum solvit, &

(a) Ut familia Gislai Episcopi antea Brynjolfum parvi fecerat, & ejus electioni anno 1631 omnibus nervis intensis adversata fuerat, ita jam Arnas Nomophylax, qvi ejusdem caput & coryphæus fuit, præ aliis eandem efficacissimis ursit hortatibus. Ipsius Brynjolfi literas deprecatorias, ad Cancellarium datas, ut conspici posset qvibus potissimum usus sit argumentis, ad finem hujus Capitis subnectemus Litr. A.

& eodem die Regiæ menſæ particeps fit (a); Hafniamqve ingreſſus, Brochmanno nuper ad Epiſcopatum Siælandicum evecto, ſemet ſiſtebat, a qvo in præſentia Profeſſorum qvorundam & Cleri Hafnienſis d. 20 Aprilis per 6 horas rigidiſſime (b) examinatus fuit, acceptisqve a Cancellario codicillis officii, datis 15 Martii, tandem Dominica Jubilate, qvæ hoc anno in 5 Maji incidebat, ſacris initiatus fuit, qvo facto Islandico ſemet accinxit itineri, & Skalholtum ad deſtinatam ſibi ſedem die 29 Junii pervenit, unde mox ad inſtantia comitia generalia tetendit.

§. 6.

Exactis comitiis, fratres & hæredes demortui Epiſcopi Sedem & templum Cathedrale, cum qvibusvis ad ea pertinentibus, ipſi tradiderunt, ſed qvod ei non penitus ſatisfecerint, anno ſeqvente patuit, tunc enim in univerſali Dicaſterio prolixum recitavit defectuum indicem, qvi ut reſarcirentur, ſevere poſtulavit, qvorum præcipui fuerunt, nutatio & debilitas templi Cathedralis, qvod tunc revera valde ruinoſum fuit, defectus variarum rerum & ſpecierum, qvæ antiqvitus ad Cathedram pertinebant, nullum ſibi pro antiqvo more, præſtitum commeatum aut penſionem ad ſublevandum impenſas, qvas iter Hafniacum Regiam Confirmationem

(a) In deſcriptione itineris Tychopolitani noſter valde eſt operoſus, omnia enim ſcrupuloſe enumerat, qvæ ipſi evenerunt, qvot tranſierit urbes, pagos, & freta, qvos amicos convenerit, a qvibus hoſpitio exceptus fuerit, qvorum nobiliſſimi fuerunt Johannes Nicolai, Epiſcopus Fioniæ, Georgius Seefeld, Siællandiæ Præſes, cum qvo feſtum Paſchatos tranſegit, & exinde commercium literarium continuavit, illi etiam qvosdam bonæ notæ codices pergamenos una & altera vice ex Iſlandia transmiſit. Sed maxime memorabile fuit epulum Regium, in qvo accidit, ut Regi & Principi Friderico, qvi etiam adfuit, non omnia convenirent, ita ut Princeps haud obſcure offenſus, nondum abſoluto prandio abiret.

(b) Qvæ cauſa tam rigidi examinis fuerit, divinari non poſſumus, niſi qvod Brynjolfus nunqvam examen theologicum ſubierat. Nam anno 1629, cum examen atteſtationis inſtitueretur, in Iſlandia fuit, ſed Hafniam reverſus totum ſe ſtudiis humanitatis & Philoſophiæ dederat, & inde ad munia ſcholaſtica tranſierat, qvod ipſe in Apologia Cancellario porrecta fatetur, dicens *ſe nunqvam Cancellos aſcendiſſe, ſed in ſubſelliis theologorum ſediſſe.* Alii autem aliam ſibi viſi ſunt inveniſſe hujus rigoris cauſam, ſcilicet, qvod Brynjolfus, utpote eloqvens & acerrimus diſputator, Brochmanno publice diſputanti ita oppoſuerit, ut eum ad incitas redegerit, qvod jam ulciſci voluiſſe Brochmannum dicunt; Qvod tamen reſpectu notiſſimæ Brochmanni in talibus eruditionis, facundiæ & exercitationis, non eſt vero ſimile.

mationem & inaugurationem accepturus neceſſario feciſſet, tandemqve uſuram pecoris & poſſeſſionum Cathedræ, ut ſibi debitam popoſcit (a). Qvæ ut ſopiretur controverſia, juſſu Præfecti Regii Pros Mundt, ipſius Qvæſtor Janus Severini cum qvibusdam aliis delegatis optimatibus Skalholltum ſe contulit, qvi ſua auctoritate & prudentia effecit, ut mortui Epiſcopi hæredes novo Præſuli villas qvasdam & villularum partes emanciparent, qvarum pretium cum adjunctis vaccarum æqvamentis circiter 500 imperiales æqvabat, qvo hæc controverſia ita penitus ſepulta fuit, ut utraqve pars contenta videretur.

§. 7.

In his comitiis Præfectus Regius, Epiſcopos, Præpoſitos, aliosqve Eccleſiaſtas poſtulavit, ut qvam primum accuratum ſibi cujusvis templi poſſeſionum indicem transmitterent, læſas campanas reparari curarent, templorum prædia ne abalienarent, rationem redderent prædiorum, qvæ pauperibus (vulgo *Chriſtfiárjarder*) attributa ſunt, ut & qvæ ſcholarum ſuſtentationi debentur. Ad qvæ qvid Præſul reſponderit, non liqvet, licet anguſtiam temporis ſuamqve ignorantiam, qvi jam primum vix Cathedram aſcenderit, & in talibus adhuc hoſpes eſſet, cauſatum veriſimile ſit; Sed cum omnia viri alias actuoſiſſimi per triginta qvinqve annos geſta, ita ut qvicqvid qvovis anno geſſerit, referatur, lectori non minus tædioſum, qvam nobis laborioſum fore videatur, cum cujusvis negotii relatio hoc modo ſæpius abrumpenda ſit, planiorem ingredi viam placet, ut exſtantiores ejus actiones ad certa capita referantur, ita tamen, ut chronologicus

(a) Qvod reparationem ruinoſi templi & defectum ædium ac antiqvi inventarii (ut vocant) poſtulavit, ſuum habet in legibus & praxi fundamentum; Sed qva fronte jam vix integro anno a morte Præſulis elapſo uſuram pecoris Cathedralis & reparationem ſumtuum, qvos in iter Hafniacum fecerat, ab hæredibus defuncti poſcere potuerit, non video, nam licet defunctus nullam reliqverit viduam, nec annus gratiæ aut introductus aut confirmatus eſſet, ad hæredes tamen ex legum tenore usqve ad anni œconomici finem uſus fructus pertinuit; Sed ſi dicendum eſt qvod ſentio, veroſimile eſt magnum virum hæc ex principiis ſeu fundamentis antiqvioris Juris Eccleſiaſtici & more Catholicorum petiiſſe, qvibus piaculum fuit, ut laici templa contrectarent, aut eorum qvendam uſum haberent ſine permiſſione Epiſcopi, ſe autem ex antiqva conſvetudine Epiſcopum factum eſſe cum eligeretur, & ab eo tempore ſibi proventus Cathedræ deberi; Interim confer ſupra pag. 67. Litr. BB. Sed de tantilla re litigjum non movemus.

logicus ordo non plane negligatur, cujus licentiæ cordatum lectorem veniam nobis daturum speramus.

§. 8.

Tam ante, qvam post, Reformationem usu in leges receptum fuit, ut Synodus Generalis (Dan. *Landemode*) diœceseos Skalholtinæ Thingvallis ad festum Petri & Pauli (ɔ: 29 Junii) simul cum comitiis generalibus haberetur, qvo, qvasi ex condicto, Clerus confluxit, præsertim qvi aliqvid proponendum aut ibidem decidendum habebant; Sed imminuta post Reformationem Episcoporum jurisdictione, & Præpositorum salario, vulgo *Giaftollr*, ad magistratum politicum translato, vulgariumqve Sacerdotum proventibus ita decurtatis, ut vix haberent unde viverent, pleriqve sumtibus parcentes domi residebant, nec nisi vocati veniebant, & licet vocarentur, nunc hoc, nunc illud causantes non adfuerunt, qvod Episcopis parum referre videbatur, qvamdiu dimidiata judicia in usu fuerunt, eorundem enim dimidiam partem viri politici ordinis faciebant, & si tales causæ in universali illo Dicasterio non potuerunt dijudicari, moris erat conciliabula in provinciis ab Episcopo in Visitatione Ecclesiastica, aut a Præposito loci cum Nomophylace, aut etiam loci Toparcha habere; nam sine illis nihil magni momenti concludi posse aut debere omnibus persvasum fuit, qvo res Ecclesiastica non raro damnum capiebat; Sed cum hicce Episcopus horum abrogationem firmiter sibi proposuisset, qvam primum de Synodo generali qvotannis habenda, & de ejusdem membris seu Assessoribus certa constantiqve condita regula ac constitutione prospexisset, qvæ non minus a Præfecto Regio, qvam qvibus maxime interfuit, ejusdem Synodi futuris assessoribus approbata & in leges relata esset; rem ita aggressus est:

§. 9.

Anno 1639 in prima, qva ut Episcopus præsidebat Synodo, proposuit, ut Synodus generalis diœceseos Skalholtinæ qvotannis Thingvallis haberetur, sed cum omnibus Toparchiarum Præpositis ob locorum distantiam, viarum difficultatem, multasqve alias causas, semper difficile, & qvandoqve impossibile esset, eidem more aliarum gentium interesse, præstare, & ex re publica esse, ut qvi proxime habitarent Præpositi, in To-

parchia Rangarvallensi, Arnesensi, Kialarnesensi, Borgfiordensi & Snæfellsnesensi cum qvibusdam suæ ditionis curionibus, qvotannis ibidem, loco & nomine omnium, comparerent, qvod tum præsentes confirmarunt; sed cum qvidam horum tunc abessent, eorum consensus expetebatur, de qvo Episcopum eos sollicitasse non putamus dubitandum, licet id firmiter asserere non audeamus. Proximo autem anno 1640 nemo delegatorum adfuit, præter Snæbiörnum Stephani & Jonam Jonæ, hunc Borgfiordensis, illum vero Rangarvallensis Toparchiæ Præpositum, qvod Episcopo ita bilem movit, ut id pro contemtu aut contumacia haberet, multamqve reis indicere vellet, parem ac leges civiles desidibus pedariis imponunt, qvod cum præsentes Præpositi audirent, rogationem tulerunt, si Præpositi pedariis in pœna absentiæ pares esse deberent, consentaneum esse, ut par etiam salarium & reparationem sumtuum in hoc iter faciendorum acciperent, cui qvod reponeret, nihil habuit, nisi qvod promisit se hoc Superioribus relaturum fore, cumqve prævideret se hoc modo parum profecturum, contentus multam contumacibus minitasse, cæteros bonis verbis, humanitate & persvasionibus induxit, ut rem qvasi legitime confectam haberent, & qvotannis stato tempore Thingvallas adirent; Qvæ consvetudo, ut supra nominati Præpositi cum duobus ex qvavis Toparchia curionibus Synodum generalem constituant, hodiedum parum mutata manet.

§. 10.

Sublata hac difficultate, majoris momenti rem, qvam animo volvebat, in Synodo anni 1640 publice proposuit, ut *dimidiata* illa, aut ex clericis & laicis composita, *dicasteria* penitus abrogarentur, cum talis jurisdictio nec in *Ordinatione Ecclesiastica* fundata esset, nec usqvam alibi in Regiæ Majestatis regnis & provinciis usurparetur, tandemqve Episcopo, Præpositis & Ecclesiasticis, periculosa, ne hoc modo causis civilibus innecterentur, aut si judicibus politici ordinis consentire nollent, judicia imperfecta & nullius valoris fore; præstare igitur, ut soli Ecclesiastici, præsidentibus Præfecto Regio & Episcopo, causas Ecclesiasticas ex legum præscripto dijudicarent; Cui sententiæ præsentes Synodi assessores consenserunt, perfecta tamen hac de re ulla, nec hac vice, nec seqventibus annis, fieri potuit constitutio, cujus potissima causa fuisse videtur Satrapæ Mundtii dissensio, verentis forte, si concilium ex solis Ecclesiasticis constaret

staret

ſtaret, ſub tali præſide, qvalis hicce Epiſcopus fuit, ne ſua auctoritas imminueretur. Sed Mundtio a Svecis in prælio navali anno 1644 occiſo, Laurentio qvodam Nicolai, viro non magnæ auctoritatis, nec majoris conſilii, qvem Mundtius anno 1643 hinc diſcedens Vicarii loco reliqverat, Præfecti vices gerente, Præſul anno 1645 d. 3 Junii Vailigerdi in tractu Flóa, convocatis Præpoſitis Rangarvallenſi & Arneſenſi cum 13 Sacerdotibus, rem denuo propoſuit, concluſumqve, qvale voluit, obtinuit (a). Et ne qvid auctoritatis in hac conſtitutione deſiderari poſſet, eandem primo in Synodo generali a Laurentio Nicolai, Præfecti vices gerente, cum Synedrii decem Aſſeſſoribus, moxqve eodem anno d. 18 Aug. convocato Egilſtadis in tractu orientali 18 viris Eccleſiaſticis, & tandem Stadaſtadi in qvarta occidentali, anno 1646 d. 5 Septembris ab 18 Sacerdotibus,

(a) Percelebrem hanc Conſtitutionem, dictam communiter *Vailigerdis Dom*, vide ad finem hujus Capitis Litr. B. Ut Præſul in eo non vulgare præſtitit rei Eccleſiaſticæ beneficium, qvod eandem hoc modo a politicorum jurisdictione & imperio, ſub qvo a Reformatione usqve gemuerat, liberavit; Ita in eo prudenter egit: 1) Qvod eandem condidit in interſtitio Præfectorum, & ſummam rerum tenente viro tenuis auctoritatis, ſed qvi tamen eandem confirmandi poteſtatem habuit, nam qvam primum fando audivit claſſem Danicam priori anno fuſam, & Mundtium in ea cæſum fuiſſe, Synodum Væligerdenſem convocavit, nam licet certus de Præfecti morte nuntius non prius in Iſlandiam Havnia veniret, qvam ſub ipſa Comitia, per Anglos tamen & Batavos piſcatores, primo ſtatim vere hæc fama volaverat, qvod etiam ex hiſce Conſtitutionis verbis colligi poteſt: *Optamus, ut ſi qvando Deus dederit nobis Præfectum aut ejus Vicarium, velit is hoc noſtrum judicium confirmare.* Nam 2) Pari prudentia hanc famam ſe audiiſſe diſſimulat, ne ſibi poſtea objici poſſet, qvod hanc occaſionem captioſe arripuiſſet; Qvod autem de Præfecti Vicario dubitanter ſcribere videtur, inde eſt, qvod Laurentii auctoritas cum morte Mundtii, aut ad minimum exacto anno, & ante comitia, exſpiraſſe qvibusdam videbatur; qvam ſententiam ipſe Laurentius fovit, usqve dum univerſi dicaſterii voto animatus fuit, ut in adventum novi Præfecti officium gereret, qvi anno demum 1649 in Iſlandiam venit, cum hæc conſtitutio maturas vires adepta eſſet, nam Janus Severini, qvi ſub autumnum anni 1645 advenit, & ſub Qvæſtoris titulo ut officio præeſſet juſſus fuit, usqve in annum 1649 huic negotio ſe non interpoſuit. 3) Qvod Væligerdi, & in provincia, potius qvam Thingvallis in omnium conſpectu eandem condidit, ibi enim nullam paſſus eſt contradictionem, ſed omnia ei ex voto fluxerunt, hic vero a politicis ſummum expertus fuiſſet impedimentum, qvi omnem, procul dubio, moviſſent lapidem, ne talis fieret conſtitutio. 4) Qvod eandem ab omnibus Qvartarum incolis, ſtatim & ante novi Præfecti adventum, approbari curavit, nam licet a legibus & ſana ratione alienum nihil contineret, facile tamen ab imperioſo Præfecto impediri potuiſſet, priusqvam conſtitutio ab omnibus approbata & accepta fuiſſet.

dotibus, confirmari & in leges referri, ut tandem a 50 Sacerdotibus omnium loco confirmata fuerit, qvo facto politicorum jurisdictionem in rebus Ecclesiasticis penitus jugulavit.

§. 11.

Ecclesias visitans, non contentus fuit juventutis progressum in doctrina cælesti examinasse, de Sacerdotum vita inqvisivisse, templorumqve rationes computasse, & alia ejusmodi fecisse, qvæ lex claris verbis præcipit; Sed in longe dissitis provinciis freqventes habuit Cleri Synodos, in qvibus de Ecclesiarum necessitate consultationes instituit, & de causis, qvæ ibidem acciderant, decretorias dixit sententias. Qvales fuerunt: *Garpsdalensis*, anno 1639. *Vallanesensis*, 1641. *Væligerdensis*, 1645. *Eigilstadensis*, 1645. *Stadastadensis*, 1646. *Otrardalensis*, 1647. *Eigilstadensis*, 1663. & plures, qvas hic recensere parum prodest, nihil enim novi continent, præter Væligerdensem, (de qva mox egimus) partim autem sunt repetitiones antiqvarum constitutionum, partim resolutiones casuum conscientiæ, aut vulgarium causarum decisiones, sed easdem instituit, ne res Ecclesiastica aliqvid detrimenti caperet, nec magistratus politicus ex dilatione se illis immiscendi occasionem captaret, sed statim aut sopirentur, aut sepelirentur, ut ipse in citatione Pastorum ad Synodum Eigilstadensem loqvitur, qvam hic subjungere non abs re esse videtur (a).

§. 12.

Cum probe sciret qvanta dissidia vocationes ad ministerium ecclesiasticum sub suis prædecessoribus excitassent, & qvot Regia Rescripta & qveri-

---

(a) *Reverendis viris Dominis Sacerdotibus Mulanæ Præposituræ, fratribus in Christo dilectissimis, salutem & officia dico!*

Qvoniam exigit officii ratio, ut causæ, qvæ nunqvam non incidunt, vel sopiantur, vel si licet, sepeliantur, cura Episcopi & adminiculo Sacerdotii, qvæ qvidem ad rem Ecclesiasticam spectant, nolui tanto intervallo negotio tam salutari penitus deesse, qvare vos omnes & singulos, ad qvos hic libellus tempore pervenire potest, rogatos & appellatos volo, ut Eigilstadas in tractu Hierade, ad diem Lunæ, qvi decessum beatæ Virginis proxime seqvitur, qvi in decimum octavum Augusti incidit, freqventes conveniatis, ut de causis Ecclesiasticis convenienter censura ferri qveat; Valete viri optimi, & Epistolam qvam citissime promovete, & tempestive adeste; Iterum valete! Kyrkiubæ, anno 1645 die 4 Augusti. *V. dignit. studiosus*

BRYNULFUS SVENONIUS. R. m. p.

monias patriæ aut Episcopis minus honorificas hæc res aut elicuerat, aut extorserat (a), utqve tali exorbitantiæ, & inde provenienti diffamationi in tempore obveniretur, in prima statim, qvam habuit, Synodo, grave proposuit monitum, ut vocationes posthac ad amussim *Ordinationis Ecclesiasticæ* fierent, hoc modo, ut curiales qvam primum mortem Curionis Præposito significarent, qvi sine mora, aut alius qvidam primarius Sacerdos ejus loco, si ipse adesse non posset, in templo vacantis curiæ appareret, ibiqve ex ambone, festo qvodam die, coram freqventi concione, ardenti ad Deum fusa prece, ab eo dignum officio defuncti successorem expeterent, siqve una aut plures personæ officio non indignæ, ut sui ab eligendi aut vocandi potestate gaudentibus, ratio haberetur, optarent, illis, ut intra bimestre tempus concionem coram populo haberent, concederetur, qvo facto Præpositus septem gravissimos curiatorum denominaret, qvi unacum ipso futurum Ecclesiasten eligerent, & cum eo electionis documentum subscriberent, qvod electus ad Episcopum perferret, qvi cum suis literis Præfecto Regio, aut ejus Vicario, si ipse non adesset, commendaret, acceptis autem codicillis confirmationis ad Præsulem reverteretur, & inaugurationem acciperet, impetrata autem hac, se Præposito iterum sisteret, qvi eum gregi Ecclesiastico publice commendaret; Hunc solum esse legitimum vocandi modum dixit, nec alios qvam hoc modo vocatos a se acceptum iri minitatus est.

§. 13.

Talis vocationis methodus, ut constanter servaretur, sedulo cavebat, nisi obstarent jus patronatus aut privilegia Attestatorum, qvæ nullo modo violari passus est, illos enim, cæteris paribus, si modo bona ab Academia referrent testimonia, aliis semper prætulit, qvam prærogativam Christiani Qvarti Rescriptum datum 11 Martii 1633 illis concesserat (b). Ecclesiasticorum omnium, tam seniorum & jam dudum in officio constitutorum, qvam juniorum, & illud affectantium, tam vitæ qvam doctrinæ gravissimus censor fuit (c). Hinc jurisjurandi formam, qvam inaugu-

(a) Vocatio ad Ministerium Ecclesiasticum qvomodo hoc tempore tractata fuerit, expositum est supra pag. 59. 64. 92. 495.

(b) Vid. supra pag. 69.

(c) Vid. *Worm. Epistol.* Tom. 2. pag. 1053.

randis præſcribit *Ordinatio Eccleſiaſtica*, ut jejunam & imperfectam faſtidivit, ſed aliam multo uberiorem a ſe compoſitam, 15 conſtantem articulis, propoſuit, qvam poſt exantlatum examen, in genua procumbentes, alta voce recitarent, & demum poſt initiationem adnotato anno & die, ut & parœciæ nomine cui præficiebantur, propria manu ſubſcribere tenebantur. Conciones ut ipſi conciperent, easqve non ex codicillis, multo minus impreſſis Islandicis Poſtillis, ut hucusqve plurimi fecerant, ſed memoriter recitarent, inſtituit. Ut ipſe antiqvi moris fuit obſervantiſſimus, ita nullas, & ne minimas qvidem in clero pati potuit innovationes; Hinc qvi ſacrum affectabant ordinem, crines ante ordinationem deponere tenebantur, nec infra auriculam prominentes habere licebat; Cum autem, qvæ aliis præcepit, ipſe omnia præſtaret, facile apud omnes obedientiam invenit, ei enim ſimilis eſſe magnus honor habebatur.

§. 14.

Qvam varie & inæqvaliter ſtipendium aut ſuſtentatio emeritorum Sacerdotum ſub prioribus Epiſcopis ordinata fuerit, ſupra pag. 352. 508. tetigimus, cum ex eorum numero, qvi tales ſuſtentare debuerunt, Epiſcoporum cognati & affines lautiſſimis etſi fruerentur præbendis, ab hoc onere, ut plurimum, immunes eſſent, reliqvi autem, qvi viliores obtinebant, ſoli totum onus portare jubebantur. Hanc inæqvalitatem Præſul in Synodis provincialibus, qvas Breidabolſtadi anno 1647, & Egilſtadis anno 1669 habuit, non tantum penitus ſuſtulit, ſed etiam ſucceſſoribus talem exercendi injuriam omnem occaſionem præſcidit, conſtituendo, qvantum qvisqve, qvi in hoc cenſu erat, Paſtoribus emeritis in ſua qvarta penderet, unam qvamqve enim qvartam ſuos emeritos alere placuit; Penſionis autem dimidiam partem ex canonibus autumnalibus, utpote optimis, & ad vitæ ſuſtentationem maxime neceſſariis, dimidiam autem ex vernalibus, qvæ viliores cenſebantur, pendere juſſit. Tandemqve ut egeni & emeriti probatæ vitæ & pietatis Sacerdotes, tali beneficio fruerentur, qvi tam viles haberent præbendas, ut Comminiſtrum alere non poſſent. Qvam conſtitutionem ut æqvam ac bonam omnes lubenter approbarunt, nam portio Paſtori emerito ſolvenda ubicunqve ad ſummam univerſi proventus ordinata fuit (a).

§. 15.

(a) Vid. ſupra pag. 483 ſeqv.

§. 15.

Nec parva ejus in templa, eorumqve possessionum conservationem, merita exstant: Optime qvidem de iis meruerat Vilchinus Episcopus, qvi ex antiqvorum Episcoporum codicillis, templorum, eorumqve bonorum omnium, qvantumqve qvodvis in rationibus haberet, accuratum conscripsit indicem. Hunc post 180 annos secutus Gislaus Jonæ alium ad sui seculi genium & templorum statum ac conditionem accommodatum adornavit, ex qvorum collatione, qvantum templa cum Reformatione proventuum fecerunt jacturam, conspici potest, nam ut antea eadem ornare & donis mactare plurimi certabant, ita jam contrarium fere evenit. Visitaverat Oddus Episcopus templa & parœcias, templorumqve rationes confecerat, sed tale rationarium cum universa ejus Bibliotheca in incendio Skalholtensi anno 1630 periisse videbatur, Gislai autem ejus filii & successoris talia perpauca exstabant scripta, perindeqve erat, acsi per proximos 70 annos nullus Episcopus in diœcesi fuisset, qvi aliqvam harum rerum curam gessisset, unde qvorundam curatorum avaritia & inertia, templa multa bonorum, tam mobilia, qvam fundos & immobilia, plane amiserant, tantumqve jam ex templorum bonis ditescendi cacoëthes invaluerat, ut perpauci sibi id piaculo ducerent. Cui Præsul obviam iturus malo, non tantum Vilchini & Gislai Episcoporum vestigiis insistere, sed etiam id, in qvo magni viri defecisse visi sunt, emendare decrevit. Primo itaqve episcopatus anno per qvartam occidentalem templorum & ecclesiarum visitationem egit, nec facile postea ullum passus est effluere annum, qvin aliqvam diœceseos partem inviseret, modo per alias graviores occupationes & inevitabilia impedimenta liceret.

§. 16.

Templorum indices ita instituit, ut sedulo annotaret: 1) An totus fundus, in qvo situm est templum, aut qvota ejus pars templi esset. 2) Alios templi fundos, villas, sylvas, oras maritimas, & id genus alia. 3) Vaccas & agnas lactarias, eqvos, verveces, aliaqve, qvæ *kúgillde* seu vaccarum æqvamenta appellari solent. 4) Ipsius templi statum graphice descripsit. 5) Eorum ornamenta & utensilia, cujuscunqve generis essent. 6) Qvot prædia & villulæ eo pertinerent, eisqve annuos solvere deberent pensiones. 7) Rationem iniit, num & qvantum curator templo, aut templum

templum curatori deberet. Cum de omnibus hisce inqvisiverat, & qvædam abalienata comperiret, ut eadem restituerentur, & qvæ detrimentum ceperant, repararentur, mandavit; pro canone autem & cynosura habuit Gislai Episcopi indicem, præsertim qvantum ad tres primos numeros attinet; Siqve præsentes curatores se id a suis prædecessoribus non accepisse causarentur, ut lege cum illis aut eorum hæredibus agerent, severe præcepit, ni ipsimet pendere vellent, qvæ antiqva templorum bona recensendi, eorumqve rationes cognoscendi methodus, ab illo redintegrata, adhuc in usu est. Tali severitate & industria qvorundam templorum bonis, qvasi in fugam versis, subvenit, qvorundam vero dispersa iterum collegit. Qvidam vero, præsertim divites, Proprietarii, ejus monita susqve deqve habebant, causantes Gislai Episcopi indicem in tanti momenti negotio pro legitimo & accurato documento haberi non debere, multa enim ab illo tempore, qvo conscriptus fuit, accidisse, qvæ ejus auctoritatem imminuunt. Anno itaqve 1659 in dicasterio universali hanc qvæstionem proposuit, responsumqve a Nomophylacibus & jurisconsultorum collegio retulit, nihil tutius & æqvitati propius videri, qvam in tali casu Gislai indicem seqvi, qvo usqve contradicentes contrarium probare possent.

§. 17.

Rex gloriosissimus Christianus Qvartus certior factus multorum in Islandia templorum patronos, magno, non tantum pecoris, sed etiam plane inutilium rerum onere premi, qvæ communiter *Inventaria* vocari solent, Rescripto ad Satrapam Mundtium dato 1638 mandavit, ut accuratum horum adornaret recensum, ut qvæ non necessaria viderentur, sub directione Præfecti & Episcopi sub hasta vendi possent, qvod, cum Gislaus Episcopus eodem anno fatis cederet, neglectum fuisse videtur, unde septennio post, dato ad Janum Severini Regium Qvæstorem Rescripto, ejusdem fere sententiæ edictum renovatum fuit; Qvo inductus Præsul anno 1646, ex superfluo Cathedræ Episcopalis inventario Qvæstori tradi curavit: Boves castratos qvadrimos & seniores, 33. Trimos, 4. Bimos, 22. Anniculos, 2. Verveces bimos & seniores, 195. Anniculos, 120; butyriqve magnam vim, qvibus anno 1648 vaccas 21 adjecit, ita ut in universum constaret 600 imperialibus, qvorum pretium nec Cathedræ, nec pauperrimis Sacerdotibus, unqvam solutum fuit, qvod alios forte absterruit,

abſterruit, ne ejus veſtigiis hac vice inſiſterent. Hinc denuo hac de re anno 1649 egit cum Satrapa Bielkio, eiqve demonſtravit, qvantum levamen templorum curatoribus ſuperflui inventarii venditione adferretur, qvi de veritate perſvaſus anno 1650 Regiam adtulit talia divendendi permiſſionem, qva ipſi & Epiſcopis injungebatur, ut ſententiam dicerent, in qvem uſum eorum pretium maximo cum fructu impendi deberet, qvæ qvalis fuerit, ex gratioſiſſimo Regis Reſcripto dato 1651 d. 10 Maji colligi poteſt, dicit enim *ſe in id, ut ex eorum ſententia templorum ſuperflua inventaria qvam cariſſime vendantur, conſenſiſſe, pretiumqve Satrapæ tradatur, qvi id in Dania in fænore exponat, ita ut uſura per aliqvot annos ſorti adjiciatur, tandem vero univerſa ſumma pauperimmis Islandiæ Sacerdotibus attribuatur, ut ex ejus fænore vitam tolerent.*

§. 18.

Hac accepta ſibi gratiſſima permiſſione, ex inventario Skalholltenſi haud contemnendam ſummam redemit, aliisqve, ut idem facerent, auctor fuit, effecitqve, ut multi ejus veſtigia legentes haud ſpernendam pecuniæ vim conferrent, qvo ſibi ſuisqve ſucceſſoribus inſigne levamen, pauperibus vero verbi miniſtris, ſalarii augmentum commercati ſunt; ſed qvantum qvodvis templum aut eorum Curatores in hunc uſum erogaverint, ſubjecta docet tabella (a).

§. 19.

(a) *In tractu Orientali:*

Hof in Vopnafiörd	—	20 imperiales.	Kyrkiubaj		26 imperiales.
Eidis	— —	16.	Holmaſtad		22.
Kolfreyuſtad	— —	24.	Skorraſtad	—	24.
Kálfafelli in Hornafiord	—	24.	Stafafelli	—	36.
Sandfell	— —	20.			

In qvarta auſtrali:

Kálfhollt	— —	35.	Hollt	—	60.
Breidebolſtad	— —	30.	Steinsholt	—	40.
Reppholis	— —	16.	Rune	— —	120.
Indridaſtadenſis ſacella	—	16.	Skálhollt	—	700.

In

§. 19.

Hæc pecunia a Societate Islandica in fænore expoſita, anno 1664 die 11 Junii, cum Bielkio eandem reddiderit, 2040 Joachimicos effecit, ſed qvem fructum in ejus manibus per integrum decennium tulerint, patet ex Chriſtiani Qvinti codicillis datis 1674 die 3 Aprilis, qvibus fatetur ſe a Bielkio pretium ſuperflui templorum in Islandia inventarii 1721 Joachimicos, cum unius triente, accepiſſe, qvorum loco Rex Clementiſſimus Sacerdotibus Islandiæ, qvi pauperrimas habent parœcias, villas qvasdam in Toparchia Mulenſi ſitas conceſſit (a), qvam gratioſſimam Regis conſtitutionem Bielkii Vicarius Johannes Klein Præſuli eodem anno tradidit; Cumqve hic jam in eo eſſet, ut munia epiſcopatus ſucceſſori traderet, ipſum cum duobus Præpoſitis & 9 Sacerdotibus, Beſſaſtadas ad 28 Julii evocavit, ubi omnium huc pertinentium perſpicuam reddidit rationem, qvam ab hac Synodo chirographis confirmari curavit, lætus opus 24 annorum, qvod ei magno labore cura & ſumptibus, conſtiterat, feliciter perfeciſſe, ejusqve, qvem intenderat, finem, ante qvam oculos penitus clauderet, vidiſſe, hoc enim ejus in Epiſcopatu geſtorum ultimum fuit.

§. 20.

Nec Sacerdotum viduæ ejus curæ & vigilantiæ expertes fuerunt; Antea illis magno ſæpe conſtitit malo, qvod qvocunqve anni tempore, licet in ipſo fere anni œconomici extremo termino, virum obdormire contigerit, ſtatim, & proximo habitationis mutandi conſveto tempore, ſucceſſori cedere, eiqve ſedem ſacerdotalem tradere tenebantur, ſæpeqve cum

In occidentali qvarta.

Vatnsfiord	— — 48.	Selárdal	— 60.
Otrardal	— — 16.	Stad in Grunnavik	50.
Stafhollt	— — 120.	Hytardal	— 40.
Hvamm in Hvammſveit	— 60.	Helgafell	— 40.
Breidabolſtad in Skogaſtrönd	18.	Kolbeinſtader	24.
Sacella Alftároſenſis	— 6.		

Summa 1711 imperial.

Cui ſi ſupra memoratos 600 imperiales adjeceris, evadit ſumma 2311.

(a) Vid. ſupra pag. 471.

cum orphanis & familia, qvasi extorres vagari, aut vilissima domicilii conditione contentæ esse necessum habuerunt; multo secius ac in aliis Regiæ Majestatis regnis & provinciis fieri solet, ubi anno gratiæ (ut loqvi amant) fruuntur. De hac earum necessitate Præsul cum Bielkio egit anno 1649, eumqve exoravit, ut apud Regem pro Islandiæ Sacerdotum viduis intercederet, ut illis, perinde ac aliis, annus gratiæ concederetur, sed pro diversitate œconomiæ Islandicæ in eo ab aliis diversus, ut residuum anni œconomici, sive pastorem in primo ejus mense, sive in ultimo mori contingeret, non pro anno gratiæ haberetur, sed hæredibus defuncti cederet; Viduæ autem annus gratiæ cum proximo anno œconomico inciperet, qvi plerumqve cum initio Junii mensis inchoatur, proximosqve duodecim menses duraret, in qvam sententiam a Rege statim itum fuit, Rescriptumqve hujus tenoris in Islandiam missum (a).

§. 21.

Antiqvitus omnia maris ejectamenta, cujuscunqve tandem essent generis, domino fundi cedebant, sed anno 1595, Rege adhuc minorenne, Regni & Regis curatores, nomine Regis edixerunt, ut omne *vrag* (navium fragmenta) qvod vivos adhuc contineret homines, ipsis integrum, qvod vero nullos haberet homines, id Regi, sed non domino fundi, cederet; Ubi pro *vrag* Regii intelligi voluerunt, omnes res a maris æstu in terram ejectas, qvæ aliqvid signum secum ferunt, qvod unqvam in hominum manibus, & sub alicujus dominio unqvam fuerint, qvæ omnia vi hujus legis Regi vindicabant, cum Rescriptum de nullo minus, qvam talibus, sed tantum de navium fragmentis aut navibus naufragium facientibus loqvatur. Hæc Præsul licet Bielkio anno 1649 probe inculcaret, saltim ut templa antiqva sua jura recuperarent, id tantum consecutus est, ut anno seqvente Regium reportaret Rescriptum, qvo templis concedebantur omnia abiegnei, qvernei, & pinei generis ligna in eorum fundos ejecta, qvæ ad eorum ædificationem usui esse possunt (b).

(a) Vid. supra pag. 458. Litr. B.

(b) Vide supra pag. 458. Litr. C.

§. 22.

De Nosocomiis, in qvibus leprosi sustentarentur, in Islandia erigendis sæpius qvidem, sed semper frustra, actum fuerat, qvod, & qvam ob hujus morbi freqventiam necessaria essent, uterqve Præsul & Nomophylaces Bielkio inculcare non neglexerunt, tantumqve, repetitis sæpius precibus, effecerunt, ut Rex gratiosissimus Fridericus Tertius binas ad Satrapam anno 1652 hac de re daret literas, qvibus non tantum qvatuor optimæ notæ prædia huic usui destinavit, sed etiam ut ex Monasteriorum superfluis utensilibus, qvantum sine eorum damno amitti posset, cum aliis qvibusdam iisdem concederetur. Sed cum ea non sufficerent, & consentaneum videretur, ut incolæ etiam aliqvid ex suo attribuerent, Satrapa Brynjolfum Episcopum & Arnam Nomophylacem compellavit, ut suæ jurisdictioni subditis, hujus rei auctores esse vellent, qvi instituta deliberatione, præeunte Arna Nomophylace cum suæ ditionis pedariis, ut una portio certi diei capturæ ex qvavis nave piscatoria qvovis anno Nosocomiis cederet, constituerunt, qvod etiam Magnus Biörni Borealis Islandiæ Nomophylax cum suæ ditionis subditis anno 1653 approbavit. Magnam autem plebis partem, conniventibus haud paucis ex prætorum numero, tantillum tributum pendere detrectasse, patet ex Rescripto Regio anni 1655 d. 9 Maji in qvo de tali contumacia Episcopis & Nomophylacibus unacum 24 sapientissimis viris certam & plebi tolerabilem de hac re facere constitutionem præcipit, qvam sibi confirmandam transmittant, cui Regis mandato ut Præsul & Arnas Nomophylax extemplo obedirent, & 12 viros secum deliberaturos denominarent, in comitiis anni 1656 strenue ursit Satrapæ Vicarius Thomas Nicolai, ejus nomine symbolam qvandam promittens, si de cæteris conveniret, qvibus illi paruerunt qvidem, sed de nullis inter eos convenire potuit conditionibus, nec qvidqvam memorabile tunc factum est, nisi qvod submissas Satrapæ pro sua vigilantia gratias egerunt. Cum vero Nosocomiorum Inspectio Præsuli & Nomophylaci mandata esset, & Episcopo ut primario Inspectori magnum facesseret negotium, sed in tali rerum statu parum proficeret, anno 1657 in Senatu Jurisconsultorum ex scripto recitavit qverimoniam de plebis contumacia, liqvido demonstrans sumtum ad conqvirendum talia tributa necessarios longe eorum usus superare, præstare itaqve videri, ut hæc contributio a tribuum Præfectis in longe dissitis locis colligeretur, & leprosis, si modo aliqvi illic aut in toparchia essent, assignaretur, in pro-

pioribus

pioribus autem & contiguis locis ut colligerentur, & in ægrotorum uſum, qvi in Noſocomiis eſſent, ut converterentur, ſemet proſpecturum, usqvedum ipſi Regi aut Satrapæ aliter hac de re conſtituere viſum foret; In qvam ſententiam ab omnibus itum eſt, & usqve ad annum 1720 pro lege habita, in uſu fuit (a).

§. 23.

Anno 1659 inſtinctu Societatis Hafnienſis, qvæ commercia Islandorum certo pretio conduxerat, Rex Islandis ſcripſit hucusqve uſurpatum *Hundradskaup* (b) abolendum, novamqve mercium inſtituendam eſſe taxationem, cum pleræqve earum ſpecies, jam multo factæ eſſent cariores qvam fuerunt anno 1619, cum ultima eorum taxatio inſtituta fuit, eligendos itaqve duos aut qvatuor viros auctoritate & ſapientia pollentes, Hafniam mittendos, qvi cum Societate de novo mercium pretio conſtituendo agerent, qvod negotium belli Svecici, obſidionis Hafnienſis, aliorumqve magni momenti negotiorum interventu, primo dilatum, & deinde omnino ſufflaminatum fuit, nam anno 1661 Præſul cum primis ſuæ diœceſeos Præpoſitis & Paſtoribus, ut & Epiſcopo Holano, qvi tum temporis Thingvallis fuit, ſupplicem ad Regem compoſuit libellum, qvibus deinde acceſſit Nomophylax, cum haud paucis politici ſtatus primoribus, tandemqve hic libellus Regio Satrapæ Bielkio humillime a Præſulibus & Nomophylace commendatus fuit, qvi eorum cauſam ita apud Regem egit, ut gratioſam nanciſceretur exauditionem, ita ut omnia in priſtino ſtatu manere juberet.

(a) Cetera conf. ſupra pag. 459 ſqq.

(b) *Hundradskaup* fuit antiqvus in Iſlandia terminus mercatorius, continens C. id eſt 120 piſces (piſcis autem valet 2 obolos), nam Iſlandi in computatione mercium utuntur centuria majori. Antiqvitus autem diſtingvebatur eorum mercatura 1) In *Stickiskaup* qvod continet C. 60 (ɔ: 180) piſces, & *Hálfſlickiskaup* continens 90 piſces. 2) In *Hundradskaup*, de qvo mox diximus, & *Einkaup*, qvo pauperiores plerumqve uſi fuerunt. Unumqvodqve horum ſuam habuit prærogativam, de qva legenda eſt Taxatio mercium in Iſlandia a Societate Hafnienſi divendendarum data 16 Decembr. 1619; nam hæc res hujus loci non eſt. Hodie abrogata ſunt *Stickiskaup* & *Hundradskaup*, ſed ſolum *Einkaup* in uſu eſt.

§. 24.

Anno 1663 ſcripſit Satrapa utriqve Epiſcopo & Nomophylacibus, cum Angli & Batavi pacem cum Turcis fecerint, magnum ſine dubio Islandiæ a piratis imminere periculum, ad qvod avertendum, aut e Regia claſſe navem bellicam emittendam eſſe in ipſorum defenſionem, cujus impenſæ ipſis ſolvendæ forent; aut, qvod potius videretur, ut omnes incolæ data ſymbola triremem cum apparatu bellico emerent, qvæ inſulam ab hoſtium & latronum incurſionibus defenderet; Qvod cum illi ſuas longe ſupergredi vires viderent, timendumqve fore, ne tales defenſores ſummi exiſterent prædones, & ſi præfracte negarent, verendum ne iram tanti herois incurrerent, qvam grave qvoddam tributum ſeqvi poſſet, ita ut nolentes dare cogerentur; Concluſum fuit, ut pro tanto favore cura ac vigilantia ſubmiſſas agerent gratias, & ab utriusqve diœceſeos clero honorarii loco ipſi 300 Joachimici transmitterentur, qvorum exemplum Nomophylaces & Prætores imitati ſunt. Conſtitutum itaqve fuit, ut Præſules omnes Clericos, Prætores vero omnes politici ordinis viros, taxarent, & cuiqve, qvantam dare deberet ſymbolam, imponeret, univerſam vero collectionem Præpoſiti & Prætores in foro publico anni 1664 ſiſterent. Qvæ Hafniam delata, cum devota oratione, ut Satrapa, qvantum in ipſo eſſet, averteret, ne Islandiæ hoc nomine tributum imponeretur, omnem tributi hanc ob cauſam Islandis hac vice imponendi memoriam delevit.

§. 25.

Haud minus ei negotium faceſſivit Vice-Admiralis Otthonis Bielkii in Islandiam expeditio, facta anno 1667, qvi in mandatis habuit, ut prope Regiam villam Beſſaſtad munimentum erigeret, qvo villa ab incurſu hoſtium & piratarum defendi poſſet, qvi, qvam primum advenit, unicuiqve Prætorum certam pecuniæ ſummam a ſuæ toparchiæ incolis colligendam, & in hocce opus impendendam, indixit; Vallum autem non procul a villa in lingula Beſſaſtadanes a Ruſticis Alftanes & Mosfellsſveit incolentibus, exiguo tempore & parva impenſa excitari curavit. Hocce tributum, tam plebs, qvam qvidam Sacerdotes pendere detrectarunt, cauſantes, nec Admiralem qvicqvam in hujus valliculi erectionem impendiſſe, cum id a ruſticis gratis & ſine præmio factum fuiſſet, nec qvidqvam villæ Regiæ prodeſſe, cum ab alio latere ex ſinu Hafnarfiord, per-

inde

inde ac antea, invadi poſſet. Qvæ etſi forte vera erant, Epiſcopi tamen interveniente auctoritate, qvi non minus ſeveras qvam devotas hac de re ſcripſit literas circulares, qvisqvis tandem, ut mandatum fuerat, pendebat.

§. 26.

Anno 1670, cum Chriſtianus Qvintus thronum paternum nuper aſcenderat, in Islandiam ad exigendum ab incolis homagium Admiralium Janum Rodſteen de Leerbech ablegavit, qvi etiam id Beſſaſtadis ad diem 8 Julii perfecit (a). Hicce Admiralius præter alia in mandatis habuit, qvod & tam per literas, qvam colloqvia, peregit, ut Epiſcopo notum faceret, ſeriam Regis voluntatem eſſe, ut ejus in Islandia ſubditi non ſecus ac aliæ nationes operam darent mercaturæ, ita ut ipſi ſuas merces evehe-rent, peregrinasqve propriis navibus, ſi fieri poſſet, adveherent, præce-pitqve Epiſcopo cum omnibus ſuæ diœceſeos Sacerdotibus, qvam pri-mum de hac re agere, ut conſtaret, num, qvando, ubi, & qvi eorum hujus Societatis participes fore deſiderarent? Qvæ Præſul eis ſignificare non intermiſit, & pro viribus rem aggredi hortatus eſt, hoc enim fere unicum ex miſeria & ſumma paupertate emergendi remedium eſſe probe novit; Sed cùm magna eorum pars cum extrema conflictaretur paupertate, qvidam vitam tantum modo tolerarent, ſed ſuperfluum, qvod huic rei impenderent, nihil haberent, perpauci autem, qvi aliqvid habuerunt, timentes forte ne angvis in herba lateret, ſe etiam excuſarent, tam bonum propoſitum penitus ſtatim evanuit.

§. 27.

Litigia & rabuliſmum forenſem ſemper exoſus, nunqvam ſe cauſis forenſibus immiſcuit, interim tamen non intermiſit jura publica ſcripto & ore

(a) Præſul Regibus Daniæ in Iſlandia ter homagium publice ſolvit; Primum 1649 cum Fridericus Tertius thronum paternum aſcenderat, Thingvallis præſidente Iſlandiæ nuper conſtituto Satrapa Henrico Bielke, & Adminiſtrum agente Regis Secretario Gabriele Achileye, qvem actum hic typis vulgari fecit Hafniæ 1650. Alterum Kopavogi 1662 die 28 Julii eodem Bielkio præſidente, ubi in abſolutum Friderici Tertii & ejus ſucceſſorum dominium juratum fuit. Tertium deniqve Beſſaſtadis anno 1670 præſidente Rodſteenio, de qvo jam egimus.

ore defendere, ſi qvando opus eſſet, ut & Magiſtratum politicum officii admonere; Memorabile enim eſt ejus ad illos ſcriptum datum 16 Junii 1651 de naturali & maxime uſitato tempore, qvo ſemen a genitura ad nativitatem in matris utero manet, cujus cauſa fuit, qvod non pauci ſcortationum inſimulati, factum non negabant, ſed patrem partus ſe eſſe, ſi tempus novem menſibus exacte non reſponderet, jurejurando negare non dubitarent, qvod judicibus illis denegare piaculum videbatur, cum accuratum novem menſium numerum ab imprægnatione ad nativitatem naturam ſervare ſibi perſvaſi eſſent. Qvibus 1) Liqvido demonſtrat probatqve teſtimoniis *Hippocratis*, *Ariſtotelis*, *Galeni*, *Plutarchi*, *Cenſorini*, *Gellii*, *Macrobii*, *Plinii*, *Dalecampii*, *Hvitfeldii* & aliorum, partum vitalem menſe ſeptimo & undecimo, omnibusqve intermediis prodire poſſe, dari etiam exempla qvosdam in ſexto & duodecimo menſe natos fuiſſe. 2) Hinc demonſtrat qvam imprudens & periculoſum ſit, tam judici, qvam juranti, talia juramenta præſtare & permittere, graviterqve judices monet, ne poſthac talia ſine debito examine admittant.

§. 28.

Ut jura Templorum & Sacerdotum a politicis violarentur, pati non potuit, ſed eadem, qvantum in eo fuit, tutatus eſt, qvod teſtatum facit ejus ad Jonam Jonæ Prætoris Borgfiordenſis Vicarium literæ datæ 13 Aprilis 1655, qvibus auctoritate officii innixus prohibet & intercedit, ne qvam decretoriam pronunciet ſententiam in cauſa Petri cujusdam Biörnonis, qvæ templo aut curioni Reykholtenſi aliqvid damni adferre poſſit. Nec ſibi & Cathedræ Skalholtenſis colonis defuit anno 1641 cum Ormus Jonæ judicium tulerat, qvod omnes cathedræ colonos poſtulavit, ut decimas Sacerdotibus debitas, ex qvovis templorum prædio ſolvendas penderent, ventumqve eſſet ad ſupremum, ut idem judicium in dicaſterio generali in leges referretur, ni ipſe improviſus adfuiſſet, rogaſſetqve omnes ac ſingulos, ut aperte dicerent, num ſcirent, aut audiverint tales decimas unqvam a cathedræ colonis ſolutas fuiſſe? Qvod cum judices negarent, ſtatim obteſtatus eſt, & ſeveriſſime monuit, ne tale qvid approbarent, leges enim Eccleſiaſticas templorum prædia ab omnibus innovationibus & novis tributis eximere, tandemqve codicillos officii ſibi a Rege datos produxit, qvibus illi Cathedra Skalholtenſis cum omnibus ſuis

prædiis

prædiis ac villis eadem conditione concessa erat, qva ejus prædecessores fruiti sunt, unde ita argumentatus est: Cum hæc decimarum indictio sit nova & insolita, mihiqve Cathedra concessa, iisdem, qvibus usi sunt priores Episcopi, conditionibus, hæc rogatio legibus contraria est, neqve ab ullo nisi ipso Rege ferri potest, ejus enim solius est leges dare & abrogare; Qvibus tantum effecit, ut licet judicibus in legibus fundatum approbaretur, constitutum tamen esset ne decimæ solverentur, priusqvam Rex decreverit, utrum a colono, an vero ab usufructuario solvendæ essent, qvæ decisio cum nondum facta sit, omnia in statu pristino adhuc manent (a).

§. 29.

Templum Cathedrale, qvod ruinosum accepit, magno sumtu & summo conatu a fundamentis exædificavit, mox enim ubi Cathedram ascenderat, de materia novo templo condendo apta prospicere cœpit, ita ut qvovis fere anno aliqvid tale congereret, præsertim autem anno 1646, qvo integram fere navis vecturam Gullandicorum trabium, fulcrorum & asserum apportari curavit, universamqve hanc materiei vim, qvæ eqvis advehi non potuit, tempore hiemali, cum terra nive & glacie obducta esset, a portu Eyrarbackensi Skalholtum usqve per qvinqve circiter milliaria, ingenti sumtu & labore trahi curavit; Cum vero satis materiarum congestum & præparatum esse videretur, anno 1650 d. 25 Maji latus boreale (b) magno labore a magna hominum multitudine, & biduo post australe, erectum fuit, maximaqve operis pars proximo biennio absoluta, præfectum fabrorum agente; totumqve opus sub ipsius Episcopi inspectione dirigente Gudmundo Gudmundi filio, viro in tali fabrica exercitatissimo; Chorus autem & atrium paulo post ædificata fuerunt; Sumtus vero universus tandem 2040 Imper. effecit. Adjecit præterea ornamenta magni pretii (c). Prædium Biörk in Flóa, qvod Gislaus Episcopus abalienaverat

(a) Vid. supra pag. 511. sqq.

(b) Cum juvenis scholam Skalholtinam freqventarem, audivi rusticum qvendam valde annosum narrantem se puerum & spectatorem adfuisse cum boreale templi latus erigeretur, vidisseqve Præsulem Episcopali habitu ornatum opus dirigentem, qvi totum diem nudis pedibus & nudo capite aliaqve pietatis signa præferens inter operarios versatus fuerit.

(c) Qvalia sunt maximus ille ex tribus lychnuchis qvi in templo conspicitur, ampulla argentea,

lienaverat (a), Cathedræ iterum vindicavit. Omnia Sedis Epiſcopalis ædificia ita refecit, ut qvaſi ex integro facta eſſe viderentur, ſed omni ornatu ita neglecto, ut ne dolare qvidem fabris permitteret.

§. 30.

Nec minorem accurationem & indefeſſam vigilantiam ſcholæ Skalholtinæ impendit, nam ut ipſe fuit omnigenæ eruditionis appetentiſſimus, & eruditorum non minor amator qvam æſtimator, ita rei ſcholaſticæ ſtator & Inſpector vigilantiſſimus, probe ſciens ex ſcholis bene conſtitutis ſummum reipublicæ, tam eccleſiaſticæ, qvam politicæ, ſperandum eſſe emolumentum, & nunqvam non in mente ante oculos & in ore habens, ideo ſibi potiſſimum Eccleſiæ Skalholtinæ tantum non nolenti impoſitam fuiſſe ephoriam, ut rei ſcholaſticæ ſedulam ageret curam (b). Cumqve puram putam literarum cognitionem ſine animi probitate & decenti civilitate parum prodeſſe noſceret, morum & qvotidianæ converſationis, non minus qvam in literis profectuum, in pædagogis & juventute ſcholaſtica acerrimus fuit cenſor & exactor ſtrictiſſimus; Hinc moderamen & informationem juventutis non niſi viris doctis probitate, induſtria, & gravitate, ſibi antea bene notis, qviqve illibatæ vitæ & bonæ eruditionis teſtimonia ab Academia referrent, concredidit; In eorum itaqve nævis & negligentia haud qvaqvam ita connivere potuit, qvin debito zelo in peccantes animadverteret, minime tamen ita rigidus ut peccantibus omnem veniæ ſpem

tea, aliaqve; Sed baptiſterium, ambonem, & tres templi januas Societas mercatoria Havnienſis templo donavit. Ingentem autem illum annulum ferreum, qvi in extrema templi janua conſpicitur, Præſul de templo Helgafellenſi emit, diciturqve idem eſſe, qvem Curiones qvondam in actibus publicis geſtabant, ad qvem juramenta fecerunt, vide *Landnamabók* Part. 4. Cap. 7. & ſupra Tom. 1. pag. 17. qvam traditionem falſam eſſe puto, haudqvaqvam enim cum illo convenit, qvi ibidem deſcribitur, ille enim argenteus fuit, hic vero ferreus, interim tamen hunc non nego valde antiqvum eſſe.

(a) Supra pag. 318.

(b) In annotatis qvibusdam propria manu ſcriptum reliqvit ideo potiſſimum ſuam, qvam Cancellario anno 1638 obtulit Epiſcopatus deprecationem, non exauditam fuiſſe, qvod Profeſſores Hafnienſes Cancellario, & ille Regi, inculcaverint, qvod res ſcholaſtica ejus opera magnopere indigeret, qvam de ſe conceptam ſpem nullo modo defraudare voluit.

ſpem præcluderet, ſi non ex malitia, ſed præcipitantia, incuria, aut fragilitate lapſi fuiſſent, maxime vero ſi bona docendi facultate ſimul præditos eſſe ſciret, ut ex Gislai Einaridæ (a), aliorumqve Eccleſiaſticorum exemplis ſatis patet; Parem etiam moderationem in puniendis diſcipulorum delictis adhibuit, qvorum nullos nævos aut peccata ſivit eſſe impunita; nullos tamen penitus, modo diſcendi eſſent cupidi, ex ſchola ejecit, excepto tantum contumaciæ crimine, qvod ut ingenuis juvenibus prorſus inconveniens, nullo modo tolerare potuit, eum enim qvi parere neſciret, aut manus ferulæ ſubduceret, olim ad imperandum inhabilem fore dixit. Hoc diſciplinæ temperamento tam docentes qvam diſcentes dicto ita ſemper habuit obedientes, ut nullus contra ejus mandata ne hiſcere qvidem auderet, omnesqve ejus juſſu & exemplo, pro ingenii qvisqve ſui facultate ad ſtudia ita raperentur, ut ſub Oddo & Gislao florere incipientes bonæ literæ, ſub ipſo ad tantam pervenerint maturitatem, qvanta unqvam in Islandia fuerat.

§. 31.

Pari vigilantia & dexteritate univerſam ſibi concreditam moderatus eſt ephoriam, ſeduloqve cavit, neqvid, ſe ad clavum ſedente, res Eccleſiaſtica detrimenti caperet, omniaqve ſua negotia antiqva virtute & fide peregit. Præpoſitos & Seniores Eccleſiæ ut fratres & ſuppares amavit & honoravit; Juniores ſeria humanitate tractavit; Exorbitantes decenti gravitate, ſed ſine ſupercilio & auſteritate officii monuit, & ut ne parvula qvidem intacta transmiſit, ita nec facile qvemqvam, niſi in flagranti crimine deprehenſum, ab officio depoſuit, ſed penetrantibus verbis aut mulcta pecuniaria, plerumqve valde modica, qvandoqve etiam ad certum tempus ſuſpenſione ab officio caſtigavit, & ſi qvenqvam penitus removere cogeretur, plerumqve, ſi ſine ſcandalo fieri potuit, & perſonam alias frugi eſſe ſciret, ſua apud ſuperiores interceſſione, ut reſtitueretur, effecit, & ne, qvotiescunqve talia acciderunt, ſupremum Magiſtratum interpellare neceſſum eſſet, anno 1650 unacum collega Thorlako Skulonio ſupplice libello Regem appellavit, ut Satrapæ & Epiſcopis talem concedere vellet poteſtatem; plurimarum parœciarum paupertatem cauſans, qvarum curam

 nemo

(a) Vid. ſupra pag. 531.

nemo facile, nisi forte tales, qvi hoc modo officium redimerent, in se suscipere vellet; Qvo, ut & aliis conatibus in gratiam ministerii Ecclesiastici susceptis, licet frustraretur, iisdem tamen subditorum singularem sibi acqvisivit amorem, honorem, & obseqvium; Hinc cum anno 1669 officii abdicationem vel commeatus petitionem præ se ferret (a), non tantum 23 ministerii Ecclesiastici Seniores suo & reliqvorum nomine supplicem ei porrexerunt libellum, ne eos & ecclesiam deserere vellet, dum per senectam & ætatis vires liceret (b), sed & (qvod magis mireris) huic consonum scriptum Islandicum ei etiam misit Sigurdus Jonæ filius, Australis Islandiæ Nomophylax, vir gravissimus & politicorum suæ ætatis sapientia & auctoritate facile primus.

§. 32.

(a) Qvænam hujus incepti causa aut simulationis prætextus fuerit, non liqvet, nam vegeta adhuc animi & virium valetudine fuit, nec qvicqvam ipsi, ipsiusve familiæ aut ecclesiæ acciderat, qvod ad tale propositum adigere posset, nisi forte fuit (ut qvidam conjiciunt) fama de successore sibi destinato, hoc enim anno Mag. Theodorus Thorlacius, ut ei in officio succederet, Regios codicillos nactus est, qvod Brynjolfo primo minus placuisse sunt qvi autumant.

(b) *Viro incomparabili Domino Mag. Brynolfo Sveinonio, diœcesis Skalboltinæ Episcopo laudatissimo, Antistiti nostro secundum Deum summo, salutem, cultum & officia deferimus. Metuendæ, qvas decrepitum, qvo vivimus, seculum gignit, mutationes, Antistes Magne, supplicem libellum solvant, qvi nostro nomine, qvod intus sedet, salva dignitate Tua, coram fari negatum apud Te expediat, qvippe cum non ita pridem, ex fama tamen pleriqve significantius qvam fide Dominitatem Tuam, sacro, qvod hactenus Deo & Ecclesiæ præstitit, officio, se abdicaturam, non sine communi dolore accepimus, tanqvam irreparabili damno affecti, qvod utcunqve sit, sive ratum, sive secus, pace Tua absqve flexuosis odiosæ* βαττολογιας *mæandris dignitatis tuæ pedibus advoluti, vota & preces proni comportamus, ea scilicet, ut qvam auspicato sacram provinciam suscepisti administrandam, qvamqve hactenus per Dei gratiam &* καθολικης εκκλησιας αρχιερεος *Domini Servatoris Jesu, clementiam felici successu direxisti, eandem, dum per senectam & provectæ ætatis vires, licet ductu Tuo exornare digneris, non sustinet insula nostra virum, (exoticas & peregrinas transcurrimus) qvem superstite dignitate Tua, Ecclesiarum nostrarum directorem, donec nobis erunt vota, aut rem Deo nostro aliter non disponente, nisi coacti dicamus, qvi in optatum finem sacrum, qvod anxie petimus, negotium deducat, nos, qvod nostrarum est partium Christiani orbis Pontificem Maximum Optimum Christum Jesum Servatorem nostrum unicum ductorem directorem omnium bonorum assiduis votis cum incolumitate Tua in multos annos proroganda sollicitabimus, qvi consiliorum actionumqve Tuarum cursum, uti nomini Tuo respondet, felicem esse jubeat.*

Vale

§. 32.

Cum Regiis Satrapis eorumqve Vicariis fatis ei plerumqve convenit, nam licet non femper omnibus eorum factis & inceptis plane contentus effet, tempori tamen inferviens & tempeftatibus ad tempus cedens, ne fimultates & igniculi in cinere latentes in incendium erumperent, prudenter cavit; Hinc amicis nimiam ejus patientiam effe dicentibus regerere folitus eft, multo facilius effe ignem injicere qvam exftingvere; Cum Cathedram afcenderet, Pros Mundt, vir fedatus qvidem, fed acris ingenii, priorum Epifcoporum obedientiæ affvetus & contradictionum impatiens, ad rei publicæ gubernacula fedit. Hic inter alia, Regis nomine anno 1639, qvi primus Brynjolfi fuit, Epifcopis fevere injungebat, ut indicem prædiorum ad pauperes pertinentium, cum omnibus ad ea fpectantibus fundationibus & documentis confici curarent, fibiqve traderent, hæc enim Nofocomio Videyenfi ex mandato Regio fubjicienda effe; Ab Epifcopis etiam poftulavit, ut qvotannis accuratam fibi redderent rationem proventuum cujusvis Cathedræ Epifcopalis, & id genus alia, qvæ non prorfus ad Epifcopi palatum erant, verentis hæc ex proprio Regis mandato non fieri, fed privatum compendium qværi, qvod non femel antea accidiffe novit; nec expedire fibi fuisqve fucceffforibus tales rationes qvotannis Satrapæ & ejus Vicariis reddere; Diftulit itaqve mandati exfecutionem, temporis anguftiam, taliaqve primo cauffans; Sed cum Præfectus hæc monita annuatim usqve in annum 1643 repeteret, & graviter de Epifcoporum tergiverfatione publice qvereretur, talibus excufationibus non ultra locus fuit; Qvocirca anno 1641 prolixam ad propofita petita refponfionem adornavit, qvæ Præfecto hauqvaqvam fatisfecit, ita ut res ad manifeftam diffenfionem fpectaret, ni mors Mundtii anno 1644 interveniffet, qvæ huic controverfiæ, aliisqve in cinere latentibus, finem impofuit;

Vale, Antiftes Venerande! & nos clientes Tuos, fi Deo placet, exaudi. Scripfimus Thingvallis Auftralis Islandiæ anno MDCLXIX.

1) Thorlefus Jonas. 2) Trebonius Jonas. 3) Haldorus Jonæus. 4) Enarus Illugius. 5) Jonas Davidis. 6) Arnas Halthorius. 7) Theodorus Bardius. 8) Jonas Snorronis. 9) Jonas Gislavius. 10) Johannes Biornonius. 11) Paulus Gunneri. 12) Loptus Jofephi. 13) Theodorus Thorleifus. 14) Einarus Magni. 15) Helgo Grimi. 16) Jonas Oddi. 17) Alfus Jonæ. 18) Jonas Stephanius. 19) Thorleifus Arnæus. 20) Sigurdus Jonas. 21) Jofeph Loptæus. 22) Sigurdus Helgonis. 23) Hallgrimus Petræus.

impoſuit; nam Janus Severini, qvi Islandiæ loco Præfecti præfuit ab annö 1645 usqve in annum 1649, tantum abfuit ut ei ullam hac de re litem moveret, ut potius ab ipſius partibus ſtare videretur (a). Anno 1649 Henricus Bielke magni nominis & auctoritatis heros, hanc ſpartam ornare cæpit, qvi, ut fuit vir bonus & Islandiæ amantiſſimus, ita & noſtrum Epiſcopum, ut Islandorum caput & columen, patriæ commodis invigilantem, magni ſemper fecit, ejusqve conſiliis in multis uſus eſt, unde Brynjolfus eo res dirigente, non tantum ab æmulorum inſultibus tutus fuit, ſed pleraqve, prout optabat ipſe, perficere potuit, niſi qvod collegæ ſuo, cujus gratia, dum vixit, apud Bielkium prævaluiſſe videtur, de controverſia de nova typographia Skalholti erigenda cedere potius qvam extrema experiri conſultum duxerit, de qvo mox nobis plura dicenda erunt. Bielkii etiam Vicarii, Matthias Severini, & Johannes Klein, nihil fere contra ejus voluntatem fecerunt. Solus Thomas Nicolai, qvi primo Bielkii vices egit ab anno 1653 in annum 1657, & iterum 1662 ad 65, utpote pluribus bonis inviſus, ut ei placeret non fuit ſperandum; Cujus morte cum anno 1663 naufragio periit, ſi ut qvidam narrant, non lætabatur, certe non multum contriſtatus eſt.

§. 33.

Ut ipſe in omni literarum genere omnium Islandorum, non tantum ſui temporis, ſed omnium fere ſeculorum longe habetur doctiſſimus (b), pleraqve

(a) Cum mortem Mundtii audiret, tanti viri tam duro fato magnopere qvidem indoluiſſe fertur, ſed cum amici optarent: *Deus nobis bonum virum ejus loco dare dignetur*, dixiſſe: *Imo vero; faxit ſit ſtultus*! qvod ita acceptum fuit, acſi ſtultum aut ſimplicem Satrapam omnia ex ſuo nutu facturum optaret. Sed Thomæ Nicolai mortem audiens dixiſſe fertur: *Maneat in purgatorio centum annos;* Qvæ, pluraqve ejus generis ſcite dicta amici ejus notarunt, & ſane non immerito, nam talia ex improviſo prolata ſine ſimulatione ſunt, & verum hominis genium oſtendunt.

(b) D. *Brochmannus*, qvi Brynjolfum dudum ad ungvem novit, & nuper 6 horarum examine tentaverat, in concione inaugurali, coram magna eruditorum multitudine, qvi Brynjolfum etiam noverunt, publice faſſus eſt, eum inter doctiſſimos, qvos haberet Dania viros numerari debere, teſte *Torfo Jonæo* in *vita Brynjolfi. Stephanius* in notis ad Saxonem eum paſſim laudat. *Reſenius* in prolegom. ad *Lexicon Gudmundi Andreæ* vocat eum virum raræ & reconditæ eruditionis; Conf. ejus prolegom. in *Eddam Islandicam.* Clariſſimus vir *Arnas Magnæus* olim in Academia Hafnienſi Profeſſor meritiſſimus, & Mag. *Joh. Vidalinus* Epiſcopus Skalholtenſis eruditiſſimus, eum omnium Iſlandorum longe doctiſſimum fuiſſe dixerunt.

pleraqve enim Græcorum & Latinorum ſcripta elegantiora ita volverat, & perſcrutatus fuerat, ut qvicqvid in illis utile aut amænum eſt, non guſtaverit tantum, ſed qvaſi in ſuccum & ſangvinem verterit, unde in utraqve lingva poëta, orator, hiſtoricus, philoſophus, philologus, antiqvarius, criticus eximius, viris doctis, qvi ejus eruditionem noverunt, audit; Ita non tantum cum viris doctis ſui ſeculi, ſed etiam magnatibus qvibusdam literarum habuit commercium; In qvorum numero fuerunt, Cancellarius *Friis*, *Georgius Scheel*, *Otto Krag*, *Georgius Seefeld*, & forte plures; Ex iſtorum autem claſſe nominare poſſumus: *Reſenium*, *Stephanium*, *Beyerum*, *Langium*, *Meibomium*, de qvibus præſertim notandum eſt, qvod cum acerrime inter ſe controverterent, uterqve ſua ſcripta ei cenſenda miſerunt, & in ſuam partem trahere ſategerunt. *Wormio* innotuerat cum Havniæ ſtudiis incumberet, cumqve Islandiam peteret anno 1629, ab ipſo enixe commendatus fuit Domino Thorlaco Skulonio; Qvi eum Hafniam iterum petentem 1631 Wormio pari modo commendavit, ſed ab eo tempore nullum illis literarum commercium interceſſiſſe videtur, usqvedum Wormius eum juſſu Secretarii Krag prior interpellavit anno 1648, a qvo tempore eorum literaria commercia ſat nota ſunt, & ex illis, aliisqve Wormii ſcriptis, qvanti illum fecerit.

§. 34.

Qvod Papiſticorum in religione præjudiciorum, & qvod qvotidie horas canonicas recitaverit, & roſario, vulgo *Roſenkrantz*, aut *Pater noſter Band* appellatis, more Papiſticorum uſus fuerit, & in colloqviis cum literatis talia dubia moverit, licet neminem ad religionem Papiſticam accipiendam allexerit, a qvibusdam inſimulatur (a), ne minimum veritatis habere, ſed puram putam calumniam eſſe putamus; Et qvod de roſario ſive globulis illis precatoriis & horis canonicis, manifeſte falſum, niſi cujusvis chriſtiani matutinæ & veſpertinæ preces, ut & ordinatæ legibusqve præſcriptæ preces (vulgo cantus matutinus & veſpertinus) in templis cathedralibus qvovis mane & veſpere, cantu hymni cujusdam, tempori convenientis, & unius capitis biblici lectione celebrandæ, ſub *horarum canonica-*

rum

(a) Vide *PONTOPPIDAN Annal. Eccleſ.* Tom. 4. pag. 257. ex relatione, ut videtur, *Thorkillii.*

rum nomine venire debeant, qvarum obſervatores (a) ſi omnes Papiſticorum præjudiciorum rei ſunt, haud exiguus catholicorum fermento infectorum numerus apud nos invenietur, alias enim horas canonicas hunc Præſulem obſervaſſe, nec credo, nec unqvam audivi; has autem ſine neceſſitate nunqvam neglexit; Id tantum verum eſt, qvod abavo ſuo Jonæ Aræſonio convicia fieri audire non ſuſtinuerit, qvodqve non omnia catholicorum placita penitus condemnaverit, modo recte uſurparentur, qvalia ſunt: de crucibus & Sanctorum imaginibus, qvorum vituperationem audire noluit, hæc enim licet non adoraret, objecta tamen oculis ſenſus movere & ardorem ſpiritus excitare dixit; Hinc in templo ſedens, aut etiam proſtratus, orans Salvatoris cruci affixi imaginem ante oculos habuit, ideoqve, ne alia objecta animum aliis cogitationibus avocarent, dum ſacra peragebantur, non in conſveta Epiſcopi ſede, ſed in cellula D. Virginis (ut vocant) ad boreale templi latus ſita, clauſa janua, & crucifixum ante oculos habens, ſolus ſedit, & ut audire poſſet, qvæ præco protulit, ſuggeſtum ad id templi latus paullo intra fores cellulæ conſtituit, ibidemqve in qvotidianis precibus Caput Biblicum legi juſſit, unde finitis ſacris ſæpe madidis oculis & genis exire viſus eſt; Qvæ omnia irriſores qvidam Papiſmum vocarunt, cum Pietiſmi nomen tunc nondum in uſum venerit. Nimiam credulitatem non qvidem bonam eſſe dixit, ſed multo pejorem eſſe nimiam dubitationem. Matri Eccleſiæ multum tribuit, a cujus placitis non temere recedendum eſſe dixit, modo non aperte repugnarent verbo divino. Lutherum ut virum pium & doctum laudavit, ſed nimiam ejus fuiſſe zelotypiam dixit, exceptaqve aliqvando vox ab amicis fuit: *matrem Eccleſiam longinqva cuſtodum negligentia multas capitis ſordes contraxiſſe, ſed Lutherum pectinis inſtar fuiſſe, qvi non tantum ſordes, ſed crines etiam & corium una depexuerit.* Cum repentinus interitus cujuſdam Magnatis, ipſi & pleriſqve bonis inviſi, nunciaretur, non ut alii qvidam lætitiæ qvoddam ſignum edidit, ſed poſtqvam cogitabundus ſederat, *ſit*, inqvit, *centum annos in purgatorio*, qvæ vox joco dicta fuiſſe videtur. Sortilegus aut ſuperſtitioſus dierum obſervator non fuit, interim tamen aut

longum

(a) Vid. *Ordin. Eccleſ. Chriſtiani III.* fol. 14 — 57. *Chriſtiani IV. Ordin. Eccleſ.* fol. 54. *Chriſtiani V. Cod. Juris Norveg.* pag. 356 & *Chriſtiani VI. Ordin. Schol. Island.* Art. 44. ubi tales horæ canonicæ ſevere injunguntur. Conf. & *Chriſtiani IV. edictum*, de binis horis qvovis die, mane ſcilicet & veſpere, precibus in qvavis domo deſtinatis, qvas pius nemo, nedum Præſul omiſit.

longum iter, aut qvicqvam magni momenti, die lunæ ſine neceſſitate exorſus non eſt, ſed ſi fieri potuit, plerumqve die Martis, qvam conſvetudinem Ruſtici cathedræ vicini adhuc retinent, plane neſcientes unde id habeant, & qvapropter ſic faciant. Sollicite etiam in codicillis adnotaſſe videtur, qvid læti ſibi ſuisqve acciderit diebus Sanctis qvondam dicatis, qvaſi non ſufficere videretur diem menſis notare, niſi etiam Sancti illius nomen adjiceretur, qvaſi, ut qvidam volunt, id rebus pondus aliqvod addere poſſet (a). Hæc non adnotavimus, ut famam & pios manes ſummi viri vel in minimo lædamus, ſed ut ingenue oſtendamus, in qvo tandem conſtiterit papiſmus ille, qvo illum obtrectatores denigrare conantur, nam ne verbulum qvidem hac de materia feciſſem, ſi magni viri cavillatores eo me non adegiſſent. Cum magnorum virorum nævi, qvi nemini nocent, nec ullum in publici ſtatus ſalutem influxum habent, in publicum non ſint protrudendi, & multo minus exaggerandi. Et ſi dicendum qvod res eſt, hæc non tam animi imbecillitati imputanda ſunt, qvam educationi & innocenti a teneris ungviculis inſitæ conſvetudini, qvæ ea tempeſtate plurimorum pietati ſtudentium cordibus, ſed ſine omni ſuperſtitione, altis reſedit defixa radicibus, nam *conſvetudo eſt altera natura* & *qvo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem, teſta diu.*

§. 35.

Hiſtoriæ & antiqvitatum Islandicarum, ſi non primus, certe poſt primos, præcipuus fuit reſtaurator, earumqve & amator magnus & interpres

(a) Ex. gr. Natus eſt Brynjolfus Svenonius 14 Septembr. *ſem var α) Kroſſmeſſa β) i Sæluviku, er þá bar ú γ) Föſtudag.* ɔ: α) Die crucis, unde omen ſumi potuit, qvod crucis filius & adverſitatibus obnoxius foret. β) *Sæluvika* vi vocis, ſignificat hebdomadem felicitatis; unde iterum bonum omen. γ) *á Föſtudag*, eodem die qvo Chriſtus paſſus eſt, egregium pietatis incitamentum, ideoqve etiam qvemvis (diem Veneris) *Föſtudag*, jejunus egit. Scholæ Roſkildenſis Conrector conſtitutus fuit, ipſo die *Dionyſii*, qvod ſuo non carere omine videbatur, & id multo minus qvod officio inauguratus fuit *Dominica jubilate.* Filia ejus Ragneida nata fuit 8 Septembris, ipſo illo die qvo nata fuit beata virgo Maria. Sed Haldorus Brynjolfi filius natus eſt 8 Decembris ipſo conceptionis beatæ Mariæ Virginis feſto. Svenus vero alter ejus filius natus fuit 19 Septembris, Feſto Sancti Januarii Epiſcopi. Hæc, taliaqve, ſcioli qvidam ut ſortilegium aut ſuperſtitionem carpebant aut ridebant, ſed immerito, ut ſupra notavimus, & præterea nondum evictum eſt, qvod ipſe hæc ita explicuerit, licet dies ita notaverit.

pres peritiſſimus, unde nulli pepercit ſumtui, ut qvævis antiqva monumenta ab interitu vindicaret, qvædam enim, dummodo licerent, care emit, qvæ vero non licebant, ab optimis ſui temporis ſcribis accurate exſcribi curavit, tandemqve exqviſitam ex omni talium auctorum genere Bibliothecam ſibi comparavit (a). Et ut ipſe doctus fuit, ita etiam literas a Gudbrando & Oddo Epiſcopo poſtliminio in Islandiam introductas & plantatas tantopere fovit, irrigavit, & ad maturitatem perduxit, ut Islandia nunqvam doctior fuerit, doctos enim amavit, eorum commoda promovit, illisqve præ aliis honorem habuit, nec facile circa ſe habuit, niſi doctrina & ingenio claros, aut in aliqvo ſupra vulgus ſapientes. Plurimos, qvi Hafniam Muſis militatum abierunt literis commendatitiis adjuvit, multis aliqvid viatici dedit, & dum ibi manebant, ſi ei latine ſcriberent, & ſtudiorum rationem redderent, annuatim aliqvid muneris transmiſit, adjuncta adhortatione ut ſtrenue in ſuſcepta palæſtra pergerent, ſed ſi Islandice ſcriberent, & nullam ſtudiorum rationem redderent, reſcripſit qvidem, dicens: *lingvam Islandicam ſibi vernaculam eſſe, nec opus habere, ut in ea ab iis inſtitueretur*; Nonnullos etiam pauperes qvidem, ſed ingenio valentes, ipſe educavit, & dum Havniæ literis operam dederunt, ſuo ære ſuſtentavit, reduces vero ad officia, ipſorum meritis convenientia, promovit.

§. 36.

Cum domi eſſet, & ab aliis negotiis non interpellaretur, ſemper aliqvid legebat aut ſcribebat, licet nullum ejus ſcriptum lucem viderit publicam, ſed perpaucorum nomina ad poſteros pervenerint, qvalia ſunt: 1) *Novum Teſtamentum* ex textu originali ad verbum in Islandicum idioma transpoſitum, adhibitis, ubicunqve fieri potuit, vocibus & loqvendi modis antiqvis, & Græcæ lingvæ idiotiſmis ita obſervatis, ut in lingva Islandica

(a) In tantum ejus Bibliotheca Iſlandica uno tantum ſexennio excreverat, ut fama ejus Manuſcriptorum etiam Havniam ad Olaum Wormium evolaverit, ita enim in Epiſtola ad Svenonem Jonæ ſcribit anno 1646: *Audio Dominum Brynjolfum Svenonium conqvirere Bibliothecam Manuſcriptorum veſtra lingva exaratorum &c.* Inter antiqvorum librorum exaratores, qvibus uſus eſt, primum locum tenuit *Jonas Erlendi* filius, Eccleſiaſtes Villingaholtenſium, cujus manu plurimi veteres codices exſcribi curavit.

dica minus grate sonaret, qvod nescio an penitus perfecerit (a). 2) *Pericula*, ut vocabat, *in Saxonis Grammatici Historiam Danicam* magno molimine orsus fuerat, qvæ prout paulatim ex incude prodierunt, amico suo Stephano Joh. Stephanio transmisit, de qvibus paullo plura mox dicemus (b). 3) *Visitationum templorum diœceseos Skalholtinæ* tres Tomi in Chartophylacio Skalholtino servantur, qvi cum sæpius currenti calamo ex ore dictantis raptim & minus polite excepti fuerint, ab autore denuo revisi, correcti & ejus ductu in systematicum ordinem redacti, in uno volumine manu Jonæ Erlendini sat nitide scripto etiam exstant. 4) *Synodalia* ab anno 1639 ad 1674 inclusive. 5) *Epistolarum* Tomi 20; qvorum 14 in instructissima Bibliotheca Magnæana adhuc exstant (c). 6) Varia opuscula, ut; *Tractatum de statu Islandiæ*, anno 1647 Regio Secretario Itthoni Krag transmissum. *Observationes tumultuarias ad aureolum opus Danicam Literaturam Olai Wormi conceptas* 1651; qvæ inter Epistolas Wormii No. 973 impressæ exstant. *Carmen de cruce*, qvod temporis fallendi causa, in magno mærore ex filiæ infortunio concepto primo orsus est, & postea sæpius locupletavit, usqve dum in eam molem excrevit, qva jam exstat.

§. 37.

Commentarios in Saxonem, aut Roskildiæ hærens, aut statim postqvam Skalholti sedem fixerat, adornare cœpit, eorum enim duos libros priores anno 1641 amico suo Stephano Johannis Stephanio, novam *Saxonis*

(a) Fertur a Collega suo Thorlaco Skulonio petiisse, ut hoc opus typis evulgari curaret, sed ob affectatos Archaismos & rigidiores loqvendi modos, qvi rudioribus majori scandalo, qvam usui esse possent, repulsam tulisse, & ideo ab incepto destitisse. Ejus, qvæ supersunt, reliqviæ in Illustriss. D. *LUDOVICI HARBOE* biliotheca asservantur.

(b) De *Commentario in Saxonem* vide *Epist. Worm.* 227. 950.

(c) Hi omnes in divisione librorum Brynjolfi inter Sigridam Halthoris & Helgam Magni (qvibus omnes suos libros Islandicos testamento reliqverat) Sigridæ forte accesserunt, qvorum 18 in Islandia nactus fuerat Arnas Magnæus; Unum vero a Paulo Svenonio Sigridæ nepote accepit. Unum tantum in Islandia vidi, apud nuper demortuum Brynjolfum Sigurdi filium, Sigridæ abnepotem, vastum volumen trium circiter annorum acta complectens, cujus vix decima pars res momentosas, aut ad officium pertinentes, sed œconomica, prædiorum scilicet emtiones, venditiones, permutationes, & huc pertinentia, æqve ac illi in Bibliotheca Magnæana reperiundi, continebat.

nis editionem molienti transmiſit, ad qvod opus aggrediendum, ſeu ad inqvirendum priſcos ſeptentrionis ritus Olai Wormii ſcriptis & exemplo ſe excitatum fuiſſe fatetur; Sed cum decem priores libros abſolviſſet, & opus recognoſceret, ejus forma ipſi ita diſplicere cœpit, ut totum immutandum cenſeret. primo enim continua ſerie, ut in *Saxone* qvodvis occurrit, ſine diſtinctione capitum, qvod videbatur, adnotaverat, qvam tradendi rationem ut confuſam & lectori tædioſam futuram condemnavit, ideoqve id per Capita totum ita diſtingvere conſtituit, ut præ ſingulis argumenti ſumma enumeraretur, & lector ſtatim conſpicere poſſet, qvid in qvovis Capite ſperare deberet. Id eſt (ſiqvid ſapio): Primo cum opus aggrederetur, conſtitutum ei fuit ſui ſeculi criticorum more, antiqvos autores edentium, continuas notas & Commentarium in Saxonem conſcribere; Sed mutata ſententia Syſtema qvoddam antiqvitatum ſeptentrionalium concinnare inſtituit, ita ut qvævis materia, qvæ in univerſo Saxonis opere occurrit, ad certum Caput referretur; qvæ commentatio primo maximam partem ex antiqvitatibus Islandicis depromta fuit, ſed mutata operis forma, antiqvos ritus Septentrionis cum Græcorum & Romanorum Mythologia conferre conſtituerat, imo etiam cum omnis generis Philoſophis, præſertim vero Pythagoricis & Platonicis, nam ſi opus ſine his condimentis ederet, verebatur ne eruditis ſorderet; Hinc tales coëmere libros, qvorum qvotqvot Havniæ proſtabant, aut comparari potuerunt, D. Olaus Wormius anno 1649 ei transmiſit, reliqvos autem annis ſeqventibus, ut veriſimiliter conjici poteſt, unde ſe huic operi accinxiſſe videtur, ſed qvo usqve perduxerit, non liqvet, niſi qvod fando audivimus, qvod decem in Saxonem commentariorum libros conſcripſerit, qvos ſe in Bibliotheca Academiæ Hafnienſi olim vidiſſe Pater meus dixit. Numne autem hic codex fuerit prius illud opus, qvod anno 1641 & ſeqventibus Stephanio transmiſit, an vero poſterius illud qvod circa annum 1648 adornare cæpit, non liqvet; Pariter incertum eſt utrum plures in Saxonem commentariorum libros ſibi concinnare propoſuerit, an vero cum fine libri decimi & morte Magni Regis ſubſiſtere: Prius plures aſſerunt, cauſam afferentes qvod Bielkius ſibi commodatum unicum, qvod exſtabat, exemplar non reſtituerit, qvam in medio relinqvimus, nam poſterius omni veriſimilitudine non penitus carere videtur, præſertim ſi reſpectus tantummodo habeatur ad poſteriorem operis formam, ſeu *Syſtema Antiqvitatum Septentrionalium*, nam ſex ultimi Saxonis

libri,

libri magnam materiam talium rerum ſcriptori non præbent (a). Titulus operi fuit *Pericula* vel etiam *Conjectanea in Saxonem Grammaticum*, ita enim indiſcriminatim ab ipſo & Wormio appellatur, niſi forte ſuum qvodvis opus nomen habuerit, ita ut prius *Pericula*, poſterius vero *Conjectanea* inſignitum fuerit, qvod incertum. Illud autem certo certius putamus, qvod pars aureoli hujus operis in incendio Hafnienſi anno 1728 perierit, qvod, ſi lucem vidiſſet publicam, poſtqvam ei autor ultimam limam admoverat, utrum ſeptentrio in tali materia aliqvid cultius aut doctius unqvam viderit, magnopere dubitamus (b).

§. 38.

Cum in petitione impreſſionis a ſe confectæ *Novi Teſtamenti* Verſionis apud collegam ſuum Thorlacum Skulonium repulſam tuliſſet, aliasqve haberet proprias lucubrationes, ut & Islandicas Antiqvitates varias & monumenta hiſtorica, qvæ ab interitu vindicare qvidem voluit, ſed verebatur ne eodem ſucceſſu apud collegam de eorum editione ſollicitaret, probeqve ſciret, in talibus rite imprimendis non minore opus cognitione, eam vero apud triviales in officinis typotheticis correctores fruſtra qværi, probe noſceret; Supplice libello anno 1647 a Rege petiit ut ſibi typographia domeſtica, ad talia edenda, uti liceret, qvod haud dubie impetraſſet, ſi Regius Secretarius Otto Krag, ejus qvondam fautor & amicus, jamqve apud Regem plurimum valere creditus, cui negotium concrediderat, id mature expediviſſet, ſed morte Regis in menſe Februario anni 1648 interveniente,

(a) Cum in re tam incerta conjecturis locum eſſe putemus, noſtra eſt eum poſterius opus incepiſſe qvidem & *plagulas aliqvot inchoatæ opellæ* (ut ipſe loqvitur) continentes meditationes in Præfationem Saxonis, qvibus ultimam limam adhibuerat, Wormio cenſendas anno 1649 miſiſſe, qvi easdem Kragio, prout Auctor ipſe præſcripſerat, legendas tradidit, qvæ licet ſummum Kragii, Wormii, aliorumqve, qvi viderant, mererentur applauſum, qvare anno 1650 reliqva ut promiſerat, flagitarunt, nihil tamen miſiſſe; Sed cum omnem ſpem typographiæ potiundæ decollatam eſſe videret, ab incepto plane deſtitiſſe, nam poſt annum 1650, qvo tandem ejus penitus exſpes factus eſt, nullam ab eo hujus operis mentionem factam eſſe reperio. Prius autem Commentariorum opus, qvod Stephanio transmiſerat, videtur idem eſſe ac illud qvod in Bibliotheca Univerſitatis Upſalienſis adhuc viſitur.

(b) Qvanti Wormius, qviqve viri docti ejus qvoddam ſpecimen conſpexerant, id fecerit, patet ex *Epiſt. Worm.* 971. 972. 974 &c.

veniente, & accedente novi Regis electionis negotio, qvod ſine permultis difficultatibus perfici non potuit, ut notius eſt, qvam hic memorari indigeat; nec res anteqvam mercatores Islandiam petituri Hafnia ſolverant, expediri potuit, nec ipſi Kragio ad Brynjolfum ſcribere vacabat, qvocirca Olao Wormio mandavit, ut ſuo nomine Brynjolfo ſcriberet, ſe hac vice ob memoratas cauſas nihil efficere potuiſſe, ſed ſeqventi anno facturum qvod poſſibile eſſet, *ſi in præjudicium collegæ vel contra privilegia ipſi clementer indulta non ſit*, qvæ clauſula ſine dubio ipſius Wormii inſtinctu adjecta eſſe videtur, Skulonii enim ſummus fautor & amicus fuit, cui & extemplo rem omnem ſignificavit. Ille autem de hac re certior factus, qvantum in eo fuit, interceſſit, ne Brynjolfo hæc facultas concederetur, privilegia ſibi & ſuæ Cathedræ dudum data prætendens, & ut Wormius ſuæ cauſæ apud ſummum Magiſtratum patrocinaretur enixe rogabat; Brynjolfus itidem iterata ſupplicatione Regem appellabat, Wormiumqve per magnum ſuum venerandæ antiqvitatis amorem rogans, ut, qvantum in eo eſſet, conatum ſuum longe pulcherrimum favore ſuo proſeqveretur, qvod etiam hac vice, intemerata fide feciſſe videtur Wormius; Nam anno 1649 novus Islandiæ Satrapa Henricus Bielke, & ei adjunctus Gabriel Achileye, Regius Secretarius, diploma Regium adtulerunt, qvod Brynjolfum voti fecit compotem, ſed ea conditione, ut nihil ſuis evulgaret typis, qvod antea ex Holana prodierit officina, ſed in hiſtoricis & antiqvitatibus patriæ edendis potiſſimum occuparetur. Hocce diploma Secretarius Achileye a Cancellario acceperat, Brynjolfo ea conditione tradendum, neqvid inde Holana Cathedra detrimenti caperet, qvod licet Brynjolfus ſancte ſponderet, Holanus tamen Præſul privilegium aut monopolium qvoddam ſuæ Cathedræ conceſſum prætendens haudqvaqvam concedere voluit, tantumqve apud novum Præfectum & ejus aſſeclam Gabrielem Acheleye ſuis valuit dictis & donis, ut Regium hocce privilegium Brynjolfo tantum monſtratum fuerit, ſed in magnum rei literariæ & totius orbis literati detrimentum Hafniam reportatum, cum Brynjolfo (ut ipſe ſcribit) qvemqvam largitionibus demereri, nec animus fuerit nec facultas, non tamen ut videtur, omni ſpe prorſus decollata, qvin cum tempore voti compos fieri poſſet, ſi Cancellario ita viſum foret (a). Sed utrum

(a) Omnibus hiſce lucem adferunt *Epiſtolæ Wormii*, qvæ curioſo lectori, ſi plura cupit, conſulendæ ſunt, præſertim Epiſt. 132. 133. 135. 137. ut & 967. 968. 969 970.

utrum hac vice follicitationem renovaverit, an vero hic vela contraxerit, & ab incepto prorfus deftiterit, non liqvet, licet prius verofimilius putemus, cum anno 1650 Wormius fcripferit fe in caufa typographica jam non in confilium vocatum fuiffe; fed ex magnatibus cognoviffe commodo & utili medio rem tranfigi poffe; Id faltem certum eft, qvod nunqvam tale diploma acceperit.

§. 39.

Calente adhuc hac controverfia circa finem menfis Aprilis, fatis ceffit Brynjolfi amicus antiqvus Stephanus Joh Stephanius, in Academia Eqveftri Sorana Eloqventiæ Profeffor & Hiftoriographus Regius, qvam occafionem utriusqve Epifcopi fautores, Skulonii, ut eum a rivale in caufa typographica liberarent, fed Brynjolfi, ut majorem ei commoditatem fcripta fua edendi acqvirerent, & ut præfentis eruditione ac converfatione liberiore frui daretur, ambabus manibus apprehenderunt, fuaqve apud Cancellarium effecerunt auctoritate, illeqve fuis apud Regem perfvafionibus, ut Brynjolfus ipfius Regis literis datis 3 Maji 1650 ad capesfendum vacans Hiftoriographi Regii munus evocaretur, adjecto liberali viatico (a). Tantaqve de ejus in Daniam commigratione fpes & exfpectatio amicorum fuit, ut de ejus adventu minime dubitarent; Sed contrarium accidit; humillime enim fe excufavit, & oblatum munus deprecatus eft, cauffans fe hoc eodem anno templum Cathedrale, domum ingentem & magni fumtus, exftruere incepiffe, a qvo opere nullo modo difcedere poffet; Suam vero operam in conqvirendis antiqvis Islandicis documentis & libris Hiftoricis fubjectiffime obtulit, in qvo Rex clementiffime acqvievit, ipfiqve tale injunxit minifterium; Qvantum in hoc negotio adhibuerit zelum, oftendit proclama in dicafterio univerfali anno 1656 publice propofitum, qvo omnes & fingulos talium librorum poffeffores rogat, ut eosdem aut fibi pleno pretio vendant, aut fi vendere nolint, exfcribendos commodent, aut tandem ipfi, fi id placeat, Regi dono dent. Nota eft

(a) Vid. *Worm. Epift.* 137. 971. Conf. *Vitam Brynjolfi* a Dom. *Trebonio Jonæ*, in exeqviis Brynjolfi recitatam, qvæ præter ipfius Regis literas, dicit eum a Vilhelmo Langio, Epiftolam Regis juffu fcriptam accepiffe, cujus fenfus eft, ut verifimile fit, Langium ut antiqvum ejus amicum calcar ei addidiffe; Fieri etiam poteft qvod ei a Rege mandatum fuerit, ut Brynjolfo hac de re fcriberet.

eſt hiſtoria qvanti ei conſtiterit Codex Flatejenſis, qvem primo, nec prece nec pretio adipiſci potuit, usqve dum ipſe in Flatejam veniret, tum enim Jonas Torfi filius, codicis poſſeſſor, ei librum dono dedit, ille autem redhoſtimenti loco prædiolum qvoddam emancipavit; Hanc cognominis, qvod *Flateyenſis* vocatur, rationem plurimi volunt. Sed non qvod in Flateja ſcriptus aut concinnatus fuerit, cumqve præter alia multa etiam contineret Annales ab Anno Mundi 3902 ad Annum Chriſti 1395, ideo & illi *Flatejenſes* vocantur (a).

§. 40.

Cum Rex glorioſiſſimus Fridericus Tertius omnigenæ eruditionis ſummus amator, redintegrata cum Svecis pace, & ordinatis poſt acceptum imperium Monarchicum regni Statibus & forma regiminis, qvietem a ſummis laboribus nactus eſſet, Thormodum Torfæum libros hiſtoricos a Brynjolfo & aliis Regi transmiſſos ex Islandica in Danicam lingvam transferre juſſit (b), qvod Torfæo ad conſcribendum notiſſimum librum, qvem *Seriem Regum Daniæ* inſignivit, primam anſam præbuit, Torfæus autem ſuo officio ſe rite fungi non poſſe putavit, niſi uberiore Islandicorum auctorum copia inſtrueretur, qvapropter ut in Islandiam hujus rei gratia ablegatus, & Regis præmunitus literis Brynjolfo Epiſcopo talium rerum peritiſſimo, & Magnatum Islandiæ facile primo, potiſſimum commendaretur, effecit (c); qvi & Torfæum anno 1662 a Rege commendatum ambabus

(a) Qvam ſententiam ſi non refutat, certe dubiam & minus certam reddere videtur Appendix *Vitæ Olai Tryggonis* Skalholti editæ 1689 pag. 336 inqviens: " hann var þá kóngr " er Flatejarbók var ſkrifut, þá var lidit frá hingatburd vors herra Jeſu Chriſti " Mccclxxxvii ár. " Fateor hallucinari autorem hunc cum vocat Magnum Smeck, Magnum Bonum, eum enim (Magnum Erici filium) qvi Seculo 14 vixit, cum Magno Olai filio qvi Seculo 11 floruit, inepte confundit, ſed cum hæc ſcripta ſint longo tempore ante qvam Jonas Torfi filius Codicem Flatejenſem, jam in Bibliotheca Regia exſtantem, Svenonio dono dederit, manifeſtum eſt librum inde ſuum non habere nomen, licet nec hinc indubitate ſeqvatur codicem illum in Flateja compoſitum fuiſſe, ſed qvod ſcriptus fuerit 1387, & deinde vocatus *Codex Flateyenſis*. Priorem ſententiam diu fovimus, ſed, cui jam accedamus, dubii hæremus.

(b) Interpretis Regii charactere & officio omnium primus gaudebat *Thorarinus Erici*, Iſlandus, qvi *vitam Halfdani Nigri Oplandorum Regis* in lingvam Latinam transtulit. Edit. Hafn. 1658.

(c) Vid. ſupra pag. 569 ſeqv.

ambabus excepit ulnis, eumqve ore, opere, & consiliis, juvit, re libraria ex proprio suo penu & aliunde conqvisita, ejusqve vero usu, bene instructum a se dimisit; Hinc enim *Jöfraskinna*, *Gullinskinna*, *Fagraskinna* & sexcenti alii codices, qvibus Torfæus non tantum Regis, sed propriam qvoqve instruxit Bibliothecam. Nec abinde, qvamdiu Rex Fridericus superfuit, Bibliothecam Regiam antiqvis codicibus locupletare destitit.

§. 41.

Studiis & lucubrationibus etsi deditus esset, ut maximæ continuæqve expeditiones negotiorum & longa difficillimaqve itinera, qvæ latissimæ diœceseos Skalholtinæ visitationes reqvirunt, in plura sæpe studia valde ejus mentem distraherent (a), nunqvam tamen a cura rei pecuniariæ, sive publicæ, sive privatæ, vacuus fuit, nec illam vel minimum damni pati voluit; Hinc anno 1648 cum Consul Havniensis Johannes Nansen & Batavus qvidam Johannes Mumm, cum aliis consortibus, Regium, in ostio confluentis Hvitaa, tractus Borgarfiord, capiendorum salmonum privilegium acqvisiverant, qvo accolis, inter qvos fuerunt, tam cathedræ Skalholtinæ, qvam ipsius Episcopi prædiorum conductores, non parum damni adferri videretur, nam fluvius Hvitaa omnibus aliis tractus Borgfiordensis minoribus fluviis salmonum etiam feracibus commune præbet effluvium, adeo ut si ostium fluvii Hvitaa retibus & cratibus cingatur, omnibus reliqvorum fluviorum accolis piscandi facultas adimatur; hocce privilegium cum juri Civili & communi incolarum commodo adversari putaret, novo Regi id per supplicem libellum demonstravit, & privilegii abrogationem humiliter flagitavit. Alterum etiam eodem anno ejusdem farinæ

(a) Credi ab ignotis vix potest qvantum negotiorum diœcesis Skalholtina Episcopo exhibeat, præsertim mensibus æstivis, nam præter laboriosissimas ecclesiarum visitationes, & invia fere montium, paludum, tesqvarum, mariumqve, qvandoqve plusqvam centenorum vel etiam 200 milliarium itinera, innumera occurrunt negotia, de qvibus laboriosissimus Episcopus in Epistola ad Wormium conqveritur Epist. 970. Ideoqve vocat suas observationes in *literaturam Wormii* non tantum *tumultuarias*, sed etiam *inter insanas negotiorum turbas carptim & vellicatim conceptas.* Et qvid jam diceret, cum hodie Episcopi negotia & agenda duplo vel triplo plura facta sint; salarium vero tanto minus?

farinæ emisit supplicem libellum, pro impetranda in portum Grindavicensem navi mercatoria, qvem ad modum hactenus post hominum memoriam solitum fuerat, usqve ad annum 1640, qvo Societas Mercatorum indultu Regio aliam sibi elegerat stationem, in magnum colonorum Grindavicensium & cathedræ Skalholtensis damnum, ad qvam maxima pars tractus Grindavicensis pertinet; Cum itaqve cathedra Skalholtensis summam piscaturæ in Grindavik exerceret, ejus & rei scholasticæ salutem in eo versari dixit, ni hac stationis navium mutatione piscatura labefactaretur: cumqve audiret novum Regem lingvæ latinæ callentissimum esse, priorem librum latine scriptum ipsi Regi exhiberi cupivit, qvod num factum fuerit, non liqvet, id autem certum est, qvod exauditionem nactus sit.

§. 42.

Propriæ œconomiæ præfecit viros spectatæ fidei & prudentiæ, vel etiam juvenes sibi, tam ingenii probitate, qvam in gerendis rebus alacritate & dexteritate, notos, qvi ipsius nutu & auspiciis opum Cathedralium & universæ œconomiæ procuratorem ageret, & vertente qvovis anno ipsi omnium sibi concreditorum accuratam redderet rationem, cui subditi fuerunt œconomi villatici; nam amplas satis habuit villicationes, ad minimum qvatuor, qvæ domesticæ necessaria subministrabant. Domestica autem duos tales habuit procuratores, unum qvi universæ rei cibariæ curam gereret, alterum vero (communiter *yferbrite* vocatur) qvi operibus & operariis domesticis, uti & universæ suppellectili & utensiliis præesset, qvod officium non nisi probatæ fidei viro concredidit; Omnium horum ipse supremus fuit inspector, ita ut qvovis anno bis aut ter omnia inspiceret, & ad diem peremtorium rigidissimum ageret rationum exactorem, nam ut negligentiam pati non potuit, ita multo minus infidelitatem; Solertiam autem & industriam in rebus gerendis ut amavit, ita & large remuneravit, qvo omnes suos domesticos ad fidelitatem animavit. Habebatur a plebe suis prædecessoribus fortunatior, qvod ejus tempore nulla memorabilis pecoris strages inciderit, piscatura autem solito fuerit uberior, qvod qvidem in medio relinqvimus. id vero certum est, qvod brevi inter ditissimos patriæ cives numerari cœperit, & præter omnis generis mobiles divitias magnum etiam fundorum & prædiorum numerum suum fecerit, nec id mirum, cum nummis semper abundaret, & prædia

duplo

duplo carius qvam reliqvi emeret, unde qvotqvot ſua abalienare placuit, illi præ omnibus ea obtulerunt.

§. 43.

Anno 1648 uxorem duxit Margaretam Halldori Nomophylacis, qvi anno 1638 Skalhollti obierat, & Halldoræ Jonææ filiam, qvæ, ut ille fuit ex Ario Nomophylace Jonæ Aræſonii Holanorum Epiſcopi famoſiſſimi abnepos, ita & illa ejusdem ex Biörno filio abneptis, pararium totius rei agente Thorlaco Skulonio Epiſcopo Holano, adhuc enim horum Epiſcoporum amicitia integerrima fuit. Poſt nuptias Brynjolfus ſocrum cum tribus innuptis filiabus Skalholtum ſecum deduxit, hasqve paulo poſt ſplendide elocavit. Ipſe autem ex Margareta ſeptem ſuſcepit liberos, 4 mares & 3 fæmellas, de qvibus plura mox dicenda veniunt.

§. 44.

Qvæ huc usqve diximus, Præſulem noſtrum ut fortunæ filium ſiſtunt, reliqva autem non tam jucunde ſapiunt (a), adverſa tamen magis qvam infortunia nominanda videntur, niſi qvod liberorum infortunia parentes haud levius angunt qvam propriæ calamitates, in qvorum numero fuit filiæ Epiſcopi caſus, qvæ omnibus naturæ bonis & donis cumulata, & a patre ocelli inſtar amata, a præceptore Davide Halldori filio, cui eam in bonis artibus informandam crediderat, conſtuprata fuit, qvod in & per ſe ſatis malum aliæ circumſtantiæ fœdabant; Nam novem circiter menſibus manifeſtum factum eſt, poſtqvam a patre adacta (qvi monente qvodam ſuo cliente aliqvid ſuboluerat, de præceptoris perfidia & filiæ infamia) more ejus ſeculi ſe ab omni cum viris congreſſu puram eſſe ſolenniter juraverat; acceſſit etiam qvod idem ille David eodem tempore ex infima ancilla gemellos ſuſcepit, unde concluſit Præſul, hoc non ex ju-

 venili

(a) Trebonius Jonas, Brynjolfi ex fratre nepos & alumnus, tandemqve filius adoptivus, in *Oratione exſeqviali* ipſi dicta ſcribit: *ſic ut natus fuit feſto exaltationis crucis, ita eum verum crucis filium fuiſſe, primamqve ejus crucem* memorat, *qvod in prima per qvartam Orientalem Viſitatione lapſu artus dexteræ manus luxatus fuerit, qvi caſus eum integram ſeptimanam detinuerit.* Sed tales cruces in Iſlandia non ſunt adeo inſolitæ, qvas etiam nos aliqvando, & qvidem plus ſimplici vice, experti ſumus.

venili fragilitate & impotente amore provenisse, qvem condonari potuisse dixit, sed ex stolida & pecuaria libidine, ut & summo erga se suamqve familiam contemtu, qvod filia sua unacum infima ancilla pro scorto usus fuisset; præterea paucis ante hebdomadibus a patre, Præposito Toparchiæ Arnesensis emerito, Comminister vocatus, & ab Episcopo, cui se per complures annos, qvibus ei a manibus fuerat, haud vulgariter insinuaverat, forma enim, ut & tam animi qvam corporis dotibus nemini fuit secundus, non sine publico tam donorum qvam fidelitatis encomio sacris initiatus fuerat. Hoc domus suæ, ut ipse vocavit, irreparabile damnum, cum ei nunciaretur, non multum contristari visus est, sed postqvam tacitus aliqvamdiu consedisset, rupto silentio exclamavit: *Domestica mala majora sunt lacrymis* (a). Filiæ restitutionis diploma mox acqvisivit, sacri enim ordinis viro eam nuptum dare constituit, sed illa ex mærore & animi angoribus contabescens, anno vertente, obdormivit, Davidis autem ne nomen tantum diu audire sustinuit, nec unqvam ei reconciliari potuit, licet parentes & cognati omnibus suis prædiis illatam injuriam redimerent, qvæ qvidem accepit, sed mox in pios usus erogavit, tandem vero amicorum interventu, eatenus Davidi condonavit, ut restitutionem ad sacrum munus, si non ei acqvireret, saltem non impediret; qvi ab eo tempore ad decrepitam usqve senectutem miseram sæpius vitam produxit.

§. 45.

Nec parvam ei creavit molestiam casus alterius Ragneidæ, ipsius neptis, sed Trebonii Jonæ filiæ, qvæ in Præsulis domo educabatur. Hanc forma ut & aliis dotibus conspicuam deperibant Loptus Josephi Pastor Cathedralis, & Jonas Sigurdi Nomophylacis filius, nondum rude scholastica donatus, qvi circa idem tempus gravibus insomniis, raptibus spasmaticis, aliisqve minus usitatis symptomatibus affligi cœpit, sed tantummodo qvotiescunqve Skalholtum veniret, alibi autem agens, a talibus liber fuit, qvod, qvin artibus necromanticis procuratum esset, non dubitavit; Auctores, Jonæ rivalis Loptus Sacerdos, ut & ejus frater Skaptus, communiter habiti sunt, exciderant enim Sacerdoti verba qvædam dubia &

(a) Verba sunt Psammeniti Ægyptiorum Regis, qvi filium alligatum ad mortem duci, & filiam servili habitu aqvam haurientem videns, non flevit, sed amicorum qvendam stipem rogare cernens, illacrymatus est, & dicto effato respondit.

& minas ſpirantia, a Jona etiam inſimulabatur, qvod ſibi characteres qvosdam tradidiſſet, antidoti loco uſurpandos, qvi levaminis nihil attulerunt, ſi non malum auxerunt, qvos Skaptum ſibi ſurripuiſſe putavit, ſiqvidem ille ſibi libellum reſtituerit, in qvo ſervabantur; Ipſum autem Skaptum duos characteres (a) cervicali ſuo inſeruiſſe inſimulavit; A tanto crimine, qvod illis temporibus plerumqve capitale fuit, ſacerdoti tandem poſt longas ambages, & aliqvot, tam provincialis qvam generalis Synodi ſententias injunctum fuit, ut duodecimvirali ſemet judicio purgaret, qvod cum non poſſet, eum pleriqve, licet ipſum ab omni talium uſu inſontem eſſe ſentirent, conſcium tamen facti putarunt. Ultima itaqve Synodus hac de re habita, eum ab officio depoſitum Seculari Magiſtratui tradere nolens, qvod idem fere fuit, ac ſi eum flammis adjudicaſſet, de ejus officio, pœna & perſona Regem appellandum eſſe cenſuit (b); qvo ille audito judicio, ad exteros abiit, & in Dania, Holſatia, Svecia, vagus, Sacerdotibus qvibusdam vicariam operam præſtando, miſeram vitam produxit, usqvedum poſt triginta annos in Islandiam remeavit, & vacans ob Sacerdotum penuriam Sacerdotium Cathedrale iterum adeptus eſt, Skalholtiqve octogenario major circa annum 1724 placide obdormiit (c); Jonas autem in mediis hiſce turbis Ragneidam imprægnaverat, eamqve demum poſt fata Epiſcopi uxorem duxit, eo enim vivo id minime impetrare potuit, ipſi enim imputabat qvod ſibi magnæ moleſtiæ, ſuæ familiæ & domui magnæ infamiæ cauſa extiterit, peſſime enim uſſit pium ſenem Ragneidæ caſus, qvi nuper acceptum vulnus male coalitum refricuit, & multo pejus qvod in ſua domo & familia incantamenta exercerentur.

(a) Typus horum caracterum exſtat in Actis Synodalibus anni 1670. Uni eorum valde ſimilem & fere eundem habemus in libello membranaceo 25 tales figuras cum explanatione & variis cæremoniis & precatiunculis in qvovis actu adhibendis, qvæ accuratiſſime obſervandæ erant, niſi fruſtra operari vellet artifex.

(b) Si ex rigore Edicti Regii dati 1617, ut & *Chriſt. IV Receſſ.* cap. 28. coll. cum *LL. Island.* Præſul hic proceſſiſſet, certe de Lopto actum fuiſſet, eos enim qvi magicis characteribus uſi fuiſſe convincebantur, rogus manebat, ſed cum Nomophylax talia non poſtularet, & contentus eſſet miti victoria, Præſul ſolita lenitate uſus eſt. Conf. ſupra pag. 517 ſqq.

(c) Vid. ſupra pag. 579.

§. 46.

Inter adverſa etiam numerantur, tam reliqvorum liberorum, qvam acceptiſſimorum miniſtrorum fata & repentina mors, tres enim liberi ante ſuſceptum baptiſmum exſtincti ſunt, filius autem natu maximus probæ qvidem indolis fuit, ſed hebetioris ingenii qvam patri valde placere poſſet, qvem itaqve ſepoſitis ſtudiis in Angliam ablegavit, ut ſaltem extra regnum peregrinando aliis indoctis præſtaret, ubi in qvintum annum manens Jarmouthi in Norfolkia 1666 mortuus eſt (a). Ex intimis amicis & officioſis repentina morte amiſit Jonam Halldori, uxoris fratrem, & Titum Torfæum, utrumqve toti Præfectum cathedrali œconomiæ, qvorum ille in Fluvio Olveſaa, hic vero in rivo Reidneſos ſubmerſus fuit. Titus itidem Petri, qvi poſt qvam illi aliqvamdiu a manibus fuerat, & ejus impenſis Hafniæ literis operam dederat, factusqve tandem Paſtor Cathedralis, eodem modo in fluvio Bruaraa periit; Sed Giſſurus Biarnii, qvem etiam ſtudiorum gratia Hafniæ ſuſtentavit, ibidem mortuus eſt. Anno 1670 uxorem amiſit, qvam eodem die dominico, qvo tres Miniſterii Candidatos ſacris initiavit, ſepeliri curavit. Deinde anno 1673 nepotem ex filia undecim annos natum ab utroqve avo & avia, cum propiorum hæredum conſenſu adoptatum, & filii loco acceptum, amiſit, ut tandem ſolus omnibus ſuis ſuperſtes vixerit.

§. 47.

His fatigatus adverſitatibus omni ſe publico onere & officii cura levare cupiens, anno 1673 Nomophylaces & Dicaſterii Aſſeſſores conſuluit, numne Cathedram Skalholtenſem cum univerſis ad eam pertinentibus Mag. Theodoro Thorlacio, qvem Rex ſibi ſucceſſorem miſiſſet, tradere tutum ſibi ſentirent? Qvi cum qvæſtionem affirmaſſent, ipſi ſignificavit, ut anno 1674 ſolito mutationis habitaculorum tempore cathedram

(a) Perperam apud *PONTOPPIDANUM* in Vita Brynjolfi Thorkelſonius aſſerit, ejus filium literarum cauſa in Angliam commigraſſe, & ſi id feciſſet, certe Jarmouthi non ſedem fixiſſet, qvod licet celebre ſatis ſit emporium, non tamen proprium Muſarum domicilium; Epitaphium qvod ei pater poſuit, locum ſibi poſtulat inter veſtigia & monumenta Danorum extra Daniam, cujus tenor talis eſt:

Halthoris Islandi cineres humus Anglica ſerva,
Depoſitumqve bona qvandoqve redde fide.

dram accepturus, Skalhollti se sisteret, a qvo tempore non qvidem simul & semel, sed paulatim ejus procuratori tradidit, primo templum Cathedrale cum omnibus suis ornamentis ac instrumentis. Ipsam deinde Cathedram cum qvibusvis ad eam spectantibus; Deniqve etiam villas & villicationes, & qvæ ibidem habebat, excepta tantum villa & villicatione Skipholtensi, qvam, & tractum qvi dicitur Hreppa-Umbod, cujus annui canones tum temporis fuerunt 260 Imper. unacum qvibusdam cathedræ ædibus & parte fundi domestici, qvæ sibi retinuit; In eo autem qvid sibi voluerit, qvod plura successori tradiderit, qvam debuit, non facile intelligitur; sive qvod Cathedræ opes & sortem in successorum damnum & gravamen iterum augere voluerit, cum ante (vide §. 17) talia in eorum commodum & levamen redemerit, nisi mutata sententia (fuit enim in qvibusdam volubilis ingenii) eos hoc modo ulcisci voluerit, qvod haud verisimile videtur? Qvibusdam itaqve verisimilius videtur, illum hæc ut depositum successori ea conditione tradidisse, ut ea reposceret, qvandocunqve indigeret, qvæ sententia licet sit paullo verisimilior, suas tamen habet difficultates; sed qvicqvid sit, id tantum certum est, qvod hæc res annis plus qvinqvaginta a morte ejus elapsis turbarum & dissensionum causa exstitit, duos enim libros confici, illisqve inscribi curaverat: 1) Indicem omnium cathedræ villarum cum adjunctis vaccarum æqvamentis, aliisqve eo pertinentibus. 2) Omnes, qvæ exstabant, Cathedræ erogationes a tempore Gislai Episcopi ad suam usqve ætatem. 3) Præsentem erogationem. 4) Universæ suæ procurationis, negotiationum, commerciorum huc pertinentium exemplum, cum suis rationibus & apochis; Alterum horum librorum successori tradidit, in posterum apud Cathedram asservandum, ut infallibile documentum Cathedræ possessionum exstaret. Alterum vero retinuit, sibi, suisqve hæredibus documento futurum, in qvo statu templum & sedem Cathedralem cum suis possessionibus erogaverit.

§. 48.

Officium eqvidem non ita plane deposuit, ut qvæ ei placuerit munia peragere, non liceret, sed ordinariam & sollicitam rerum ecclesiasticarum anno 1674 d. 30 Junii sub finem Synodi Generalis publice abdicavit, qvo facto præsentibus Sacerdotibus, & sub eorum persona universæ Ecclesiæ Skalholtinæ, amantissimis verbis & gestibus valedixit, qvi id non sine insigni affectu itidem reciprocarunt, indeqve ut persona privata Skalhollti

hollti vixit, nec ullis ſe negotiis publicis immiſcuit, aut officii partes attigit, niſi qvod Dominica decima poſt Trinitatis Jonam Vigfuſium Vice-Superintendentem Holanæ diœceſeos conſtitutum ex ſpeciali mandato Regio ſacris initiavit, qvæ cæremonia nunqvam in Islandia antea adminiſtrata fuerat, & qvod tribus feſtis principalibus concionem ex ambone ſolito more habuit, qvarum ejus publicarum perorationum ultima feſto Pentecoſtes prolata, talis cygneus cantus fuiſſe perhibetur, ut auditorum corda & conſcientias plus ſolito tetigerit.

§. 49.

Amiſſis omnibus liberis nepotem ex filia Ragneida cum conſenſu legitimorum hæredum, adhibitis ex legum præſcripto antiqvis cæremoniis, ſolenniter adoptavit, ſed ea conditione, ut qvomodocunqve ſors caderet, hæreditas nunqvam ad patrem aut ejus familiam tranſiret, ſed ſemper apud ſuam & pueri ſtirpem maternam maneret; Utqve hæc immota ſemper eſſent, Regiam eorundem confirmationem procuravit; cum puerum bono & docili ingenio præditum eſſe innoteſceret, ut proprium filium amare cæpit, qvantumqve per ætatem licuit, artes liberales ei inculcare curavit, eo autem anno 1673 exſtincto, patrimonium, ſeu tantundem, qvod a parentibus acceperat ad proximos hæredes reverti juſſit; Reliqvarum autem opum hæredem ex aſſe ſcripſit fratris uterini filium, ſibi omnium cognatorum cariſſimum, Trebonium Jonæ, Præpoſitum Toparchiæ Arneſenſis, præter qvam qvod amicis & cognatis qvibusdam legavit, ut & ad pios uſus deſtinavit, qvalia fuerunt: prædia *Reiner* in *Akranes*, cujus annuam mercedem deſtinavit viduæ cuidam, qvæ tres haberet orphanos, usqvedum natu minimus 16 annos haberet. Sed prædia *Dvergaſtein* & *As* in *Fellum*, utrumqve intra Toparchiam Mulenſem ſita, templorum ibidem ſitorum Miniſtris in perpetuum habitaculum conſtituit; qvæ licet non a Davide aut ejus familia ob factam ſibi ſuæqve domui ignominiam & injuriam accepiſſet, ejusdem tamen æqvivalens pretium fuerunt, ut votum hoc modo fideliter impleret, ne hoc iniqvitatis pretium ſuis inferretur loculis. Bibliothecam univerſam (a), exceptis

(a) Omnes ſuos libros notavit geminata Litera *L*, qvod *loricatum lupum* ſignificat, ita enim nomen ſuum ſonare dixit, qvod ex voce *Brynia*, lorica, & *Ulfur*, lupus, compoſitum eſt.

Sed

exceptis tantum libris Islandicis, anno 1674 recens nato Proprætoris Johannis Klein filio legavit, Islandicos autem amicissimis matronis Helgæ Magni filiæ & Sigridæ Halldoris filiæ dedit, & præterea multis multa, qvæ omnia enumerare tam longum qvam tædiosum foret.

§. 50.

Regnans qvoddam vitium, qvantum nobis innotuit, nemo fide dignus ei unqvam objecit, nam multa magno conatu & impensis inchoare, sed ad umbilicum ducta aut deserere aut destruere, & qvæ primo magnopere placuerunt, brevi fastidire gentilitium ei fuit, nec nisi in ipsius negotiis privatis se exserere visum est (a). In reliqvis enim, seu rebus ad officium pertinentibus, promissis servandis, & amicitia colenda, gravis, constans, fidus, & semper idem fuit, in conversatione humanus & affabilis, munificus præterea & hospitalis, alienorum non appetens. Sed siqvid appeteret, duplo vel triplo remuneravit pretio, tantæ apud suos & plurimos coætaneorum auctoritatis, ut qvæqve aut faceret, aut diceret, qvasi αυτος εφα, aut ex tripode dicta haberentur. Si contingeret ut famulorum

Sed in subscriptionibus Actorum & Codicillorum scripsit *Brynjolfur SS.R.* ubi qvidam adjectum *R.* putant significare *Ragneidam*, qvasi legi voluerit *Brynjolfus Sveni & Ragneidæ filius*, matrem enim valde dilexit, eiqve non minus qvam patri tribuit. Alii autem per *R.* intelligi volunt *Ruffus*, sed qvicqvid de hac re statuitur, perinde erit.

(a) Huc referunt; α) Qvod plurima amæna prædia, qvæ magno pretio sibi comparaverat intractu Borgarfiordensi, utpote in Islandiæ meditullio sita, qvibus diu præ omnibus suis fortunis delectabatur, tandem ita fastidire cœpit, ut omnia parvo pretio vendiderit, alia autem intra Toparchiam Mulensem in extremo Islandiæ angulo sita coëmerit, qvo hæredibus magnum adtulit incommodum. β) Qvod deserta qvædam rusculа, qvalia fuerunt: *Grund* in *Skoradal*, *Grafarhóll* in *Grimsnese*, & *Jadar* in *Hreppum*, magno molimine & impensis, non modo ædificavit, sed magnopere ornavit, mox autem reliqvit & corrumpi sivit. γ) Bibliothecam exqvisite compactam peregrinis involucris totam privavit, & Islandico more indui curavit, qvasi id genus compacturæ durabilius & a murum arrosionibus tutius esset. δ) Argenteam supellectilem, qva qvotidie utebatur (cum cochlear qvoddam casu aliqvo damnum accepisse videret) ab Islandicis fabris conflari, & nova, multo crassiora, ex massa confici curavit cochlearia, non fine suspicione, qvod aliqvid vilioris metalli pro argento receperit. Hæc, aliaqve id genus, qvæ mente conceperat, dissvaderi non juvabat, licet in aliis gravioribus negotiis amicorum consilia non contemneret.

famulorum qvendam ira commotus, durius tractaret, id multis modis compensavit. Statura ei corporis plusqvam justa, sed virilis & compacta, valetudine plerumqve utebatur prospera, robustus etiam & laborum tolerans. Facies fuit candida & variolata, cæsaries & barba sangvineo colore, qvarum illa non infra auriculas pertigit, hæc autem per totum pectus ad axilia usqve diffundebatur (a); Capite & manu titubabat, qvod cum ingravescente ætate ita augebatur; ut ultimis annis multum scribere non posset. Victu & vestitu utebatur simplici aut frugali, ad antiqvum Islandicum modum accommodato. In summa: In omnibus tam verbis & factis qvam gestibus & conversatione ita popularis fuit, ut nihil illo popularius, nisi cum fastuosis & vana ostentatione turgidis res esset, qvos egregie convincere & deprimere novit, semper tamen cum decenti gravitate, adeo, ut fuerit serius sine austeritate, blandus sine adulatione, fidus sine fuco, & pius sine ostentatione.

§. 51.

Sæpius amicis dixerat, si non septuagesimo ætatis anno discederet, se ad decrepitam victurum fore senectutem, neminemqve morienti adfuturum. Accidit autem, ut qvidam eorum anno 1674, paulo anteqvam ægrotare cœpit, hoc in memoriam revocaret, dicens eum jam septuagesimum ætatis vivere annum, & sanum sospitemqve agere, multum itaqve vitæ adhuc restare; Cui respondit; *Venerunt Idus, sed nondum transierunt* (b). Et paulo post circa solstitium æstivale humoribus scorbuticis, præsertim qva membra dexteriora manum & pedem cum torpore & virium cessatione tentari cœpit, ita tamen, ut aliqvamdiu, & domo egredi, & templum pro solito more freqventare posset; paulatim tamen hæc mala sic invaluerunt, ut nec e lecto surgere, nec Medicorum in Islandia tunc coryphæus Thorkillus Arngrimi filius irrepens malum ex artis præceptis convincere posset, qvod ut instantis mortis indubium nuncium ipse Episcopus accepit, & Dominica 9 post Trinitatis festum, qvæ tum in 31 Julii

(a) Ingens hæc & rubra barba magnum ejus nativæ gravitati momentum adferre videbatur, ita ut juniores & imbecilles ejus tantum aspectu trepidarent. Hinc multi ejus exemplo barbam qvam maximam habere non parvi æstimabant.

(b) Dictum est Spurinnæ Mathematici ad Julium Cæsarem, cum ejus prophetiam irrideret, ut refert *SVETONIUS* in *vita Cæsaris*, sed non inepte hic ab Episcopo usurpatum.

Julii incidit, ſacri epuli particeps factus, ſe ad felicem emigrationem jugiter præparavit, aſſidue colloqvia miſcens cum Paſtore Cathedrali Domino Enaro Einario, cui ſe nullum conſcientiæ ſcrupulum ſentire dixit, qvin paratus eſſet, qvandocunqve Deo ſe evocare placeret; cum vero unum circiter menſem langvore magis, qvam morbi dolore affectus decubuiſſet, die 4 Auguſti melius habere videbatur, qvare ſacerdos, totam noctem cum eo colloqvens lecto aſſedit, cum vero ille ſub auroram diſceſſiſſet, Præſul ſomno ſe aptans famulo dixit, ut etiam paululum dormiturus abiret, & certo tempore rediret, qvi, cum ut mandatum erat, reverteretur, vidit eum in lecto ſemet vertiſſe, ſed jam exanimatum eſſe, qvod factum eſt die 5 Auguſti (a), anno ætatis 70 fere exacto, officii 36; ſepultus eſt in cœmeterio (b) ſine cippo & epitaphio. Concionem funebrem in dictum Salvatoris *Joh.* 6. *v.* 37. habente Præpoſito Trebonio Jonæ, prout ipſe antea hæc omnia conſtituerat.

§. 52.

Integro a morte Brynjolfi elapſo anno, ut adulationi jam nullus locus eſſet, poſtulante Trebonio Jonæ, ejus hærede & ex fratre nepote, Epiſcopus cum univerſis Synodi generalis aſſesſoribus, numero 12, teſtimonium Brynjulfo dederunt, in actis Synodalibus ejusdem anni exſiſtens, in qvo fatentur eum per 35 annos præſtitiſſe laudabilem & virtutibus coruſcantem Skalholtinæ diœceſeos Epiſcopum, qvi Eccleſiam laudabili cura & gravitate rexerit, ſeqve tam publice qvam privatim erga omnes & ſin-

 gulos

(a) Hic annotat *Trebonius Jonas* diem emortualem fuiſſe Epiſcopi 5 Auguſti, qvi qvondam conſecratus fuerit Sancto Martyri Oſvaldo Anglorum Regi, qvod ſibi qvid velit non intelligo, cum de ejus martyrio nihil conſtet, ſed in prælio periiſſe perhibeatur. In eo etiam aliqvid prodigii qværit, qvod qvam primum funus & exeqviæ euntes in conſpectum templi venerunt, binæ campanæ uno momento eorum verſus ab imo ad ſupremum ruptæ fuerint.

(b) Mag. *Thorkelſonius* apud *PONTOPPIDANUM* in Vita Brynjolfi dicit: *Wolte er nicht bey ſeinen vorweſern im Chor der Kirche — begraben ſeyn*, qvaſi omnes ejus prædeceſſores in Choro ſeu adyto ſepulti ſint, cum ne unus Epiſcoporum Lutheranæ religioni addictorum ibi ſit ſepultus, ſed in medio templo. Similiter neſcio unde habuerit, qvod inventaria templi & ædes Cathedræ 400 Imper. pretio auxerit; Tandemqve qvod dicit eum *einige*, ſeu aliqvot annos ut emeritum vixiſſe, cum unus tantum annus fuerit.

gulos ita gesserit, ut optimum decet Episcopum, gloriam Dei, animarum salutem, diœceseos Skalholtinæ & totius Islandiæ emolumentum, ubiqve tanto magis sectantem & promoventem, qvanto aliis doctrina, experientia, gravitate & auctoritate præstiterit; qvæ se non suo tantum, sed omnium & singulorum diœceseos Sacerdotum & civium nomine fateri scribunt, cum neminem de hoc viro, nisi qvod laudabile est, vere dicere posse certe sciant; Eodem anno a Dicasterio universali simile exhibitum fuisse testimonium auditu qvidem percepimus, sed oculis non lustravimus.

Litr. A.

Patere me Nobilissime & Magnifice Domine tantisper gravissimis negotiis & occupationibus tuis interpellare, dum tenuitatis atqve humanitatis meæ apud Te, judicem prudentissimum, causam ago, qvem nonnulli in patria homines, ad subeundum ingens sacri ministerii onus sollicitantes, supra qvam par est, aggravarunt, & nisi Tuo auxilio & auctoritate intercesseris, humeros imbecilles opprimunt, proinde qvod restat unicum, egenis rebus, ad Tuam, Vir generose, humanitatem atqve æqvitatem, velut ad Divorum aras olim gravati rei solebant, confugio, suppliciter comprecatus, velis ad hominum istorum, qvi me contra civium jus, liberum hominem in servitutem trahere conantur, (vi) vindicare, cui me omni ratione imparem esse, modo nunc edocebo, ut, si a me Tibi supplice molem istam submoveas, non solum clementer & benigne, sed juste etiam & ex lege fecisse videaris. Sacri ministerii sanctissimam & veneratione sua pene tremendam gravitatem perseqvi nulla exigit apud Te necessitas, qvi omnia ista diligentius expendis multo, qvam ego trivialis & gregarius homo leviculo libello concipere possim, tantum in præsentia proferam, qvid proxima æstate in patria excusarim & adhuc etiam opponam, qvo minus arduum illud munus, cui obeundo postulabar, suscipere audeam, illud unico verbo, & velut numero nunc dico sustinendo non sum. Principio qvia reqvirit illa provincia virum, qvi in sacerdotale ordine multum diuqve sit cum laude versatus, cujus non solum in doctrina sacrosancta perspecta sit accuratio, verum etiam insigni pietate vitæ, probitate morum, officii fide, tentationum periculis, laudata, approbata, & velut contestata sit gravitatis constantiæ & integritatis fama, qvi perinde, cum tacet, exemplo, atqve cum docet ac loqvitur, præceptis, varios & diversos

verſos auditores condocefaciat; qvæ univerſa niſi longo uſu, doctrina, experientia, aſſiduis precibus, ſeris annis, minime comparantur, ad hoc exemplar, cum meam juventutem, aut verius infantiam confero, Deus bone! qvam aliter ſues olent, aliter catuli! citius veſpertilionum oculi meridianum ſolem, qvam ego hanc contentionem ſuſtineo, nam, ut qvod verum eſt, fatear, ſi qvid hactenus in bonas literas ſtudii aut operis impendi (qvod qvam ſit exiguum, ipſe qvotidie cum dolore ſentio) ſiqvid tamen illud eſt, artibus magis dicendi & diſſerendi, utriqve lingvæ, Hiſtoriæ, Philoſophiæ & Poëticæ, hoc eſt rei cuivis leviori, qvam S. S. Theologiæ datum fuiſſe non diſſimubabo, a cujus auguſta Majeſtate & arcana ſublimitate parum abeſt, qvin tacito qvodam ſenſu refugerim, ſatis videlicet arbitratus, ſi velut centro & circulo, ita biblica lectione ſolum aut ſimpliciter me continerem, & eam ipſam ad vitæ potius emendationem, qvam ſubtiliorem & ſcrupuloſam inqviſitionem deſtinarem ac dirigerem, itaqve ſtudio Theologico nunqvam me totum ſic addixi, ut in illa profeſſione, ſane qvam ampliſſima, juvenilis ſaltem operæ pretium ponerem, qvod ut dixi, ingenium alio provocaret: nec tamen adeo incurioſum aut negligentem propriæ ſalutis ſtudii eſſe me, qvin pro meo modo, hoc eſt ruditer & craſſa Minerva, parari cupiverim ad reddendam rationem, illius, qvæ in me eſt, ſpei, cuivis poſtulanti, juxta ſalutare D. Petri monitum; illud heic duntaxat urgeo, ſubſellia Theologorum, adhuc non pulpita, a me, aut cathedras teri, qvod in illa facultate indoctum agere diſcipulum, qvam intempeſtivum doctorem minore cum periculo conjunctum ſemper cenſuerim. Jam vero qvantum reqviratur in turbis & fluctu periculorum undiqve imminentium, cum in perferendo patientiæ tantum non ſtupidæ atqve aſininæ, tam in declinando dexteritatis cujusdam divinæ, tum in componendo gravitatis, notius eſt, qvam ut per me liqveſcere poſſit. Argum eſſe oporteat, non hominem, qvi oculos ad illa inconnivos teneat, qvi non uſpiam dormitet, qvi perdius atqve pernox ad infinitos, qvi paſſim, etiam unde minime ſperantur, caſus oboriuntur, excubet, qvi tamen, niſi mature occurras & ſæpius occupes, in tragœdias non raro erumpunt triſtiſſimas. Hic illum ego, qvi qvod in omnia mentis aciem intendat Superintendens, dicitur non ſolum Argum centoculum, ſed divinum etiam Oedipum eſſe jubeo, niſi, rem omnium graviſſimam, publicam animarum ſalutem, cæcò fortunæ arbitrio ſubmittere malit; Jam vero ſi qvis vel maxime omnibus caverit (qvod tamen ipſum qvam

non ſit, humanæ virtutis liqvidum eſt) non eſt tamen unqvam cautum ſatis, niſi ad clavum Deus Optimus Maximus admiranda qvadam &, ſupra qvam dici poſſit, præſente ſapientia conatus gubernans, ſedeat; Sine hac Numinis provida cura, nihilo plus humana conſilia, induſtria, ſollicitudo promoverint, qvam ſi pugno concludere vaſtitatem oceani coneris, qvantum vero ad hanc tantam cum Deo, velut familiaritatem, ſtudii & pietatis adeſſe neceſſe ſit, nec ego, nec fortaſſe mei ſimilis alter facile dixerimus. Hæc omnia, Mæcenas, qvoties pro eo ac poſſum conſidero, ſimiliter affici mihi videor, ac dicuntur illi qvi montes altiſſimos & præruptos imprudenter aſcendunt, ut enim iſti præcipitia vitæ ſalutiqve exitium minitantia vel ut Panico terrore attoniti exhorreſcunt, & vertigine correpti omnia in circuitu commoveri putant; Haud ſecus altitudinem officii hujus perpendens (qvod ni ſubinde faciem, jure bipedum neqviſſimus audiam) cum ſtationis difficultatem, lapſus facilitatem, ruinæ periculum cogito, neceſſe eſt animo decidere, & ſtudia mentis admiratione circumfundi, ignorantem, qvod hominibus iſtis in mentem venerit, qvi me juvenem & non dico ullius gravioris muneris ac officii, ſed ipſius adeo communis vitæ imperitum, ad hanc duram & arduam provinciam capiundam vocaverunt, enimvero opinionem neſcio, qvam fruſtra ſuſceperunt, qvam præſtare ego certe non poſſum, an ad rationem adminiſtrationis diligenter ſatis non expenderunt? ipſi nimirum ſemet explicabunt qvicqvid horum in cauſa fuerit, niſi ego Tua auctoritate evaſero, in me cudetur faba. Deniqve accedit qvod qvi hanc ſpartam nactus ornare vult, juris utriusqve, ſacri dico & civilis, conſultiſſimus exiſtat, neceſſe eſt, qvando qvidem nunqvam non occurrunt laqvei ac nodi plusqvam Gordii, qvorum ſolutio a Superintendente exſpectatur, verum gratis, absqve juris divini & humani exqviſita cognitione ſi ſit, qvando imperitum illum & perſonatum judicem ad qvemvis culmum ceſpitare atqve impingere oportet, occupatum alioqvin inter veteratores advocatos, qvi polypo qvovis aut chamæleonte facilius colores mutant, heic ſi vel offendas paullum aut ungvem transverſum divertas, præterqvam qvod riſus & ludibrium circo & caveæ debetur, actum porro, etiam ſi recte ſententia feratur, de auctoritate fuerit, altius enim delicta hominum, in magiſtratu præſertim conſtitutorum, qvam recte facta penetrare ſemper amant. Porro qvid ego privatus & intra pulverem & umbram ſcholaſticorum parietum educatus in turbis negotiorum & tumultu ſtrepituqve forenſium controverſiarum

valeam

valeam, facile Tua ſapientia æſtimabit; Illa ſunt & in eandem ſententiam plura, qvæ me Tuæ Magnificentiæ & eadem pro me intercedente Sereniſſimo Regi excuſatum ire confido, qvandoqvidem nihil ab æqvitate alienum poſtulare judicabor. Si a Tua Magnificentia precibus ſuppliciter contendendum velis, me liberum hominem in libertatem vindicare, ac vim defendere, gentilium meorum, qvi manum injicere contra jus qvirilium, & in ſervitutem redigere non verentur; Itaqve ſubmiſſe Te oratum venio, velis Sereniſſimo Regi ſvaſor auctorqve eſſe, ut hanc perſonam in alium qvendam transferat, qvi eandem melius rectiusqve gerat. Feceris hoc nomine rem, non ſolum perpetua devotione & gratia immortali mihi celebrandam, ſed etiam Tua ſapientia juſtitiaqve digniſſimam, & reipublicæ, cui hac ratione optime conſulis, ipſiqve adeo Eccleſiæ, in Islandiæ illa parte, ſcholæqve ſatis afflictæ ſalutarem. Sunt enim in qvos hoc munus multo rectius digniusqve derivetur, qvi patriis Eccleſiis magna ſua cum laude ſerviunt, horum nemo eſt, qvi jubente Clementiſſimo Rege non ſit minus illud obiturus, qvominus penuriam bonorum virorum prætendere qveant illi, qvi meam vocationem tam obſtinate urſerunt, qvos tametſi omnes memoria non teneo, qvod tertium decimum annum in hac terra ſubſtiteram, ſi tamen certum aliqvem deſignare fas eſt, Dominum Theodorum Jonæ filium, Paſtorem Hytardalenſem in Islandia occidentali, probe novi, qvi in ſacro officio annis plus minus decem ſua tam cum laude, qvam commiſſi gregis commodo verſatus fuerat, eruditionis & ingenii nomine ſuorum æqvalium vel ipſe primus, vel certe inter primos, famæ præterea integritate & morum innocentia, qvantum liqvet, bonis commendabilis, is ipſe, vel alter probi commatis paſtor, de qvo Tua Gravitas facili negotio cenſuram feret, ſi modo per Te Regi Sereniſſimo commendetur, partes & officium boni paſtoris faciet & tuebitur, videlicet in hoc ſacro certamine haud paullo adultior & per omnia magis periclitatus, qvam ego longo tempore fore vel ſperare me audeam, qvi prima ſtipendia nondum feci, hanc enim inſvetudinem & juventutem meam identidem inculcare me D. Paulus 1 *Tim*. 3. v. 22. graviter inſtigat. Ad extremum (ne Tuam Magnificentiam ſine fronte obtundam) omni debita ſubmiſſione tam hunc ſupplicem libellum, qvam adverſæ partis contrarium poſtulantes alios ad graviſſimum judicii Tui tribunal ſiſto, cognitionem omnem Tuæ æqvitati permittens, & qvam devotiſſime deferens, ipſe interim Tuam decretoriam ſententiam, velut oraculum præſtolabor, paratus

tus

tus qvidem ad illa, qvæ jubes & injungis capeſſendum & pro viribus transigendum, interea loci veniam lenitudini cunctationiqve meæ humiliter poſtulo, qvod nec ipſe Coldingam adhuc potuerim proficiſci, nec prius negotium meum procurare, fiducia etenim nunqvam ſatis laudatæ humanitatis bonitatisqve Tuæ ſubſiſtentem in hoc loco, & qvod fieri vix exſpectantem detinet, qva ſuffultus etiam nunc ſpem foveo, meam cauſam Tibi non improbari, nec leviſſima cauſa, qvod hanc epiſtolam, qvam ipſe venire maluerim, eſt illa, qvod hanc ſciam non erubeſcere, ſed omnia qvæ in animo haberem, liberius & confidentius expromere, qvam ſi ipſe coram verbis Tuam auctoritatem appellaſſem. Nunc Te demum illud humiliter peto (vide qvam ſit egeſtas petitionum ferax) ut cum Tua interceſſione, qvod, tam loqvaciter egi, obtineo, ne non improba, ut ſpero, hæc, ſed honeſta recuſatio nimium infamis mihi aut damnoſa evadat; neqve enim forſan deerunt homines, qvi cum privatum, & ſine officio intelligunt eſſe me, commiſſo vel crimine aliqvo factum calumnientur; tum damni ſatis abunde modo nunc datum eſt, primo temporis, qvod rectius alibi atqve aliis ſtudiis impenſum eſſet, illud interea dum in hac fluctuatione incertus hæſito, nunqvam revocabile redit; Deinde ſumtuum & expenſarum, qvas in his hybernis meis nihilo minores facio, qvam ubi gentium exterarum commorarer, has vero expenſas ex fortunis propriis, jam pridem attritis, alioqvi nunqvam lautis, profundere cogor, adde qvod de amittendo ſtipendio Roſkildenſi, non leve eſt vel periculum vel metus; Siqvidem per incidentem neceſſitatem diſtineor, qvominus ex conſtituto peregrinationem, uti receperam, ſuſcipere qveam. Horum utriqve Tua Magnificentia facile occurrere poteſt, vel mortalium nemo alter; Obtrectatores qvidem favore Tuo, ad qvem nullum niſi virtutis honeſtatisqve ſtudioſum admitti ſciunt, confutabis, omnesqve ſuſurronum rumuſculos vel tacita voluntate mutos & elingves reddes; Sed vero diſpendio facto, promotione ad honeſtum ſtipendium aliqvid ſubvenies, & eadem opera honeſtos proficiendi conatus, tot jam annos cum novercante fortuna, parum feliciter colluctatos, velut altera vita & anima donatos excitabis, vir ad juvandum ſupplices a natura factus, aut Reipublicæ divinitus potius miſſus, non etenim permittes, ſat ſcio, modeſtam paupertatem mihi fraudi eſſe. Deus Optimus Maximus cui hanc rem univerſam tota mente committo, cæptis omnibus noſtris ad nominis ſanctiſſimi ſui gloriam, Eccleſiæ commodum & propriam ſalutem utatur, qvicqvid autem

a no-

a nobis non huic fini deſtinatum ſuſcipitur, clementer avertat, impediat, eventuqve deſtituat. Hujus divinæ protectioni Te, Vir vere generoſe, cum familia nobiliſſima & qvibus ut bene ſit exoptas, ex intimo animo commendo. Hafniæ 3 Calend. Novembris Anno 1638.

Tuæ Magnificentiæ devotiſſimus Cliens.

Litr. B.

(a) Anno 1645 3 Junii a Vælugerde i Flóa voru þeſſer Kiennemenn til Dóms nefnder af Biſkupenum Mag. Brynjólfe Sveinsſyne: Síra Halldór Dadaſon, Prófaſtur í Arneſs Sýſlu, Síra Finnur Jónsſon Kyrkiupreſtur Dómkyrkiunnar í Skálhollte, Síra Jón Dadaſon, Síra Hallur Arnaſon, Síra Jóſeph Loptsſon, Síra Gottſcalch Oddsſon, Síra Jón Jónsſon, Síra Jón Gunnlaugsſon, Síra Salomon Jónsſon, Síra Sigurdur Jónsſon, Síra Jón Erlendsſon, Síra Alfur Jónsſon, Síra Gudmundur Biarnaſon, Preſtar Skálhollts Biſkupsdœmes, um þad mál er frammkom oc Biſkupenn bar under dóm, hvert Preſtarner í Stigtenu være ſkylduger efter Guds Ordi, Kóngel. Majſts. Ordinantiu, oc Kyrkiu Lögum, eda ödrum Konúnglegum Mandatis oc Bífalningum uppá Clericiet, útgefnum híngad í Land, efter Undervaldsmanna, ſierdeiles Syſlumanna, oc þeirra Umbodsmanna Bodunum oc Citatium, á veralldleg þíng oc Stefnur ad koma eda þeim dómum, er þar í þeſſháttar málum gánga, ſieu ſkylduger ad hlýda í hverſkyns málum, er þeir vilia þá boda, jafnvel þeim ſem ſiálf Ordinantian, ſetur fyrer Biſkup oc Liensmann oc Prófaſt, á medan þeir hallda Preſtlegu

(a) Anno 1645 die 3 Junii, Vælugerdi in tractu Flóa, hi ſacerdotes: Hallthor Davidis, Præpoſitus Toparchiæ Arneſenſis, Finnus Jonæ, Paſtor Cathedralis Skalholtenſis, Jonas Davidis, Hallus Arnæ, Joſephus Lopti, Gotſchalcus Oddi, Jonas Jonæ, Jonas Gunnlaugi, Salomon Jonæ, Sigurdus Jonæ, Jonas Erlendi, Alfus Jonæ, Gudmundus Biarni, diœceſis Skalholtenſis ſacerdotes; ab Epiſcopo Mag. Brynjolfo Svenonio ad decernendum de cauſa ibidem ventilata & ab Epiſcopo ſententiæ judicum commiſſa denominati ſunt, num ſcilicet diœceſeos ſacerdotes ex verbo Dei, Regiæ Majeſtatis Ordinatione, aut legibus eccleſiaſticis, aliisve Regiis mandatis & edictis, hujus terræ clero imperatis, ex magiſtratuum inferiorum dicis & nunciis, conventus & fora politicos freqventare, aut eorum ſententias in ſimilis argumenti cauſis latas obſervare, vel in cujusvis generis cauſa horum juſſis obſeqvi teneantur, in iis etiam, qvas ipſa Ordinatio ad Epiſcopum, Satrapam & Præpoſitum remittit, qvamdiu ſcilicet clerici officio ſacerdotali

Preftlegu Embætte meiga Ordinantiunnar Fríheita nióta, ad undanteknum þeim málum fem Ordinantian fiálf fкipar í Lögriettu.

Athugudum vier fyrft Guds Ord, fem ad þeffu mále hníge, oc nú á þeffum ftuttum tíma, vard fyrir: Sierdeiles ord *S. Páls* til *Rom.* 13 Πᾶσα ψυχὴ εξȣσίαις ὑπερεχȣσαις υποτασσεϑω. hvad á Látinu útlagdeft fo: *Omnis anima poteftatibus fuperantibus fubjicitor;* Enn á Norrænu fo: *Oll önd underfkipeft yferhafande Völldum.* Hvör ord off virdteft af fiálfre meiníngu þýda þau er hinn *H. Petur* ummtalar í fyrra brefve oc 2 Cap. Ὑποταγητε ȣν πασῃ ανθρωπίνῃ κτίσει δια τον κυρίον, ἔιτε βασίλεῖ ὡς υπερεχοντι; Hvad er á Latinu: *Subordinemini igitur omni humanæ creationi propter Dominum, five Regi ut fuperanti.* Enn á Norrænu fo: *Skipeft þvi under allre mannlegre Skapan, vegna Drottens, hvert er Kóngenum, fem yferhafanda.* Framar ftendur í næftfylgiande Verfe fo: Ειτε ηγεμοσιν ὡς δι ἄυτȣ πέμπομενοις; Þad er: *five præfidibus, prætoribus* (þvi med þeffu orde ηγεμων útlegft bæde *Dux exercitus, & Præfes Imperatorius vel Regius & Prætor qvalis Romanorum*, fem fiá má af Nýa Teftamentenu þar Pilatus verdur fo kalladur, fem var Liensmadur í Gydinga lande, oc af *Plutarcho, Pobilio, Dyonifio* &c) *ut ab eo miffis.* Enn á Norrænu, *eda Hyrdftiórunum fem af hönum fendum.* Virdtuft ofs þeffar tvær greiner hlýda uppá hærre yfervölld, einkum Kóngl. Majft. oc af hönum útfendann Liensmann, hveriar hvertveggiu Háyfervallds Perfónur vær med fкylldugre Hlýdne oc virdingu medkennum,

---

facerdotali gaudent, & privilegiis Ordinationis illis frui licet, exceptis tamen iftis caufis, qvas ipfa Ordinatio ad dicafterium univerfale remittit.

Primo verbum divinum de hac re agens obfervantes, hoc temporis momento inprimis incidimus in verba S. Pauli ad Rom. 13. Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω, qvod Latine fonat: *Omnis anima poteftatibus fuperantibus fubjicitor.* Qvæ verba qvoad fenfum eadem effe nobis videbantur ac illa Sancti Petri 1 Epift. 2. Ὑποτάγητε ουν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει διὰ τὸν κύριον. εἴ τε βασιλεῖ, ὡς ὑπερέχοντι. id eft Latine: *Subordinemini igitur omni humanæ creationi propter Dominum, five Regi ut fuperanti.* Præterea in verfu proxime feqventi: Εἴτε ἡγεμόσιν, ὡς δι' αὐτȣ̃ πεμπομένοις; id eft: *Sive præfidibus, vel prætoribus* (Hac enim voce ἡγεμων denotatur & *Dux exercitus* & *Præfes Imperatorius vel Regius, & Prætor, qvalis Romanorum*, ut ex Novo Teftamento apparet, in qvo Pilatus Præfectus Judææ ita appellatur; fimiliter & ex *Plutarcho, Pobilio, Dionyfio,* &c.) *ut ab eo miffis.* Hæc duo commata in Magiftratus fuperiores qvadrare nobis videbantur, in Regiam fcil. Majeftatem & ab ea miffum Satrapam, qvi uterqve Magiftratus eminens eft, cui debitum obfeqvium & venerationem nos debere fatemur,

kennum, viliande efter frekafta megne í öllu Chriftelegu med Undergefne hlýda. Framar kunnum vier ecke í Guds orde neitt fierlegt uppá vort veralldlegt yfervalld ad finna, fem hier ad drage, utan fo miked fem andlegt valld fnerter í *S. Páls* Piftlum, fierdeiles til *Timotheum* & *Titum* fyrftu Kyrkiunnar Bifkupa. Þar feiger Poftulenn 1 Sendebrefe 5 Cap. *Móte Olldúnge tak ej vid ákiæru, utan vid tvo edur þría Votta*; Oc þar fyrer ad þeffu athugudu, yferfáum vier Ordinantiuna, oc ftendur þar fo: *Hvör fem hefur einhverium Prefte edur Diákna nockud til ad tala fyrer eitthvert andlegt Mál, þá fkal hann tala hönum til fyrir Hierads Prófaftenum, ellegar fyrer Bifkupenum í vors Liensmanns Náveru, í hveriu Stigte fem þad er, fem fierhver hefur befalning yfer. Kunne þeir ecke þar ad forlíkaft, edur fkiliaft þar ad med Lögum oc Riette, þá meiga þeir ftefna þeim fyrer Off fiálfa. Sie þad fyrer Gialld edur adrar þvílíkar Saker, ad eirn Bónde hefur nockrum Prefte til ad tala med riettu, þá fkal hann tala hönum til fyrer Hierads Prófaftenum í því Hierade, fem hann býr, oc Hierads Prófafturenn fkal vera pligtugur til ad hiálpa Bóndanum ftrax fo miked fem riett er, yfer þeim fama Preftmanne, fo framt fem Prefturenn vill ecke láta Bóndann klaga fig á þínge*; Hvad ofs fkilft Hans Majft fierdeiles þann Tilgáng hafa, ad fá Preftur fem ej vill nægiaft med rettelegann Prófafts dóm, edur úrfkurd á greindu mále, giörer fig med Oþacklætenu í þad finn óverdugann Kóngl. Majfts Fríheita, fovelfem med óhlydnenne móte því yfervallde er Kongl.

 Nád

fatemur, eiqve pro omnibus noftris viribus in omnibus nomine chriftiano dignis fubmiffe obediemus. Plura huc fpectantia, & qvæ de magiftratu noftro politico in fpecie agant, in verbo divino non obfervavimus, nifi qvod clericos tangit ex Sancti Pauli epiftolis, ad Timotheum imprimis & Titum primos ecclefiæ Epifcopos; Ita enim Apoftolus in 1 Epift. 5 cap. *Infimulationem contra Seniorem ne fufcipias, nifi duorum vel trium teftimonio.* Qvibus perpenfis Ordinationem animadvertimus, qvæ ita habet: *Qvicunqve contra facerdotem aliqvem vel diaconum in caufa aliqva ecclefiaftica actionem inftituere velit, eam coram Præpofito loci, vel coram Epifcopo, præfente noftro ejusdem diœcefeos Præfecto, inftituat. Si tum inter eos tranfigi, & lis eorum jure fecari vel componi neqveat, integrum iis efto ad Nos ipfos provocare. Qvod fi caufa æs alienum aut fimilia concernat, in qva colono actio contra facerdotem jure competat, eam coram Præpofito loci, intra terminos ditionis, in qva reus habitat, inftituito, Præpofitus autem colono in jure fuo perfeqvendo contra facerdotem auxilium præftato, fi modo facerdos actionem in foro a colono contra fe inftituendam nolit.* Qvibus Regiæ Majeftatis verbis hunc fubeffe fenfum autumamus, facerdotem, qvi jufta Præpofiti fententia & decifione acqviefcere noluerit, ea ingratitudine & in conftitutum a Regia Gratia magiftratum contumacia,

Nád hann med bígáfad hefur. *Ef þad er fyrer önnur veralldleg mál, so sem um Jörd, Akur edur Einge, þá skal hann tala hönum til fyrer Lögrettunne, oc á Lögþinge.* Þessa Giálldsök skilium vier um allt þad Peningum oc Skulldaskiptum vidkemur. Item finnum vier í Ordinantiunne ad *þar Prestar dreifa sig ofmiög vid verdsleg mál, ad skrifa Stefnur, Próf, oc aunnur Bref, edur önnur Skiöl um veralldleg Málaferli, sem þeim bære ej neitt med ad hafa, helldur ad lifa med Spekt oc Ró, under vernd þeirra yfervallds*, þá stendur, *ad sá Prestur skule af Liensmannenum edur Biskupenum, setiast til rietta, oc ad sídustu med öllu affetiast.* Item sídar um Superintendentes þar þeim er fyrersett ad láta sig ej merkia af nockrum lastsamlegum svallarafkap: *Hverier sem láta sig hiermed merkia, oc þad verdur openberlega bevísad uppá þá, oc þeir vilia ecke leidrietta sig, nær þeir eru einusinne eda tvisvar áminnter, þá skal Kóngl. Majst hafa sinn Rett til þeirra, efter þad þeir eru affetter, eins oc til nockra annara, sem þvílíkt giöra, so sem yfervallded skal eirnen hafa sinn Riett móte ödrum Kyrkiunnar þenurum oc Skóla þenurum nær þeir eru fyrer nockurn Stórlaust eda Glæp setter af Embættenu, ellegar verda sannreynder ad nockru óbótaverke; fyrer hveriu Gud vardveite alla sína þenara.* Þesshattar ord oc önnur þvílík standa vída í Ordinantiunne, um Liensmanns oc Superintendentem í þesshattar Efnum, sem oc um Biskupanna Inspection á Predikurunum, ad Prestarner med þeirra Hiúum oc Heimafólke meige hafa ærlegann oc

contumacia, se dictis Regiæ Majestatis privilegiis ea vice indignum reddidisse. *Qvod si ob alias caussas seculares, verbi gratia: fundum, agrum, pratum, actio instituatur, coram dicasterio generali in Comitiis instituitor.* Qvam actionem juris rerum de pecunia & ære alieno intelligimus. Præterea in Ordinatione legimus, *qvod sacerdotes caussis secularibus, libellos in jus vocandi, aliaqve de talibus caussis, qvorum illis nihil interest, instrumenta scribendo, se nimium intermiscere non debeant, sed tranqvillam & pacatam sub proprio magistratu vitam agant*, cum præcipiatur *talia non observantem sacerdotem a Præfecto vel Episcopo admonendum, & tandem ab officio penitus dimovendum esse.* Item postea de Superintendentibus, ubi scandalosa & dissoluta vita iis prohibetur: *Qvicunqve in his deprehensi & horum publice convicti fuerint, si semel aut bis admoniti non resipuerint, Regiæ Majestati in eos, postqvam exauctorati fuerint, æqve ac alios talia perpetrantes, jus suum integrum esto, ita & Magistratui in reliqvos ecclesiæ ministros & pædagogos, dum ob grave aliqvod delictum officio exauctorati, vel facinoris, qvod ne fiat Deus omnes suos famulos conservare dignetur! convicti fuerint, suum jus maneat.* Hæc & talia verba de Præfecto & Superintendente, ut & Episcoporum in concionatores inspectione, ut scilicet sacerdotes una cum familia & domesticis

oc hæfelegann lifnad. Item um Biſkup ſtendur ſídar ſo: *nær hann er ſo medtekenn oc heſur giördt ſinn Eid, oc er vígdur, þá vilium vier mèd voru opnu brefe oc beſalning til Vors Liensmanns oc beſalíngsmans yfer Stiftenu giöra hann myndugann yfer Stichtenu, oc bíſala öllum Sóknar Preſtum, ad þeir ſkule virda hann þar fyrer, oc hlýda honum í þeim greinum, ſem einum Superintendenti eru bíſaladar. Og Hann ſkal ſo under ſier hafa alla Prófaſta, Sóknarpreſta, Predikara, ſo ad þeir ſkule hlýda Biſkupenum.* Item um Preſtana í ödrum Stad ſtendur ſo: *Enn þar ſem þeir* (Preſtarner) *taka til ad verda adrer enn þeir voru, oc þeim ber ad vera, oc giöra þar ecke bót á, nær þeir eru áminnter, þá meiga þeir vel efter Superintendentis oc Prófaſtſens Skynſeme ſetiaſt til rietta af yfervalldenu, oc líka affetiaſt.* Enn hvar ſem helſt *Liensmadur* er nefndur í Ordinantiunne, ſkilium vier alleinaſta *Höfudsmann* i þeſſu Lande, edur þann er Kóngl. Majſt. gefur ſitt fyllelegt Umbod yfer þeſſu lande, Enn ej adra minne Embættesmenn, oc meinum *Sýſſlumenn* í Kóngel. Majſts. Lögum oc Mandatis nefnda *Hierads Fougeta.* Enn ſtendur ſo í Ordinantiunne: *Preſtur oc Diáknar ſkulu nióta þeirra ſömu Fríheita, ſem þeir höfdu fyrrmeir í Biſkupanna Tíd, oc ecke framar þvíngaſt þar med af oſſ, enn þeir voru til forna þvíngader af Biſkupunum; Enn þó vilium vier hafa Chriſtelega Tilſión ad þeim verde þyrmt epter Hentugleikum, oc önnur ný þýngſl ſem Biſkuparner hafa uppálagt, oc*

 vier

cis honeſtam & decoram vitam agant, in Ordinatione paſſim exiſtunt. Præterea de Epiſcopis ita ibidem legitur: *Cum acceptatus & præſtito juramento inauguratus fuerit, patentibus Noſtris literis & ad Noſtrum diœceſeos illius Satrapam & Præfectum mandato, auctoritatem in diœceſin competentem impertiemur, omnibusqve parochis præcipiemus, ut talem eum æſtiment, eiqve in omnibus Superintendenti injunctis negotiis obedientiam præſtent; illi qvoqve omnes Præpoſiti, parochi, & concionatores ſubordinantor, ita ut Epiſcopo obediant.* Item de ſacerdotibus alio loco ita: *Ubicunqve autem immutari & a recto diſcedere cæperint, & admoniti reſipiſcere noluerint, ex Superintendentis & Præpoſiti arbitrio reprehenduntor, qvin & a magiſtratu exauctorantor.* Ubicunqve autem *Lehnsmand* in Ordinatione nominatur, nos hujus terræ *Höfudsmann* intelligimus, eum qvippe cui Regia Majeſtas ſummum in hac terra mandatum concredidit, non autem alios minoris notæ magiſtratus; Nam noſtros *Sýſſlumenn* in Regiæ Majeſtatis legibus & mandatis *Herredsfougeder* appellari autumamus. In Ordinatione adhuc ita legitur: *Sacerdotes & Diaconi iisdem privilegiis, qvæ olim tempore Epiſcoporum habuerunt, fruuntor, nec a Nobis majora illis onera, qvam olim ab Epiſcopis factum eſt, imponentur; imo & chriſtiane proſpiciemus, ut pro rerum ſtatu leventur; & nova onera, qvæ Epiſcopi impoſuerunt, Nos autem ſuſtulimus, abhinc ſublata ſunto, nec unqvam* poſt

vier höfum aflagt, skulu vera aflögd efter þennan dag, oc ecke leingur uppa þá leggiast. Nú finnum vier í *Christenriette, Christendóms Bálke* þeim fulla, *Magnúsar Kóngs oc Jóns Erkebiskups Sáttargiörd*, ad Prestar vóru alleinasta stefnder, sókter oc dæmder af sínu yfervalde, enn ecke annarlegum, hverium gömlum Fríheitum vier framförum, so vídt sem Kongel. Majsts. *Ordinantia* off veitt oc tilsagt hefur. Item Kóngs Christians Bref hliódar so: *Ecke vilium vier helldur, ad Sóknarprestum sieu álagdar nockrar þvínganer til nockra útláta af vorum Liensmönnum, nema því ad eins ad vort Bref þar til kome.* Framar athugudum vier Verndar Bref Skálholts Presta, af Kóngenum útgefed 1549, hvar *Hans Majst annast oc ad sier tekur almennelega Sóknarpresta, sem byggia oc búa á Hans Lande Islande í Skálhollts Stifte, þá, þeirra Hústrúr, Börn, Hión, þienara, Gótz, laust oc fast, aungvu undanteknu, í Hans Kóngl. Hegnd, Vörn, Frid oc vardveitslu, sierdeiles ad vilia forsvara, vernda, oc jafnlega vidhiálpa til allrar Stodar; Forbiódande Fógetum, Embættesmönnum oc öllum ödrum Prestana hier í mót á Hústrúnum, Börnum, Gótz* &c. *aungvu undanteknu, ad hindra, edur í nockurn máta baga ad giöra, under Hans Kóngel. Hefnd oc Reide, so framt sem þeir vilia ecke* (er móte giöra) *straffast þar fyrer, sem þeir er Kóngl. Bref oc Bod ecke agta vilia, oc sem óhlydner Undersátar eiga ad straffast*, hvert Bref hier kom fram med Kongel. Majst. eigen Secréti. Framar birte Biskupenn Mag. Brynjólfur Sveinsson Kóngel. Majsts

post hac iis iterum imponuntor. Invenimus etiam in *Jure Ecclesiastico, libro Juris Ecclesiastici* integro, & *Transactione Regis Magni & Johannis Archiepiscopi*, sacerdotes coram proprio tantum magistratu, non autem alieno, in jus vocatos & judicatos fuisse, qvæ antiqva privilegia, qvatenus Regiæ Majestatis Ordinatio nobis promisit & concessit, nobis vindicamus. Item Regis Christiani Literas hujus tenoris: *Nec, ut sacerdotibus ulla onera aut erogationes a Nostris Præfectis imponantur, volumus.* Præterea literas tutelares cleri Skalholtensis a Rege anno 1549 editas perpendimus, in qvibus *Regia* Ejus *Majestas in Suam tutelam omnes in genere Sacerdotes, qui in Ejus provinciæ Islandiæ diœcesi Skalholtensi commorantur & habitant, eorumqve uxores, liberos, familiam & famulitium, bonaqve mobilia & immobilia, nullo excepto, in Regiam Suam tutelam, defensionem, pacem & curam specialem ad eos defendendum, tuendum, & jugi auxilio sublevandum recipit; Prætoribus, magistratibus & omnibus aliis simul sub Regia sua ira & vindicta prohibens, ne Sacerdotes, qvoad uxores, liberos, bona* &c. *nullo excepto, impediant, aut illis ullo modo obsint, nisi* (transgredientes) *puniri malint, tanqvam literarum & mandatorum Regiorum violatores, & subditi contumaces;* qvæ literæ hic sub S. Reg. Maj. secreto nobis sistebantur. Præterea Episcopus Mag. Brynjolfus Svenonius

Majsts. Embættes Bref uppá Biſkupsdæmi í Skálhollts Stifte, hvar inneboded er *öllum Prófößum, Sóknarpreſtum, Sóknar Diáknum, oc öllum ödrum andlegum Perſónum yfer Skálhollts Stichte, ad hallda oc þeckia Mag. Brynjólf fyrer þeirra Superintendent, oc vera hönum hans Embættes vegna í öllum tilbærelegum málum heyruger oc hlýduger,* Datum þeſſ brefs 15 Martii 1639. Því fyrer allar þeſſar greiner oc fleire adrar, ſem voru male meiga til Stodar oc bata koma, dæmum vier fyrrnefnder Kennemenn med fullu Dóms atkvæde, aungvann Kennemann í Skálhollts Biſkupsdæme, citeraſt, bodaſt, kallaſt, nie dæmaſt meiga, af ödru Vallde enn Ordinantian ákvedur, til neirnra þeirra mála, ſem Ordinantian ej ſetur auglióſlega til Lögrettu oc Lögþinges, oc Preſtana eingum þvílíkum citatium hlýda þurfa, nema þeir er áfría vilia, láte þar um í lióſe ſierdeiles Kóngl. Befalning; helldur ſierhvern Preſt fyrer ſínu eigenlegu yfervallde, ſækiaſt, citeraſt, oc dæmaſt eiga, medan þeir hallda Preſtlegu Embætte oc Kiennemannſkap, oc eru ecke affetter, hvert yfervalld hier í Lande Ordinantian ákvedur, ſem er Liensmadur, Biſkup oc Próſaſtur, enn ecke adrer valldamenn útífrá, nema þar ſem til Lögrettunnar er viked. Hier med dæmdum vier alla Sóknarpreſta Stichteſens ſkylduglega nióta eiga allra þeirra Fríheita ſem Ordinantian þeim tilſeiger, oc þar á mót ſkyllduga ad giöra þad hún tilſeiger þeim í ſínu Embætte, Enn álögur oc þýngſl Landsmanna

---

Svenonius literas officii epiſcopalis in diœceſi Skalholtina ſibi a S. Reg. Maj. datas produxit, in qvibus *omnibus Præpoſitis, Sacerdotibus, Diaconis, & omnibus aliis diœceſeos Skalholtinæ perſonis clericis, præcipitur, ut Mag Brynjolfum ſuum Superintendentem agnoſcant & æſtiment, eiqve officii nomine in omnibus condignis obediant & obſeqventur.* Literæ illæ datæ ſunt die 15 Martii 1639. Vi igitur horum articulorum & reliqvorum qvi noſtræ patrocinantur cauſæ, nos prædicti ſacerdotes plena ſententia deciſiva edicimus, neminem diœceſeos Skalholtinæ ſacerdotem in jus vocari, citari, accerſeri aut judicari debere coram alio magiſtratu, qvam qvo Ordinatio præcipit, in ullis aliis cauſis, qvam in iis qvas Ordinatio ad dicaſterium univerſale & Comitia expreſſis verbis remittit; nec ſacerdotes talibus citationibus parere debere, niſi qvi contrarium urgent ſpeciale Regium mandatum producant; ſed contra omnes & ſingulos ſacerdotes coram proprio eorum magiſtratu actionem inſtitui, & eos in jus vocari & judicari debere, qvamdiu ſacerdotali officio & munere gaudent & exauctorati non ſunt; Hos autem in hac terra magiſtratus Ordinatio enumerat: Satrapam, Epiſcopum, & Præpoſitum, nec tamen alios magiſtratus, niſi in cauſis ad Dicaſterium univerſale deferendis. Præterea ſententia deciſiva ediximus omnes diœceſeos Parochos omnibus privilegiis, qvæ Ordinatio illis attribuit, ex debito frui, ſed eos viciſſim omnia illa peragere debere,

manna ſumra fram yfer hana, affegium vier í allann máta, viliande faſt hallda þeim Konúnglegum Fríheitum, er Hans Majſt hefur oſs tilſagt í ſínum Nádar brefum. En hver ſá Kennemadur, er þennan vorn Dóm ryfur oc foraktar, þegar hann er birtur oc opcnber orden, dæmdum vier ſekann 4 mörkum í dómrof í fyrſta ſinne, oc kome ſú Sekt til fátækra Preſta Eckna efter Kóngel. Majſts. Brefve útgefnu 1637. Enn ef hann fóttredur hann í annann tíma, dæmum vier hann ſekann um tvöfalldt dómrof 8 merkur, falle ſem fyrr ſeger. Enn þridia ſinne 8 merkur í Brefa brot, oc affetning af Predikunar Stólnum, ſo leinge ſem dómur þar um dæmer, efter mála vöxtum, Foröktun Preſtaſtefnu, löglega dóma af Kiennemönnum þá auglýſter eru. Samþyckte med oſs þennan vorn dóm Biſkupen Mag. Brynjólfur Sveinsſon, oc ſette ſitt Nafn med vorum áſamt Síra Snæbyrni Stephansſyni Prófaſte í Rángár Sýſſlu oc Síra Vigfúſe Oddsſyne hier under til frekare Stadfeſtu. Actum Vælugerde, ut ſupra.

Cap. III.

De Theodoro Thorlacio.

§. I.

Theodorus Thorlacius natus eſt Holis in Hialltadal anno 1637 die 14 Auguſti, parentes habens Thorlacum Skulonium Epiſcopum Holanum,

debere, qvæ Ordinatio ratione officii iis injungit; Sed gravamina & onera qvæ præter Ordinationis præſcriptum qvidam conterraneorum imponere ſatagunt, penitus recuſamus, privilegiis enim Regiis in S. Reg. Maj. literis tutelaribus nobis conceſſis firmiter inſiſtemus. Qvicunqve vero ſacerdos hoc noſtrum edictum transgreſſus fuerit aut ſusqve deqve habuerit, deprehenſus & convictus ob ejus violationem prima vice qvatuor marcis mulctator, qvæ mulcta ex præſcripto Conſtitutionis Regiæ de anno 1637 pauperibus ſacerdotum viduis cedito. Qvod ſiqvis hanc ſententiam altera vice conculcaverit, duplicem violationis ſententiæ mulctam ei indicimus, octo ſcilicet marcas, qvæ iisdem, ac dictum eſt, cedunto. Tertia vice etiam ob edicti violationem octo marcis mulctator, & pro cauſæ circumſtantiis per tempus pro judicum arbitrio determinandum ab officii ſacerdotalis exercitio ſuſpenditor, veluti ob contemtum Synodi & placiti ſacerdotalis legitime promulgati. Hoc noſtrum edictum nobiscum approbavit Epiſcopus Mag. Brynjolfus Svenonius, & in fidem ſuum nomen unacum noſtris & Snæbiörnis Stephanii, Præpoſiti Rangarvallenſis, & Vigfuſi Ottonis nominibus ſubſcripſit. Actum Vælugerdi, ut ſupra.

num, & Chriſtinam Gislai Hakonidæ Nomophylacis celeberrimi filiam. Usqvedum adoleſceret, nunc domi apud parentes, nunc apud cognatum ſuum Hallgrimum Gudmundi educabatur. Poſtqvam Holenſem aliqvot annos freqventaverat ſcholam, anno 1656 unacum fratre natu maximo Gislao, Epiſcopatum Holenſem affectaturo, Hafniam profectus eſt, alboqve Studioſorum inſcriptus ibidem triennium transegit; Hinc in Islandiam reverſus anno 1660 Rector ſcholæ Holanæ conſtituitur, qvod officium cum per triennium geſſiſſet, anno 1663 ad exteros iterum abiens Hafniæ primam hyemem ſubſtitit, inde per Germaniam proficiſcens, Wittebergæ in domo D. Deuſchmanni ſesqvi annum manſit, ubi & *Diſſertationem de Islandia* conſcripſit, qvam anno 1666 ſub præſidio Ægidii Strauchii publice defendit. Hinc per Germaniam & Galliam Lutetiam usqve penetravit (a), ubi cum 19 ſeptimanas manſiſſet, per Bataviam, & Germaniam Hafniam reverſus eſt, ibidemqve anno 1667 Magiſter proclamatur, facto deinde in Norvegiam excurſu, aliqvantisper apud cognatum ſuum Thormodum Torfæum commoratus eſt, unde Hafniam, & inde anno 1668 Islandiam repetiit, moxqve eodem anno Hafniam reverſus eſt.

§. 2.

Anno 1669 die 15 Aprilis a glorioſiſſimo Rege Friderico Tertio ſucceſſor Brynjolfo Svenonio Epiſcopo Skalholtino conſtituitur, ſed ea conditione, ne qvid ſalarii loco exigeret, priusqvam diœceſis legitime vacaret; Cumqve idem Rex anno 1670 die 9 Februarii e vita excederet, ejusdem confirmationem ab illius ſucceſſore Chriſtiano Qvinto eodem anno

---

(a) Anteqvam Galliam ingrederetur, qvidam (forte D. Deutſchmannus) in ejus album amicorum hoc diſtichon ſcripſit:

Gallia nil aliud niſi pulchra regia Circes;
Beſtia ne fias ſemper Ulyſſes eris.

Qvem librum unicum hujus generis in univerſa Iſlandia exſtare, ut & qvod anno 1643 natus fuerit, ex relatione Mag. *Thorkelſonii* ſcribit celeberr. *Pontoppidanus* in vita Thorlacii. Sed in poſteriore graviter hallucinatur bonus vir, nam 1637 natum fuiſſe certum eſt. Veroſimile etiam eſt plures noſtratium, qvi literarum gratia peregrinati ſunt, ex. gr. Sigurdum Jonæ, Vigfuſum Giſlai, Giſlaum Magni, aliosqve, philothecas inſtituiſſe, licet bonus noſter Thorkelſonius eas non viderit.

anno die 20 Maji adeptus eſt, moxqve in Islandiam cum Admiralio Jano Rodſteen contendens, Holis proxima hyeme apud fratrem ſuum Gislaum Epiſcopum reſedit. Qvarta deinde vice anno 1671 Hafniam petiit, ubi ſubſeqvente hyeme a Joh. Vandalino die 25 Februarii, unacum Mag. Arnoldo de Fine Trundheimenſis diœceſeos Epiſcopo conſtituto, ſacris initiatus fuit, qvod inſtinctu & ex voluntate Mag. Brynjolfi ſe acceleraſſe ſcribit Deinde in Islandiam reverſus eſt, Holisqve apud fratrem denuo hoſpitatus usqve in annum 1674, fratrisqve aliqvando ægrotantis vices gerens, ibidem duos aut tres ſacri miniſterii candidatos inauguravit. Interim ei in ſuſtentationem conceſſa fuit præbenda Hof in Vopnafiord ab anno 1672 morte Titi Petræi vacans, cujus proventum per procuratorem, ſed ſacra per Vicarium adminiſtravit. His annis (a) conſcripſit, aut antea ſcriptum in ordinem redegit, & perfecit prius ſuum *Calendarium*, qvod Holis 1673 edidit.

§. 3.

Ceſſione Brynjolfi Svenonii anno 1674 Cathedram Skalholtenſem abſens per procuratorem Halthorum Jonæ adminiſtrandam accepit; Diœceſeos autem ephoriam præſenti in ejusdem anni Synodo generali, cui ambo præſederant, ore & ſcripto tradidit, Skalholltiqve uterqve ſeqventem annum amanter vixerunt, usqvedum Brynjolfus occubuit, junior enim ſeniori perinde ac patri omnem habuit honorem & obſeqvium, mortuiqve veſtigia, qvantum potuit, in omnibus officii partibus peragendis legit. Cumqve paulo ante ejus obitum per qvartam occidentalem ordinariam Viſitationem ordiretur, in qva Synodi qvædam provinciales de cauſis, qvæ in generali finem non erant ſortitæ, habendæ eſſent, ille autem talibus omnino inſvetus eſſet, Brynjolfi conſilio & inſtinctu avum noſtrum paternum, Halldorum Jonæ, Præpoſitum provinciæ Borgfiordenſis, virum antiqvæ gravitatis & experientiæ, ſecum circumduxit, qvi illius nomine & auctoritate totum opus direxit, cui exinde tantum tribuit, ut ejus conſilio in qvibusvis rebus gravioribus uteretur; nec alias facile longinqvam viſitationem

(a) Memoria lapſus eſt *Thorkelſonius*, qvi dicit eum, cum Rectorem ſcholæ Holanæ ageret, Calendarium Styli veteris aliaqve documenta ingenii mathematici ediſiſſe, nos enim duo tantum ab eo edita Calendaria noſcimus; Alterum Holis anno 1673, alterum autem Skalholti anno 1692 editum, de tertio nil conſtat, nec id unqvam exſtitiſſe putamus.

vifitationem peregit, nifi aliqvem feniorem experti confilii & prudentiæ agendorum moderatorem fecum haberet; hi enim non facile aliud admiferunt, qvam qvod cum prædecefforis confvetudinibus aliqvo modo convenit, qvod ei apud omnes amorem & obfeqvium conciliavit, cum Brynjolfi memoria diu apud plurimos fancta effet, omneqve illud & bonum & utile haberetur, qvod ejus more fieri aut ex ejus præceptis fluere putabatur.

§. 4.

Graviores, qvæ eum exercebant, caufæ fuerunt: Prima, qvæ anno 1678 exorta eft inter Arnam Lopti & Rögvalldum Sigmundi, affines, nam Arnæ uxor Rögvaldi foror fuit. Hicce Arnas antea minifter fuerat Ecclefiarum Kirkiubajenfis, Stadenfis in Adalvik, & tandem cætuum Dyrafiordenfium, fed ubiqve orta inter eum & parœcianos diffenfione, anteqvam ad fupremum veniret, fe alio contulerat, ut jam Sacerdos quidem, fed fine facerdotio effet, feu certa parœcia, & coloni inftar prædiolum Gerde in Hvammfveit inhabitaret (a). Hunc Rögvaldus accufavit, qvod incantamentis & diabolicis artibus fe & uxorem fuam graviter afflixerit, pecora autem & armenta fua occiderit, qvapropter ei dicam fcripfit, ut coram Epifcopo & generali Sacerdotum Synodo Thingvallis hoc anno habenda femet purgaturus fifteret. Sed cum Arnas non appareret, Præful utriqve parti diem dixit, ut Hvammi in Hvammfveit coram Synodo ibidem in menfe Augufto congreganda comparerent, ubi Arnas haud paulo leviora in Rögvaldum effutiens convitia, eam tandem judicum fententiam audivit, ut fe duodecimvirali juramento ab omni incantamentorum ufu ante proximum 14 Junii 1679 purgaret, qvod hoc modo præftitit, ut ipfe & qvinqve cum eo Sacerdotes d. 15 Octobris jurarent; reliqvi vero tempeftatibus impediti d. 4 Januarii id fecerunt; Qvod Rögvaldus,

 (cui

(a) Hicce Arnas Lopti eft probus ille præco, pater Jonæ Arnæi, Epifcopi Skalholtenfis, qvem Mag. *Thorkillius* in vita hujus Epifcopi apud *PONTOPPIDANUM* dicit a divite qvodam loci incola vi (*gewaltfamer Weife*) ab officio depofitum fuiffe, qvæ affertio ne minimum qvidem veritatis habet, cum Arnas jam nullum haberet officium, fed qvæ ante habuerat, fponte depofuerat; Nec in Rögvaldi poteftate fitum fuit ipfi officium violento modo adimere; tandemqve Rögvaldus non fuit *Einwohner des Orts*, feu ejusdem parœciæ incola, aut Arnæ vicinus, cum hic Gerdi in Hvammfveit, ille autem Fagradali in Saurbæ fedem haberent.

(cui jam jus talionis imminebat) cum non ex ſolito more & legum præſcripto ſimul ab omnibus factum eſſet, infringere & ut non factum æſtimare voluit; Sed cum neuter ſuæ cauſæ ſatis confideret, ſepoſitis odiis ſine utriusqve damno aut ulteriore ignominia in gratiam rediere.

§. 5.

Altera cauſa; cui ut a Rege conſtitutus judex innodabatur, fuit Jonæ Vigfuſii Epiſcopi Holani contentio, tam cum ſuæ diœceſeos Sacerdotibus qvibusdam, variarum Epiſcopo (ut voluerunt) indignarum plane prævaricationum illum inſimulantibus; qvam cum anteceſſoris ſui vidua de anno gratiæ. Holis conſtitutus anno 1685 Regium accepit mandatum, ut unacum Regio in Islandia Qvæſtore Chriſtophoro Heidemanno, in conſortium adſcitis qvibusdam Præpoſitis & melioris notæ Skalholtinæ diœceſeos Sacerdotibus, in qvodvis accuſationis punctum a ſedecim Holanæ Curiæ Myſtis de ſuo Epiſcopo Regi transmiſſum ſerio inqvireret; Cui ut ſine mora obtemperaret, extemplo ſuo & Heidemanni nomine tam Præſulem, qvam ejus adverſarios, Thingvallas ad d. 3 Julii ejusdem anni evocavit, ubi pleriqve citatorum coram ipſo & Regio Qvæſtore, tanqvam primariis Commiſſariis, ſed qvatuor Præpoſitis & tribus Sacerdotibus, ut hujus tribunalis aſſeſſoribus (a) comparuerunt; ſed nihil magni momenti effectum, niſi qvod accuſantes ſuas de Præſule delationes productis documentis probarunt, ille autem cum objecta negare non poſſet, diluere & excuſare adnitebatur; Qvæ acta Commiſſarii Regii eadem æſtate Hafniam transmiſerunt. Qvibus Rex inductus anno ſeqvente novum illis dedit mandatum, ut partes litigantes, tam illos, de qvibus jam egimus, qvam prioris Epiſcopi viduam, cum Vigfuſio in concordiam reducerent, aut de controverſiis ſententias dicerent; Qvod (ut primo conſtituerunt) cum eodem autumno Kalmanstungæ in tractu Borgarfiord ob ingruentes tempeſtates fieri non poſſet, anno 1686 Thingvallis factum eſt, ita ut illæſo omnium honore & æſtimatione, Præſidum aliorumqve utriusqve partis amicorum interceſſione, clerus Holanus Præſuli ſe ſubmitteret. Pariter etiam de anno gratiæ inter ipſum & viduam transactum fuit. Sed ſedata

(a) Qvi fuerunt: Trebonius Jonæ, Præpoſitus Arneſenſis; Halldorus Jonæ, Borgfiordenſis; Sigurdus Sigurdi, Snæfellsneſenſis; Enarus Enari, Kialneſenſis. Sacerdotes: Oddus Ejolfi, Holtenſis; Arnas Thorvardi, Thingvallenſis; Hannes Biörni, Saurbajenſis.

ſedata hac procella; alia multo gravior anno 1688 ſuſcitata eſt, cujus cenſura noſtro etiam Epiſcopo, unacum Regio Præfecto Mullero, & 24 delegatis commiſſa fuit, qvæ cum Thingvallis anno 1690 dijudicanda eſſet, nuntiatum eſt judicibus, Epiſcopum ad defenſionem cauſæ domo abiturum, repentina morte exſtinctum fuiſſe, cumqve nemo appareret, qvi viduæ & pupillorum partes tueretur, noſter Thorlacius cum qvibusdam aliis cauſam comperendinare voluerunt; ſed aliorum ardore & præcipitantia adactus, in mortui condemnationem conſenſit, qvæ ſententia Summi tribunalis judicio 1693 ſufflaminata fuit.

§. 6.

Maximam autem ei aliisqve curam & laborem creavit ſtultum Jonæ Jonæi Sacerdotis Hytarneſenſis factum, deriſu & ſannis, qvam gravi animadverſione, dignius, niſi illum habuiſſet autorem & actorem, qvi camelum ex culice facere geſtiit. Hicce Jonas capſulæ ligneæ pice obductæ incluſerat epiſtolam lingva Germanica ſcriptam, tribus munitam ſigillis, Reginæ Charlottæ Amaliæ inſcriptam, qvam in altum maris projectam, undarum vis in oram Skogarneſenſem ejecerat, ubi a colono loci inventa d. 4 Junii judici provinciali Magno Hromundi, & ab eo ad comitia generalia delata, Præfecto Regio traditur; Qvi re tam inſolita obſtupeſcens, qvid factu opus eſſet, primores ſententiam rogavit, illi autem, ut aperiretur epiſtola, concluſerunt, qvo facto compertum eſt continere eam ſupplicem libellum, ut præbendam Hytardal, qvæ jam vacabat, in ſe conferre vellet, ſubſcriptam & datam Hytarneſi 1693 die 12 Junii, integro octiduo poſtqvam inventa fuit, ſubſcriptumqve habuit Paſtoris nomen. Cumqve de hac re a Magnatibus deliberaretur, viſum eſt plerisqve factum & ſtultum eſſe, & indignius tractatum, qvam perſonam, cui inſcripta fuit epiſtola, decebat. Convenit itaqve ut alter Nomophylacum, cui Paſtoris domicilium prætereundum erat, in rem inqvireret, reumqve induceret, ut culpam agnoſceret, qvo facto res obliteranda cenſebatur, ille autem tantum inde abfuit, ut Præfectum magis irritaret qvam mitigaret, qvi in annum ſeqventem Sacerdotis pœnitentiam fruſtra exſpectans, tandem anno 1692 dicam ei ſcripſit, ut in Synodo provinciali coram Præpoſito loci Midgardis die 12 Octobris cauſam diceret, Magno autem Hromundi loci Prætori injunxit, ut dicam Paſtori prælegeret, qvi ex incuria,

 exemplari,

exemplari, qvod Paftori tradidit, nomen Præfecti *Chrian* pro *Chriftian* fubfcripfit; Qvod Paftor arripiens, fcriptum qvoddam coram tribunali fannis & ludibriis in Magnum & ipfum Præfectum refertum legit, qvafi minima omnium avium, *Krían* (eft enim *Kría*, f. fterna alba, parvæ avis nomen) fibi dicam fcripferit, qvod cum Bileami afinæ loqvela comparavit, & id genus alia, qvæ non potuerunt Præfecto bilem non movere; Qvare Jonas Ejulfi Prætor Toparchiæ Kiofenfis, Præfecti Procuratorem agens, ftatim ei dicam fcripfit, ut Midgardis 31 Octobris utramqve caufam diceret, in qvo conventu Paftor non apparuit, ideoqve nihil notatu dignum fieri potuit, præter qvam qvod caufa ad proximam Synodum remittebatur, illiqve ut ibidem caufam diceret, judicum fententia indictum fuit.

§. 7.

Ira itaqve & ulcifcendi cupiditate æftuans Præfectus, ab Epifcopo poftulavit ne tantam fibi illatam injuriam inultam pateretur, nec talium Sacerdotis prævaricationum otiofum ageret fpectatorem; qvi ut & officio, & Præfecti defideriis, fatisfaceret, Paulo Gunnari filio Præfecturæ Myrenfis Præpofito injunxit, ut fui loco, cum ipfe adeffe non poffet, Synodum die 22 Februarii Krofshollti haberet, qvo Jonam Sacerdotem ad refpondendum Præfecto aut ejus Procuratori citavit. Similiter etiam Præpofitum Asmundum, & affeffores duarum Midgardenfium Synodorum, ut ibi de Sacerdotis verbis & factis in Præfectum ignominiofis aut minus honeftis jurejurando teftarentur; Præfectum etiam rogans, ut ibidem, aut ipfe, aut per Procuratorem præfto effet, fed cum neutrum faceret, nec ullus ejus loco appareret, licetomnes alii, qvi citati fuerunt, femet ibi fifterent, nihil effici potuit; Qvod videns Sacerdos, denuo tam in Epifcopum, qvi fe infontem in jus vocaverit, qvam Præfectum, ut omnium harum turbarum auctorem, minus honefta evomuit, præfracteqve negavit qvod fcriptum illud, de qvo litigabatur, in Synodo Midgardenfi unqvam legerit, Præpofitumqve Asmundum & ejus Sacerdotes haud obfcure mendacii infimulavit; Sed cum nec actor, nec controverfum illud fcriptum adeffet, re infecta difceffum eft. Qva in culpa etfi ipfe Præfectus effet, omnem tamen in Epifcopum & ejus Vicarium Præpofitum Paulum conjecit, qvod ejus honorem contra Sacerdotis injuriam non fatis defendiffent; Qvartam itaqve inftituit Præful Synodum Midgardis die 19 Maji ab Arna

Thor-

Thorvardi Toparchiæ Arnesensis Præposito, ut & Sacerdotibus ex eadem & Kialnesensi Provincia habendam, omnes enim alii in Snæfellsnesensi, Myrensi, & Borgfiordensi provinciis his tricis aliqvo modo innodati fuerunt; Ubi ipse Præfectus cum suo Procuratore Jona Ejulfi apparuit, ut & ipse Hytarnesensis Sacerdos, qvi convictus, qvod primo libellum supplicem, & deinde contumeliosam de *Kría* scriptionem adornasset, & publice prælegisset, qvæ prius negaverat, jam confessus est. Fit itaqve conclusum Sacerdotum, in controverso illo scripto nomen & miracula divina in vanum sumsisse, indigne de Magistratu locutum fuisse, & proximi levem culpam in pessimam partem traductam ludibrio habuisse, ideoqve ab officii administratione abstinere debere, usqve dum in Synodo generali de ejus causa & officio decisiva sententia pronunciaretur, coram qva utraqve pars apparere jubebatur.

§. 8.

Hac qvidem sententia Præfectus contentus fuit, sed in Præsulem, Paulum Præpositum, & Synodi Krossholtensis assessores, omnes omnino insontes, eo magis exarsit, qvasi hi Præsulis instinctu in causa fuissent, qvin adversarium ibidem ex voto superaverit, & qvod Krossholtenses Episcopum, magis qvam se, contra Jonæi insultus tutati fuissent; Illis itaqve ut causam in Synodo generali dicerent, dicam scripsit, non coram ordinario suo Episcopo, sed judice constituendo, firmiter enim illum ut partium studiosum abdicare statutum ei fuit; ideoqve Episcopo Holano Einaro Thorsteini, ut in comitiis se sisteret, scripserat, huic enim hanc litem dijudicandam submittere constituerat; Hic vero licet eodem veniret, nullo modo tamen, nec prece, nec pretio, aut imperio, induci potuit, ut huic se causæ aliqvo modo immisceret; Præsidente itaqve Thorlacio Krossholltenses in jus traxit, integrumqve octiduum eorum dicta & facta cribrando & taxando, ut & cujuscunqve modi nugis & næniis exercendo frustra consumsit, strenue enim se defenderunt, omniaqve ejus tela scite evitarunt, & suam innocentiam judicibus probarunt; Cumqve ad supremum ventum esset, ut judicum sententia absolverentur, ad Episcopum Holanum, Qvæstorem Regium Heidemannum, & Nomophylaces se convertit, eorumqve, ut & ipsius Theodori Episcopi, qvem maxime exosus est, intercessione & persvasionibus tandem debuit, ut Krosholtenses ei tandem cederent, & loco 120 imperialium, qvos postulabat, 88 solverent.

De

De reliqvis autem Synodus ſententiam dixit, ut Asmundus Præpoſitus, & qvi Midgardis cum eo duabus interfuerunt Synodis, pauperibus Sacerdotum viduis aliqvid erogando offenſionem qvandam, qvæ illis imputabatur, abluerent; ipſe autem omnium harum turbarum fax & tuba Jonas Jonæ, qvi nomen & miracula Dei ſcoptice uſurpando, Magiſtratum dedecorando, proximi nævos inhumaniter traducendo, imo plus ſimplici vice mentiendo, ſacerdotali officio ſe indignum fecerat, ab eodem plane depoſitus fuit. Magnum Hromundi Præfectus non tantum officio privavit, ſed etiam pecunia qvadam emunxit, unde patet ex parva ſæpe ſcintilla magnum excitari incendium, & malum inceptum, licet multis noceat, autori tamen ſæpius fieri nocentiſſimum (a). Præfectum autem, virum ſimplicem & non malum, in Kroſsholtenſes, antiqvum in Paulum odium habens incitaverat Jonas Ejulfi filius, qvod neutri tanto fuit honori, ut putaverant, nam Mullerus anno 1694 rationem actorum redditurus, Hafniam evocatus, gravi accepta admonitione, ne in poſterum tam dure & injuſte Clerum Islandicum tractaret, reverſus anno 1695 Epiſcopum aliosqve a ſe antea contemtos humaniſſime accepit, Jonam autem aliosqve hujus cauſæ incitatores dedignari cœpit.

§. 9.

Nec multo minus noſtri patientiam exercuit Enarus Torfi filius, Myſta Stadenſis in Steingrimsfiord, vir non indoctus, ſed litigioſus & inſolens, cui ſemper aliqvid controverſiæ cum curialibus interceſſit. Hunc prima vice Præſul cum illis anno 1677 in gratiam reduxit, obliteratis utrinqve offenſionibus. Eodem autem anno Gudrunam qvandam Halldori filiam in ipſo puerperio abſolverat, omiſſa ulteriore de patre prolis inqviſitione, eamqve domi ſuæ, ut inſontem ſuſtentavit & tuitus eſt, fusqve deqve habitis Præſulis monitis, usqvedum tandem anno 1679 Enari

(a) Hicce Jonas Sacerdos Hytarneſenſis, patrem habuit Jonam Brandi ejusdem loci Myſtam, hujus autem pater Brandus & avus Jonas fuerunt celebres illi ſub Gudbrando & Thorlaco Holenſis typographiæ magiſtri, ut hicce Jonas abnepos fuerit Jonæ Matthiæ filii, qvi artem typographicam primus in Iſlandiam intulit; Qvi licet non eſſet mali, turgidi tamen & faſtuoſi ingenii fuit. Poſtqvam ſexennium ſine officio vixerat, reſtitutionem nactus eſt, & ad nonageſimum fere vixit annum, in officio ſupra 60, ſed raro ita pacate, ne aliqvid ei litis cum aliqvo intercederet.

Enari vigilantia a Prætore loci callide delusa, Gudrunaqve astu intercepta & veritatem proferre adacta, ipsum Enarum Pastorem prolis suæ parentem esse enunciavit, qvod ille transmisso ad Episcopum & Synodum generalem scripto præfracte pernegavit, moxqve in Daniam enavigavit; Sed cum omnes ejus tricæ & vafri conatus frustra essent, tandem veritatem confessus est. Sed paucis post annis officio restitutus, & parœciam Stad in Reykianes nactus, a curiatis, qvorum primipilus fuit ipse Occidentalis Qvartæ Nomophylax Magnus Jonæ, accusatur, qvod integram fere hyemem in alia provincia agens officium in propria parœcia neglexerit, qvapropter 1683, a Synodo Garpsdalensi pecunia multatus fuit. Qvartam cum suo Comministro Isleifo Thorleifi contentionem habuit, cui postqvam parœciam Reykholensem cesserat, mox mutata sententia eum inde depellere voluit, sed Præsulis & Synodi sententia promissis stare coactus est. Qvintam cum suo successore in parœcia Stadensi de templi possessionibus litem habuit, qvæ non sine ipsius detrimento tandem anno 1694 finita est.

§. 10.

Magnam etiam molestiam nostro creavit Rafnus Olai, Sacerdos Stadensis in tractu Grindavik, qvi Regio mandato edito 1686 de annua supplicatione qvarto die Veneris post Paschatis festum celebrando obedire recusavit, aliasqve tam verbis qvam factis enormitates commiserat, & ab officio depositus ipse sibi Sacramentum Altaris porrexerat, Episcopum visitaturum a templo arcuerat, & indignis verbis exceperat. Socinianismus Helgonis Ejulfidæ, rustici cujusdam in tractu Borgfiordensi, a Præposito loci, *avo meo Haldoro Jonæ filio*, adjuvante Nomophylace Sigurdo Biörnonio, feliciter statim suppressus fuit. Omnes autem impietate superavit Halldorus Fimbogi filius, qvi horrendas, qvas evomuerat, blasphemias flammis tandem & rogo expiavit. Qvod autem scribit vir qvidem doctus, Beinteinum qvendam huic Episcopo aliisqve multis magnam suo Papismo creasse molestiam, parum, ut videtur, veri habet (a).

§. 11.

(a) Vid. supra pag. 515.

§. 11.

Anno 1664 juſſerat Rex auguſtiſſimus, ut qvotannis in Islandia & Færöis tres ſupplicationes haberentur, qvod usqve in annum 1686, qvo in ordinariam illam ſupplicationem, qvæ qvarta die Veneris a feſto Paſchatis abinde celebratur, commutatæ ſunt; Sed indicto Svecis anno 1675 bello, qvod proximum qvinqvennium duravit, propoſito in eum finem edicto anno 1676 mandavit, ut aliæ tres in Islandia 30 Junii 7 & 14 Julii, pro felici belli progreſſu inſtituerentur ſupplicationes, ut ad veſperam usqve qvisqvis ſoſpes & maturæ ætatis jejunus in templo cantui ac precibus operam dans totum diem permaneret; Sed cum mandatum in Islandiam ſero nimis adferretur, Præſul alios dies eorum loco denominavit. Pari modo etiam reliqvas tres ſupplicationes in tempus incolis commodiſſimum tranſtulit, cum conſtituto tempore ſine magno multorum detrimento & moleſtia celebrari non poſſent.

§. 12.

Anno 1682 Islandiæ Præfecturam penitus depoſuit celeberrimus heros Henricus Bielke, qvo ad gubernationis clavum ſedente, res publica Islandica in utroqve ſtatu eccleſiaſtico & politico, ſatis bene floruerat, ſed ſeneſcente eo & rerum curam paulatim abjiciente, ſtatus Islandiæ & conditio paulatim exinaniri & debilitari cœpit; Hinc anno 1684 antiqva illa mercium taxatio abrogata fuit, cui ille plurium popularium, præſertim vero Epiſcopi Svenonii, rogatu, anno 1659 obviam iverat. Similiter etiam anno 1680 allata eſt indictio, data 1679 die 30 Maji, qva cuivis Proprietario imponebatur, ut prædiorum annuæ mercedis qvincuncem, ſed ex vaccarum in fænore expoſitarum uſura partem qvartam Regio inferrent ærario. Epiſcopi autem, Sacerdotes, Cœnobiorum Conductores, & tales, dimidio minus penderent. Qvod tributum cum omnibus plane eſſet intolerabile, Epiſcopi cum univerſo Clero ſupplici libello Regi rei impoſſibilitatem demonſtrarunt, qvod tantum effecit, ut dimidia pars concederetur, altera autem ſine mora exigebatur.

§. 13.

Anno 1684 Regia allata ſunt edicta: 1) Ut omnes qvodam modo læſæ & inutiles campanæ Regio Qvæſtori traderentur, qvod qvidem alacriter

criter fecerunt, putantes se eas mox refectas & melius sonantes accepturos. 2) Cum multa invenirentur templa valde ruinosa, qvorum Curatores nullam Episcopis eorum præbitorum redderent rationem, curarent Episcopi & Qvæstor Regius, ut ea a patronis reficerentur & rationes, ab iisdem revisæ, qvotannis ad ærarium Regium referrentur. 3) Ut Episcopi una cum Politicis deliberarent, qvomodo errones, otiosi circulatores. & id genus hominum, ut & nimia usura aliaqve ejusmodi compesci possent. Qvod ad 1) & 2) attinet, Episcopus mox scripsit Præpositis & Proprietariis, ipse autem inutiles campanas Templi Skalholtensis Hafniam reficiendas misit, seu ex multis unam ingentem fieri curavit. De 3) qvod magni esse momenti videbatur, conventus Bessastadis habebatur, cui Episcopus, uterqve Nomophylax, duo Prætores, & duo consultissimi Pedarii interfuerunt, ubi constitutionem qvandam de circulatoribus, & nimio fænore, communiter vocatam *Bessastada-póstar*, concinnarunt, qvæ seqventi æstate in dicasterio publice recitata communem nacta est approbationem, Regiqve confirmanda transmissa fuit, qvod tamen nondum factum esse certum est.

§. 14.

Anno 1688 primum in Islandiam venit Christianus Muller, Regius constitutus Prætor, sub nomine *Amtmann*, qvod officium Islandis huc usqve ignotum fuit. Hic inter alia Episcopis adtulit Regium edictum, qvo mandabatur, ut associatis qvisqvis suæ diœcesis consultissimis Præpositis, novum Jus Ecclesiasticum, ad formam ejus, qvod in libro secundo Codicis Christianæi legum Norvegicarum est, conscriberent, sed ad naturam & constitutionem Islandiæ, qvantum a Norvegica discrepat, accommodatum. Cui Præsul morem gerens anno 1669 Thingvallas ad festum Joh. Baptistæ evocavit qvatuor primæ notæ suæ diœcesis Præpositos (a), qvi huic operi usqve ad medium Julii mensis incubuerunt, perfectumqve in Danicam lingvam transferri curarunt, qvod Regiæ censuræ submiserunt.

(a) Hi fuerunt: Haldorus Jonæ, Sigurdus Sigurdi, Enarus Enari & Thorstenus Gunnari; Cujus operis exemplum lingva vernacula concinnatum adhuc exstat. Notis id ex antiqvis Islandicis Legibus & Constitutionibus conflatis non nemo sibi illustrandum sumsit, qvo factum est ut lectu dignum censendum sit, nam egregiam pluribus rebus lucem adfert.

§. 15.

Poſt mortem Bielkii & exauctorato antiqvo ejus Vicario Johanne Klein, qvi 19 circiter annos ejus vices incolis ſat placidus geſſerat, miſſus in Islandiam fuit Chriſtophorus Heidemann, Aſſeſſor in Collegio Commercii, vir acris ingenii, qvi ad genium nationis ſe ſatis bene accommodare novit, titulo tenus Regius tantum Qvæſtor fuit, ſed auctoritate ſummi ordinis Satrapis par, eorum enim officia etiam peragebat, usqve in annum 1688, qvo Mullerus Islandiam intravit, qvi licet eſſet vir doctus, ſimplex tamen & magnis rebus vix par fuit, qvapropter totus ab Heidemanno pendit, qvamdiu hic in Islandia fuit. Cum omnibus hiſce ſatis bene convenit noſtro Epiſcopo, præterqvam qvod Mullerus in cauſa Hytarneſenſi ei qvamvis creare moleſtiam non intermiſit, qvod non tam proprio affectu, qvam Ejolfsſonii inſtigatione feciſſe perhibetur, qvi ſimplicis & creduli viri ingenio, præſertim poſt Heidemanni diſceſſum, abutebatur, ſed non diu duravit hic diſſenſus, nam ante Epiſcopi mortem in gratiam qvadamtenus redierunt (a). Certe Mullerus viduæ & liberis Epiſcopi faventem ſe præſtitit. Pariter etiam Præſul cum aliis optimatibus amicitiam coluit, nec unqvam ſe litigiis & cauſis forenſibus immiſcuit, qvorum amicitiam ſatis care, & publica utilitate cedendo qvandoqve emiſſe videtur, cujus clarum dedit documentum cum in gratiam Sigurdi Biörnonii auſtralis Islandiæ Nomophylacis conſentiret, ut prædia Cathedræ Skalholtenſis Hvítárveller, Heggſtader, & Búrfell pro unico prædiolo Oddſtader emanciparentur, qvo cathedræ 6 imperialium, ſed templo Lundenſi ſemi unciæ annuum damnum adtulit.

§. 16.

Anno 1685 Regium accepit privilegium, qvo ei poteſtas concedebatur, ut typographiam Holanam, qvam ſibi & fratribus ſuis hæreditate acceſſiſſe retulit (b), Skalholtum deveheret, ibidemqve erigeret, qvod eodem

(a) Vid. ſupra pag. 467.

(b) Confer qvæ de typographia Holana ſcripſimus ſupra pag. 372 ſqq. 637. In teſtamento ſuo in Acta Dicaſterii generalis inſerto, dicit ſe typographiam hanc (præter partem, qvæ ſibi, hæreditate acciderit) a cohæredibus ſuis emiſſe, ideoqve filiorum poſt ſua fata peculium eſſe jubet, de qva re infra Sect. 4. cap. 6. dicendi locus erit, qvo lectorem remittimus.

eodem anno magna cura, sedulitate & impensis præstitit, Havnia evocato typographo qvodam Henrico Kruse, qvi eandem artem Holis antea exercuerat, per hunc enim primo, & deinde per Jonam Snorronis, multos bonos libros imprimi curavit (a), nec, a qvo se huic curæ & operi accin-

(a) Libri qvi ejus auspiciis ex typographia Skalholtina prodierunt, & ad nostram notitiam pervenerunt, sunt seqventes:

1) *Paradisar Lykell*, idem ac *Forfedra Bænabók* in 8vo. — 1686.
2) *Dominicale* in 12mo Edit. auctior. — — 1686.
3) *Kingo Psalmar* Sira Stephans Olafss. fylgia Paradisar Lykle, og Symbola &c. — — — — 1686.
4) *Harmonia Evangelica* in 8vo. — — — 1687.
5) *Bænakver Olearii* med *Rimenu* in 24to. — — 1687.
6) D. *Joh. Olearii Bænabók* 2 Edit. 12mo. — — 1687. 1692.
7) *Catechism. Wittenberg. D. Luth. Major.* — — 1691.
8) *Ejusdem Catechismus Minor.* — — — 1688.
9) *Saga Olafs Kóngs Tryggvasonar.* — — — 1688.
10) *Landnama.* — — — — 1688.
11) *Christendóms Saga.* — — — — 1688.
12) *Schedæ Ara Prests.* — — — — 1688.
13) *Grönlandia Arngrimi.* — — — — 1688.
14) *Joh. Dilherrn* (Mag. Dominici Beern) *Hús og Reisu Postilla* vid. infra No. 30. in 8vo. — — — 1690.
15) *Pistlar Psálmar Sira Hallgrims Peturss.* in 12mo. — 1690.
16) *Hugvekiu Psálmar Sira Sigurdar* in 12mo. — — 1690.
17) *Krosskvedinr Sira Arngrims* in 12mo. — — 1690.
18) *Passiu Psálmar* Sira Jóns i Lausáse in 12mo. — — 1690.
19) *Pistla Postilla L. Lossii, s. Ejusdem Medulla Epist.* 8vo. — 1690.
20) *Ydrunar Psalmar Sira Jons Þorsteinss.* in 8vo. — — 1690.
21) *Misserisskifta psálmar Sira Sigurdar* in 8vo. — — 1690.
22) *Graduale* in 6. — — — — 1691.
23) *Morgun og Kvöll Þánkar Sira Hallgrims* in 12mo. — 1692.
24) Septem *Hymni opera Hexaëmeri Creationis complectentes*, Olearii exercitio subjuncti, Islandice. — — — 1692.
25) *Rim*, 12mo. Appendix: Observ. Medicæ & Gudspialla visur — 1692.
26) *Diarium Christianum Sira Hallgrims.* — — 1693.
27) *Kingo Psalmar* Prófasts Sira Arna Þorvardss. — — 1693.
28) *Lucæ Lossii Catechismus* med Spurningum, in 6. — 1693.
29) *Ydrunar Speigell Nicolai Laurentii.* — — 1694.
30) *Adskilianleger Smábæklingar*, úr Þýsku útlagder bæde af Sáliga Herra Biskupenum og Sira Þorsteine Gunnarssyne. Ex. gr. Andlegur Fialla

xit, ullo magis oblectabatur, qvam hanc artem & operam ornando; detritos enim typos refici curavit, & multa qvæ ornatui essent, nova addidit, ad talia enim, seu mechanica, ejus ingenium maxime inclinabat, in eo si non par, certe non dissimilis proavo suo Gudbrando Holensi Episcopo, hujus artis in Islandia statori celeberrimo, ejus enim & patris sui in eo vestigia legit, ut charta, librorum compactura nitida satis, & correctio accurata esset, cui ipse præfuit, qvamdiu per valetudinem licuit.

§. 17.

Ingenio ad artes liberales percipiendas præditus fuit mediocri, sed ad mechanica qvævis intelligenda & manu perficienda, si opus esset, optimo; Studiis etiam Astronomicis & eo spectantibus ita deditus fuit, ut dubium sit an Islandia in his illo præstantiorem habuerit; Hinc postqvam typographiam nactus est, in ejus instrumentorum, figurarum, initialium literarum

---

og Ferdamadur; Ydrunar Rós; Frómer Forelldrar &c. mestann part tekner úr Postillu Domini Beern. (sunt numero duodecim). — 1694.
31) *Meditationes Sacræ Joh. Gerhardi* in 8vo. — — 1695.
32) *D. Joh. Avenarii Bænabók* med *Schematographia Sacra.* — 1695.
33) *Antidotum Animæ.* — — — — 1695.
34) *Grammatica Philippi* med Syntaxi Latina — — 1695.
35) *Rím-Tabla* in patente. — — — — 1695.
36) *Alþingisbók* in 4to. — — — — 1696.
37) *Soliloqvia Animæ de Passione Christi.* — — 1697.
38) Manasses Bæn, sem kallaz ydrunar íþrótt. — — 1697.
39) *Bænabók Sira Þórdar Bárdarsonar* med *Vikusaung Olearii*, útl. af Síra Steine. — — — — 1697. 1693.
40) *Dagleg ydkun Gudræknennar Joh. Gerhardi.*
41) *Stafrófs Kver.*
Præter hæc tribuuntur ejus industriæ a Pontoppidano:
1) *Joh. Forsteri 5 Predigten über das Gebet Manasses.* — 1693.
2) *Erich Winthers Predigt von der Hölle.* — — 1693.
3) *Gisle Magnussens Gerichts Posaune.* — — — 1691.
ubi notandum; Nos omnes hosce libellos non vidisse, sed doctorum virorum scriptis & amicorum relationibus multa debere, penes qvos itaqve erit magna pars fidei.
Sed, qvæ propria manu elaboravit, sunt:
1) *Calendarium perpetuum* edit. Hol. — — — 1673.
2) *Idem*, paulo correctius; Skalhollti — — — 1692.
3) *Varia præloqvia libris ab eo editis.*

literarum & id genus aliis totus fere fuit, fendentariam ita amans vitam, ut fine neceffitate vix toto die ex fella furgeret, qvod, cum phlegmatici effet temperamenti, caufa exftitit, ut fcorbuticos contraheret humores, qvi paulatim ita in corpore ftagnari cœperunt, ut annum 1691 totum fere (a) & iterum annum 1694, tandemqve ab anno 1695 usqve ad mortem in lecto fedens aut cubans tempus tranfigeret, unde factum eft ut annis 1691. 1694. & 1696. Mag. Biörnus Thorleifi filius, Holanæ diœcefeos Vice-Superintendens ejus loco Synodo generali præfideret; & qvosdam facri minifterii Candidatos inauguraret, reliqvos autem tres annos 1692 1693 & 1695 ipse in comitiis præfens folitas peregit officii partes, fed qvasdam ecclefiarum vifitationes ejus vice egit Paftor Cathedralis & Præpofitus Provinciæ Arnefenfis Thorfteinus Gunnari filius.

§. 18.

Talem qvotidie egit vitam, ut omnibus effet exemplo; Horas Canonicas, qvæ bis qvotidie in Templo cathedrali habentur, nunqvam neglexit; Qvemvis diem Veneris in memoriam paffionis domini & redemtionis generis humani jejunus egit; Licet femper non triftis effet, raro tamen aut fubridere vifus, aut jocofum verbum loqvi auditus eft; tantæ in inceffu gravitatis & temperiei, ut five ningeret, plueret, aut ingens qvædam procella irrueret, nec curtiore via, nec citatiore gradu templum adiret; Similiter etiam iter faciens vix unqvam eqvum greffum glomerare paffus eft; Omniaqve fua dicta & facta ita cribravit, ut & pauca, & admodum

(a) Hinc patet qvantum tribuendum fit relationi Mag. *Thorkelfonii* apud *Pontoppidanum* in vita hujus Epifcopi: " In den letzten 9 Jahren feines Lebens war er meift bettlægerig, " und mufte die Ordination fo wohl als die Vifitation per Vicarium verrichten laffen. " Diefer war Hr. Arne Thorvardsfon Probft in Arne-Süffel, und Paftor zu Thingvalle, " ein fehr gottfeeliger und frommer Mann. " Præcipua erroris caufa videtur fuiffe, qvod anno 1688 inchoaverat Epifcopus Vifitationem Ecclefiarum in Toparchiis Rangarvallenfi & Skaptafellenfi fitarum, fed morbo correptus perficere non potuit, domumqve reverfus eft; Ne autem propofitum ideo incaffum caderet, Præpofitum Arnefenfis Provinciæ Thorfteinum Gunnari filium loco fuo opus perficere juffit, qvem temporarium, & brevi remittentem Præfulis morbum, auctor in novennalem & mortiferum permutavit, & pro Thorfteino Gunnari filio fubftituit Arnam Thorvardi, qvorum neuter ullam Epifcopi loco Sacerdotum ordinationem peregerunt; fed, ut mox diximus, idqve ultimo tantum biennio, Mag. Biörnus Thorleifi filius. Conf. Sect. feqv. cap. 5.

dum lente loqveretur, ſed ad ſcribendum unam aut alteram epiſtolam vix dies ſuffecit, qvod plurimi ſingulari accurationis confectationi, qvidam vero ingenii lentitudini tribuebant. Ad rem attentior qvidem habebatur qvam tantis competebat divitiis (a), ſed non ideo avarus aut triparcus dici meruit. Prædium Vallholt in provincia Skagfiordenſi ſitum ejusdem Toparchiæ pauperibus teſtamento reliqvit, ſed 80 Joachimicorum valorem pauperibus in diœceſi Skalholtina ita dividendos, ut 40 qvartæ auſtrali, ſed orientali 20, & occidentali totidem contingerent (b). Unde patet errare eos, qvi tradunt editionem *Precationum Joh. Avenarii*, aut univerſam, aut unice, huic eleemoſynæ deſtinatam & impenſam fuiſſe.

§. 19.

(a) Qvo qvidam referunt: α) Typographiæ ab Holana Cathedra abalienationem; Qvam ut ſuum ſuorumqve cohæredum peculium contra manifeſta Gudbrandiani Teſtamenti verba ad ſe trahere conatus fuerit. β) Conventionem cum Trebonio Jona, anno 1685 initam, qva ab illo 345 Imper. valorem, qvem Mag. Svenonius, plus, qvam debuerat, ei cum Cathedra erogaverat, (vid. ſupra pag. 647.) ut Cathedræ legatum accepit, ſed pecuniam hoc modo acceptam ſe unqvam Cathedræ redditurum negavit; Qvæ ambages longo poſt tempore filio ejus aliisqve magnam crearunt moleſtiam, ut ſuis locis dicendum veniet.

(b) Inter eos qvi hoc aſſerunt, eſt celeberr. *PONTOPPIDAN* in *Annal. Eccl.* ex relatione, ut videtur, Mag. *Thorkelſonii*, cui, ut ſubinde erroneæ, nimiam adhibuiſſe fidem videtur. Inde autem hanc præſumtionem ortam eſſe veroſimile eſt: α) Qvod hic libellus inter ultimos ex typographia Skalholtina & paulo ante Præſulis mortem prodiit, non vero 1696, ut vult auctor, ſed 1695. β) Qvod hicce libellus etiam inter eos fuit, qvi hoc nomine inter pauperes diſtributi fuerunt, nam libellos ab Epiſcopo editos, qvorum maxime tunc abundabant hæredes, huic dono impendebant; ut ex ſubjuncto Catalogo eorum qvi provinciæ Borgfiordenſi obvenerunt, abunde patet:

Catechiſmus Major	—	—	1 Rdlr. 2 Mark.
Meditationes Gerhardi	—	—	1 Rdlr.
Soliloqvia Molleri	—	—	1 Rdlr.
Avenarii Precationum 2 Exempl.		—	2 Rdlr.
Paſſional. 2 Exempl.	—	—	1 Rdlr.
Precat. Theodori Bardonis	—	—	— 2 Mark.
Calendarium cum Precat. 2 Exempl.		—	1 Rdlr. —
Grammatica Philippi	—	—	— 2 Mark.
			Summa 8 Rdlr.

Ex hoc Catalogo & adjuncta taxatione, præter ea qvæ tetigimus, etiam conſpicuum eſt pretium librorum, ad minimum triente vel etiam duplo, majus tum fuiſſe, qvam hodie veneunt.

§. 19.

Anno 1690 ad primum letalis morbi ſenſum teſtamentum condidit, idqve ejusdem anni actis publicis inſcribi curavit; Deinde etiam monimentum in qvo corpus condi voluit & ſandapilam præparari curavit; Sed cum vis morbi per vices, nunc intentius, nunc remiſſius, ageret, continuo enim medicaminum uſu, qvantum fieri potuit, reprimebatur; feralem lectum tandem aſcendit ſub finem anni 1695, a qvo morbus ita totum corpus pervaſit, ut anno 1697 17 Calend. Aprilis piam animam ab eo ſejungeret, cum vixerat annos 59 & 7 menſes. Sed in officio, a qvo ordinatus fuit, exegerat 25, diœceſi autem Skalholtinæ præfuerat fere 23, in qvo officio præter alia conſveta munia 99 Sacerdotes inauguravit. Textum parentationi ipſe deſtinavit ex *Pſ.* 39 *v.* 13. Sepultus fuit 28 Martii. Uxorem anno 1674 nactus eſt Gudridam Giſlai filiam, virginem ſuæ ætatis in univerſa Islandia ditiſſimam, ex qva duos ſuſcepit filios, Thorlacum, qvi improlis, eodem, qvo pater, obiit anno, de qvo plura ſupra pag. 540. & Brynjolfum, qvi octogenario major ante paucos annos deceſſit, cui ut magnas reliqvit divitias, ita etiam in patria bonam famam & bonis omnibus magnum ſui deſiderium (a).

CAP.

(a) Qvod ex ſeqventibus literis patet:

L. B. S.

Sapientis Syraci *verba Capit.* 44. v. 10. *usqve ad* 16 *omnibus pie vivere & mori deſiderantibus attentione & memoria digna ſunt:* Sed illi viri miſericordiæ ſunt, qvorum pietates non defuerunt; Cum ſemine permanent bona, hæreditas ſancta nepotes eorum, & in teſtamentis ſtetit ſemen eorum; & filii eorum propter illos usqve in æternum manent; Semen eorum & gloria eorum non derelinqvetur. Corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum vivit in generationem & generationem. Sapientiam ipſorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Eccleſia. *Non errabit qvi mox memoratam theſin pia attentione vult conferre cum decenti ortu, proſpero progreſſu, piis moribus, felici diſceſſu, honorifica ſepultura & beata memoria, Nobiliſſimi, Summe Venerabilis & doctiſſimi Domini Mag.* Theodori Thorlacii, *olim Superintendentis diœceſis Skalholtinæ, noſtri plurimum venerandi amantiſſimi Domini & Patris in Domino, qvem omnes verbi Miniſtri & chriſtiani cœtus hujus diœceſis deſiderate lugent. Laudatiſſimum hunc Antiſtitem mors hac vice juxta beneplacitum Domini a nobis ſeparavit; Virtutum autem memoriam ſecundum divina promiſſa retinemus. Simpliciter igitur*

Cap. IV.

De Jona Vidalino.

§. I.

Natus eſt Gardis in Alftanes anno 1666 die 21 Martii, parentibus Thorkillo, loci Eccleſiaſte, celeberrimi Arngrimi Jonæ filio, & Margareta Thorſteini filia Prima litterarum fundamenta apud Paulum Amundi filium Myſtam Kolfreyuſtadenſem jecit, & deinde triennium in ſchola Skalholtina exegit, unde dimiſſus, apud affines ſuos, nunc Oddum Ejulfi, nunc Arnam Thorvardi, illum Holtenſis, hunc Thingvallenſis Eccleſiarum Paſtores, utrumqve inter ſuæ ætatis doctiſſimos numeratum, & unum ſemeſtre apud ſobrinum ſuum Paulum (a), Selardalenſis parœciæ Sacerdotem, virum eruditiſſimum, majoris in ſtudiis maturitatis acqvirendæ gratia permanſit, qvo tempore aliqvamdiu in Veſtmannicis inſulis ad ſuſtentandam vitam piſcationi operam dedit, nam undecennis, re anguſta domi, patrem amiſerat, qvapropter a propinqvis & cognatis hisce adjutus & ſuſtentatus fuit, qvorum etiam auxiliis & auſpiciis anno 1687 in Hafnienſem Academiam tranſivit, ubi cum biennio Muſis tam fideliter militaſſet, ut ex utroqve Examine, tam Philoſophico, qvam Theologico; *Haud illaudabilem* Characterem reportaſſet, anno 1689 nomen dedit militiæ inter legionarios, qvi *Mariniers* vocabantur, in qvo ſtatu cum alterum biennium, ſed multo minore gloria & profectu, militaſſet, anno 1691, intercedente & pretium ſolvente Chriſtophoro Heidemanno, rude donatus

---

igitur vereqve confitemur, nominatum, nunc demortuum, Dominum Mag. Theodorum Thorlacium, *ut audivimus, novimus, & experti ſumus, tam extra, qvam intra templum conſtitutum, in omnibus officii partibus, uno verbo, in omni vitæ inſtituto, privatim & publice, fidum & bene moratum Dei miniſtrum in munere ſibi ab ipſo impoſito decenter egiſſe. Teſtamur ipſum eosdem caracteres præ ſe tuliſſe, qvibus ſanctus Paulus ſuo diſcipulo Timotheo verum Epiſcopum ornari decere præſcribit &c.* Datum & actis publicis inſertum in Synodo Generali diœceſis Skalholtinæ anno 1697 die 7 Julii, tandemqve ſubſcriptum ab ipſo inſulæ Præfecto Chriſtiano Mullero, ut & 15 diœceſis Sacerdotibus, qvi ibidem ſuo & aliorum nomine præſentes fuerunt.

(a) De Thorkillo vid. ſupra pag. 559. de Oddo pag. 532. de Arna pag. 558. & de Paulo pag. 554.

natus fuit, moxqve ab eodem in Islandiam transmissus, æstatem apud matrem & fautores qvosdam transegit, sed ingruente autumno, ab Episcopo Thorlacio, rogatu matris & propinqvorum, in gratuitum convictorium adscitus fuit.

§. 2.

Anno 1692 Con-Rectoris stationem in schola Skalholtina adeptus est, sed anno 1693 factus est Pastor Templi Cathedralis, cumqve anno seqvente Ecclesia Gardensis vacaret, eandem qvidem affectavit, sed a Præfecto, penes qvam conferendi jus fuit, repulsam ferens, annuente Episcopo, supplicem de eadem Regi transmisit libellum, qvi anno 1696 eandem illi gratiosissime concessit, qvo se illico ingratiis Præfecto contulit, & Olao Petri, qvi ducta uxore Præfecti famula eandem ab eo præbendam tenuit, ejecto, ibidem matre rem familiarem administrante villicationem instituit. In Episcopi familia agens, tantam apud eum inierat gratiam, ut, ipso valetudine impedito, anno 1694 & 95 ad visitandum qvasdam Ecclesias ejus nomine missus fuerit; Hinc etiam licet anno 1696 verbo esset Ecclesiastes Gardensis, ingravescente tamen Episcopi morbo, Skalholti egit, nostri autem vices sacerdotales peregit, is, qvem nuper expulerat, Olaus Petri, tandemqve anno 1697 die 9 Martii, uno tantum octiduo ante Episcopi mortem, a Præfecto ejus coadjutor & Officialis constitutus fuit, qvi anteqvam animam exhalavit, supplicem ad Regem scribi curavit libellum, qvo humillime petiit, ut Vidalinus, utpote omnium Islandorum dignissimus, sibi successor daretur.

§. 3.

His ita dispositis, Vidalinus injunctum sibi officialis munus, consentiente Præfecto Regio, affini suo Arnæ Thorvardi, Præposito Ecclesiarum Arnesensium, tradidit, qvi hoc anno ejus nomine Synodo Generali præsedit, Ecclesias Toparchiæ Mulensis visitavit, & alia Episcopalia munia peregit (a). Ipse autem, ne fama suum adventum anteverteret, primam

 arripiens

(a) Hicce Arnæ Thorvardini unius anni vicariatus, qvem post Thorlacii fata loco Vidalini gessit, de qvo aliqvid forte *Mag. Thorkelsonius* fando audivit, imposuit ei, ut statueret eum hoc officio per novennium, vivo priore Episcopo, functum fuisse, conf. supra pag. 679.

arripiens occaſionem, velis Hafniam transmiſit, ubi, contra qvam ſperavit, ei competitor obvenit Illuſtriſſimus heros Gen. Adm. Locumtenens N Juel, qvendam ſuum aut ſuorum affinem aut clientem, ut huic officio præficeretur, tantopere commendans, ut de Vidalino actum eſſe videretur, ni Arnas Magnæus, poſtmodum Academiæ Hafnienſis Profeſſor celeberrimus, tum temporis in familia Supremi in Dania Secretarii & Regiæ Majeſtatis Conſiliarii Intimi Matthiæ Mothii magna patroni gratia florens, eidem inculcaſſet, Islandis non expedire, nec unqvam expediiſſe, ſed contra multum ſæpius nocuiſſe, peregrinos habere Epiſcopos; Vidalini autem dona, ingenium & eruditionem, ita commendavit, ut Mothius ejus patrocinium ſuſciperet (a), tandemqve cum uterqve heros coram Rege de hac cauſa diſceptarent, evicit, ut ipſe Rex ejus argumenta eſſe potiora fateretur, eiqve mandavit, ut Vidalino officii codicillos expediri curaret, qvi dati fuerunt anno 1697 die 16 Decembris, qvo facto a D. Henrico Bornemanno Dominica Qvaſimodogeniti anno 1698 inauguratus fuit. Eodemqve anno Magiſtri titulo nomen auxit.

§. 4.

In Islandiam redux ſedem Epiſcopalem & templum Cathedrale ab anteceſſoris hæredibus accepit, ſed utrumqve ruinoſum, de qvo partes ſine aliorum interventu in præſens amice transegerunt, ut & de bonis Cathedralibus, qvæ diſcedens accipienti nomine tenus & permodice conſtituta ad tenorem antiqvi Indicis anno 1589 confecti erogavit, nullo ad emancipationem, factam 1674, nec ad donationem Domini Trebonii Jonæ factam 1685, habito reſpectu (b). Cujus negligentiæ qvænam cauſa fuerit,

(a) Præcipuum Mothii argumentum (cum antea de eruditione aliisqve Epiſcopi qvalitatibus diſceptaſſent) fuit qvæſtio: *Qvidnam in univerſo Epiſcopi officio maxime eſſet neceſſarium? Numne verbi divini prædicatio, cenſura Sacerdotum, & judicium de eorum concionibus & catechiſationibus? Examen plebis & juventutis, an aliqvid in articulis fidei intelligerent; rudiorum informatio, tentatorum efficax conſolatio, & id genus alia, qvorum Deo reddenda eſſet ratio? Ea autem peregrino, qvi lingvam non calleret, perficere, omnino eſſet impoſſibile*, qvæ cum Julius negare non poſſet, Rex ſecundum Mothium ſententiam pronunciavit.

(b) Conf. qvæ de hac re notavimus ſupra pag. 679. ſq. ut & infra cap. 5. §. 8. ubi pluribus de hac materia dicendi occaſio dabitur.

fuerit, five qvod hæc documenta tunc non ad manus, nec in apricum producta, & Epifcopo penitus clam & incognita fuerint, qvod ille poftmodum, ut & eo mortuo ejus vidua ac hæres videri voluerunt, five aliud aliqvid interceſſerit, non liqvet; Id faltem certum eft, qvod Præful anteceſſoris hæredibus non unam, ut præcipitantiæ ullus effet locus, fed duas fine omni exceptione abfolutas impertivit apochas, priorem datam 28 Novembr. 1698, pofteriorem 2 Julii 1699. Hac vice etiam, feu anno 1698, inter partes amiciffime convenit, ut proximo anno, & forte diutius, fi fata id finere vellent, Skalhollti habitarent, qvæ conventio non nifi in proximum annum duravit.

§. 5.

Ut Cathedram afcendit, res ecclefiafticas magna cura & alacritate adminiftrare cæpit; eorum autem, qvæ in hoc officio geffit, maxime memoranda funt: Conftitutiones qvædam, non qvidem plane novæ, fed antiqvitus fancitæ, cum tempore autem obliteratæ; qvalis illa anno 1710 de vini penuria tempore belli Svecici, cum nullæ aut perpaucæ naves mercatoriæ e Dania folitos portus freqventarent; Renovatum fuit antiqvum conclufum (a), ut fi qvid vini alicubi fupereffet, in ufum ægrotorum, tentatorum, morientium, confervaretur, reliqvis autem antiqvum illud inculcandum: *Crede & manducafti.* Idem etiam de altera facta 1703 de penfione in ufum candelarum facris ufibus adhibendarum, a conjugibus & cælibibus eroganda, qvæ antiqva etiam fuit, licet jam in defvetudinem venerit, qvod conjuges 12, cælibes autem 6 obolos eo nomine penderent (b). Tertia omnino recens fuit, facta 1713, qvod Synodus Generalis poftea initium haberet 6 Idus Julii (c).

(a) Hæc nihil aliud eft qvam repetitio Conftitutionis a Mag. Brynjolfo Svenonio factæ 1645, nam nihil novi continet, qvod illa non habet.

(b) Etiam antiqva eft, ejus mentio fupra a nobis facta, fed fi dicendum qvod res eft, opinor bonum Epifcopum a fcopo antiqvi legislatoris aberraffe, dum omnibus, qvi cælibes vivunt, qvotqvot in fua habent familia, utriusqve fexus perfonas 6 tantum obolos pendere injungit, hodiernæ fignificationi vocis *Hión*, nimium tribuens, qvæ *conjuges* tantum notat, cum vox antiqvitus idem fignificaret ac *Hiú*, ɔ: *familia.* Ut verus antiqvæ legis fenfus fit: Qvicunqve familiam fuftentat, modo non plane inops fit, pendat 12 obolos, cælebs vero qvi nullam habet familiam, pendat tantum fex.

(c) Prioribus feculis Synodus inibatur pridie Cal. Julii, fed poft introductum anno 1700 novum

§. 6.

Prioribus annis, usqvedum ardor animi paulatim defervescere, & vires corporis attenuari inceperunt, fuit plerumqve Sacerdotum rigidus censor, ita ut castigabilia raro incastigata transmitteret. Unde Stephanum Hallkeli, Pastorem Grindvicensem, ab officio dimovit, qvod navim piscatoriam, a creditoribus pressus, duobus oppignoraverat. Jonam Sigismundi, Sacerdotem Thykkvabajensem, qvod testimonio ancillæ cuidam dato, qvædam de suspicione abacti partus inseruerat. Sigurdum Ejulfi & Jonam Gisli, hunc Villingaholtensis, illum vero Arnarbælensis Ecclesiæ Pastorem, qvod citius, qvam deceret, cum uxoribus congressi essent, præbendis privavit; Alios autem minorum insimulatos exorbitationum sat graviter castigavit; Sed (ut qvidam volunt) non pari semper censura, nam Jonam Torfi, Comministrum Breidabolstadensem, qvi sine prævia absolutione, & pronuntiata tantummodo posteriore verborum Institutionis parte, Sacræ Cænæ Sacramentum ægrotanti cuidam impertiverat, leviter multatum dimisit, pariter etiam Vigfusum Johannis, Sacerdotem Hvalsnesensem, qvi 9 personis in Sacra cæna vinum priusqvam panem porrexerat, pecunia tantummodo multavit; qvæ hic notare necessum duximus, qvod tales causæ inter eum & Oddum Sigurdi, tum temporis Islandiæ Præfecti Procuratorem, offensionum & odiorum omnium prima fax & tuba fuerunt.

§. 7.

In visitationibus Ecclesiasticis eundem fere tenuit modum ac ejus in officio prædecessor Mag. Svenonius, omnium enim templorum possessionum accuratum confecit indicem, qvædam etiam, qvæ in prioribus matriculis obscura & ambigua occurrunt, aut enodavit, aut illustravit. Eorundem autem rationes raro aut nunqvam computavit, sed plerumqve cum eorum tutoribus pactionem fecit, ut annuos reditus sibi haberent, sed templa ipsa omnesqve eorum opes, qvocunqve tandem nomine venirent, sarta tecta conservarent, omnesqve eorum expensas promte & bona fide solverent, qvo ut nihil æqvius excogitari potest, si omnes, tam Bene-

novum Calendarium, ejus initium nullo certo diei a 10 ad 14 Julii adligatum, unde hæc constitutio plane necessaria fuit; ut scirent omnes, qvando se huic tribunali sistere deberent. Posteriores binæ constitutiones certas ob causas nuper renovatæ sunt.

Beneficiati, qvam Proprietarii, promiſſis ſtetiſſent; Ita procedente tempore, cum ejus ſucceſſor, vir in talibus longe ſtrictior, multa templa ruinoſa, eorumqve ornamenta & utenſilia, aut male, aut permodice conſtituta inveniret; Computumqve rationum, aut a Thorlacii, aut etiam Svenonii tempore, ſeu ultima, qvam in templi rationariis computatione invenit, novam, eamqve ſæpius ſat rigidam inſtitueret rationem, permultis hæc conceſſio damni cauſa exſtitit; Qvod tamen non Epiſcopo aut ejus intentioni, ſed ipſorum negligentiæ, qvi pactis non ſteterunt, imputandum eſt. Et ut id hic obiter notem, hinc utrinqve natæ diſſenſiones & qverelæ ſunt, & cauſa fuit Reſcripti Regii dati anno 1747 d. 19 Martii, qvo accurata templorum Rationaria inſtitui jubentur.

§. 8.

Ut idoneæ perſonæ officiis in templis & ſchola præficerentur, nulli Epiſcoporum difficilius fuit, qvam huic; nam epidemica illa lues, qvæ diœceſin Skalholtinam vaſtavit, anno 1707, 26 Sacerdotes & omnes fere Theologiæ Studioſos demeſſuit, ita ut proximis 3 aut 4 annis magna eſſet Sacerdotum penuria, unde neceſſum habuit, primo ſuperſtitibus injungere, ut vacuarum parœciarum curam propriis ſuperadderent, & cum tempore adoleſcentes, qvam primum rude ſcholaſtica donati fuerunt, ſacris initiare & Eccleſiis præponere, putans (ut etiam revera eſt), neceſſitati legem non eſſe poſitam. Ob graſſantis peſtis vim Skalholti ſchola aperiri non potuit, priusqvam in Januario 1708, cum circiter viginti diſcipuli eo confluerent. Cumqve hac æſtate Rector ſcholæ Magnus Marci ad Sacerdotium Grenjadarſtadenſe in diœceſi Holana promoveretur, & nullus in tota diœceſi inveniretur Studioſus, cui Rectoris officium concredi poſſet; Jonæ Halthori filio, Myſtæ Hytardalenſi & Præpoſito Toparchiæ Myrenſis, ut hoc ſuſciperet officium, injunxit, qvi id biennium geſſit, cujus parœciæ neceſſitatibus interim inſervire mandavit proximo Parocho. De his diœceſis neceſſitatibus gravem in Synodo generali anno 1708 coram Regii Præfecti Procuratore inſtituit, ad ipſum Regem per eum perferendam, qverelam.

§. 9.

Pia (ut vocant) corpora Epiſcopi curæ & inſpectioni concredita, qvalia ſunt: Emeritorum & pauperum Sacerdotum penſiones, ut & tria

in

in diœceſi Skalholtina ſita Noſocomia ſingulari integritate & proprio ſuo damno adminiſtravit, ita ut morienti Sacerdotum ſocietas deberet 72 imperiales, qvos hæredes illis donarunt. Noſocomia ita adminiſtravit, ut non omnes lepra aut ſcorbuto maligno infectos in eadem detruderet, hoc modo enim multo pauciores huic uſui deſtinatis proventibus ſuſtentari poſſe prævidit. Sed tantum graviſſime laborantibus, & iis qvorum morbi genus maxime contagioſum videbatur, ibidem hoſpitium aſſignavit, reliqvos autem tali morbi genere affectos, ex qvorum converſatione nihil periculi eſſe videbatur, in ſuis curiis & tribubus ſuſtentari permiſit, qvibus nunc trientem, dodrantem, aut dimidium ſuſtentationis ex Noſocomii reditibus perſolvit, qvo pacto pluribus ope indigentibus ſubvenit, licet nummorum acervos non congereret, aut Noſocomiis divitias compararet, in talibus enim craſtinum diem ſibi ipſi ſollicitum eſſe debere, parumqve pauperibus & ægrotis pecuniam in loculis conſervatam prodeſſe, ſi macie & ſqvalore perirent, reputavit.

§. 10.

Anno 1713 ex ſpeciali Regis mandato unacum utroqve Nomophylace & binis ex qvavis diœceſi denominatis Præpoſitis Thingvallis d. 13 Julii ſententiam dixit, de qvibusdam inter Epiſcopum Holenſem & demortui Epiſcopi viduam controverſiis, & inde ad publicum fluentibus conſeqventiis, qvarum præcipuæ fuerunt: 1) *Viduæ Epiſcoporum annua poſthac erit penſio 100, & ſi pauperes ſint, 120 imperiales; Si contingat ſimul eſſe duas, divitiis & circumſtantiis pares, par qvævis reportet, ſin vero impares, ditior trientem, pauperior autem duas partes.* 2) *De Viduarum Epiſcoporum anno gratiæ idem habendum, ac de Sacerdotum, ſecundum tenorem Regii Reſcripti dati 1650, ita ut ſi contingat Epiſcopum mori ante ordinariæ migrationis tempus* (Fardag), *ea anni pars hæredibus defuncti, non viduæ, adſcribatur, ſed annus gratiæ ibi incipiat, & ad proximum migrationis tempus perduret.* 3) *De pauperrimorum Sacerdotum ſalarii augmento conſtitutum fuit, ut qvævis Cathedra Epiſcopalis omne inutile inventarium, & tantum prædiorum, ut annui reditus faciant 48 imperiales, huic uſui præberet. Cœnobiorum & aliarum præbendarum omne inutile inventarium in hunc uſum transferatur. Qvævis mediocris præbenda tribuat prædiolum, cujus annuus proventus facit 4 imperiales, ſed ditiſſimæ duplo majus.* Qvæ (licet non eſſent incongrua) præter 2) ejecta aut reſciſſa fuerunt.

§. 11.

§. 11.

Ut erat fervidi ingenii, ita controverſiis facile innodabatur, qvas cum variis habuit, ut ex Actis publicis, tam Politicis, qvam Eccleſiaſticis, conſpicere licet; ſed omiſſis minoribus, tantum eas qvæ majoris fuerunt momenti, aut non niſi a Supremo tribunali decidi potuerunt, nobis memorandæ veniunt; Qvarum prima fuit, qvam ei intentavit Magnus Sigurdi, ipſius affinis, qvi ſororem uxoris Epiſcopi in matrimonio habuit, qvæ eum tyrannidis inſimulavit; fuit enim Magnus ad iram pronus, præſertim cum vino incaleſceret, cui plus nimio deditus fuit, qvapropter uxor, eo deſerto, ad ſororem ſuam, Epiſcopi uxorem, confugiens, ab Epiſcopo in domum & familiam recipitur, qvod cum ſæpius accidiſſet, tandem, licet Magnus pænitentiam præ ſe ferret, & emendationem promitteret, fidem non meruit; Qvo irritatus inſtabilis animus, Arnæ Magnæo, tum temporis Archivorum Secretario & in Islandia Commiſſario, qvi Skalhollti ut plurimum agebat, ſcandaloſam, ut volebant, miſit epiſtolam, qva ei & uxori gravem infamiæ notam inuri voluiſſe videbatur, non excepto Epiſcopo, omnia enim æqvivoce ſcripſerat, qvi uxorem ſibi abſtraxerit, & talia domi ſuæ pateretur; Qvod illi non ferendum rati, Magnum in jus vocarunt, & coram tribunali provinciali reum feciſſe non contenti, in generali dicaſterio, ut longe gravior & intoleranda fere de eo diceretur ſententia, effecerunt. Magnus itaqve Hafniam anno 1708 abnavigavit, ubi eodem anno fatis ceſſit, cum effeciſſet, ut partes, præſertim Præſul & Secretarius, ad Supremum Regis tribunal vocarentur, ſed moriens cuidam cognato ſuo, Jonæ Torfæo in mandatis dederat, ut cauſam exſeqveretur, qvam ejus voluntatem Rex ratam eſſe juſſit. Suo itaqve & Epiſcopi nomine Secretarius coram Supremo Tribunali comparuit, audivitqve ſententiam, qva omnia de Magno edita judicia reſcindebantur, alia autem, ſi nullo partium dedecore, certe non magno honore, obliterata fuerunt.

§. 12.

Aliam multo graviorem cum Oddo Sigurdi filio, occidentalis Islandiæ Nomophylace, & Chriſtiani Uldarici Gyldenlövii, Islandiæ tum temporis Satrapæ, Procuratore, controverſiam habuit, cujus initia referenda ſunt ad annum 1712, qvo Nomophylax in comitiis non apparuit, ſed Paulo Bejero ut ſuo loco Synodo generali præſideret, commiſerat;

Præſul autem illum omnino abominans, ſolus Synodo præſedit, & unacum præſente Clero duobus Sacerdotibus ob diverſas cauſas præbendam abjudicavit; unum a duplici intentato adulterii crimine abſolvit, ſed multos ob leves cauſas pecunia graviter mulćtavit (a). Qvod Oddus & Bejerus, ut legibus contrarium, & in ſuum contemtum ſumentes, die 3 Septemb. ejusdem anni edićtum propoſuerunt, qvo *hunc procedendi modum valde improbant* & traducunt, *omnesqve a Præſule mulćta affećtos, easdem erogare prohibent, & ab officio depoſitos iterum reſtituunt, usqve dum Satrapæ votum & approbatio accederet, cui ſe cauſas relaturos fore promittunt, ejus enim eſſe talia judicare, ſine cujus aut ejus Procuratoris conſenſu Epiſcopo id facere non licuerit; Et ut hoc ſuum edićtum neminem lateat, Prætoribus mandant, ut id in locis competentibus legi & publicari curent;* Qvod ubi Præſuli innotuit, contrarium emiſit edićtum, qvo *Procuratorum ſcriptum, ut legibus contrarium, reſcindit & abrogat; Sed ſpeciatim curiatis depoſitorum Paſtorum prohibet, hos pro ſuis aut legitimis Sacerdotibus accipere & agnoſcere, usqve dum ſuæ ſententiæ a ſupremo tribunali confirmentur, vadem ſemet fore ſpondens, ſi cuiqvam eapropter lis aut pœna intentetur,* qvod coloni parum curantes, curionibus annua præbita perinde ac antea ſolverunt, eorumqve miniſterio uſi ſunt.

§. 13.

Hic ſtatus cauſæ fuit, usqve in annum ſeqventem, cum Præſul in ordinaria viſitatione a Nomophylace lauto exciperetur hoſpitio, ubi licet primo non male inter eos convenire videretur, brevi tamen, cum incaleſcerent & priora refricarentur, ſesqvipedalia verba & faćta inciderunt, eoqve tandem proceſſit jurgium aut tumultus, ut Præſul intempeſta nocte abiret; inde utrinqve ad publicas accuſationes deſcenſum eſt, nam Præſul ſuum familitium, qvod præſto fuerat, anno 1714 Stadaſtadi de Nomophylacis

(a) Cum omnia ſpeciatim enumerare non expediat, ſufficiat unum tantum proferre exemplum; In cauſa Jonæ Sigismundi (de qva mox plura dicenda ſunt) tres Sacerdotes in Synodo provinciali ſententiam dicere detrećtaverant, qvapropter Præpoſitus, Epiſcopi juſſu, illis litem movit, qvorum unicuiqve, nullo ad eorum excuſationem aut paupertatem habito reſpećtu, Præſul 16 Imper. mulćtam irrogavit; Cum tali culpæ in *Legibus Islandicis* Tit. Thingf. B. Cap. 8. mulćta ſemimarcæ (ɔ: 5 Danſk Mark) ſeu 80 oboli determinata ſit.

mophylacis dictis & factis ut testes produxit, qvorum testimonia absente Nomophylace Actis publicis inseri curavit, ille autem par pari referens, idem Drangis in Skogarströnd, absente Præsule, anno 1715 a suis fieri effecit. Hinc ex utraqve parte coram Rege & Magnatibus qverelæ ac diffamationes, & ab uno foro ac tribunali ad aliud appellationes, nam anno 1715 in suprema Islandiæ Curia (vulgo Oberrett) præsidente Bejero, & anno 1717 in generali dicasterio (vulgo Laugthing) (ut alias provinciales taceam velitationes) hanc controversiæ serram acerrime reciprocarunt; ubiqve, si non hostes, certe æmulos judices & præsides caussantes. Cum paucis exprimi non possit, qvantum factionum, incommodorum & offensionum hæ turbæ excitarint, præstare videtur penitus eas mittere, qvam qvædam in alterutrius partis præjudicium referre; eo autem lites processerunt, ut non nisi supremi tribunalis sententia dirimi posse viderentur, qvod mors Episcopi anno 1720 prævertit.

§. 14.

Tertia magni momenti lis Episcopo cum grandævo qvodam Sacerdote intercessit, cui nomen Jonas Sigismundi, viro irreqvieto, qvi omnem pæne ætatem litigiis, astutia & captionibus triverat; Sed ut erat versutus, ita aliqvali modo semet semper extricaverat. Hic anno 1710 mulieri cuidam absolutionem impertiri negaverat, eo qvod tumor uteri ejus repente & clanculum evanuisset, unde sibi aliisqve natam fuisse suspicionem eam non rite suas res administrasse, qvod Præsul aliiqve ita acceperunt, acsi imsimularetur gravida partum abegisse aut necasse; A qvo crimine cum illa jurejurando se purgasset, Sacerdos a Præposito in jus vocatur, tandemqve ab Episcopo & Synodo generali, anno 1712, sed sine Satrapæ Procuratorum consensu, præbenda privatur. Horum intercessione, ut supra pag. 690. fecimus mentionem, restitutus, Præsulis judicium ut & iteratam ab eo suspensionem nihili fecit, cujus exemplum tribules secuti sunt, eum pro Sacerdote habendo, & annuas ei pensiones solvendo, licet Episcopus id non tantum severe prohiberet, sed etiam utrosqve, curionem, qvi audita suspensione dixerat se in officio mansurum donec Rex causam decideret, & curiatos qvosdam, qvi expresse dixerant, se eum pro Pastore habituros, donec causa in eodem statu esset, denuo in jus vocaret, & Pastori anno 1716 omnem sacerdotalem honorem & privilegia abjudicaret, cuiqve vero reliqvorum, anno 1717, qvasi legitimum judicium

contemfiffent, qvatuor marcarum multam irrogaret; Qvæ aliaqve inde pullulantia, dum in Islandia magna partium animofitate, nec minore aliorum tædio ac moleftia, aguntur, Sacerdos Regiam acqvifiverat citationem, qva Præful, Præpofitus, aliiqve contrariæ partis complices unacum ipfo ad caufam coram Supremo tribunali dicendam evocantur, qvæ priusqvam ad umbilicum duci poffet, mors Epifcopi intervenit, longisqve his ambagibus finem impofuit.

§. 15.

Minoris momenti fuerunt controverfiæ cum Nomophylacibus Laurentio Gottrup, & Jona Eyufi, Vigfufo Johannis Toparcha Arnefenfi, Brynjolfo Thorlacio, Sumarlida Clementis, Biarno Biarni, Grimo Magni, & aliis, qvorum nomina in cujusvis fere anni Actis publicis occurrunt, imo aliqvando, qvod Præful in publico dicafterio avunculi fui loco caufidicum egerit; Qvibus caufis licet non ita caderet, ut ei aliqvid nocerent, parum tamen aut plerumqve nihil obtinuit. Halthoro Pauli Sacerdoti Selardalenfi & Præpofito Bardaftrandenfi, viro clamofo & turbido, cujus caufis fæpius faverat, fuerunt enim cognati, juftam habuit litis & pœnæ intentandi caufam, ille enim Præfulem indignis verbis & inhumanis factis varioqve contumaciæ genere affecerat; Sed licet Epifcopus eum plus fimplici vice in jus vocaret, femper tamen per aliqvam tricarum rimam elapfus eft, adjuvante Epifcopi infenfiffimo æmulo Nomophylace Oddo Sigurdi, cujus potentia tum temporis in Islandia magna fuit, ita ut Epifcopus tandem actionem omittere confultiffimum duceret, præfertim cum ob alias caufas reus juftam nemefin non effugeret, nam non tantum Præpofiti honor & officium ei abrogata fuerunt, fed etiam graves mulctæ pecuniariæ irrogatæ.

§. 16.

His & talibus adverfis, variisqve curis, præfertim vero qvod minus prospera valetudine uteretur, *affectibus enim podagricis & plevriticis* non raro tentabatur, licet nunqvam diu lecto affixus effet, priftinus animi ardor paulatim defervefcere cœpit, ita ut nihil optatius effet, qvam qvies & a forenfibus jurgiis ceffatio, fi modo eam tunc obtinere potuiffet

iſſet (a). Unde ſe totum, qvantum fieri potuit, pietatis ſtudiis dedit, perfecta enim opera ſua iterum relegit & emendavit, affecta autem auxit aut perfecit, qvæ operantem mors oppreſſit (ut qvidam volunt), continuæ & labefactatæ valetudini, nimis gravi labore ultimo vitæ bimeſtri exantlato, accelerata; Cujus ſuſcipiendi neceſſitatem ei impoſuit adventus novi Islandiæ Satrapæ, Petri Raben, in cujus colloqvium Hafnarfiordum paullo ante Comitia accerſitus fuit; hinc ad Comitia iter & ſolitus ibidem labor, curæ & vigiliæ. Inde iterata ad Satrapam profectio, ex qva non ſatis firmo domum reduci nuntius venit, vita exceſſiſſe cariſſimum amicum & affinem Theodorum Jonæ Vigfuſium, Myſtam Stadaſtadenſem, & Præpoſitum Toparchiæ Snæfellneſenſis, cui parentare ex voto & mutuo inter eos pacto, ut ſuperſtes demortuo id officium præſtaret, tenebatur; domo itaqve die 26 Auguſti diſcedens, veſperaſcente die, cum octo circiter milliaria confeciſſet, aut ſolito plevritis, aut acuto alius morbi ictu tam graviter & repente corripitur, ut vix ſemimilliare in locum in tesqvis, vulgo Oxarhrygger & communiter Sæluhús (b) vocatum, perveniret, ubi ſe ad æternitatem devote præparans, in tentorio valde ægrotus decubuit, usqve in trigeſimum ejusdem menſis diem, qvo circa horam nonam antemeridianam ſvaviter obdormiit (c), cum vixiſſet annos 54, menſes 6, dies 9, ſed in officio annos 22, cum præter alia officii munia 106 miniſterii Candidatos ſacris initiaverat, ſepultus Skalhollti die 6 Septembris.

(a) Qvod agnoſcens, Textum exſeqvialem elegit *Eſ.* 40. v. 6 7. *Omnis caro fænum, & omnis ejus præſtantia ut flos agri &c.* Et ipſe ſibi hoc ſcripſit Epitaphium:

Hic ſitus eſt Jonas, qvi poſtqvam deſiit eſſe,
Ut bene ſit cineri, deſiit eſſe malus.

Qvod tamen non in cippo legitur, ſed ſeqventia:

Clama; qvid clamem? carnis præſtantia fænum,
Afflatu Domini, flos perit, herba jacet,
Flos cadit, herba jacet, ſic tranſit gloria mundi,
Stabunt æternum dogmata ſacra Dei.

(b) *Sæluhús* eſt colliculus, qvi antiqvitus vocabatur *Hallbiarnarvördur* in tesqvis qvæ qvondam *Bláſkógaheide*, nunc autem ex præcipua ſui parte *Öxarhrygger;* vide *Landnámabók* Lib. 2. Cap. 3. & *Sturlúnga* Libr. 8. Cap. 15. Nomen *Sælhús* ɔ: domus beata, aut beatitudinis, loco inditum fuit a domuncula ibidem viatorum gratia in tesqvis pernoctantium exſtructa, eo qvod ſe beatos cenſebant, cum feſſi aut tempeſtate ingruente eandem obtinerent.

(c) De Vidalino refertur, qvod ſæpius dixerit hunc locum ſibi præ aliis magnopere arridere, ut & qvod circa horam nonam a. m. obdormiturus foret.

§. 17.

Fuit Vidalinus omnibus corporis & animi dotibus ornatus, ſtatura juſta, membris decentibus, facie formoſa, ſed virili, oculis nitentibus & animi velocitatem præferentibus, in qvotidiana converſatione humanus, affabilis, & ſine levitate ſvavis, hoſpitalis, largus & miſericors, præſertim erga preſſos & pauperes, qvos nunqvam vacuos dimiſit, in victu & veſtitu ſimplex ſine omni oſtentatione & ſine aſſentatione popularis. Sed commotus & vino incaleſcens, ſi cum æmulis aut opinioſis res eſſet, liberior qvandoqve qvam expedire videbatur; Sententiæ tenax & contradictionum ac injuriarum impatiens, unde plurimæ ejus cum Præfectis & eorum emiſſariis lites ac controverſiæ, qvi niſi dominarentur, & omnia ex ſuo fierent nutu, contenti non fuerunt, qvod a fervido Vidalini ingenio fruſtra poſcebatur. In plerisqve Philoſophiæ partibus verſatus fuit, Græcæ & Latinæ lingvæ ſecundum Theologiam cultor aſſiduus, poëta feliciſſimus, præſertim ſi Epigrammata ſcribenda eſſent, Orator nemini ſecundus, ſtylo utebatur ſimplici, ſed maſculo & plerumqve ſuccincto, verbis ad rem ſemper apprime aptatis & penetrantibus, ut ex ſcriptis ejus liqvet, qvæ qvam a piis popularibus amentur & aſſidue uſurpentur, iteratæ editiones ſatis teſtantur (a).

§. 18.

(a) Nam ex his:

1) *Poſtilla Evangelica* ſeu expoſitiones Evang. Dom. & Feſt. octies edita eſt.
2) *Heptalogus*, ſeu Conciones in ſeptem verba Chriſti in Cruce Edit. 1716. 1753. 1754.
3) Sex *Conciones in Paſſionem Domini*, ſeptima autem a Mag. Steeno Jonæ addita, opus poſthumum. Edit. 4tæ 1753.
4) *Verus Chriſtianiſmus*, ſeu *Expoſitio Catechiſmi Minoris*. Edit. 3tiæ 1748. Cujus etiam verſio Danica prodiit.
5) *Officia hominis Chriſtiani, erga Deum, proximum, & ſe ipſum*, Anonymi Angli, ex Danico in Iſlandicum ſermonem verſa. Edita 1720 & 1744.
6) Ejusdem Aut. *Precationes* Edit. 1738.
7) *Concio funebris in exſeqvias Gislai Magnæi* 1704.

Inedita & affecta:

1) *Verſio N. Teſtamenti* ex Textu Originali, cum notis Exegeticis & Criticis.
2) *Conciones in Orationem Dominicam.*
3) *Orationes funebres* in exſeqvias Gudridæ Theodori, Mag. Jonæ Vigfuſii viduæ, Vidalini ſocrus; Et Gudridæ Giſlai filiæ, Mag. Theodori Thorlacii viduæ.
4) Permulta *poëmata* latina ſacra & profana, ut & *Orationes* & diſſertationes. Ille qvoqve collectionem lepidiſſimorum poëmatum Latinorum ab Iſlandis compoſitorum edere in propoſitis habuit.
5) *M. Porſi Nomenclator* in lingvam Iſlandicam tranſlatus.

§. 18.

Uxorem habuit Sigridam Jonæ Vigfufii Epifcopi Holani filiam, cum qva anno 1699 conjugium iniit, & ex ea duos fufcepit liberos, qvi in tenera juventute occubuerunt. Hæc licet corpore non videretur magna, magni tamen fuit animi & confilii, munditiei & honeftatis ftudiofiffima, & in œconomiæ domefticæ adminiftratione nulli fecunda, unde licet conjuges primo divites non effent, & reditus Cathedræ anno 1707 per peftem illam epidemicam, qvæ totam Islandiam exinanivit, valde attenuaretur, magnas tamen congefferunt opes, qvarum illa vi teftamenti & conventionis cum Epifcopi fratre factæ, præter legata qvæ Præful cognatis fuis dederat, hæres ex affe exftitit. Illi de bonis qvibusdam, qvæ Svenonius Thorlacio, fed hic Vidalino nunqvam erogaverat, litem movit fucceffor Mag. Jonas Arnæus & poftliminio Cathedræ vindicavit, qvorum erogatione illa magnam fecit jacturam. Moriens 1730 multis multa dedit, qvorum notatu digniffimum eft prædium *Hrafnstópter*, qvod in orphani cujusdam in tractu Eyftrahrepp educationem legavit.

Cap. V.

De Mag. Jona Arnæo.

§. I.

Natus eft anno 1665 in tractu Dyrafiord intra Toparchiam Isfiordenfem, ubi ejus pater Jonæ Aræfonii famofiffimi Holanæ diœcefeos Epifcopi trinepos, tunc temporis (a) Ecclefiaftes fuit, a qvo primâ latinæ lingvæ elementa

(a) Celeberr. *PONTOPPIDANUS* in *Annalibus Ecclef.* ex relatione (ut videtur) Mag. *Thorkelfonii* fcribit eum natum effe 1662 in Toparchia Bardaftrandenfi, cum ejus pater ibi tunc Ecclefiaften egerit; qvod erroneum effe videtur, nam vita ejus impreffa Holis 1748 fcripta a Vigfufo Erlandino ex ore viduæ & aliorum, qvi virum ad ungvem noverunt, excepta, ejus nativitatem ad annum 1665 refert. Et intra Isfiordenfem, non vero Bardaftrandenfem Toparchiam natum effe vero fimile faciunt Acta Synodalia Mag. Brynjolfi Svenonii, annorum 1658 & 1668, ex qvibus liqvet, Arnam Lopti 1658 ob difcordiam qvandam inter eum & curiatos in Adalvik inde difceffiffe, & per parœciarum

elementa didicisse fertur, qvod tamen pro certo venditare non audemus; id certius, qvod ex schola Skalholtina ordinarie dimissus circa annum 1690 studiorum gratia Hafniam petierit, ubi cum biennium Musis fidelem navaverat operam, & examen Theologicum sustinuerat, anno 1692 in patriam remeavit, moxqve ab Enaro Thorsteini filio, Holanæ dioeceseos Episcopo dignissimo, Holanæ scholæ Con-Rector constituitur, qvod officium cum triennio gessisset, anno 1696 Rectoris munus capessivit, cui usqve in annum 1707 magna vigilantia, zelo & discipulorum emolumento præfuit, adeo ut Holanæ scholæ pulverem 15 annos triverit; Hoc autem anno Mysta Ecclesiæ Stadensis in tractu Steingrimsfiord, & subseqvente 1708 Ecclesiarum Strandensium Præpositus constituitur, qvibus officiis qvindecim annos pari laude ac prioribus præfuit.

§. 2.

Post mortem Vidalini omnes qvidem Jonam Hallthori filium Præpositum Borgfiordensem Episcopum fieri optabant, ad qvod affectandum, ut Hafniam enavigaret, Islandiæ Præfectus Nicolaus Fuhrmann omnium nomine magnopere instigabat, sed illo hoc onus detrectante, Thorleifus Aræsonius Præpositus Toparchiæ Rangarvallensis ejus rei causa Hafniam transmisit; instinctu autem Arnæ Magnæi, Professoris Philosophiæ & in Collegio Consistoriali Assessoris, qvem Aræsonius imprudenter offenderat, Fridericus Rostgaard, tum temporis non tam in Cancellaria Danica, qvam in aula valde potens, effecit, ut Thorleifus repulsam ferret, sed Jonas Arnæus Præpositus Ecclesiarum Strandensium ad hoc muneris capessendum ab ipso Rege per intimum suum Consiliarium Ditlev Vibe evocaretur, cui humillime obediens anno 1721 Hafniam velis transmisit, acceptisqve codicillis officii, ab Episcopo Wormio, præsente ipso Rege &

rum mutationem cum Theodoro Sveni in parœciam Dyrafiordensem transvectum fuisse, ubi anno 1668 adhuc hæsit, tunc enim ibi etiam inter illum & curiales ortæ dissensiones effecerunt, ut in jus vocatus, accepta ab Episcopo aspera satis admonitione ad modestiorem & sinceriorem cum grege conversationem, non exspectato judicio, sua sponte discederet. Conf. supra pag. 667. Cum itaqve ibidem Sacerdotem ageret anno 1665, verosimile est filium ibidem natum fuisse. Neqve satis bene hic computantur anni muneris scholastici, qvos ab 1692 ad 1707 Autor 12 fuisse dicit, cum in universum fuerint 15, si modo verum sit, qvod anno 1692 Conrectoris munus capessiverit.

& plurimis aulicis, in templo Divæ Virginis, qvod Hafniæ eſt, feſto annuntiationis, inauguratus fuit, eodemqve die (ut qvidam volunt) menſæ Regiæ particeps factus (a), paulo poſt Magiſtri nomen accepit, & eodem anno in Islandiam remeavit.

§. 3.

Mox ut Cathedram aſcendit, Eccleſiæ nævos emendare aggreſſus eſt; hinc in prima ſtatim, qvam habuit, Synodo edictum vulgavit, qvo diœceſeos Sacerdotes, ut & parentes & patresfamilias monuit, ut doctrinam Catecheticam junioribus ſedulo inſtillarent, cujus gratia, & qvo facilius id fieri poſſet, ſe *Erotematicam Catechiſmi Expoſitionem* junioribus tradendam imprimi curaſſe indicavit, cujus exemplum ibidem oſtendit, ſe in viſitationibus eccleſiaſticis hujus rei ſtrictum fore exſecutorem comminans, qvod poſtmodum fideliter præſtitit, nam ut aſſidue viſitationes eccleſiaſticas inſtituit, ita nunqvam catechiſationes aut juniorum examen omiſit; Paſtoresqve, qvos eam officii partem perfunctorie peragere experiebatur, ſevere corripuit, unde ejus tempore eccleſiam Islandicam diœceſeos ei concreditæ in doctrina Catechetica magnum feciſſe profectum negari non poteſt.

§. 4.

Templorum inſpectiones ſedulo qvidem inſtituit, eorumqve rationes multo ſeverius qvam prædeceſſores, & fere ad modum antiqvum Catholicorum Epiſcoporum, exegit ac computavit, qvod gravium ſæpe qverelarum & diſſenſionum cauſa exſtitit. Vidalinus (ut ſupra pag. 686. diximus) exactam illam & ſcrupuloſam datorum & acceptorum penſitationem exoſus, pactum cum templorum curatoribus inierat, ut ipſa templa, eorumqve omnia utenſilia ac poſſeſſiones, ſarta tecta conſervarent. Hic vero eo, aut talibus pactis, non contentus, præſertim ſi illis non bene ſtetiſſent, exactam omnium rationem popoſcit. Cumqve multorum templorum

(a) Hujus relationis auctor eſt Magnus Giſlai, primo Nomophylax, & poſtea Iſlandiæ Præfectus, id ſe ex ore A. Magnæi audiiſſe referens. Sed ſi recte memini, dixit Magnæus eum in eodem triclinio, ſed ad aliam menſam, cibum cepiſſe, ſed inter epulas de rebus Iſlandicis cum Rege collocutum eſſe.

plorum rationes a multis annis hoc modo non fuerint purgatæ, ille autem ab ultima ſemper Epiſcopi rationum computatione inciperet, licet 40 aut 50 annorum eſſet, nam Præpoſitorum in hac re acta parvi plerumqve æſtimavit, nec intermedias templorum refectiones, niſi liqvido probari poſſent, facile accepit, rationes autem ita inſtituit, ut ex uno anno omnes metiretur, qvod permultis, qvi extraordinariarum expenſionum obliti erant, pergrave accidit, ipſiqve multorum inimicitias excitavit, qvæ etiam ad ejus ſucceſſorem redundaſſent, ni Rex anno 1749 medicinam attuliſſet, jubendo ut rationarium ad qvodvis templum inſtitueretur, in qvod omnium datorum & acceptorum ratio inſcriberetur, facto ab ultima hujus Epiſcopi viſitatione initio, qvo qverelæ & controverſiæ hinc natæ qvodam modo ſopitæ fuerunt, ſi non penitus ſepultæ.

§. 5.

Pia illa corpora, præſertim noſocomia, qvæ epiſcopali curæ erant concredita, non ſecus ac anteceſſor intemerata fide adminiſtravit, ſed contrariam prorſus ingrediens viam, nam in id omnes nervos intendit, ut non tantum certam haberent ſortem, ſed & ut hæc qvovis anno creſceret, qvem in finem admodum paucos ægrotos in noſocomia admiſit, conſtat enim ex rationibus annorum a 1722 usqve ad 44 numerum ægrotorum, qvi publica pecunia ſuſtentabantur, qvotannis 5, 6 aut 7 non exceſſiſſe, nec facile ſine ſumma neceſſitate cuiqvam extra eadem ex annuis præbitis attribuit, multo minus vivo aliqvid detraheret, qvod viri inſtitutum ab ejus tempeſtatis magiſtratu politico valde juvabatur, cum vix ullus unqvam cauſa qvadam caderet, qvin 5, 10, imo 20 aut 30 imperiales noſocomiis ut erogaret adjudicaretur, qvod noſtra ætate nigro cygno rarius eſt, cum hodie, & qvidem inter melioris notæ viros, exiſtent, qvi omnia hæcce noſocomia abrógata eſſe velint. Taceo contributiones ob contracta in prohibitis aut ſpeciali indulgentia licitis gradibus conjugia, qvæ tum temporis multo majores, qvam noſtra æſtate, injungebantur, usqvedum tandem penitus ceſſarent. Sed hinc factum eſt, (ut qvidam volunt) ut ſimul cum ſorte noſocomiorum augeſceret etiam ægrotorum numerus, cum ſparſi per provincias inter plebeiam juventutem vagarentur, qvæ facile talium contactu & familiari converſatione infici poteſt, qvorum icciroo numerus ab anno 1720 vel 30, ad noſtra usqvè tempora valde auctus exiſtimatur.

§. 6.

Rem ſcholaſticam promovere & ad bonam frugem perducere omni ope ſemper adnixus eſt, multum ei hoc nomine debere diœceſin Holanam, multumqve laboris & moleſtiarum ob præſtitam in munere ſcholaſtico fidem, vigilantiam, & zelum, dum ibidem ludo literario præerat, omnes veritatis amantes confitentur. Idem etiam, poſtqvam Cathedram Epiſcopalem aſcendit, in ſchola Skalholtina facere conatus eſt, & magna ex parte perfecit, nam non tantum progreſſuum in literis & neceſſariarum artium ac ſcientiarum cognitionis ſeverus fuit exactor, qvæ qvo facilius juventuti inculcari poſſent, nova idiomate Islandico conſcripſit *præcepta Grammatica*, ut & *Nucleum Latinitatis* Hafniæ, dudum in uſum ſcholarum Daniæ Latino Danice editum, in uſum ſcholarum Islandiæ Latino-Islandice edi curavit, qvæ hodiedum tanto diſcentium commodo ac emolumento, qvam docentium laboris levamine, in ſcholis noſtris uſurpantur. Sed etiam graviſſimus morum cenſor ac antiqvæ diſciplinæ reſtaurator fuit, varios enim abuſus, licentias, & cacoëthes, qvæ tam inter docentes, qvam diſcentes, irrepſerant, aut infregit, aut penitus eradicavit, gnarus doctrinam ſolam, aut cognitionem pietate & morum ſanctitate deſtitutam parum prodeſſe. Paucis non poteſt exprimi qvantum ei hoc nomine debeat Eccleſia, ut & qvantum moleſtiæ & laboris hoc opus exegerit, in qvo ſine dubio, & plus, & idem facilius, efficere potuiſſet, ſi paullo majore lenitate uſus eſſet, nec tanta parcitate tam docentibus, qvam diſcentibus, qvæ illis debebantur, ſubminiſtraſſet, qvæ antiqvæ parcimoniæ aſſvetus & priſci moris tenax, eo, unde receſſiſſe videbantur, retrudere voluit, qvod non tantum illis recalcitrandi, ſed etiam ſubſeqventi magnæ mutationi anſam præbuit.

§. 7.

Nec minore zelo & auctoritate regebat ſubditum Clerum, cujus ne minimos qvidem nævos ſine caſtigatione transmiſit, nec excuſationes facile admiſit, & ne qvidem ſententiarum diſſenſiones, præſertim ſi cum melioris notæ viris res eſſet, ab illis enim eas plerumqve pro contradictionibus accepit, qvarum valde fuit impatiens, ut in objurgationibus ſæpe acerbus, ita in jurisdictione & multarum irrogatione ſeverus, & plerumqve graviſſimam ſuam ſententiam faciens, qvod nunqvam aut raro ex

 odio

odio aut ſtudio partium, ſed viri indole, qvæ a ſummo juſtitiæ rigore, aut qvod juſtum eſſe putavit, vel latum ungvem diſcedere piaculum duxit, qvod ei cum multis offenſionum & non raro graviorum litium ac controverſiarum, non niſi coram ſupremo tribunali finiendarum, cauſa exſtitit, unde ſemper talibus aliqvo modo innodatus fuit, ut ex ſeqventibus patebit.

§. 8.

Prima ei magnæ molis controverſia fuit cum vidua ſui in officio anteceſſoris, qvam non ſine gravi cauſa in jus ducebat, qvod non omnia Epiſcopalis Cathedræ bona, qvæ ejus maritus a ſuo prædeceſſore acceperat, ſibi tradiderit; Cujus cauſæ origo talis fuit: Anno 1674 Mag. Svenonius, vigens adhuc & valens, ſucceſſori ſuo Mag. Theodoro Thorlacio, non tantum ipſam ſedem Epiſcopalem cum omnibus ad eam pertinentibus tradiderat, ſed etiam multo plura, ut depoſitum ſibi, ſi opus eſſet, qvandocunqve poſceret, reddendum, eaqve omnia in duos libros inſcribi curaverat, qvorum alterum ipſe retinebat, alterum ſucceſſori tradidit; Mortuo autem Svenonio Thorlacius ejus hæredi hæc reſtituere, neſcio qva de cauſa, abnuerat, usqve dum hæres, Trebonius Jonæ, Præpoſitus Toparchiæ Arneſenſis, anno 1685, cum nihil ſe obtenturum prævideret, hæc omnia Cathedræ Epiſcopali ea conditione dono dedit, ut ejus dotem augeret; Præſul autem donum qvidem accepit, ſed ea adhibita conditione, ne Cathedræ bona augeret, nec ſui hæredes id erogare tenerentur, qvæ licet nimis ficulnea eſſet exceptio, eam tamen ut ſatis validam hæres & filius Brynjolfus Thorlacius accepiſſe videtur, nam anno 1698 cum ſedem epiſcopalem Vidalino traderet, nec librum a Svenonio conſignatum produxit, nec hujus pecuniæ ullam fecit mentionem, ſed tantum ex tenore indicum 1589, cum hæredes Gislai Jonæ Oddo Epiſcopo, & 1639, cum hæredes Oddi Epiſcopi Svenonio Cathedram traderent, eandem jam & ejus bona erogavit; Cum vero Vidalini vidua certo ſciret maritum hæc nunqvam accepiſſe, imo forte talem librum exſtare ignara, id tantum & ejus valorem anno 1722 reddidit, qvod maritum accepiſſe ſcivit; Sed forte rationarium illud, qvod apud hæredes Svenonii fuerat, in manus Epiſcopi Arnæi inciderat, qvi cum viduam fruſtra appellaret, ut hæc redderet, illa autem veriſimile videri Svenonium hæc tanqvam depoſitum ſervanda tradidiſſe Thorlacio, alii cuidam uſui reſervari voluiſſe,

nam

nam verisimile esse, noluisse Svenonium, qvi magno conatu Regium privilegium impetraverat, ut inutilia templorum bona & inventaria vendere & abalienare liceret, ipseqve ejusdem vi Skalholltum & suos successores magno talium onere levaverat, id hoc modo sine omni necessitate gravius facere. Qvæ illa surdo cecinit, causam enim ad Regem retulit, & Commissarios, qvi litem dirimerent, expetivit, qvos ab eo nominatos Rex ei concessit, Regium nempe in Islandia Qvæstorem Cornelium Wulff, & Thorleifum Aræsonium, Præpositum Toparchiæ Rangarvallensis, viduæ autem Jonam Hallthori, Præpositum provinciæ Myrensis, ac Sigurdum Sigurdi Prætorem Toparchiæ Arnesensis; Qvi auditis partium rationibus, ut & Thorlacii excusatione, qvi ibidem duas Vidalini apochas produxit, qvibus fatebatur se omnia sedis Episcopalis & templi Cathedralis bona ab eo accepisse, eumqve ab eorum uberiore erogatione liberum pronuntiavit, unde de hac re actum esse videbatur, ni ipse Thorlacius mox desideratum illum librum, in qvem ipsius pater propria manu scripserat, *hunc esse verum illud Rationarium, ad cujus tenorem bona Cathedralia erogari deberent*, qvod rationarium multo plura & cimelia qvædam continebat, qvam alter ille qvi penes Svenonii hæredes fuerat; Simulqve conventionem inter Episcopum Thorlacium & Præpositum Trebonium initam anno 1685, qva Præpositus hasce opes Cathedræ donavit; unde manifestum fiebat, Thorlacium haud bona fide in hoc negotio versatum fuisse, cum hæc tam diu celaverit, qvod tantarum impensarum & turbarum causa exstiterit; judicatum itaqve fuit, ut Vidalini vidua vi apocharum a marito Thorlacio datarum sortem penderet, Thorlacius vero impensas solveret, & cimelia, qvæ subduxerat, restitueret (a).

§. 9.

Majorem ei creavit molestiam Studiosus qvidam Theodorus Jonæ filius, non obtusi nec mali ingenii, & semper aliqvid legens, unde sciolus & opiniosus potius qvam doctus evasit, qvi postqvam rude scholastica donatus fuerat, in parœcia Middalensi, ubi Ecclesiasten egit Olaus Jonæ, villicationem cum matre vidua instituerat; inter hos, Pastorem & Studiosum, ortæ primo fuerant dissensiones, Mysta enim Studiosum accusavit,

 qvod

(a) Plura hac de re vid. supra pag. 647. 680.

qvod templum & ſacra ſolennia raro freqventaret, hic vero Sacerdotem qvod in templo ſacris operari qvandoqve negligeret, qvodqve qvædam ejus conciones tanti non eſſent, ut longum ad eas audiendas iter ſuſcipiendum dignæ cenſeri poſſent, qvæ controverſia, etſi aliqvatenus ſopiretur, in cinere tamen ignis latuit, usqvedum anno 1724 Præfectus Regius præbendam Reykiadalenſem in Theodorum conferret, tunc enim ex legum præſcripto, teſtimonium vitæ, qvod Epiſcopo inſinuaret, a Sacerdote expetens, tale retulit, *qvod juventutem variis ſecum velitationibus contaminaverit*, qvod cum Paſtor in jus vocatus probare non poſſet, ab Epiſcopo & Synodo generali pecunia qvadam mulctatus fuit, ſed nihilo ſecius Theodorus ordinationem petens repulſam tulit, qvapropter Hafniam ſe conferens, Studioſorum albo inſcribitur, acceptoqve teſtimonio de laudabili in Theologicis ſtudiis profectu anno 1728 ad Regem rem omnem detulit, qvi examinata cauſa Præſulis cauſationes non tanti eſſe reperiens ut Studioſum ab ordinatione excludere deberent, juſſit ut Præſul ei qvam primum eandem impertiretur. Simile qvid Magno Snæbiörnonio anno 1735 evenit, cui ob levicula qvædam ordinatio denegabatur, nec prius, qvam Rex mandaret, eandem impetravit.

§. 10.

Hoc modo Theodorus in officium admiſſus brevi curiatis ob intempeſtivum zelum inviſus fieri cœpit, qvod præſertim in apricum erupit, in templo Reykiadalenſi Feſto nativitatis Domini hoc eodem anno, ibi enim in colloqvio cum ruſtico qvodam Gudmundo Thorſteini dixiſſe convictus fuit: *Tu ſine mea voluntate ſalutem non adipiſceris*; qvæ verba ibidem ter repetivit, & deinde in eodem templo feſto Circumciſionis ea denuo protuliſſe & adjeciſſe: *hæc fuerunt mea verba: audiat ea tota concio, ea enim coram Deo & hominibus tuebor*, ob qvæ in jus vocatus, licet tandem coram Synodo provinciali eadem retractare vellet, adjiceretqve ſe, cum ea altera vice proferret, ſubjunxiſſe: *Niſi pœnitentiam egeris*, tamen cum teſtes id ſe non audiiſſe affirmarent, ab officio removendus & publica Eccleſiæ diſciplina notandus cenſebatur; Sed cum cauſa in Synodo generali anno 1729 tractaretur, Sacrificulus verbis retractatis & præcipitantiæ veniam humiliter orans, jurejurando confirmavit, hanc ſe addidiſſe conditionem: *Niſi pœnitentiam egeris*; ut officium retineret, ſed ab Epiſcopo publice moneretur, & mulctam pecuniariam pauperibus Sacerdotum vi-

duis

düs pro facultatum modo erogaret, a Præfecto & 5 assessoribus judicatur. Præsul vero cum tribus Sacerdotibus censuit ut officio privaretur, & publica Ecclesiæ disciplina in Templo Reykiadalensi notaretur, cui se ad mitigandum Præsulis animum subjecit, qvo tamen efficere non potuit, qvin Episcopus in sententia perstaret, usqve ea anno 1735 Supremi tribunalis judicio explosa, Præfecti autem confirmata fuit.

§. 11.

Simile qvid mox hoc eodem anno, ut & seqvente accidit, nam pro concione dixisse idem hicce Theodorus insimulabatur: α) *Christi vitam in hoc mundo nihil aliud fuisse, qvam miseriem, mærorem, pauperiem & mortem.* Et β) *qvod Christus secundum humanitatem Patri par fuerit.* In privato autem colloqvio cum familiari qvodam, cum mentio injiceretur controversiæ, qvæ ei cum Gudmundo Thorsteini intercesserat, dixisse ferebatur: γ) *Utinam diabolicus ille populus, qvi hic est, ab oculis meis abesset,* cumqve aliqvis diceret: *pulchre, mi Pastor, te ad Sacram cœnam paras, si ad eam die Jovis accessurus es*; Cui ille: *Sed tu*; cumqve collocutor regereret, *non adhuc ante genua tua me projeci,* tum ille: *pariter æstimo tuam coram me genuflectionem, acsi canis mihi blandietur.* δ) Cum mulierem qvandam canentem audiret, inter alia etiam hæc verba in Sacro qvodam cantico: *Conjugium est status sanctus*, dixisse insimulabatur: *Valde jam erras*; & interrogatus *qvi sic?* respondit: *a lapsu Adami & peccati in mundum introitu, omnes conjuges se gesserunt ut bestiæ, tauri & admissarii.* Ob hæc in jus ductus a Præposito & Synodo provinciali, officio, ut hæreticus, exuendus judicatur. Sed in Synodo generali verba explicuit; α) Se de Christi infima exinanitione locutum esse cum Scriptura. β) De antecedentibus & conseqventibus testes nihil dixisse, cum ipse in concione disparitatis inter donationem & possessionem non oblitus fuerit. γ) Intelligi voluit hoc & talibus scripturæ loqvendi modis: *qvi peccatum facit est ex Diabolo.* δ) Restringere voluit ad appetitum & modum conjunctionis, referens se ad D. *Joh. Arndtii* aliorumqve loqvendi modos. Hæc a Præfecto & majore Synodi parte ut inhoneste & præcipitanter dicta fuisse conclusum est; Cum vero nec ullius criminis aut hæreseos convictus sit, cum verba aliqvaliter explicuerit, pro modulo facultatum pro meliore informatione pauperibus Sacerdotum viduis aliqvid daret, officium vero retineret. Præsul vero cum tribus assentatoribus unaqvaqve harum locutionum

tionum officio se indignum reddidisse, ideoqve exuendum esse censuit. Qvod ejus judicium pariter ac prius anno 1735 Supremi tribunalis sententia elevatum fuit, Præfecti autem confirmatum.

§. 12.

Præter mox memorata eidem huic Theodoro multa alia parum decentia ab æmulis intentata fuerunt, ut crimen falsi, seu qvod citationem qvandam corrupisset & incognita nomina subscripsisset; qvod ut irreqvietus & contentiosus sacerdotali officio indignus esset; ob qvæ a Præposito & Episcopo ab officio removendus censebatur; Sed cum Præfectus & major pars Synodi non consentirent, nam prior causa tantum supponebatur, sed probari non potuit, posterior qvidem vera fuit, sed cum nunqvam ut aggressor alios irritaverat, connivendum videbatur, licet se contra vocantes in jus adversarios, qvoad potuit, defenderet; Tandem autem eum Judaismi, & qvod se ipsum circumcidisset, accusabant, qvod ut miserum hominem maxime pupugit, ita inimicis lætum fuit, cum si ejus convinci posset, de eo actum esse certo scirent. Primo itaqve coram Synodo luculentam edidit confessionem, se ex toto corde confessioni Augustanæ adhærere, nec ullam hæresin, minime autem Judaismum fovere, aut ei addictum esse, & ut calumniam retunderet, qvorundam Prætorum & unius Sacerdotis inspectioni se in foro generali subjecit, qvi testati sunt; mutilatum qvidem esse membrum genitale, qvod tamen ad circumcisionem Judaicam referri non posset, cum major membri pars abscissa esset, ipse autem id carcinomatis cujusdam eradicandi ergo factum fuisse dixit, qvod, ut & qvod prioribus causis ceciderant, silentium hostibus imposuit.

§. 13.

Sopita hac controversia altera mox surrexit, cum nominato mox Olao Jonæ Sacerdote Middalensi, viro qvidem natura non malo, sed iracundo, & cum irasceretur, mentis fere exule, cui cum rustico vicino prædium ad Skalholtensem cathedram pertinens inhabitante, contentio de fœnisecio intercessit, uterqve enim sibi locum qvendam inter villas medium appropriavit, qvem Sacerdos a multis annis præscriptione qvadam tenuerat, jam vero rusticus Pastorem, fœnum secando, præverterat, sed fœnum nondum avexerat. Sacerdos itaqve de re certior factus cum

suis

ſuis fœnum colligere & domum devehere inſtituit, qvod ubi ruſtico innotuit, cum ſuis, ingenti armatus ſecure, Paſtorem invadit, ſtravitqve humi, ſed cum ſacrificulus ſuccumbens nec verbis nec factis parceret, ruſticus in genam ingens vulnus accepit, qvod hic ſibi Sacerdotem cultro, qvem tenuit, inflixiſſe dixit; ille vero ab ipſius ſecure, qvam uterqve etiam jacentes intercipere & ſuam facere geſtiebant. Hæc licet inter ſe æqvabiliter compoſuiſſent, Præſulis tamen interventu ruſticus pacta rupit, & Sacerdotem in jus traxit, cui, licet teſtes valde vacillarent, & legitimus actionis modus & proceſſus judicialis in prima inſtantia non fuiſſet obſervatus, Sacerdoti in Synodo provinciali plus ſimplici vice officium abjudicabatur, pluries enim hanc crambem ob intervenientes tricas & ambages recoxerant; Cum vero cauſa ultima vice in Synodo generali tractaretur, Sacerdotis Procurator ſententiam dicaſterii generalis produxit, qvæ teſtium habilitatem elevatam eſſe oſtendit, unde concluſit Præfectus & major Synodi pars, cum partes per legitimam reconciliationem in gratiam invicem rediiſſent, & jam judicatum eſſet, teſtes contra Sacerdotem illegitime productos fuiſſe, eum pro innocente habendum, & cauſam in univerſum obliterandam eſſe; Præſul vero cum ſuis hæc nihili æſtimans, ex Præpoſiti ſententia officium ſacerdotale Olao penitus abrogavit; Qva ſententia ille ſe magnopere læſum ratus, ad Regium Tribunal provocavit. Sed cum citationem Regiam acciperet, Præſul ad plures abierat, qvod longis hiſce tricis finem impoſuit.

§. 14.

Haud minorem noſtro moleſtiam creavit Eyvindus qvidam, Cœnobii Kyrkiubajenſis conductor, qvi diu cum loci Curione Enaro Halfdani filio, Epiſcopi affine, controverſiarum ſerram traxit, nunc de recitatione Catechiſmi, qvam Eyvindus decrepitus ſenex unacum aliis publice facere abnuebat, nunc de contemtu qvem ſibi ab eo factum Curio putavit, qvod ab aliis Sacerdotibus potius, qvam a ſe, abſolutionem & Sacram Cænam accipere mallet; qvapropter ab Epiſcopo, ut 80 circiter imperiales penderet, adjudicatus fuit, qvæ controverſia a ſupremo tandem tribunali ita diremta fuit, ut Eyvindus tantum 9 imperiales proximo noſocomio ſolveret, a publica Eccleſiæ diſciplina liber eſſet, & qvocunqve vellet Confeſſionario uteretur.

§. 15.

Ab officio ob graves & enormes prævaricationes plures removit Sacerdotes, in qvorum numero fuerunt, Arnas Jonæ, Paſtor Saurbajenſis; Jonas Theodori, Paſtor Sandenſis, Sigurdus Arnæ, Kroſſenſis, ob vinolentiæ vitium, idqve magno ſuo merito. De Arnfinno Magni Sacerdote Ogurenſi, qvi eadem de cauſa eadem fata ſubiit, dubitatum fuit numne juſto ſeveriorem habuiſſet judicem; adverſum autem de Giſſuro Biarni filio hominum judicium fuit, qvi accuſatus, qvod chartam loco panis in ſacra cæna porrexerit, nec ſe jure jurando, qvod inſcius fuerit, purgare vellet, nam de illo qvin ab officio depoſitionem meritus fuerit, præter ipſum nemo dubitavit, qvi Hafniam injurias qveſtum transvectus, priusqvam aliqvid impetraret, mortuus eſt; Nec diſſimiliter de Jona Jonæo Myſta Hytarneſenſi cenſebatur (de qvo pluribus egimus ſupra pag. 669.) qvi ſeptuagenarius qvosdam curiatos gravi affecit injuria, eaqve propter gravi multa pecuniaria punitus fuit, cum peccata hominis ſenio, aut delirio potius, qvam malitiæ imputare magis conſentaneum eſſe videretur.

§. 16.

Diutiſſime autem magni viri patientiam exercuit Gislaus qvidam Olai, inveteratæ contumaciæ ruſticus, qvi ab anno 1700 externa ſalutis media, verbi divini auditionem & ſacramenti uſum neglexerat, nec admonitus emendare voluerat, qvapropter Miniſtri Eccleſiæ anno 1711 Magiſtratus politici opem imploraverunt, ſed cum ille negotio deeſſet, Gislaus in eadem contumacia proceſſit, usqve ad annum 1720, qvo Eccleſiaſtici majorem ei excommunicationem minari cæperunt, omniaqve ad ejus exſecutionem præparata fuerunt. Præterea cum anno 1722 noſter Epiſcopus Ephoriam Eccleſiaſticam ſuſciperet, ejus inſtinctu Gislaus ſolenniter excommunicatus fuit anno 1724, ſed cum his parum proficeret, & Gislaus in eadem contumacia perduraret, anno 1725 Præpoſitus Toparchiæ Rangarvallenſis Thorleifus Aræſonius cauſam Synodo generali detulit & denuo disqvirendam propoſuit, ad qvam licet Gislaus citatus fuiſſet, pro ſolito more non comparuit, qvapropter nihil agi potuit, niſi in annum ſeqventem comperendinatio; Interea tamen monitis Eccleſiaſticis & pali alligatione eum experiri placuit, qvæ cum omnia fruſtra eſſent, anno 1726 per Prætorem Toparchiæ Thingvallas nolens trahitur, & Synodo

odo fiftitur, ubi contra omnium opinionem piorum virorum alloqviis victus fupplex fit, & pænitentiam præ fe ferens, accepta paulo poft publica abfolutione, dimittitur, fed domum reverfus ad ingenium denuo revertitur, unde præmiffis præmittendis & obfervatis, qvæ in tali cafu præfcribunt leges Ecclefiafticæ, anno 1728 ex præfcripto Libri Ritualis publica devotione horrendiffimis diris Sathanæ in carnis perditionem traditur, qvod ille parum curans, & inveterata contumacia procedens usqve in annum 1730 perduravit, cum denuo ut Synodo generali fe fifteret, juffus non comparuit; Tandem autem anno 1731 nolens eodem tractus, pari modo ac anno 1726 fupplex factus, difciplinæ Ecclefiafticæ fubjectionem promifit, fed cum pactis non ftaret, caufa ab Epifcopo ad Regem delata fuit, qvi clementiffime refcripfit, Gislaum, fi modo denuo fe fubmitteret, abfolvendum effe, fin vero in incepto perduraret, exilio plectendum, qvod ut audivit, anno 1732 fe fubmifit, & Dominica 9 poft Trinitatis in templo Thingvallenfi coram univerfa, qvæ ad comitia generalia confluxerat, mortalium multitudine, publice abfolutus fuit, qvem tandem triginta annorum fcandalum & moleftia, qvam Ecclefiæ & ejus miniftris creaverat, finem habuit (a). Cujus qva contemtum minifterii Philippus qvidam Jonæ filius veftigia legere inftituerat; Sed cum eodem hoc anno Regio Refcripto juberetur in Bremerholmianam fervitutem transvehi, ni refipifceret, fe fubmittere & ad frugem redire vifum eft.

§. 17.

Et hæ qvidem fuerunt exftantiores, qvibus implicitus fuit, controverfiæ, qvæqve ei majorem moleftiam qvam honorem, aliis autem, qvi illis citra fuam voluntatem innodabantur, aliqvid curarum, fi non

 damni

(a) Hocce, qvantum nobis conftat, unicum majoris excommunicationis exemplum habemus ab anno 1550, qvo Jonas Aræfonius, Epifcopus Holenfis, Davidem Gudmundi diris devovit, nam priores Epifcopi, licet difciplinam Ecclefiafticam non negligerent, haudqvaqvam tamen tam fevere exercuerunt. Nefcio enim an aliud inhumanius excogitari poffit, qvam talis pæna effe videtur, qvæ pro præfenti rerum ftatu utinam ex legibus penitus expuncta effet, ejusqve loco corporalis qvædam animadverfio, ut pali alligatio, in aqva & pane fuftentatio, tandemqve exilium furrogaretur, qvæ etiam mens fuiffe videtur optimis Regibus Friderico III. cum anno 1650 edictum de obftinacibus (vide fupra pag. 459) & Chriftiano VI. cum 1732 Refcriptum de Philippo Jonæ, ediderunt.

damni qviddam attulerunt, minores autem, qvæ ſine Regis interventu, aut ſupremi tribunalis ſententia finiri potuerunt, libenter omittimus; Sola autem Svarzkopfiana cauſa, de qva, ut qvæſtionem haberet & tanqvam ſupremus Commiſſarius ſententiam diceret, a Rege juſſus fuit, utpote de viri integritate teſtans, penitus præteriri non debet; Cujus ſumma talis fuit: Dederat Nicolaus Fuhrmannus, anteqvam in Islandiam venit, virgini cuidam Apolloniæ Svartzkopf fidem conjugalem, eandemqve, neſcio qvam ob cauſam, ruperat, aliiqve, cui nomen Catharina Holm, eandem deinde addixerat; Svartzkopfia itaqve injuriæ impatiens, eum in jus vocavit, cauſamqve primo coram Conſiſtorio, & deinde ſupremo tribunali tam luculenter obtinuit, ut Fuhrmannus aut eam, aut ea viva aliam ſine ejus permiſſu non duceret, dumqve procraſtinaret, dimidio ſalarii, qvod ex officio perciperet, illi cedere adjudicaretur, qvæ dum Hafniæ aguntur, ille in Islandiam ad Præfecturam capeſſendam transfertur, qvo eum utraqve ſponſa, ſed diverſis temporibus, ſecuta eſt; Sed uno circiter ab introitu in Islandiam anno elapſo, Svartzkopfia ægrotare incipiens, venenum ſibi propinatum fuiſſe ſuſpicatur, qvam præſumtionem pluribus amicorum aperuit, præprimis autem Paulo Kink, Mercatoriæ Societatis alumno, qvi ejus juſſu eandem, ad fratrem ejus, civem Hafnienſem, profeſſione capillamentorum ſtructorem, detulit, ille autem extemplo Regium expetivit mandatum, qvo Thorleifus Aræſonius Præpoſitus Rangarvallenſis, & Hacon Hannæus ejusdem Toparchiæ Prætor, Commiſſarii conſtituuntur, qvi de cauſa qvæſtionem exercerent; Cum vero illi ſtatim diſſentirent, anno ſeqvente Præſul Arnæſonius illis rogatu Svartzkopfii adjunctus fuit, nam inter Præſulem & Præfectum æmulationem qvandam verſari audiverat, unde tam ipſe, qvam alii hoſtes Fuhrmanni, aut ejus ope ipſum Fuhrmannum, aut ad minimum ejus familiam veneficii ream agi poſſe ſperarunt. Sed contra omnium ſpem Præſul Præfectum ab omni veneficii ſuſpicione liberum pronuntiavit, qvæ ſinceritas magnum ei, apud omnes æqvos judices, honorem & juſtitiæ laudem conciliavit, præſertim cum eadem poſtmodum a ſupremo tribunali intacta relinqveretur; cum Præfectus in alia cauſæ parte, qvam Præſul intactam prætermiſerat, non leviter vacillaret.

§. 18.

Ut contradictionum fuit impatiens, & conceptæ ſemel opinionis tenaciſſimus, ita cum Satrapis & eorum procuratoribus raro aut nunqvam

unanimis

unanimis fuit, nimiæ enim imperiositatis vicissim alter alterum incusabat; Prima autem & præcipua dissensionum causa fuit jurisdictio Ecclesiastica, eamqve exercendi methodus, qvam ille antiqvo more, ut & in Clerum & sacra omnia imperium, soli Episcopo propriam esse arbitrabatur, illi autem sibi ut supremis rei judiciariæ in Islandia inspectoribus, id juris competere contendebant, nam de limitata, & certis terminis utriqve circumscripta potestate non conveniebat, unde alter alterum polypragmosynes & in sua jura incursionis sæpius insimulabat. Altera dissensionum causa fuit præbendarum Ecclesiasticarum collatio (a), qvas Præfecti Præsule inconsulto in tales sæpius contulerunt, qvi huic minime placebant, qvod hic neqvaqvam ferendum ratus, nunc de talibus graves instituit qverelas, nunc aliorum supplicationes clam Præfectos ita commendavit, ut qvidam ex collatione Præfectorum præbendas tenentes, iisdem cedere cogerentur, qvod gravissimarum utrinqve offensionum fomes non potuit non esse, qvo factum est, ut nulla in re, & minime qvidem in jurisdictione Ecclesiastica, qvæ utriqve æqve competebat, inter eos conveniret, ut ex allatis (b) satis constat; qvod multis magnæ sæpe fuit molestiæ. Nunqvam tamen hæ discordiæ in apertum proruperunt odium, sed intra jurgia, qverelas, & æmulationes steterunt, cumqve ad supremum ventum esse videretur, mors Fuhrmanni anno 1733, & ipsius Præsulis 1743, controversiis inter eum & Lafrentzium, finem imposuit.

§. 19.

Hinc, & ex seqventibus, patet non esse verum, qvod qvidam afferunt, Præfectos Islandiæ optimis ejus conatibus semper obstitisse (c), multa

(a) Vid. supra pag. 495 sqq.

(b) Vid. ibid. pag. 702. sqq.

(c) In horum numero est Celeberr. *Pontoppidanus* in vita hujus Episcopi, sed, ut puto, immerito tali invidia Præfecti asperguntur, præsertim qvod nimiam vini adusti in Islandiam subvectionem attinet, nunqvam enim illis cum ipso de ea lis qvædam intercessit, nec Præfectum Islandiæ, sed propolas Hafnienses, qvorum haud contemnenda lucri pars in hujus mercis divenditione consistit, hac petitione aut propositione offenderat. Petitionis itaqve nimietas, ut mercatoribus ex toto vinum adustum in Islandiam transvehere interdiceretur, hanc Societatem, ut velis remisqve contrairet, instigavit, cui imputanda est, qvam anno 1737 tulit, repulsa.

multa enim feqventium Refcriptorum, magnum Ecclefiæ commodum adferentium, hujus Præfulis inftinctu aut rogatu edita funt, qvorum præcipua funt: 1) De Emeritorum Paftorum fubfidiis ab optimas præbendas obtinentibus erogandis, ut pofthac non vulgari merce aut promifcuis rebus, fed Coronatis Danicis folvantur; Qvodqve omnes, qvi hoc modo cenfas teneant præbendas, qvotannis integrum cenfum pendant, ab Epifcopo & Synodi generalis Affefforibus inter egenos, & emeritos Sacerdotes diftribuendum, & fi qvi tergiverfaretur, per loci Præpofitum debitum extorqveatur; 1735. 2) Qvi, anteqvam conjugium ineunt, congrediuntur, a difciplina ecclefiaftica liberi fint, modo mox conjugium ineant; 1735. 3) Præpofitis pofthac cum duobus tantum Affefforibus licitum fit jus & jurisdictionem provincialem exercere 1736; 4) Præfecti Islandiæ pofthac conferent præbendas vacantes in perfonas officio idoneas, exceptis duntaxat præbendis optimis; ɔ: qvarum annua præbita 100 imperiales fuperant; viresqve Præfectus & Præful focient, ut pauperrimis parœciis qvamprimum idonea perfona præficiatur, qvæ data occafione ad aliam meliorem promoveatur; 1737. 5) Conceffio Præpofitis indulta, ut teftes, cujuscunqve ftatus fuerint, in caufis Sacerdotum officia concernentibus examinent; 1737. 6) Ut mulctæ nofocomiis adjudicatæ per Satrapam a reis tergiverfantibus exigantur; datum 1740. 7) Qvanti codicilli officiorum a Præfecto edendi refpectu proventuum cujusvis parœciæ conftare debeant; 1740. 8) Qvomodo rationes templorum computandæ fint; 1740. 9) Præpofiti in omnibus caufis ad Sacerdotes, eorumqve officia pertinentibus, decifivam in Synodo provinciali pronuntient fententiam; 1741. 10) Nulla a Præfecto in qvenqvam conferatur Præbenda ante elapfas 6 feptimanas a Curionis morte; 1742.

§. 20.

Præter hæc ipfe confentiente Præfecto Regio cum Synodo Generali antiqvas qvasdam Conftitutiones, qvæ in defvetudinem venerant, aut renovavit, aut novas condidit, qvarum præcipuæ fuerunt: 1) *Ut pauperiores coloni, qvi Sacerdoti nec decimas, nec earum nomine aliqvid, folvunt, aut unum diem qvovis anno eorum ufibus infervirent, aut decem obolos penderent, opus autem a viduis & liberorum multitudine preffis fœnifecii, & pifcaturæ tempore non effe exigendum*, qvo antiqva Conftitutio facta anno 1678, Articulis Ripenfibus fuperftructa, anno 1726 renovabatur. 2)

Cum

Cum qvidam Præpositi & Pastores, partim ejus cum Præfectis continuis dissensionibus, cum certo scirent, in alterutrius offensam incurrendum fore, partim lentore qvodam offensi, qvi in agendis adhibebatur, cum ejus tempore Synodus sæpe 10, 12 aut 14 dies duraret, eandem freqventare negligerent, *anno 1732 injunxit Rangarvallensis, Arnesensis, Kialarnesensis, Borgfiordensis & Myrensis Toparchiarum Præpositis, ut certo Sacerdotum numero stipati in Synodo qvotannis apparerent;* qvo Constitutionem factam anno 1640 partim renovavit, partim immutavit. 3) Anno 1737 edictum proposuit, *ut articuli legis, qvi de gradibus prohibitis agunt, qvotannis ex suggestu Dominica decima post Trinitatis unacum ipsis gradibus prohibitis publice recitarentur* (a). 4) Anno 1734 monitum edidit, *ne qvis privatus informator, qvi juventuti prima Latinitatis fundamenta instillat, aliis uteretur præceptis aut artibus,* Donato *scilicet,* Grammatica *&* Syntaxi, *qvam qvæ* ipse conscripserat, & *hoc anno Hafniæ imprimi curaverat.* Anno autem 1722, ut supra innuimus, Edictum *de Catechismo a se conscripto, unice usurpando*, ediderat, qvæ omnia bona inductus intentione fecit, licet qvædam a sciolis & invidis qvibusdam in seqviorem partem traherentur.

§. 21.

Statura fuit mediocri, sed robusto corpore & membris compactis, valetudine tam prospera, ut ad decrepitam usqve ætatem morbum vix sentiret, cibi & somni minimi, omnis luxus & ostentationis osor acerrimus, laborum tolerantissimus, & ut ipse fuit laboriosissimus, ita otii & desidiæ hostis infensissimus. Temperamento, ut ex dictis & dicendis concludi potest, fuit cholerico-melancholico, unde facile excanduit, & ad contentiones proclivis fuit, qvibus semel susceptis pertinaciter inhæsit, nam semel conceptæ opinionis tenacissimus fuit, & contradictionum impatiens. Ingenio fuit mediocri, qvod pertinacissima industria ita acuerat, & excoluerat, ut in lingvis, Theologia, Geometria, Trigonometria &

(a) Graduum prohibitorum recensionem, qvam publice prælegendam proposuit, dicit se exscripsisse ex antiqva Ecclesiæ lege dicta *Christinnrettur*, qvod etiam verum est, nam in antiqva lege Ecclesiastica, qvæ *Christinnrettr Arna Biskups*, sive *Recentior*, insignitur, hæc recensio verbotenus desumta est, licet eundem codicem nec ante, nec post, pro lege agnoscere voluerit, sed prolixa contra eundem scripta diatribe impugnaverit, qvæ hic obiter adnotare placet, ne observatio plane intercidat.

& Aftronomia, fuæ ætatis nulli fecundus evaderet; Hinc etiam literas fovit, & qvantum in eo fuit, promovit, nam præter alia ejus in rem literariam merita, qvosdam adolefcentes, qvi ipfi a manibus fuerant, ad Hafnienfem transmifit Academiam, ibiqve fuo ære fuftentavit; Doctos autem, qvi ab ejus placitis & opinionibus difcedebant, parum æftimare videbatur, nam ut cum pluribus controverfias literarias habuit, ita eos, ut & alios qvi contra eum vel hifcere audebant, fæpius nimis afpere & arroganter, ut tyrones & idiotas, tractavit & traduxit; qvi nævus non malignitati aut lædendi pruritui, fed connatæ morofitati & pædagogico zelo, cui a teneris usqve ungviculis affveverat, adfcribendus eft; Nam licet fæpius verbis & geftibus paulo aufterior videretur, femper tamen pius, probus, apertus, fimplex, & calumniarum, mendaciorum, fuci, & fraudum expers fuit, amicis præterea fidus & ad qvævis officia promtus.

§. 22.

A qvibusdam ut avarus & perparcus traducebatur, fed immerito, nam licet ad rem (præfertim prioribus annis) attentior effet, qvam luxuriofo feculo placeret, & debita ad ultimum usqve obolum exigeret, avarus tamen dici non potuit, nunqvam enim aliena appetivit, debitaqve bona fide folvit, parcitas autem in qvotidiano & ad antiqvum morem inftituto victu & œconomiæ adminiftratione conftitit, unde magnas congeffit divitias, qvæ invidis & gulofis, non intelligentibus qvantum vectigal fit parcimonia, bilem & falivam moverunt. Et qvicqvid fuit, opibus certe optime ufus eft, nam ad commodandum egenis promtus fuit, ad fubveniendum preffis aut cafu aliqvo afflictis proclivis, nec facile, præfertim fenefcens, ullum, qvem fcivit revera ope indigere, vacuum dimifit, & licet multa magnaqve in cognatos & clientes collata dona & beneficia in cenfum non veniant, faltem in rem literariam, templa, & eorum miniftros, fupra 2000 imperiales impendiffe conftat, nam præter 600 Joachimicos in ftudia juvenum qvorundam erogata, ad pios ufus donavit feventia prædia & villas: 1) *Garpsdal* in Toparchia Bardaftrandenfi; 2) *Berufiörd* in Mulenfi. 3) *Strönd* in Arnefenfi, magni momenti prædia, qvæ fuo ære emta in fempiternas præbendas & Sacerdotum fedes commutavit. 4) *Arnarbæli* in Grimsnefo Mosfellenfi Sacerdoti. 5) *Geitagil* Saudlauksdalenfi. 6) *Haafós* Otrardalenfi in Toparchia Bardaftrandenfi. 7) *Veigaftade* Svalbardenfi, in perpetuum peculium & præbendæ augmentum

tum

tum legavit, qvorum pretium accurate computatum 2000 Joachimicos effecit. Cumqve ante mortem non omnia emancipasset, serio tamen cavit, ut hæc sua voluntas exsecutioni daretur.

§. 23.

Ut officia, qvibus præfuit, stricte & vigilanter obiit, ita etiam rem domesticam sedulo semper & accurate ordinavit & administravit, horis autem subsicivis, præsertim postqvam Episcopatum suscepit, libris & studiis ita indefessus incubuit, ut a legendo aut scribendo vix unqvam vacuus offenderetur, qvæ agentem & firmis adhuc fruentem animi & corporis viribus, nisi qvod ultimis vitæ annis memoria labescere & pristina corporis agilitas paullulum rigescere cæpit, acutus qvidam ictus d. 3 Februarii anno 1743 oppressit, graviterqve afflixit usqve ad horam circiter qvartam antemeridianum ejusdem mensis diei octavi, cum piam animam svaviter exspiraret, exactis in hoc mundo annis 78 (a), in Episcopatu 21, sed in omnibus, qvæ gesserat, officiis 50 annis. Ut Episcopus 93 personas sacris initiavit, Præpositos 16, sed Rectores scholæ 3 creavit. Sepultus fuit in medio Templo Cathedrali d. 18 Februarii. Opera ejus consistunt, partim in propriis scriptis, qvorum qvædam typis evulgata sunt, qvædam vero inedita, partim vero in alienorum operum revisione & editione (b).

§. 24.

(a) Ut recte docet Celeberr. *PONTOPPIDANUS* eum 1743 mortuum esse, ita minus vere qvod anno ætatis 81 die 9 Februarii decesserit. Magnopere etiam errat dicendo: α) Ejus Catechismum sæpius Holis in 8vo impressum esse, cum Hafniæ tantum, sed multoties, editus sit in 12. β) Tribuendo ei versionem Precationum Doct. Joh. Lassenii, cum illa a Thorsteino Gunnari adornata, & libellus Holis 1681, deindeqve Skalholti editus fuerit. γ) *Tractatus* ex Danico in Islandicum versus impressus Hafniæ 1738 in 12. *de Confessione & S. Cœna*, nunqvam, ut putamus, exstitit.

(b) Edita sunt: 1) *Vita & Epigrammata*, in socerum & socrum *Einarum Thorsteini* Episcopum Holanum, ejusqve uxorem; Nam licet ipsæ parentationes sint Jonæ Gunnlaugidæ, cujus nomen præferunt, reliqva tamen Aræsonium auctorem agnoscunt, cujus auspiciis edita sunt. Hafniæ, 1700. in 4to.
2) *Calendarium perpetuum*, ad stylum novum accommodatum. Holis, 1707. in 12.
3) *Catechismus Lutheri*, cum luculenta expositione. Hafniæ, 1722. & deinde ibidem multoties. 12.
4) Calendarium perpetuum, vulgo: *Dactylismus Islandicus.* Hafniæ 1739. 12.
5) *Nucleus Latinitatis* cum interpretatione Islandica. Hafniæ 1728.

6) *Dona-*

§. 24.

Uxorem anno 1703 duxit Gudrunam Einari Thorfteinidæ Epifcopi Holenfis filiam, mulierem lectiffimam, ætate fibi parem, uterqve enim habebat annos 38, qvæ ad mariti genium optime fefe accommodare novit, unde in qvadragenario conjugio fvaviter confenuerunt: Ex eadem unicus ei natus eft filius, boni qvidem ingenii, fed ex arctiore patris difciplina egreffus & in Academiam Hafnienfem transmiffus, a folutioris vitæ Studiofis, qvibus cum converfabatur, feductus, liberius genio indulgere cæpit, qvam patri placuit, unde domum fub priftinæ difciplinæ jugum revocatus, in phreneticum qvendam morbum incidit, ex qvo poft utriusqve parentis fata deceffit, qvo pacto Præfulis relictæ opes ad ejus fratris filium translatæ funt. Qvæ filii fortuna, licet patrem perculfum ire putaretur, nihil tamen de folita animi conftantia remittere vifus eft. Vidua poft mariti mortem ejus legata bona fide erogavit, cumqve illa haud pauca mariti dona traderet, & qvædam ex fuo adderet, ei etiam mariti dona tribuuntur; Deceffit tandem pia & mæfta matrona Medalfelli in Kios anno feculi 52, ætatis 87, illuc enim fe finito anno gratiæ contulerant, ibiqve fepulta fuit, cum ob ingravefcentes tempeftates & nivium moles tempore hyberno Skalholtum commode devehi non poffet.

6) *Donatus, Grammatica, & Lexidion Latino-Islandicum.* Hafniæ, 1734. in 8vo.
Aliena ipfius aufpiciis edita:
1) *Joh. Arndtii verus Catechifmus*, a Thorleifo Arnæfonio in Iflandicum fermonem expofitus, editus Hafniæ 173? in 8.
2) *Matth. Roftochii Poftilla Evangelica* a Petro Enari expofita; impr. Hafniæ 1739. 8.
3) *Pfalterium*, feu *Pfálmabók*, qvondam a *Giflao* Thorlaci filio Holis editum, fed Hafniæ 1742 8. recufum.
4) Mag. *Stenonis Jonæ Pfalterium triumphale.* Hafn. 1743. in 8vo.
5) D. *Laffenii Precationes*, in fermonem Iflandicum translatæ a Thorfteino Gunnari, 1743 in 8vo.

Inedita: 1) *Lexicon Islandico-Latinum.* 2) Variæ *Differtationes* & velitationes de rebus inter ipfum & alios viros doctos controverfis: α) Epifcopum Vidalinum *de pronuntiatione LL. Græcæ & Latinæ.* β) Nomophylacem Paulum Vidalinum: a) *de Decimis.* b) Voce *Thing.* c) Voce *Eykt*, aliisqve. γ) *Vindiciæ Conftitutionis Bergthorianæ* contra eundem & Celeberr. A. Magnæum. δ) *De Legibus Ecclefiafticis Islandiæ*, contra A. Magnæum, aliosqve. ε) *De hora Paffionis Domini.* ζ) *De matrimonio confummato.* η) Arithmetica qvædam *de Stacksvöllur &c.*

SECTIO

SECTIO IV.

De Epifcopis Holenfibus.

Cap. I.

De Thorlaco Skulonio.

§. 1.

Anno 1597 24 Augufti natus eft Thorlacus Erichftadis in Svartardal, patrem habens Skulonem Einari filium, abavum vero Thorarinum Steindori filium, matrem autem Steinunam Gudbrandi Epifcopi Holani filiam notham, cujus mater fuit Gudruna filia Gislavi Sacerdotis Fimbogi filii, qvi Gislaus Thorlaci proavus maternus, Thorarinum ejusdem proavum paternum occiderat (a). Thorlacus ab avo materno Holis educatus, ibidem primam tanto fucceffu literis operam dedit, ut 1615 rude fcholaftica donatus, feqvente anno ejusdem fcholæ Conrectorem agere poffet. Anno 1616 Hafnienfem adiit Academiam, indeqve redux anno 1619 Holanæ fcholæ Rector conftituitur (b). Cum vero avus tum temporis variis ipfi valde periculofis intricatus effet caufis, hunc fuum nepotem anno 1620 ad expediendum negotia Hafniam mifit, qvi reverfus nuntium attulit, aut jure coram fupremo tribunali experiendum, aut crimen pecunia expiandum effe, qvam conditionem fenex accepit, feqventiqve anno 1000 Joachimicis Regis iram fedavit.

§. 2.

Anno 1623 ope & commendatione (ut videtur) D. Olai Wormii, illi enim anno 1622 hujus negotii procurationem commiferat (c), Regios

 accepit

(a) De Giflao Fimbogi plura vide fupra Tom. 2. pag. 659. 710. 750.

(b) Vide fupra pag. 186.

(c) Vide *Epift. Wormii* 106.

accepit officii codicillos, ut Jonæ Gudmundino Sacerdoti Hytardalino, in officio ſuccederet, cui cum ſe fruſtra Comminiſtrum obtuliſſet, ab avo Gudbrando Paſtor Templi Cathedralis conſtituitur, & anno 1624 ſacris initiatur, cumqve eodem anno avus in fatalem incideret morbum, & templum Holanum lacerum valdeqve nutans tempeſtate funditus everteretur, Thorlacus anno 1625 denuo in Daniam avo medicinam procuraturus, & materiem novi templi ſtructuræ aptam coëmturus abnavigavit, qvod negotium cum ex voto expediviſſet, anno 1626 in patriam remeavit, moxqve ſeqventi anno, poſt fata avi, ſenium cauſſante Arngrimo Jonæ qvin oblatam electionem acciperet, communi Holenſis diœceſeos cleri voto Epiſcopus electus eſt, qvo facto Beſſaſtadas ad eliciendum Satrapæ conſenſum proficiſcitur, ubi in anceps valde incidit periculum, cum eodem tempore prædones Algeriani villæ Regiæ imminerent; Sed illis diſcedentibus, timore & periculo liberatus, cum Satrapam in ſuam partem traxiſſet, Hafniam eadem æſtate transvolat, ubi acceptis a Rege Codicillis officii, & examine, ut tunc temporis moris fuit, exantlato, a Petro Vinſtrupio Epiſcopali officio initiatus, anno 1628 in patriam reverſus eſt.

§. 3.

Anno 1630 cum Chriſtina Gislai Haconis Nomophylacis filia conjugium contraxit Cumqve Oddus Epiſcopus Skalholltenſis eodem anno diem 27 Decembris & Gislaus diem 12 Februarii 1631 ſupremum obirent, magna inter Skalholtinæ diœceſeos incolas conſultatio & ſollicitudo fuit, qvos nam ſummis hiſce officiis præficerent; Amici & affines fuerant, dum vixerunt, Præſul & Nomophylax, & intercedentes ſimultates, ne erumperent, prudenter ſedaverant, ſed ipſis mortuis ignis in cinere latens inter eorum filios mox fumare cœpit; Utriqve itaqve magni ſua intereſſe rebantur, ne perſona ex alterutra familia, aut Epiſcopus, aut Nomophylax, conſtitueretur; Gislai Nomophylacis filius Vigfuſus, ingenio & variis dotibus conſpicuus fuit, ſed ætatem non exceſſerat juvenilem, Præſulis vero filii maturæ fuerunt ætatis, & multorum amicorum ac clientum ſubſidiis fulciebantur. Thorlacus itaqve ut caput familiæ Brædratungenſis, ſuam ſuorumqve rem agi exiſtimans, amicorum & clientum cohorte cinctus generale advolat dicaſterium; Cumqve primo de Nomophylacis electione ageretur, ut ex tribus ad id nominatim electis, cui ſors faveret, ab

omnibus

omnibus; ut rite electus Nomophylax agnosceretur, inter omnes convenit, qvæ, habita primum ab Episcopo conveniente oratione, adjectisqve ab omnibus, qvi præsentes erant, precibus ad Deum ardentissimis, aperta urna, sors Arnæ Oddi filio favere visa est, qvo facto ad Episcopi electionem animum applicuerunt, ubi post varias factionum altercationes, vicit tandem Skalholtensis, qvæ Gislaum Oddi Episcopi filium & Arnæ jam Nomophylacis fratrem, Præpositum Toparchiæ Rangarvallensis & Holtensis curiæ mystam, electum ivit (a), qvo tunc, excepto tantum Oddo Stephani Præposito Arnesensis toparchiæ, nemo in tota Skalholltina diœcesi tali honore & officio dignior fuit.

§. 4.

Mox ubi Cathedram ascenderat, controversia ei cum hæredibus Gudbrandianis de officina typographica intercessit, qvam Gudbrandus filio suo Paulo legaverat, *si ea debito modo uti & bonos libros, qvi publico usui essent, edere par foret; Sin minus, Cathedræ cederet*, jusserat. Jam licet Paulus ante patrem mortuus esset, liberorum ejus curatores nihilominus illis, ut legitimis in omnia patris jura successoribus, eandem vindicare voluerunt. qvod Præsul ita retulisse videtur, acsi Gudbrandus absolute & nulla adhibita conditione Cathedræ Holanæ typographiam legaverit, qvapropter testamenti confirmationem facile impetravit (b). Sed cum Gudbrandi hæredes de relationis & testamenti genuino sensu mussitare non desinerent, causam anno 1648 generalis dicasterii sententiæ submisit, qvod secundum eum pronuntiasse videtur, scil. ut Typographia Holanæ Cathedræ sine redhostimento cederet (c).

(a) Vid. supra pag. 594.

(b) Vid. ibid. pag. 372. sqq.

(c) Sententia Generalis Dicasterii de testamento Gudbrandi: *Rogationem tulit Episcopus Thorlacus, ut Nomophylaces & Assessores unacum Regio Procuratore, sententiam dicerent, qvomodo intelligenda essent verba testamenti, utrum* (Typographia) *peculium Templi Holani augeret, an vero hæredibus Gudbrandianis redhostimentum eapropter deberetur? De qvo inter Nomophylaces, Assessores, & Regium Procuratorem Janum Severini convenit, ut Typographia ab Episcopo Thorlaco & ejus successoribus conservaretur & usurparetur, ad Templum Cathedrale in Dei gloriam, ut præscribit Testamentum. Sed de redhostimento Typographiæ nihil addere possumus, donec hæredes documentis & testimoniis id sibi adferant. Datum anno 1648.*

§. 5.

Alteram, ſed longo poſt tempore cum Brynjolfo Svenonio Epiſcopo Skalholtino, de novo, qvod ille Skalholti inſtituere voluit, typographeo, diſſenſionem habuit, id enim ſibi ut & Cathedræ Holanæ & toti Islandiæ damno futurum dixit, qvaſi judicatum eſſet duo in Islandia typographea tolerari non poſſe (a). Idqve tandem patronorum & amicorum ope adjutus effecit, ut datum Svenonio novum Skalholltiæ inſtituendæ officinæ typographicæ privilegium revocatum aut ſuppreſſum fuerit (b).

§. 6.

Totus hicce controverſiæ cardo in illo ſitus fuiſſe videtur, qvod Skulonius privilegium Regium clamitabat, vi cujus typographia ſibi eodem jure, qvo anteceſſor habuerat, conceſſa eſſet, experientiam autem omni exceptione majorem teſtari, anteceſſorem ſolum hoc jure potitum fuiſſe, nec ullum alium typographia ſimul uſum fuiſſe; Svenonius autem urgebat, qvod anteceſſor nullo excluſivo gaviſus fuerit privilegio, qvid? qvod Jonas qvoqve Nupufelli typographiam (c) ejus tempore exercuerit,

(a) Vid. *Epiſt. Worm.* No. 132.

(b) Vid. ibid. No. 133. 970.

(c) Conf. *Worm. Epiſt.* Num. 970. Ex hac Epiſcoporum diſceptatione, oritur qvæſtio utrum Jonas Jonæ Nupufelli aliud uſurpaverit typographeum qvam Gudbrandus Holis inſtituerat, (qvod Svenonius affirmavit) ita ut duo ſimul diverſa in Iſlandia exſtiterint typographea, qvod Thorlacus qvoqve non negavit, ſed indultu Gudbrandi factum eſſe aſſeruit, rogatus autem, hanc aſſertionem probare neqvivit. Qvi negativam amplectuntur ſententiam, dicunt nullum Gudbrandi tempore exſtitiſſe typographum præter Jonam & filium ejus Brandum, qvi Jonæ in hoc officio ſucceſſit, Jonam autem duabus diverſis & longo intervallo diſtantibus officinis ſimul præeſſe non potuiſſe. Cumqve negare non poſſint, typographeum Nupufelli uſurpatum fuiſſe, ajunt idem, ſed diverſis temporibus, diverſis locis exſtitiſſe, ſcilicet nunc Holis, nunc Nupufelli. Errare autem eos, affirmativæ ſententiæ patroni dicunt, libros eodem anno, utrinqve impreſſos probare ex. gr. anno 1578, Codicem legum Iſlandicarum Nupufelli, ſed Holis qvindecim Spangenbergii orationes exſeqviales & Urbani Regii Medicinam animæ; Anno 1589 Nupufelli Summaria N. T. Viti Theodori, ſed Holis codicem cantilenarum ſacrarum (vulgo *Pſálmabókin*); Qvin & Codices Legum Nupufelli & Holis editos diverſam omnino typorum formam monſtrare. Cumqve idem Typographeum

rit, ita & nec ſucceſſor tale privilegium excluſivum allegare poſſet; Nec ſemper obtinere, ut qvi prior ſit privilegio, ideo ſit potior, qvod non omnia privilegia ſint excluſiva aut monopolia; Aſt qvot qvantaqve argumenta protulerit, nunqvam tamen ad uſum venit typographiæ.

§. 7.

Cum tam fortiter pro typographia pugnaverit, non dubitandum putamus pari induſtria eam uſurpaſſe, licet librorum ejus auſpiciis impreſſorum numerus non adeo magnus ad nos pervenerit, (a) qvorum præcipuus

pheum eodem anno ultro citroqve portari non potuerit, manifeſtum eſſe qvod duo diverſa ſimul exſtiterint Typographea, nec obſtare, qvod Jonas Jonæ, unicus tum temporis nominetur typographiæ Magiſter, cum Holanum a qvodam ejus diſcipulo dirigi potuerit, cujus nomen ut minus celebre interciderit; Urgent præterea Thorlaci conceſſionem, ſive qvod Svenonii aſſertionem negare non potuerit. Sed tantum infringere voluerit, dicendo, factum id eſſe Gudbrandi indultu, qvod, rogatus, probare neqviverit. Qvæ eqvidem valida videntur eſſe argumenta; interim, vix adduci poſſum ut credam, Jonam, virum teneræ ſortis, Gudbrandi clientem, Nupufelli, qvod prædium Holano Typographo conceſſum fuit, Gudbrandi ingratiis diverſum ab ejus excercuiſſe typographeum, præterea haudqvaqvam impoſſibile eſt, Gudbrandi officinam tam locupletem fuiſſe, ut ad tempus poſcente aliqva neceſſitate, dividi potuerit & utrinqve excerceri. Sed qvicqvid fuerit; inde non ſeqvitur Gudbrandum tale habuiſſe privilegium excluſivum, qvod illi ſoli talem in Iſlandia uſurpare officinam permiſerit, in cujus jura Thorlacus ſucceſſerit, omnibus autem aliis id interdixerit, qvod bonus noſter Thorlacus probare debuiſſet.

(a) Libri, qvi eo Holis ſedente ex officina typographica prodierunt, & ad noſtram notitiam qvodam modo pervenerunt, ſunt ſeqventes:

1) *Meditationes D. Gerhardi* — — — — 1630. 1644.
2) *Ordinatio Eccleſiaſtica* — — — — 1635.
3) *Precationes Havermanni ſ. Avenarii* — — — 1636.
4) *Forſter in Orationem Manaſſis* — — — 1641.
5) *Winters libellus de Inferno* 8vo. — — — 1641.
6) *Conciones tribus diebus ſupplicationum* — — — 1629. 1641.
7) *Biblia Sacra* — — — — — 1644.
8) *Manuale Molleri* in 8vo. — — — — 1645.
9) *Graduale Islandicum & Latinum* — — — 1649. 1655.
10) *Poſtilla Pancratii* — — — — 1649.
11) *Liber Precum* vel *Exercitium Pietatis D. Gerhardi* — — 1652.
12) Theſes qvædam & *Exempla Conſolatoria e Sacra Scriptura deſumta,* qvæ tentationibus diaboli poſſunt opponi. — — 1652.

13) *Pſalmi*

cipuus eſt Codex Biblicus, cujus verſionem Islandicam ab anno 1637 ad annum 1644, qvo integer Codex prodiit, jubente Chriſtiano Qvarto accommodatam ad verſionem Danicam a Joh. Reſenio confectam, opera uſus Svenonis Jonæi poſtmodum Myſtæ Bardenſis, adornavit (a), in eo tantum Gudbrandianæ editioni præferendam, qvod textum in verſus diſpeſcit, ipſo Rege 200 Joachimicorum dono ſumtum ſublevante, & præterea jubente, ut qvodvis in Islandia templum unum huic uſui imperialem impenderet, qvam contributionem erogare qvosdam templorum patronos, ſi non abnuere, ſaltim tergiverſari Præfecto Regio qveſtus eſt, qvi anno 1641, ut ſine mora penderetur, ſevere mandavit.

§. 8.

Acta ejus ad jurisdictionem Eccleſiaſticam pertinentia, qvæ cujusdam ſunt momenti, nobis nulla videre contigit præter: 1) Approbationem divortii, qvod Jonas, celeberrimi Arngrimi Jonæ filius, cum uxore Olufa Jonæ Sigurdini qvondam Nomophylacis filia fecerat, conſentiente Halldoro Nomophylace, licet nullam legitimam divortii cauſam, præter ſolam diſcordiam, proferre poſſent, & Olufa ibidem jurejurando confirmaret Jonam ſecum nunqvam congreſſum fuiſſe, ubi plus conſcientiæ, ſi non amicitiæ, datum fuiſſe, qvam lex concedit, dubium non eſt, uterqve enim conjux extemplo novum cum diverſis perſonis conjugium iniit. 2) Apologiam aut defenſionem mulieris ex marito capite cenſo & exule imprægnatæ, qvam qvidam Politici ordinis viri, inprimis Regius Procurator Janus Severini, ejusdem ac maritum pœnæ ream eſſe voluerunt, qvi ſororem ejus antea compreſſerat, in qvo judicio Præſulis ſententia vicit, qvi uxorem vi fœderis conjugalis innocuam eſſe luculenter demonſtravit. 3) Sententiam de Olao *Lærdekarl* ob adulterium dictam, qva eum ab officio removit. Similiter de controverſia ejusdem Olai cum Jona Pauli, qvem ſangvinem ſibi loco vini in ſacra cœna propinaſſe inſimulavit, Jonas vero Olaum

13) *Pſalmi Geneſeos* Síra *Jons Þorſt.* in 8vo. — — 1652. 1655.
14) *Meditationes Patrum Mart. Molleri.* — — — 1655.
15) *Pſalmi de Meditationibus &c.* in 8vo. — — — 1655.
16) *Enchiridion Joh. Gerhardi* in 8vo. — — — 1656.

(a) Plura de iſta Bibliorum editione & verſione peti poſſunt ex elegantiſſimo S. Ven. *HARBOE* Tractatu *Isländiſche Bibelgeſchichte*, in Ephemerides *Däniſche Bibliothek* inſerto.

Olaum in calicem ſangvinem inſpuiſſe dixit, a qvo Olaus ſe jurejurando purgavit, ut Jonas ideo cauſa caderet (a). 4) Eſt cauſa Jonæ Gudmundini, dicti *Lærda*, in qva Thorlacus unacum Epiſcopo Skalholtenſi judicio præſedit, qvo Jonæ aqva & igne interdictum fuit (b).

§. 9.

Anno 1636 cum Chriſtianus Qvartus tertia vice clementiſſimo edicto, dato Antverſkovii 22 Decembris, mandaret, cum huc dum in Islandia ad liberationem conterraneorum in ſervitute Algeriana ſub Mahumedanorum jugo gementium facta ſymbola haud qvaqvam ſufficeret, ut denuo collectam facerent, injunxit: 1) Epiſcopis, ut accuratam inirent rationem, qvid ex templorum ſuperfluis bonis huic uſui inſervire poſſet. 2) Numne duorum aut trium annorum canones ex templorum fundis ſolvendi huic neceſſitati impendi poſſent. 3) Univerſo populo, ut qvisqvis pro modo facultatum aliqvid daret, qvod ut Epiſcopi, qvisqve in ſua diœceſi, omnibus notum facerent, ſerio mandabatur; Collata autem a templis & Sacerdotibus pecunia Epiſcopo tradenda erat, qvi eandem Hafniam transmitteret (c); His ut ſatisfaceret Skulonius omnes ſuæ diœceſeos Sacerdotes Flugumyram convocavit, ut ibi qvisqve, ejusqve præbenda ac templum, pro modo facultatum cenſeretur, ſed qvid ibidem actum fuerit, nobis non conſtat (d). Qvantum vero ad bona mobilia & alia attinet, in dicaſterio univerſali communi conſenſu concluſum fuit, ut in provinciis montanis & mediterraneis duo oboli ex qvavis decimationis centeſima (*Hundrade*) penderetur, ſed in locis maritimis unius diei piſcatura tempore ad piſcandum aptiſſimo huic uſui deſtinaretur.

§. 10.

(a) Vid. ſupra pag. 185.

(b) Vid. ibid. pag. 590 ſqq.

(c) Vid. loc. cit. pag. 72.

(d) Nunqvam ſatis mirari poſſum Epiſcopos, aliosqve hujus ſeculi magnates, rem tam magni momenti adeo lente & frigide tractaſſe; Certe Cathedra Holana anno 1652 adhuc habuit boves caſtratos 109, qvorum 25 ex tenore Reſcripti Regii dati anno 1652 Præſul redemit 100 Imperialibus, qvos Bielkio tradidit, ut ipſe fatetur Epiſcopus. Certe horum omnium (in minimum) dimidium tam pio uſui, ut eſt captivorum redemtio, impendi potuit; Et ſic de cæteris.

§. 10.

Anno 1649 & feqventibus cum Svenonio operam conjunxiffe in perfvadendo & convincendo Bielkio, cujus intima gratia fruebatur, ut Islandiæ neceffitatibus fubveniret, non eft qvod dubitetur, cum Holana diœcefis non minorem qvam Skalholtina fructum inde fperare poffet, & certe cum tempore cepit, ut inter alia ex inftitutione nofocomii Mödrufellenfis manifeftum eft; qvod etiam affirmandum de anno gratiæ Sacerdotum viduarum, nec non de templorum jure in oras maritimas, feu ligna, qvæ in eas ejiciuntur, qvæ Prætores fibi aut Regi fub prætextu Refcripti Regii dati 1595 injufte vindicaverant, cum idem Refcriptum ne verbum habeat de talibus, fed tantum de navibus, navium fragmentis, & mercibus, qvæ in oras maritimas ejiciuntur, & certum non habent poffefforem. Ei etiam debetur qvod Chriftianus Qvartus donationem Patris fui gratiofiffimo Refcripto confirmaret, qva prædium Nupufell Typographiæ Holanæ magiftro in perpetuum habitaculum gratis conceditur.

§. 11.

Lites & controverfias declinavit, aut enatas, qvantum potuit, fedavit, nifi forte huc referenda fit caufa & cafus Gudmundi Andreæ, qvi ejus patientiam diu exercendo tandem fatigavit; primo enim Holenfam fcholam freqventans, Epifcopum aut ejus familiam ita offenderat, ut inde fuerit relegatus, mox autem ex commiferatione receptus, ut tandem honeftam utcunqve nactus fit dimiffionem (a). Deinde (ut qvidam volunt) Reineftadenfis cœnobii Diaconus factus, ubi tunc temporis Enarus Arnfinni Sacerdos fuit, cognatam Epifcopi, fed celeberrimi Arngrimi neptim ex forore, ut & præbendam qvandam fruftra appetiviffe fertur, qva (ut putavit) ignominia & injuria affectus, Epifcopum ejusqve amicos verbis & fcriptis arrodere cæpit, qvæ licet contemnenda magis qvam ulcifcenda effent, bonum tamen Præfulem ita irritarunt, ut Gudmundum Diaconatu privaret, unde ad matrem, villam Biarg in Midfiordo incolentem, feceffit; Hic, qvem antea Curionem habuerat Enarum Arnfinni, vicinum denuo nactus eft, nam Arnfinnides amiffo ob peccatum contra fextum

(a) Conf. fupra pag. 586 fq. ubi de Gudmundo pluribus egimus, nolumus itaqve hic actum agere, hæc autem hic inferere nexus hiftoriæ pofcere videbatur.

sextum præceptum munere Reinestadensi, præbendam Stad in Hrutafiord sortitus fuerat; Hujus instinctu, vel etiam ut qvidam volunt, eo cooperante, *Diatriben de Polygamia* s. concubinatu, nec in Veteri, nec Novo Testamento, usqvam prohibito, conscripsit, qva occasione sæpius in legem communiter dictam *Stóradóm* talibus peccatis oppositam, & a Rege confirmatam, liberius invehitur, qvam Præsuli aliisqve novitatum osoribus placere posset; Scriptum itaqve Bielkio anno 1649 offertur, & unacum ejus auctore de tali nota commendatur, ut Gudmundum Hafniam captivum aveheret, & in carcerem Blaa-Taarn intruderet.

§. 12.

Cum Satrapis Islandiæ amicitiam semper coluit, nam Rosenkrantzius ejus ad episcopalem dignitatem evectionem, qvantum in eo fuit, promovit, eumqve in nave Regia & ex Islandia Hafniam, & inde in Islandiam vexit. Mundtius qvidem de ejus pariter ac Svenonii tergiversatione anno 1641, 1642, sed præcipue 1643 qvestus est, qvod monitis suis datis annis 1639 & 40 de Indice omnium ad templa pertinentium bonorum conficiendo, aliisqve ejus modi, qvæ ab illis postulaverat, non obtemperasset, qvod sibi impedimento fuisse dixit, qvin dudum ex mandato Regio generale & perfectum prædiorum totius Islandiæ album conficere potuissent, eosqve minaciter tantæ lentitudinis causam edere jussit. Sed qvid Thorlacus responderit, non liqvet; Mundtius autem anno proximo occubuit & cum illo totum hoc negotium interiit. Bielkii singulari gratia gavisus est, qvi anno 1649 honoris & amicitiæ ergo Holas visitavit, filiumqve ejus Gislaum secum Hafniam devexit, & nihil non in ejus gratiam fecit. Cum clarissimo viro Olao Wormio arctam etiam habuit amicitiam, ut ex assiduo inter eos literarum commercio abunde patet.

§. 13.

Ut cum patriæ magnatibus amice vixit, ita etiam præcipue cum collegis suis, Episcopis Skalholtinis, cum nec ipse, nec Gislaus Oddi filius, controversiis, qvæ hujus fratri & illius affini intercessere, se immiscerent; Svenonii primo fautor, commendante eum de meliore nota Olao Wormio, & deinde amicus exstitit, ita ut in deliberatione de Episcopo eligendo anno 1631 suum ei daret votum, suorumqve conciliaret, sed mul-

 titudine

titudine adverſæ partis victus, ab incepto deſtitit. Eum etiam hoc ipſo anno iter Hafniacum meditantem, ut ipſe faſſus eſt Svenonius, pecunia, conſiliis & commendatione juvit (a). Sed cum Thorlacus verſionem Novi Teſtamenti a Svenonio confectam imprimere detrectaret, & Svenonius jus typographiæ Skalhollti erigendæ expeteret, qvod Thorlacus, privatum magis compendium qvam publicam utilitatem reſpiciens, omnibus nervis impedivit, ſumma qvidem familiaritas ceſſavit, licet amicitia non plane exſtingveretur. Qvam carus ſuis & amatus a ſubdito clero fuerit, poſt ejus fata apparuit, cum præteritis viris doctis & experientia bene notis, filium ejus, inexpertum juvenem, mediocribus præditum donis & ingenio, Epiſcopum eligerent, nam qvin hoc ex amore in defunctum parentem provenerit, nullum eſt dubium.

§. 14.

Ingenio præditus fuit bono, & ad diſcendum literas apto, in qvibus, ſeu plerisqve diſciplinis, artibus, & ſcientiis, ut & lingvis uſitatioribus bene verſatus fuit, unde etiam ejus ætate in Holana diœceſi literæ tantum floruerunt, qvantum alias nunqvam. In colligendis, exſcribendis, & ab interitu vindicandis antiqvis Islandorum hiſtoriis aliisqve monumentis, tantam curam, operam, & impenſas poſuit, ut ei & ejus collegæ Mag. Svenonio hoc nomine poſteritas multum debeat (b). Laudabilem 59 annorum vitam Thorlacus pie & ſvaviter clauſit, anno 1656 (c) die 4 Januarii, cum unicum tantum qvadriduum ægrotaſſet.

§. 15.

(a) Vid. ſupra pag. 604. & *Worm. Epiſt.* No. 112. & 113.

(b) Propriæ autem ejus lucubrationes ſunt:
1) *Conciones Pœnitentiales* in Mich. Cap. 7. v. 1. — 10.
2) Verſio *Meditationum D. Joh. Gerhardi*, qvam Gudbrando Thorlacio perperam attribuit Clar. *SIBBERN* in *Idea Hiſtor. Liter. Island.* pag. 201.
3) Verſio *Enchiridii D. Joh. Gerhardi.*
4) Correctio antiqvæ *verſionis Bibliorum.*
5) *De literis Danorum Runicis* liber.
Et forte plures, qvæ noſtram fugerunt notitiam.

(c) In Vita Thorlaci Tom. 3. *Annal. Eccleſ.* recte ſcripſerat Celeberr. *PONTOPPIDANUS* eum deceſſiſſe anno 1656, qvod nolim in præloqvio Tom. 4. revocaſſet, & prave ſubſtituiſſet 1636, cum prius ſine dubio verum ſit.

§. 15.

Ex uxore Chriftina Gislai Nomophylacis filia fex liberos fufcepit, qvi ad maturitatem pervenerunt: 1) *Gislaum*, qvi ei in officio fucceffit. 2) Mag. *Theodorum* Epifcopum Skalholtenfem. 3) *Skulonem*, qvi in fchola D. Virginis, qvæ Hafniæ eft, ftudiorum fundamenta pofuit, fed in patriam reverfus Paftor Greniadarftadenfis & Præpofitus Toparchiæ Thingeyenfis evafit. 4) *Jonam* qvi in juventute Henrici Bielkii Regii Maj. navium Præfecti & Islandiæ Satrapæ famulus fuit, & deinde Prætor Toparchiæ Mulenfis. 5) *Gudbrandum* degenerem, de qvo nihil dictu dignum habemus. 6) *Helenam* uxorem Thorfteini Thorleifidæ toparchæ provinciæ Skagfiordenfis. Qvi omnes, ut & eorum pofteri ab hoc Epifcopo *Thorlacii* cognomen fibi indiderunt.

Cap. II.

De Gislao Thorlacio.

§. I.

Natus eft Holis 7 Novembris (a) 1631. Cumqve in fchola Holanæ latinæ lingvæ & artium rudimenta pofuiffet, anno 1649 fub infpectione Henrici Bielke Islandiæ Præfecti, fed privata informatione Runolfi Jonæ, qvi majora aucupaturus, Holanæ fcholæ cura relicta, ad Academiam Hafnienfem transfretavit, illuc vero delatus in clientelam paterni amici D. Olai Wormii receptus eft, qvo ftudiorum moderatore per triennium ufus eft, eoqve tempore, tefte ipfo Wormio, fobrie vixit, & unacum filio ejus Vilhelmo Philofophiæ ftrenue operam navavit, qvorum, tam patris, qvam filii, fingulari acqvifita gratia & amicitia, & Wormii egregio ornatus teftimonio, anno 1652 in Islandiam reverfus eft (b), qvod ei apud

 Wormii

(a) Celeberr. *PONTOPPIDANUS* dicit illum natum fuiffe 11 Novembris, & qvafi mirabundus refert, illum fratrem fuum Theodorum peregrinationem literariam inftituentem non fuiffe fecutum, non obfervans, qvod frater, multo junior, anno 1656 fuum ingreffus fit iter literarium, id eft 7 annis poftqvam Giflaus fuam inftituit peregrinationem.

(b) Vid. *Worm. Epift.* Num. 138. 139.

Wormii discipulos, qvorum tum temporis in Islandia non exiguus fuit numerus, unacum parentis memoria, viam ad honorem & officium stravisse videtur.

§. 2.

Anno 1653 iterum Hafniam reverti cogitasse videtur, nam Wormius hac de re a parente consultus, in literis datis 1654 ob pestem ibidem grassantem id dissvadere videtur (a). Qvapropter in Islandia subsistens eodem anno scholæ Holanæ moderamen suscepit (b), idqve non nisi sesqvi annum gessit, nam mortuo circa initium anni 1656 parente, rei domesticæ administratione abreptus id deposuit. Eodem autem anno die 21 Aprilis in generalis diœceseos Synodo Flugumyræ habita, annos habens 24 & 6 menses, sola votorum multitudine Olao Halli Sacerdote Grimstungensi, viro docto & magnæ experientiæ, qvi Hafniæ & Wittebergæ diu literis fidelem navaverat operam, superato, aliis vero bene meritis tacite præteritis, Holanæ diœcesis Episcopus postulatur, qvod non tam inexperti & mediocris ingenii juvenis meritis, qvam proavi & parentis memoriæ ac honori datum fuisse nemo dubitat; Hafniam itaqve delatus, repulsam certe tulisset, ni efficacissimo Bielkii aliorumqve patris amicorum patrocinio suffultus fuisset, eorum autem ope voti compos factus a Joh. Svaningio anno 1657 Dominica Exaudi Episcopus inauguratur, qvo facto in patriam reversus est.

§. 3.

Qvid præter ordinaria Episcopi munia, ordinationem nempe 60 Sacerdotum & visitationes Ecclesiarum, peregerit, nobis non innotuit, nisi qvod *Postillam Evangelicam*, seu Expositionem Evangeliorum Dominicalium & Festivalium, maximam partem ex *Hartmanni, Creidii* & *Joh. Gerhardi Postillis* conscripsit & edidit; qvosdam præterea libros antea a proavo & parente editos, & qvosdam recens concinnatos imprimi curavit,

(a) Vid. loc. cit. Num. 140.

(b) Hic denuo hallucinari videtur Illustr. *PONTOPPIDANUS* dicens eum post triennium Hafniæ transactum *alsbald nach seiner rückkunft* 1654 Rectorem scholæ factum esse; Nam nec 1654, sed 52, in patriam reversus est; nec mox, sed biennio interjecto, Rectoris munus suscepit.

vit, nam Typographeum nec incuriofe nec defidiofe ufurpavit, ut ex fubnexo librorum catalogo ejus aufpiciis impreſſorum videre eft (a).

§. 4.

(a) 1) *Dominicale* — — — — — 1658. 1670.
2) *Catechiſmus Lutheri Minor* in 12. & 8. — — 1660. 1666.
3) *Gerhardi Meditationes* — — — 1660 1674.
4) *Manuale Molleri* in 8vo. — — — 1661.
5) *Pſalmi Soliloqvii Petri Enaræi* in 8vo. — — 1661.
6) *Pſalterium Davidis metricum*, Síra Jóns Þorſteinsſonar. 8. — 1662.
7) *Soliloqvium* — — — — 1662.
8) *Pſalmi Geneſeos.* — — — — 1664. 1665. 1679.
9) *Urbani Regii Medicina Animæ* 8vo. — — 1665.
10) *Pſalmi in Paſſionem Domini;* Hallgrimi Petræi 8vo. — 1666. 1670.
11) *Pſalmi Paſſionales*, Gudmundi Erlend. 8. — — 1666.
12) *Avenarii* ſ. *Havermanni Preces Hexaëmeræ* 12. — 1669.
13) *Liber Precum* Epiſcopi *Gudbrandi* 12. — — 1670.
14) *Theſes* aliqvot *conſolatoriæ* ex ſcriptura S. Diaboli tentationibus opponendæ. — — — — 1670.
15) *Muſculi Liber Precum* 12. — — — 1671.
16) *Liber Pſalmorum.* — — — — 1671.
17) *Pſalterium Davidis* breve. — — — 1671.
18) *Calendarium Islandicum* Mag. *Theodori.* 12. — 1671.
19) *Oddi Liber Precum.* — — — — 1674.
20) *Examen Catecheticum* &c. 12. — — — 1674. 1677.
21) *Pſalterium Davidis* in 8. — — — 1675.
22) *Sigvardi Capita Fidei* — — — 1675.
23) *Thomæ a Kempis de Imitatione Chriſti*, 8. — — 1676.
24) *Poſtilla Pancratii*, cum precationibus. 8vo. — — 1676.
25) *Diarium Hallgrimi Petræi* 12. — — — 1677. 1682.
26) *Pſalmi de Catechiſmo*, *Jonæ Einarii* — — 1677.
27) *Conciones Paſſionales*, *Jonæ Araſ.* — — 1678.
28) *Conciones Paſſionales Forſteri* 8. — — 1679.
29) *Pſalmi Hexaëmeri*, *Kolbeini Grimæi* 12. — — 1682.
30) *Laſſenii Liber Precum* 12. — — — 1681. 1682.
31) *Conciones in Paſſionem Arndtii*, verſ. Hannæ Biörnonis. 8. — 1683.
32) *Bænadaga Predikaner*, Hr. Giſla Þorláksſ. 4. — — 1684.
33) *Poſtilla Evangelica*, pars prior 4. — — 1684.
Pars poſterior 4. — — 1685.
34) *Concio Funebris in Exſeqv.* Domini *Giſlai*, eo mortuo edita cum ejus vita. — — — — 1685.
35) *Pſalmi hexaëmeri;* Sira Jóns Magnúsſ. í Laufáſe. 12.

§. 4.

Cum Jona qvodam Eggerti filio, cœnobii Mödruvallensis conductore, ambiguam & parum honorificam controversiarum serram reciprocavit, cujus origo talis fuit: Conduxerat Jonas hicce cœnobium a Satrapæ Vicario Thoma Nicolai, præter annuam mercedem arrha 500 Joachimicorum, ipse autem Satrapa, ignarus qvid in Islandia inter suum Procuratorem & Jonam actum esset, idem cœnobium in famulum suum Jonam Thorlacium, Præsulis fratrem, contulit, qvi id ideo a Jona Eggerti vi extorsit, qvas inter illos enatas controversias Episcopo declinare constitutum fuit, usqve dum Pastor loci Jonam Eggerti incusavit, qvod templum diebus festis occluserit, ita ut sacris operari non potuerit, nisi janua fracta fuerit, nec vinum ad sacræ cænæ administrationem promere voluisset, ita ut qvi absolutionem acceperant, sine Sacramenti acceptione domum reverti necesse habuerint; præterea semet die festo in sepulcreto verberasse & vario modo male mulctasse, qvapropter Sacerdos ei absolutionem & sacram cænam denegavit. Jonas autem Parochum eapropter in jus vocavit, & cum Præpositus, nescio qvid prætexens, litem dirimere procrastinaret, Jonas moræ impatiens ipse Episcopum appellavit, eiqve causam judicandam submisit, qvi, in Synodo ejus gratia instituta, Jonæ publicam absolutionem ob datum scandalum injunxit, de ipso autem facto nihil qvidem categorice, sed ut crimen læsæ Majestatis ad Regem referendum esse, censuit; Qvod irreqvietum & elatum Jonæ ingenium haudqvaqvam tolerare potuit, Hafniam itaqve anno 1668 avolat, Regiqve detulit, Præsulem se a suo competente foro abstraxisse, legitimum provocationis tempus non concessisse, habiles a se productos testes rejecisse, sed contrariæ partis inhabiles admisisse, tandemqve alieno negotio, qvod ad ejus jurisdictionem non pertinuerit, sponte sua se immiscuisse; & id genus alia; qvæ licet plurimum falsa essent, Qvæstori tamen Islandiæ Johanni Klein injunctum fuit, ut litem dirimeret, qvod cum ille aut neqviret, aut consulto perendinaret, usqvedum anno 1670 auctoritate Admiralii Jani Rodsteen, & plurimorum Islandiæ optimatum Bessastadis congregatorum intercessione, illæsis (ut ipsi scribunt) utriusqve partis fama & facultatibus, in gratiam redierunt, felixqve Jonas dici potuit, si his acqvievisset, nam arrham, qva cœnobium conduxerat, Hafniæ receperat.

§. 5.

Anno 1679 Jonas altera vice Hafniam petiit, &, qvem in ſuas partes traxerat, Gudmundus Svenonius, Holanæ ſcholæ Conrector, qvi conjunctis operis Epiſcopum valde diffamarunt, qvæ cum in foro generali inter Præſulem & Jonam diſceptanda eſſent (nam Gudmundus Hafniæ fatis ceſſerat), moderatione Qvæſtoris Klein factum eſt, ut publice non ventilarentur, ſed partes privatim in gratiam redirent, plurima enim nullius momenti fuerunt, & qvædam ad denigrandam Epiſcopi famam, ex mera malitia, in deteriorem partem tracta. Sed ſedato hoc tumultu, novum Jonas excitavit anno 1684, omnes qvidem Islandiæ magiſtratus & proceres denigrando, ſigillatim vero noſtrum Præſulem: 1) qvod Sacerdoti cuidam mulierem ab alio vitiatam uxorem ducere permiſerit, ipſeqve pararium egerit. 2) Qvod ſcholæ alumnos non niſi a feſto omnium Sanctorum ad Paſcha usqve ſuſtentaret, qvapropter decimis ex toparchia Skagafiordenſi & Eyafiordenſi privari mereretur. 3) Qvod noſocomium male adminiſtraret; & id genus alia, maxima ex parte frivola, qvæ fidem licet non mererentur, hoc tamen anno qvin publice examinarentur, mors Epiſcopi commode interveniens effecit; Jonas autem, non qvidem ut delator, ſed ab hæredibus H. Bielke, ut decoctor & malæ fidei debitor, illis enim biennalem Mödruvallenſis cœnobii mercedem debuit, in carcerem conjectus fuit, ex qvo tandem anno 1687 evaſit, publicatis omnibus, qvæ in Islandia habuit, bonis, qvo exinde nunqvam venit, ſed in Sveciam ſe conferens ibidem vitam finiit (a).

§. 6.

Conjugium Giſlaus ter iniit, primum anno 1658 cum Groa Thorleifi filia, ex familia Hlidarendina, qvæ poſt ſesqviannum 1660 obiit. Alterum anno 1664 cum Ingebiörga Benedicti filia, Halldori Nomophylacis nepte, ſed Jonæ Aræſonii trinepte. Tertium anno 1674 cum Ragneida Jonæ filia, ejusdem Aræſonii trinepte, ſed Oddi Epiſcopi abnepte, qvam anno 1684 viduam reliqvit. Ex nulla harum ullos ſuſcepit liberos, qvapropter

(a) Vid. ſupra pag. 590.

propter ultimæ conjugi omnia ſua mobilia teſtamento aſſignavit, fundos tantum & immobilia fratribus relinqvens; Fuit vir ſedati ingenii, probus, munificus & popularis, qvæ virtutes ei bonorum omnium, præſertim vero ſubditi cleri, amorem conciliarunt, nam eruditio mediocritatem non ſuperavit (a). Mortem oppetiit 1684, die 22 Julii, ætatis 53, officii 27, cum penes proavum, patrem, & ipſum, Holanæ diœceſis ephoria ſine intermediis fuiſſet annos 113.

CAP. III.

De Jona Vigfuſio.

§. 1.

Hanc auram primo hauſit anno 1643; Parentes habens Vigfuſum Gislai Nomophylacis filium (b) famoſiſſimi Jonæ Aræſonii abnepotem, matrem vero Catharinam Erlendi filiam, Gislai Jonæi Epiſcopi Skalholtenſis proneptim, qvi poſtqvam ſcholam Skalholtinam aliqvot annos freqventaverat ad Hafnienſem Academiam anno 1664 ſe contulit, unde anno 1666 ab Henrico Bielke conſtitutus Prætor Toparchiæ Borgarfiardenſis in patriam reverſus eſt, qvod officium, ut aſtu qvodam acqviſiverat, ita id nec feliciter geſſit, ut ex dicendis liqvet.

§. 2.

Anno 1670, navarchus qvidam Thor Boeſted eum coram ſuperioribus accuſavit, qvod ſe ſuumqve collegam, navis Subrectorem verbis & verberibus male mulctaſſet, comminatusqve fuiſſet & ſibi & navi interitum, qvodqve ſalva nave & mercibus domum non foret rediturus; vadem itaqve ſiſtere ut juberetur, poſtulavit, qvod licet primo deriſui ſapientioribus eſſet; mox tamen, cum eventus minis reſponderet, nam navis

(a) *Qvæ conjunctim cum Epiſcopis Skalholtenſibus egit, vide ſupra Sect. præc. ea enim hic repetere ſuperſedemus.*

(b) De qvo plura ſupra pag. 527.

navis eodem autumno ad oras toparchiæ Rangarvallensis cum mercibus & duobus nautis periit, credulum vulgus de re aliter loqvi, & Prætor male audire cæpit, qvasi ejus incantamentis tale infortunium accitum fuisset, unde in jus vocatus, in foro generali anno 1671 ut se jure jurando purgaret, qvod nunqvam incantamenta didicerit, aut usurpaverit, seqve hujus infortunii conscium aut causam, nec per se, nec per alios, aut ullo modo exstitisse, Nomophylacum sententia adigitur, qvod etiam ipse sua sponte obtulerat se facturum fore, modo sibi id concederetur.

§. 3.

Sedata hac procella, altera mox surrexit, haud minus periculosa, nam legibus tum temporis sub pæna amissionis officii cautum fuit (a) neqvis cum peregrinis gentibus merces mutaret; Vigfusius autem non tantum prohibitum exercuisse commercium convictus fuit, sed etiam qvod astu & mendaciis se ex his tricis enodare conatus fuerit, qvapropter anno 1673, adnitente Qvæstore Joh. Klein, qvem scommate qvodam irritaverat, sed judicium exercente Sigurdo Nomophylace, cui præturam astu antea eripuerat, officium ei fuit abrogatum.

§. 4.

Tanta forte perculsus non animum despondit, sed eodem anno in Daniam trajecit, experturus numne amissam præturam recuperare posset, qvod cum frustra tentasset, altiora cogitare cæpit, primoqve se insinuavit in amicitiam Consulis Fog, qvi Griffenfeldii, tum temporis Cancellarii, sororem in matrimonio habuit, per qvem ipsi Cancellario de tali nota commendatus fuit, ut eo intercedente (prece an pretio (b) ad id inducto, non dicam) non tantum Regios nancisceretur Codicillos datos 12 Martii,

 qvibus

(a) Lex, ex qva hic judicabatur, est Friderici III. Rescriptum datum 27 Martii 1663, qvod Christianus V. hac occasione (ut videtur) confirmavit, & ad opum confiscationem extendit. Edictum enim datum est 1674 die 5 Maji.

(b) Griffenfeldio anno 1675 inter alia crimini datum fuit, qvod ipse 400 uncias argenti, sed Consul Fog. 100, pro Episcopatu in Islandia ab indigna persona accepisset, qvi non alius esse potuit, qvam noster Vigfusius, cum ille solus, Griffenfeldio Cancellarium agente, id officii nactus sit.

qvibus Holanæ diœcesis Episcopus constituitur, qvam primum eandem legitime vacare contingat; Sed etiam aliud ad Skalholtinum Episcopum Brynjulfum Svenonium, mandatum, ut ipsum sacris initiaret, & ne qvid deesset, qvod sibi apud sui similes honori esse putavit, & pecunia acqviri potuit, Magistri etiam titulum commercatus est, qvo facto in patriam reversus, a Svenonio sacris initiatur Dominica post Festum Trinitatis 10 (a), a qvo tempore usqve in annum 1684, qvo Gislaus Episcopus occubuit, qviete & sine scandalo vixit, nisi qvod mangonium ipsius officio & statui minus conveniens exercuit, qvod necessitate adactus, ad numerosæ familiæ sustentationem fecisse videri voluit, cum nullum aliud publicum vitæ subsidium haberet, nam 1679 præbendam Stadastad expetens repulsam tulit.

§. 5.

Mortuo Gislao Episcopo Vigfusius Holas se statim contulit, ibiqve cum uno famulo hiemavit, haud nescius pluribus melioris notæ Sacerdotibus se valde esse invisum, qvi anno 1684 plures causas & criminationes emiserunt, qvare eum pro Episcopo habere recusabant; unde Rex Episcopum Thorlacium & Qvæstorem Heidemannum Commissarios constituit, qvi cum selectis Præpositis & Pastoribus qvibusdam de hac controversia qvæstionem haberent, qvod Thingvallis 1685 perfecerunt, ubi adversarii ei crimini dederunt: 1) Qvod magiæ & necromantiæ insimulatus fuisset, cum *Episcopus debeat habere bonum testimonium ab iis qvi foris sunt, ne in opprobrium incidat & laqveos calumniatoris*; *1 Tim. 3. v. 7.* Ad qvæ respondit se ab hac criminatione jurejurando purgatum esse, & id sua sponte, ne criminationi locum daret. 2) Qvod ut notorius legis transgressor Prætoris officio privatus Episcopalem dignitatem astu qvodam adeptus sit, cum *oporteat Episcopum esse irreprehensibilem*; *1 Tim. 3. v. 1.* 3) Qvod jam factus Episcopus, mangonium & illicitum fænus exercuerit, cum

(a) Textus inauguralis dicitur fuisse *Joh.* 10. v. 1. Ubi prorsus nova tunc acciderunt: α) Qvatuor Episcopos Islandos in Islandia simul esse. β) Episcopum in Islandia ordinari. γ) Prætorem ignominiose exauctoratum, Episcopum fieri; Qvondam enim Prætores doctrina & pietate conspicui simul fuerunt Prætores ac Pastores, deniqve etiam Episcopi, ex. gr. Isleifus, Gissurus, Paulus, Jonas Ögmundi, Ketillus, &c. vid. supra Tom. 1. pag. 110 sqq. 254 sq. 292.

cùm *non deceat Episcopum esse turpis lucri cupidum*; *1 Tim. 3. v. 3.* Respondit id se summa adactum necessitate fecisse, cum aliud, unde viveret, non habuerit. 4) De ejus ordinatione se jam nihil dicturos, cum jam sciant, id Regio permissu factum esse, interim rogant, ut testimonia Academica promat, e qvibus conspicere possent, eum unqvam Theologiæ Studiosum fuisse, scrupulum enim suis sedere conscientiis, eum ideo in Islandia ordinari veniam petiisse, qvod timuerit, ne Hafniæ sub examen vocatus, nuditas ejus ostenderetur. Ad hæc nihil respondens abiit, nec postea coram Commissariis comparuit, licet plus simplici vice vocatus esset. Commissarii autem hocce examen ad Danicam transmiserunt Cancellariam. Præsul vero ipse sibi transnavigare proposuit, sed naufragium in portu passus ab incepto destitit.

§. 6.

Denuo itaqve anno 1686 Præsul Thorlacius & Regius Qvæstor Heidemann acceperunt Regium mandatum, ut cum Nomophylacibus aliisqve utriusqve status optimatibus conjunctim operam darent, ut Episcopus & ejus adversarii in gratiam redirent, ut & Episcopus cum vidua sui antecessoris transigeret, qvi de anno gratiæ contendebant, si vero id non fieri posset, legali judicio lites dirimerent, qvod cum in comitiis non ageretur, constitutum fuit, ut omnes, tam partes, qvam judices, Kalmanstungæ in Borgarfiord circa festum Michaëlis convenirent, qvo etiam omnes, qvibus id indictum fuit, ex australi & occidentali qvarta confluxerunt, sed Præsul & alii ex boreali qvarta tempestatibus & nivium magnitudine, qvin apparerent, impediebantur, qvapropter controversia de anno gratiæ inter Episcopum & viduam anno 1687 in comitiis ita composita fuit, ut de anno gratiæ viduæ Episcopi eadem valeret lex, qvam Fridericus Tertius 1650 de annis gratiæ Sacerdotum viduarum tulerat; Episcopus autem & ejus adversarii hoc anno sponte sua in gratiam redierunt, præter Thorsteinum Gunnari, Pastorem Templi Cathedralis, qvi accusatum Præsulem hoc anno Hafniam tetendit, sed anno seqvente re infecta rediit, caussans antiqvum Præsulis patronum D. Joh. Baggerum Siællandiæ Episcopum sibi in omnibus adversatum fuisse (a). Deposito

 itaqve

(a) Illustriss. *PONTOPPIDANUS* vult eum peritia antiqvitatum se in amicitiam D. Joh. Baggeri insinuasse, qvod qvo nitatur fundamento, nescimus. Eorum autem sententia,

itaqve priore officio Thorsteinus anno 1687 Pastor Templi Cathedralis Skalholtensis factus est, & Præpositus Ecclesiarum Arnesensium, qvibus anno 1690 immortuus est.

§. 7.

Vix hic tumultus sedatus fuit, cum denuo nova surgeret procella, Præsulem accusantibus, tam Societate mercatoria, qvæ Hafniæ sedem habet, sed mercaturam Islandicam certo pretio conduxerat, qvod & ipse, & per alios, illicitum, ac sub confiscatione bonorum & Bremerholmianæ servitutis comminatione prohibitum, cum peregrinis nationibus commercium in magnum sui damnum exerceret; Qvam indigenis, qvi de solito ejus mangonio, illicito fænore, ut & exactionibus ac novis oneribus, qvæ rusticis & cathedralium prædiorum colonis imponeret. Ad examinandum has qverelas novus Præfectus Christianus Muller, qvi hoc anno in provinciam primo venit, unacum Qvæstore Heidemanno, Vidvikam usqve, non longe ab Episcopali sede dissitum prædium profecti sunt. Hic Episcopus ejusqve adversarii ad audiendum testium & plebis effata ac delationes vocati comparuerunt, ubi illicitæ mercaturæ convictus fuit, ut & qvod colonis piscatorias naviculas expresserit, insolitam agnorum pasturam imposuerit, vaccas cum prædiis locatas, plures qvam lex permittit, colonis obtruserit, dura diraqve minitaverit, si non obtemperarent, & id genus alia, qvæ omnia juramentis firmata fuerunt.

§. 8.

Hæc ad Regis aures delata, tandem ei anno 1689 expresserunt mandata, unum ad Episcopum Thorlacium, Præfectum Müllerum & utrumqve Nomophylacem, qvo severe jubentur cum selectis utriusqve status 24 viris in his causis, judicum munere fungi, & sententiam decisivam pronuntiare. Alterum ad Qvæstorem Heidemannum, cui accusatoris

---

tia, qvi putant Vigfusium Baggero, utpote Griffenfelldii sororio & tum temporis primario D. Virginis Templi Antistiti, & Consuli Fog anno 1674 se insinuasse, Baggerumqve aliqvid ad ejus promotionem contulisse, ideoqve jam patrocinatum esse, non omni caret verisimilitudine; nam Vigfusium in studio antiqvitatum aliqvid valuisse incertum est.

ris publici partes demandantur; Qvare Præfectus & Qvæstor qvasi priori anno alicujus obliti fuissent, aut imperfectum aliqvid reliqvissent, Vidvikam denuo advolant, ibiqve novam de Episcopo habent qvæstionem, sed illo absente, nam paulo ante domo ad portum Grundarfiordensem profectus fuerat, ibiqve navarchum oppignoratis omnibus suis bonis, induxit, ut se Hafniam transveheret, nam sine commeatu fuit, qvem aut non petierat, aut forte etsi petiisset, certe non impetrasset. Sed Hafniam delatus, omnes fores clausas & omnium aures ad sua petita audienda & exaudienda surdas invenit, nam antiqvi patroni partim mortui, partim remoti fuerunt, D. Baggerus qvidem superfuit, sed ejus rebus se interponere plane recusavit; Responsum itaqve tulit, ut in prima, qvæ Islandiam peteret, navi domum se referret, ibiqve causam coram denominatis Commissariis diceret, qvi si eum injuria afficerent, ad supremum tribunal appellare posset; Qvæstor itaqve, qvi ei anno præterito diem dixerat, ut Thingvallis in proximo Julio causam coram Commissariis tueretur, qvam primum in portu Holmensi terram tetigit, eandem dicam renovavit; Præsul autem in præsentiarum defensionem adornaturus, domum tetendit.

§. 9.

Appropinqvante Comitiorum tempore, impedimenta, qvibus, in itinere & comitiis utendum erat, præmisit, ipse autem itinere accinctus die 30 Junii acuto valde morbi ictu perculsus, repentina morte exstinctus est; Qvod etsi Commissariis nuntiaretur, & qvibusdam causam perendinare placeret, cum ullus, qvi orphanorum causam ageret, nec adesset, nec in tanta temporis angustia haberi posset, Actoris tamen ardore & Præsidum facilitate factum est, ut sententia ad ejus nutum diceretur, qva Præsulem Regias leges & Edicta magnopere transgressum fuisse dicunt, qvod 1000 imperialium Regi, 50 egenis Sacerdotum viduis, & 50 aliis pauperibus in tractu Skagafiordensi solvendis expiandum censent, sed Qvæstori pro impensis in causæ actionem 600 imperiales pendendos esse. Numne autem se officio indignum reddiderit, ut vidua ideo anno gratiæ privanda esset, cum sibi judicare non competat, ad Regem referendum esse; A qvo judicio Theodorus Episcopi filius, qvi hoc tempore Hafniæ literis operam dabat, ad supremum tribunal appellavit, cujus

hocce

ſententia hocce judicium in totum ſufflaminatum fuit, præter qvam qvod 110 imperiales Qvæſtori ob actionis impenſas ſolvendos ſtatueret.

§. 10.

Hunc exitum habuit Jonas Vigfuſius, cum vixiſſet annos 47, ſed in officio 16, qvorum decem ut exſpectans & deſignatus pacate vixit, ſed reliqvos 6, qvibus verum & unicum diœceſeos Præſulem egit, in continuis controverſiis transegit, unde Eccleſiæ exiguo fuit emolumento, niſi qvod templorum rationaria & indices, utpote œconomiæ & rerum ad eam ſpectantium peritiſſimus, bene inſtituit & ordinavit. Uxorem habuit Gudridam, Theodori Jonæ Sacerdotis Hytardalenſis filiam, Giſlai Nomophylacis proneptim, & Jonæ Epiſcopi Aræſonii trineptim, mulierem lectiſſimam, ex qva 9 ſuſcepit liberos, qvi ad maturam ætatem pervenerunt, qvorum, dum vixit, præcipuus fuit Theodorus Jonæ Eccleſiæ Stadaſtadenſis Paſtor & vicinarum Præpoſitus (a), cujus & reliqvorum numeroſa proſapia hodie inter florentiſſimas Islandiæ familias numeratur.

CAP. IV.

De Enaro Thorſteni.

§. I.

Enarus Thorſteini (b) natus eſt Hvammi in Nordurardal, anno 1633 die 21 Februarii, patrem habens Thorſteinum Tirfingi, loci Sacerdotem, &

(a) Vid. ſupra pag. 541.

(b) Hujus viri vita impreſſa fuit Hafniæ anno 1700, ſed mendis ſcatens, qvorum præcipua ſunt: 1) Torfum Aræſonium diu Johanni Regi Daniæ in bello Lubecenſi militaſſe, & in præmium laborum Eqvitem factum eſſe Coldingæ anno 1510. Qvod falſum eſt; Nam Torfius a Chriſtiano Primo anno 1450, in Vigilia Andreæ, Eqvitis dignitatem accepit. 2) Dicit Martinum Enari fuiſſe primum Epiſcopum diœceſis Skalholtinæ Lutheranæ religionis, qvod itidem falſum, cum Giſſurus Enari eorum primus fuerit, & 8 annos Skalhollti ſederit. Qvi error Auctori cum multis aliis communis

& Jorunam Enari filiam, qvæ Martinum Epiſcopum avum maternum, ſed Thordum Nomophylacem paternum agnovit. Patrem anno 1645 amiſit, ſed prima literarum fundamenta apud Theodorum Jonæ, virum doctiſſimum, Hytardali jecit; deinde ſcholam Holanam 4 annos ſub inſtitutione Mag. Runolfi Jonæ freqventavit, unde 16 natus annos dimiſſus, unum annum in Diaconatu cœnobii Reinenefenſis transegit. Hinc anno 1650 cum Præfecto Islandiæ H. Bielke in Hafnienſem Academiam tranſiit, unde cum Examen Theologicum ſub D. Joh. Svaningio & D. Jacobo Canutio d. 4 Aprilis 1654 ſuſtinuiſſet, eodem anno cum Præfecto Bielke in patriam reverſus eſt, moxqve Holenſis ſcholæ Hypodidaſcalus factus, & paulo poſt ejusdem Rector, ita ut in utroqve officio ſexennium transegerit.

§. 2.

Anno 1660 Mulenſem præbendam nactus eſt, cui 32 annos præfuit, usqve in annum 1692, qvo Epiſcopalem aſcendit cathedram, mortuo enim Jona Vigfuſio nullus in tota Islandia tam ambitioſus reperiebatur, ut eidem ſuccedere aut deſideraret, aut publice ambire auderet, nec qvisqvam a Præfecto eidem ut Vicarius aut Officialis Præpoſitus fuit, unde qvasdam cauſas Eccleſiaſticas ex hac diœceſi ad Synodum generalem Skalholtinam judicandas tranſtulit, qvo factum eſt, ut anno 1691 ex ſententia Epiſcopi Skalholtini, Mag. Theodori Thorlacii, viros aliqvot officio pares denominare & Hafniam transmittere juberetur; Conſultus itaqve ab eo Epiſcopus nominavit Paulum Biörni filium, Præpoſitum Bardaſtran-

communis eſt. 3) Qvod ejus pater Thorſteinus Tirfingi anno 1643 mortuus ſit, ejusdem farinæ eſt, nam 1645 inter Aſſeſſores Synodi generalis die 1 Julii, Thingvallis habitæ numeretur, & ibidem cum Epiſcopo de Sacerdotis ſalario a Proprietario prædii Kroſsholltenſis pendenda pactum fecit. Sed hoc eodem anno in Septembri mortuum eſſe conſtat. 4) Qvod ſcholam Holanam freqventare cœperit mortuo patre anno ætatis decimo, ſeculi 43, itidem erroneum, nam anno 1645 Enarus Hytardali fuit, ſub inſtitutione Theodori Jonæ, ut ipſe patri meo, amico ſuo, retulit, vide etiam ejusdem Epiſtolas latine ad Theodorum ſcriptas, in qvibus illum ut fautorem & præceptorem veneratur. 5) Contradicit Auctor ſibi ipſi, ſtatuendo Enarum albo Academico inſcriptum fuiſſe 1650, & poſt biennium exantlato examine in Iſlandiam rediiſſe anno 1654. Hæc indicaſſe ſufficit, ne alios in errorem inducant.

daſtrandenſem, fratrem ſuum Sculium Præpoſitum Toparchiæ Thingeyenſis, Sigurdum Jonæ Præpoſitum Provinciæ Iſafiordenſis, & Biörnum Thorleifi, nuper Præpoſitum Provinciæ Rangarvallenſis conſtitutum (a). Hos ut officio indubie pares ac dignos propoſuit; Sed (qvaſi in ſecundis hæredibus) dixit etiam poſſe nominari, ut non omnino impares ac indignos, Enarum Thorſteini, Myſtam Eccleſiæ Mulenſis, & Oddum Ejolfi Holtenſis Eccleſiæ Sacerdotem. Cum itaqve Paulus ſenium, Sculius vero & Sigurdus, neſcio, qvid cauſſarentur, ſolusqve Biörnus Thorleifi itineri ſe accingeret, qvod Mullero, ſi non diſplicuit, certe non magnopere arriſit, qvare auctor fuit Enaro Thorſteini, ut fortunam etiam experiretur, eumqve, qvantum in ipſo fuit, ubiqve de nota meliore commendavit, idqve eo ſucceſſu, ut Rex in eum, ut ætate & meritis potiorem, ephoriam diœceſeos conferret, Thorleifidem vero eidem ſucceſſorem deſignaret, unde uterqve ſimul anno 1692 die 13 Martii Dominica Judica ab Epiſcopo Siællandiæ D. Baggero initiati fuerunt.

§. 3.

Ut officium adminiſtrare cæpit, ſtatim qvæ ſub prædeceſſoribus aut in eorum interſtitio exorbitaverant, moderari, & in ordinem redigere cæpit, fuit enim vir doctus, gravis, & officio invigilans, affabilis præterea, hoſpitalis & popularis, virtutes qvæ bonorum omnium amorem & honorem ei conciliarunt; Qvid autem potiſſimum egerit, dicere non habemus, nec enim temporis anguſtia, ſeu unum qvadriennium, qvod officio præfuit, multa gerere permiſit. Nam anno 1696 d. 3. Octobr. cum Sacroſancti miniſterii Candidatum Paulum Jonæ examinaret, repentino morbo correptus eſt, qvi licet eum poſtridie valde impediret, Candidatum tamen inauguravit, qvo facto cum veſtes exueret, auguratus eſt ſe eaſdem

(a) Hi omnes fuernnt Epiſcopi aut cognati aut affines. Qvod autem aſſerit Celeberr. *PONTOPPIDANUS:* Qvatuor verbi præcones, Gudbrandum Vatnsfiordenſem, Sigurdum Stadaſtadenſem, Enarum Mulenſem & Biörnum Oddenſem, literis Regiis evocatos fuiſſe, nullo nititur fundamento; Qvod etiam dixero de Viſitatoris officio in diœceſi Holana Thorleifidæ ſpecialiter demandato. Verum autem eſt Gudbrandum & Sigurdum, jam ad plures abiiſſe, qvod factum eſt 1690, alias enim illos Thorlacius non prætẹriiſſet, uterqve enim & inter ejus cognatos & affines, ut & magni nominis Præpoſitos numerabatur.

easdem denuo non fore induturum, qvod etiam evenit, nam 9 Octobris ſvaviter obdormiit, cum vixiſſet annos 63.

§. 4.

Conjugium bis iniit, primo cum Ingebiörga Gislai filia, cum qva ſvaviter vixit annos 31, ea autem anno 1695 poſt longam & gravem valetudinem demortua, denuo anno 1696 d. 13 Septembris conjugem ſibi adſcivit Ragneidam Jonæ filiam, Gislai Epiſcopi viduam, ex qva nullos habuit liberos, eorum enim conjugium non integrum menſem duravit, cui tamen proſpexerat de confirmatione penſionis qvam poſt priorem maritum habuerat, qvæ tandem duorum Epiſcoporum vidua anno 1715 occubuit. Ex priore autem uxore 11 habuit liberos, qvi ex ephebis exceſſerunt.

CAP. V.

De Biorno Thorleifi.

§. 1.

Natus Oddæ in Rangarvallis, patrem habuit Thorleifum Jonæ, Præpoſitum hujus toparchiæ, virum ſuæ ætatis graviſſimum & doctiſſimum (a), matrem vero Sigridam Biörni, qvorum uterqve, Thorleifus nempe & Sigrida, ex nobiliſſimis Islandiæ familiis oriundi fuerunt; Biörnus rude ſcholaſtica donatus in Academiam Hafnienſem tranſiit, unde revertens anno 1686 ſecum attulit Regios Codicillos, qvibus patris ſucceſſor conſtitutus fuit, qvo revocabatur exſpectationis diploma Præbendæ Oddenſis, qvod Arnas Thorvardi Paſtor Thingvallenſis acqviſiverat. Anno 1687 ſacris initiatus, patris fit in officio adjutor, & poſt ejus mortem 1690 Provinciæ Eccleſiarum Præpoſitus. Anno 1692 Holenſis Epiſcopus deſignatur, & in Magiſtrum promovit, ſed Oddæ ſedem habens usqve ad mortem Enari Epiſcopi, per Vicarium officium adminiſtrari curavit, qvo tempore cum Thorlacius Skalholltenſis Epiſcopus

(a) De qvo vid. ſupra pag. 530.

valetudine impediretur, Synodo generali ejus loco præſedit annis 1691, 1694, 1696, & nonnullos ſacri miniſterii Candidatos ſacris, qvosdam in Cathedrali templo, qvosdam vero in Oddenſi, initiavit.

§. 2.

Anno 1697 Holis ſedem fixit, & Epiſcopi munia adminiſtrare cæpit, de qvo nihil novi adferre poſſumus, niſi qvod forte Catecheticam doctrinam paulo ſeverius urſit, qvam qvidam ejus prædeceſſores, ſub qvibus in deſvetudinem qvandam veniſſe videtur, qvidam enim eorum aliis impediti id genus exercitia minus diligenter urſiſſe perhibentur; Maximam autem ei curam, qva officii partes attinet, creaſſe videtur epidemica illa contagio, qvæ annis 1707 & 8 tam Holanam diœceſin, qvam alias Islandiæ qvartas vaſtavit, ea enim 15 Sacerdotes hujus diœceſeos & plerosqve Theologiæ Studioſos abripuit, ut vacuis Sacerdotibus eccleſiis alios præficere impoſſibile eſſet, cum penu, unde ſupplementa ſumerentur, etiam evacuatum eſſet. Cumqve Rector ſcholæ deſignatus pari etiam fato caderet, nec conſilii locus, nec auxilii copia ſupereſſe videbantur, qvam difficultatem, omnia, qvæ prodeſſe rebatur, conando ſuperavit, ita ut proximo, qvo deinde vixit triennio, plerisqve Eccleſiis de Sacerdotibus proviſum eſſet.

§. 3.

Anno 1704 (a) typographeum a Gudbrando Epiſcopo Holis inſtitutum, ſed a Thorlacio Skalholltum transvectum, qvod ab ejus obitu apud ejus filium Brynjolfum Thorlacium otioſum qvieverat, 500 imperialibus emit, Holasqve, cum annos undeviginti exulaſſet, poſtliminio reduxit, reductumqve diligenter ad mortem usqve exercuit, ut ex numero librorum ab eo tantillo tempore editorum concludi pronum eſt (b).

§. 4.

(a) Errat itaqve Geleberr. *PONTOPPIDANUS* dicens: eum (*bald er zu Hole angekommen war &c.*) qvam primum Holas venit, ſeu anno 1696, typographeum emiſſe, cum id tandem poſt ſeptennium factum ſit. Nimium etiam exaggerat tumultum, ob mutationem qvandam in Pſalterio Paſſionali factam, ut & qvod liber ideo diſtrahi non potuerit, nam totus tumultus intra Satyras qvasdam ſtetit.

(b) Hi ſunt, de qvibus nos aliqvid inaudivimus:
1) *Paraphraſis metrica Meditationum Doct. Johannis Gerhardi.* 1703.
2) *Pſal-*

§. 4.

Inter multos alios bonos libros edidit etiam anno 1704 Hallgrimi Petræi *Pſalterium Paſſionale*, ſeu Periphraſin metricam in Hiſtoriam Paſſionis Salvatoris, cum luculentiſſima textus, tam paracletica, qvam parænetica expoſitione & applicatione, qvod opus (ut omnia viri ſcripta) eſt vita & ſpiritu plenum, ideoqve ab omnibus piis maxime æſtimatur (a). In hujus ſcripti Pſ. 14. v. 18, poëta, de ſcommatibus, verberibus, & irriſionibus, qvæ Chriſtus a Caiphæ ſervis paſſus eſt, loqvens; dicit: *Impios talia a diabolis in æternum paſſuros fore.* In Pſ. 16. v. 12. ſcribit de peccato Judæ: *Synd á mót Heilögum Anda, helld eg hier hafe ſkied.* ɔ: *puto hic commiſſum fuiſſe peccatum in Spiritum Sanctum*; In qvo haud paucos Patrum & magni nominis Theologorum præeuntes habuit. Utrumqve in proœmio magno eloqventiæ & eruditionis apparatu, ut valde periculoſos errores & tantum non hæreſes acriter perſtringit Præſul, reponitqve pro (*af*) in loco priori, med, ſ. *cum*, ſed in poſteriori, pro (helld eg) *puto*, " hier þó ei hafe ſkied " ɔ: *licet hic non evenerit*, ſcilicet peccatum in Spiritum Sanctum; Qvæ emendatio reſpectu thematum haud qvaqvam taxanda eſt (b). Cum vero non fieret ſine odioſa qvadam invectione in vi-

2) *Pſalterium Paſſionale*, Síra *Hallgrims*, cum citatione Bibliorum. 1704.
3) *Meletematum piorum teſſaradecas.* ɔ: (Þánkar Síra Hallgríms) 8. 1704.
4) *Concio Funebris in exſeqvías Gislai Magnæi.* — — 1704.
5) *Catechiſmus Lutheri* cum Qvæſt. Giſlai Epiſcopi. — — 1705.
6) *Conradi Saſſi Altare ſuffitus ſpirituale.* — — 1706.
7) *Andreæ Matthiæ Höringi Viaticum.* — — — 1706.
8) *Poſtilla Evangelica Gislai.* — — — — 1706.
9) *Dominicale.* — — — — — 1706.
10) *Codex LL. Islandiarum*, vulgo *Jónsbók.* — — — 1707. 1709.
11) *Calendarium-Islandicum* Mag. *Arnæſonii.* — — 1707.
12) *Olearii Pſalmi hexaëmeri.* — — — — 1709.
13) *Tetras Meditationum Litaneaticarum.* — — — 1710.

(a) Conf. ſupra pag. 556.

(b) In talibus minutiis, qvæ nullum ſecum ferunt periculum, procedendum putamus, qvemadmodum faciunt Politici, & qvidem ſummi imperantes, ſi pœna a viris auctoritate & plebis gratia florentibus ſumenda ſit, & timeatur, ne tumultum excitet; eandem aut remittunt, aut verborum lenitate mitigatam & ſub ſpecie honoris irrogant; Ita etiam magnorum virorum errata aut tacendo diſſimulanda ſunt, aut verborum lenitate

rum, & qvidem ob hoc ipſum opus omnibus adamatum, tantoqve & tali verborum apparatu, qvaſi hinc periculum aliqvid immineret; Aliud autem opus, *Paraphraſin* ſcilicet metricam *Sigurdi Jonæ in D. Joh. Gerhardi Meditationes*, ſimul ederet, eamqve non tantum intactam transmitteret, ſed etiam laudibus eveheret, licet haud paucis barbariſmis & inuſitatis loqvendi modis ſcateat; Petræi operis emendatio a qvibusdam ſiniſtre, & qvaſi ex inani oſtentatione aut æmulatione profecta accipiebatur, unde etiam facetoſi qvidam & ſatyrici ludendi aut illudendi materiam ſumſerunt.

§. 5.

Primo, qvo Holis ſedit, qvinqvennio tanta totam Islandiam afflixit annonæ, & omnium ad vitæ ſuſtentationem neceſſariorum penuria, qvanta poſt hominum memoriam nunqvam, nam præter aëris inclementiam, qvæ pecora aut penitus ſuſtulit, aut ad vitæ ſuſtentationem minus utilia reddidit, piſcatura etiam, qva Islandi maxima ex parte ſuſtentantur, qvandoqve exigua fuit, qvandoqve nulla, ut providentiſſimo cuiqve omni ſua opus eſſet prudentia & parcimonia, ne res familiaris inſigne caperet detrimentum, in qvorum numero cum noſter Epiſcopus certe non inter primos haberetur, res domeſtica ſæpe vacillavit. Ingens præterea damnum ei attulit incendium, qvod anno 1709 atrium & conclave ab ipſo ſumptuoſe ædificata, tanto impetu & feſtinatione penitus abſumſit, ut familia Epiſcopi vix evaderet; Ipſe enim in alio conclavi cum ſocru ſua, qvæ ipſum & filiam inviſum venerat, colloqvebatur, ignarus qvid gereretur, priusqvam res pæne peracta fuit; Abſumſit hoc incendium præter ipſius Præſulis veſtes, libros, cimelia, & pretioſa, familiæ plerasqve opes, qvinqvennem puellam, cujus in primo tumultu elabentes obliti fuerant, ſed cum deſideraretur, reditus in domum non amplius patuit. Sed ut ipſe fuit liberalis, & ad ſubveniendum afflictis promtus, ita etiam aliorum benevo-

lenitate & cum excuſatione qvadam, ſine omni bile & ſupercilio corrigenda, nam indoctam plebem moroſis verborum emendationibus irritare, niſi neceſſitas & pretioſæ veritatis diſpendium urgeat, inſani & imprudentis eſt, præſtat enim cum rabioſo cane pugnare, qvam plebe tali furore percita, cui in talibus propugnatores nunqvam deſunt; Præſtitiſſet itaqve hoſce nævos, aut tacendo diſſimulare, aut tacite corrigere, aut tandem detectos ſtrenue impugnare, & os obloqventibus invictis obturare argumentis, nam mota lite in veritatis gratiam & defenſionem, manus ſtatim dare, eſt veritatem prodere; qvid hic evenerit, non dicam, ſaltim ſcio, qvod in omnibus, qvæ abinde adornatæ ſunt, editionibus antiqva lectio locum obtineat.

benevolentia ei in tanta neceſſitate non defuit, certatim enim multi maxime neceſſaria adtulerunt. Sed lis de igne conſumtis ædibus inter ejus viduam & ſucceſſorem anno 1713 tandem diremta eſt.

§. 6.

Ingenio præditus fuit miti, hilari, liberali, & in omnibus magnificentiæ ſpeciem qvandam affectante, hinc in victu & veſtitu ſplendor qvidam, non tamen ſupra modum aut indecens, famulitium utriusqve ſexus numeroſum, convivia etiam freqventia, & magno ſumtu apparata, ſed œconomiæ minor cura, unde ſæpius commeatus & rei cibariæ tanta orta eſt penuria, ut alumni ſcholæ non ultra dimidium conſtituti temporis ſuſtentari poſſent, & viſitationes eccleſiaſticæ in menſe Aprili aut Majo freqventi ſatellitio inſtitutæ, qvod plebi, cui res anguſta domi, & gravi annona preſſæ, aliisqve anſam dedit, ſi non publice qverendi, ſaltim privatim murmurandi aut muſſitandi hoc contra leges fieri, cum ex antiqvo pacto Holano Epiſcopo non liceret viſitationem eccleſiaſticam ordiri priusqvam in Julio menſe, ſeu poſt feſtum Petri & Pauli. Ad tractandum artes liberales ingenio fuit mediocri, vocalis muſicæ & peritiſſimus & ſummus amator; orator facundiſſimus, ſed ut qvibusdam videtur, oſtentationem qvandam ſapiens, qvod licet de aliis ejus ſcriptis verum eſſe poſſit, ſtylus tamen, qvo in eccleſiaſticis, ſeu ſacris orationibus utitur, nemini ſalivam movere poteſt (a).

§. 7.

Uxorem habuit Thrudam Thorſteini filiam, Thorlaci Epiſcopi Holenſis neptim, paternarum opum ex aſſe hæredem, qvalis & ipſe fuit, unde inter ditiſſimos Islandiæ cives numerabatur, & cum nullos haberet liberos eam ſibi hæredem adſcivit. Controverſia inter eam & Ragneidam, duorum hujus Epiſcopi prædeceſſorum viduam, de penſione ex Cathedræ fundis viduis attributæ diviſione anno 1713 ab Epiſcopo Vidalino aliisqve ad id delegatis Commiſſariis ita diremta fuit, ut Ragneidæ, utpote pauperiori, duæ partes, Thrudæ autem triunx cederet. Paucis ante mortem annis Biörno Epiſcopus phtiſi laborare cœpit, ex qva demum anno 1710 exſtinctus eſt.

CAP.

(a) Ejus propriæ lucubrationes ſunt: 1) *Conradi Saſſii altare ſuffitus ſpirituale* verſio, 2) *Conciones qvædam* Poſtillæ Giſlai Epiſcopi inſertæ. 3) *Præloqvia* varia, & id genus alia minoris momenti.

CAP. VI.
De Steino Jonæo.

§. I.

Primam hujus mundi auram hausit Hialltabäckæ in toparchia Hunavatnensi, anno 1660 d. 30 Augusti; Parentes habens pastorem loci Jonam Thorgeiri, qvi ex qvatuor uxoribus 34 liberos suscepit, qvarum ultima conjux, Gudruna Steingrimi, ex 14 nostrum Episcopum numero septimum, peperit; Annos natus qvatuordecem patrem amisit. Sed ætatis 18 scholam Holensem freqventare cæpit, ex qva dimissus anno ætatis 24 in familiam Solveigæ Magni filiæ, fœminæ locupletis, ejusqve filii Thorkilli Gudmundini, Holis in Ejafiord sedem habentis, transivit, ubi biennium transegit, usqvedum anno 1686 ad Hafniensem transiit Academiam, unde cum examen sustinuisset Atteſtationis, anno 1688 in patriam reversus est, moxqve sacro initiatus officio post mortem Olai Jonæ Ecclesiæ Hytardalensi ut Vicarius præficitur, exacto autem ibidem qvadriennio, cum eadem parœcia proprium acciperet mystam, Skalholtensi Ecclesiæ uno tantum anno inservivit, unde vocatus Hytarnesum ibidemqve conjunctarum qvatuor ecclesiarum Parochum sexennio egit. Anno autem 1700 Setbergensis Ecclesiæ minister factus, eidem officio in annum 1710 præfuit.

§. 2.

Cum anno 1710 qvatuor tantum naves mercatoriæ ad Islandiam appellerent, reliqvæ enim omnes metu nuper declarati belli Svecici domi remanserant, qvo nuntio perculsi, qvi alias vacantem Biörni Episcopi morte Holanam diœcesin forte affectassent, ab incepto destiterunt, præter unum huncce Steinum Jonæ filium, qvi instigante Satrapæ Vicario Ottone Sigurdi, & non contradicente Episcopo Skalholtino Joh. Vidalino (a), tam periculoso se commisit itineri; Bergas itaqve Norvegorum primo

(a) Adversa qvæ ei Hafniæ obvenerunt, inde fluxerunt, qvod Theodorus Jonæ, Mysta Stadastadensis & Snæfellensis Toparchiæ Præpositus, supplices emiserat literas, qvibus vacantem Episcopatum expetivit; sed ea conditione ut sibi in Islandia ab Episcopo Vidalino ordinari liceret, qvam petitionem, Vidalinus Theodori sororius enixissime commendaverat, de Steino autem mediocria tantum scripserat, Wormius autem, qvi Friderici

primo delatus, ibidem hyemavit, sed sub æstatem Hafniam veniens, repulsam tulisset, ni Christianus Worm, nuper ad Episcopatum evectus, ei patrocinatus fuisset, a qvo habita prius in Auditorio Superiore oratione latina, Dominica Trinitatis inauguratus fuit; qvo facto in Islandiam reversus est, Setbergiqve in annum proximum sedit, nam annus gratiæ, qvo vidua antecessoris sedem Episcopalem & Cathedræ proventus retinuit, non priusqvam cum initio mensis Junii 1711, finem habuit, qvo tandem exacto, Holas se contulit.

§. 3.

Templum & ædes cathedrales vetustate ac incuria valde laceras ac nutantes accepit; Inventarium vero (ut loqvi amant) præsertim vaccæ & agnæ lactariæ, cum villis Cathedræ locari solitæ, magno numero deficiebant, in cujus supplementum præter multa alia typographeum ut 500 imperialium valorem accepit, nondum enim ei qvidqvam de Gudbrandi testamento constitit, nec aliud scivit, qvam id esse, & semper fuisse ipsius hæredum indubiam possessionem, qvæ legitima hæreditate ad Episcopum Theodorum Thorlacium, & ab eo pari jure ad filium transmissa fuerit, unde hac vice Biörni viduæ de eo nullam movit litem; De atrio autem & conclávi, unacum Codice Biblico ad Cathedrale templum pertinente, qvæ anno 1709 conflagraverant, convenire non potuit, priusqvam anno 1713 cum Regis jussu Skalholtinus Episcopus & uterqve Nomophylax cum qvibusdam aliis optimatibus inter partes contraherent, ut utrumqve, Biblia & ædes, 70 Imperialibus compensarentur.

§. 4.

Pridem a nobis relatum est Gudbrandum Episcopum Holense typographeum suo ære comparasse, sed testamento, anno 1611 condito, id Holanæ Cathedræ legasse, modo Paulus ejus filius, aut non posset, aut non vellet eodem uti, cum vero Paulus ante patrem decederet, & pater non ideo testamentum mutaret, vel qvoqvam additamento aut exceptione illustraret, omnes pro rato habuerunt eum id Cathedræ legasse, qvo funda-

Friderici Qvarti magna gratia floruit, tam petitione Theodori, ut se præterito in Islandia ordinaretur, qvam viri, qvi tanta pericula tantosqve labores exantlaverat, miseratione motus, ejus patrocinium suscepit.

fundamento nixus Thorlacus Epiſcopus a Chriſtiano Qvarto ejusdem confirmationem adeptus eſt (a), cumqve hæredes Pauli de eo aliqvid muſſitarent, qvod, licet Gudbrandus juſſerit typographeum apud Cathedram aſſervari, ſibi tamen æqvivalens pretium deberi, Præſul dicaſterii generalis ſententiam acqviſivit, qvo talis exceptio enervabatur (b). Poſt Thorlacii fata hocce typographeum ad ejus filium & ſucceſſorem Gislaum Epiſcopum tranſiit, ſed qvo ſub titulo, hæreditatis, an ut Cathedræ poſſesſio, non dixero; Eo autem mortuo Theodorus Thorlacius Epiſcopus Skalholtenſis Regi rem retulit, ab initio ad ſua tempora cauſam explicans, ſed parum fideliter, nam apud eum de Gudbrandi teſtamento, Regis confirmatione & ſententia Dicaſterii generalis altiſſimum eſſe videtur ſilentium, ita ut inde non aliud colligi poſſit, qvam qvod hocce typographeum patris ejus indubia fuerit poſſeſſio, qvod cum antiqvum illud a Gudbrando apud Holanam Cathedram relictum dudum detritum fuerit, ut aliud novum a patre ſuo ipſius impenſis reſtitutum ſit, rogat itaqve, ut jam ſibi, ad qvem juſta hæreditate ſit devolutum, a cohæredibus emere & Skalholtum transferre liceat, eodemqve uti venia concedatur (c); qvod facillime impetravit, & deinde in teſtamento anno 1690 condito ac publicato expreſſe dicit, ſe hancce typographiam a ſuis cohæredibus, ut & qvibusdam aliis Gudbrandi hæredibus emiſſe, ideoqve filiorum poſt ſua fata peculium eſſe jubet, unde Brynjolfus Thorlacius, patris ex aſſe hæres, id Skalholtto Hlidarendam deportavit, & anno 1704 Biörno Epiſcopo 500 unciis argenti vendidit, ipſius autem vidua anno 1712 tantundem æſtimatum Steino Epiſcopo erogavit; Qvæ omnia etſi antea ſuis locis retulerimus, hic tamen in compendium redacta ob hiſtoriæ connexionem iterare viſum eſt.

§. 5.

Licet Præſul anno 1712, cum Cathedram Holanam acciperet, aliud neſciret, qvam qvod hocce typographeum indubium viduæ peculium eſſet, mox

---

(a) Vid. ſupra pag. 67.

(b) Vid. ibid. pag. 717.

(c) Utrum bonus noſter Thorlacius ſancta ſimplicitate & miranda ignorantia, an dolo malo inductus, Regi cauſam ita retulerit, noſtrum non eſt judicare; Sed etſi ipſam non habeamus relationem, attamen ex reſponſo ſeu privilegio Regio, qvalis fuerit, conſpici poteſt, qvod attulimus ſupra pag. 469.

mox tamen aliud ſubodoraſſe videtur, & in Cancellaria Danica de Reſcriptis Regiis huc ſpectantibus ſciſcitaſſe, nam in noſtras manus incidit, Chriſtiani IV Reſcripti dati 1628 die 12 Maji apographum, a duobus Secretariis Matheſio & Vindingio, in fidem *Regiſtrant-Bogen* (ut vocant) ſubſcriptum in Cancellaria Arcis Hafnienſis 23 Maji 1713, qvo Gudbrandi teſtamentum confirmatur, qvantum ad typographeum pertinet, ipſeqve Epiſcopus in provocatione Brynjolfo Thorlacio ſcripta die 12 Septembris 1723 fatetur hanc cauſam jure diſceptatam fuiſſe anno 1713, ſed ubi, & qvo effectu, non conſtat; Sed anno 1722 plura nactus ejusdem farinæ documenta, rem ſeverius urgere cœpit, cauſamqve a capite ad calcem Regi detulit, & ut per Commiſſarios dijudicaretur expetivit, a qvo anno ſeqvente duo accepit gratioſiſſima Reſcripta ſeu Commiſſoria data 27 Februarii 1723, qvorum altero ipſi, altero autem viduæ Commiſſarii permittuntur, qvi litem judicio dirimerent, ſi aliter inter partes litigantes convenire non poſſet; In neutro autem Commiſſarii nominantur, ſed lacuna pro nominibus inſcribendis relicta eſt, unde patet Roſtgardii tum temporis Scriniorum Magiſtri in eum proclivitas (a). Qvibus acceptis, Thorlacium, cujus pater typographeum Holis abſtulerat, & ipſe illud Biörno Epiſcopo vendiderat, cujus etiam viduæ tutor & unicus hæres fuit, ſcripto provocavit, ut Commiſſarios ex ſua parte denominaret, & ſecum in forum de hoc typographeo certaturus deſcenderet; Qvi ſe coram Commiſſariis ab Epiſcopo denominandis, qvocunqve apto loco & tempore, præſertim vero in foro generali, anno 1724 compariturum reſpondit.

(a) Steinonem cum Roſtgardio anno 1687 & 88 amicitiam contraxiſſe, idqve maxime ob ejus ingenium poëticum, non qvidem negare audemus; Sed ex Epiſcopi familiaribus accepimus, eorum amicitiam aut cæpiſſe, aut non parum confirmatam fuiſſe 1721. Præcipuus autem eorum amicitiæ conciliator fuit Roſtgardi intimus amicus A. Magnæus, cui ſine dubio Præſul maxima ex parte tam felicem expeditionem negotii typographici debuit. Sed ipſius retractationis, (ut fama fert) fax & tuba fuit Nomophylax Paulus Vidalinus, Pauli Gudbrandini pronepos, qvi primo a partibus viduæ ſtetit, & Epiſcopo, ut in aliis, ita in hoc negotio, adverſabatur; Sed gravibus inter illum & Thorlacium ortis controverſiis, qvibus Paulus ſententia ſupremi tribunalis cecidit, ut Thorlacio ægre faceret, Epiſcopo cauſæ nexum aperuit, & documenta huc pertinentia cum eo communicavit; cumqve cauſam obtinuiſſet, ſub nomine Philopatris Philalethi gratulatorio carmine aſſurrexit.

§. 6.

Stato itaqve Comitiorum tempore pars utraqve Thingvallis comparuit anno 1724, amiceqve convenit, nam Thorlacius jure experiri noluit, ut ipſe Præſuli tantundem ſolveret, qvanti typographeum Præſuli mancipatum fuerat, & præterea modicum qvid impenſarum nomine, qvo pacto hæc officina typographica Holanæ ſedi poſtliminio reſtituta fuit (a).

§. 7.

Licet ex mandato Chriſtiani Qvinti anno 1688 Mag. Theodorus Thorlacius legem Eccleſiaſticam ad normam libri Secundi Codicis Chriſtianæi Norvegici pariter ac Islandiæ ſtatum & conditiones accommodatam concinnaret, nihilo minus Fridericus Qvartus anno 1719 idem denuo mandavit Epiſcopis Vidalino & Steino Jonæ, qvod qvo minus a Vidalino perficeretur, mors ejus impedivit, ea autem, qvæ abſolverant, anno 1721 juſſu ſummi magiſtratus ſub Steini Præſulis præſidio ab utriusqve diœceſeos, tam eccleſiaſtici, qvam politici ſtatus, viris conſultiſſimis Thingvallis congregatis reviſa & ventilata fuerunt, & cum ibidem ob temporis anguſtiam & alia negotia opus abſolvere non poſſent, concluſum fuit, ut anno proximo ſub ipſa Comitia Kalmanstungæ in Borgarfiord ad opus perfici-

(a) Sub noſtro Epiſcopo ſeqventes libri ex illa in publicum emiſſi fuerunt:

1) *Anthropologia Laſſenii.* — — — — 1713. 1716.
2) Pſalmus: *Hver hellſt liúfann Gud lætr ráda.* — — 1713.
3) *Poſtilla Evangelica Vidalini* 3 Editiones. — — — 1718.
4) *Rachlows Tárapreſſa.* — — — — 1719.
5) Septies ſeptem *Meditationes Laſſenii.* — — — 1723.
6) *Pſalterium Triumphale.* — — — — 1726.
7) *Meditatio de tempore.* — — — — 1727.
8) *Mánada Saungur Olearii.* — — — — 1727.
9) *Myſterium Magnum Molleri.* — — — — 1727.
10) *Biblia*, in folio. — — — — — 1734.
11) *Graduale*, aliqvoties editum.
12) *Liber precum Theodori*, qvater editus.
13) *Pſalmi Paſſionales Hallgrimi Petræi*, ter editi.
14) *Pſalmi Meditationum.*
15) *Catechiſmus Lutheri minor* cum Qvæſtionibus.
16) *Preces Hexaëmeræ* ex Laſſenii libro precum majore deſumtæ cum verſibus mane & veſperi canendis.

perficiendum convenirent, ubi iterum ob inſtantia Comitia opus abrumpere neceſſum fuit, cum vero tæderet Præſulem in multas hujus rei cauſa inſtitutas profectiones ſumtum facere, anteqvam diſcederent, omnes Commiſſarios, Holas, qvocunqve tempore placeret, ad opus ibidem commodius perficiendum invitavit, gratuitum, dum operi ibidem incumberent, offerens commeatum, qvod cum illis, tam ſibi, qvam illi, minus ſumptuoſum videretur, denuo perendinatum fuit, &, neſcio qva de cauſa, qvievit, usqve in annum 1726, qvo Præſul occaſione *Ritualis Eccleſiaſtici* a ſe & Vidalino conſcripti, qvod in Daniam transmiſit, rem omnem refricavit, unde ei anno 1727 unacum Nomophylacibus Paulo Vidalino & Benedicto Thorſteini reſcriptum fuit, ut ſine omni mora opus abſolverent. Sed cum Præſul antiqvam recineret cantilenam, reliqvos Commiſſarios Holas invitando, illi vero id, pariter ac ipſe Kalmanstungam proficiſci, detrectabant, nihil agi potuit, qvod ille qveribundus ſupremo Cancellariæ Danicæ Secretario retulit; Unde anno 1728 utriqve Epiſcopo, ipſi & Mag. Arnæſonio, ut & utriqve Nomophylaci, Benedicto Thorſteini ac Nicolao Kiær, nam Vidalinus anno ſuperiore mortem oppetierat, ſevere mandatum fuit, ut ante Comitia Kalmanstungæ convenirent, & opus abſolverent, perfectumqve Hafniam transmitterent, qvod etiam feciſſe perhibentur.

§. 8.

Statura fuit procerus, viribus robuſtus (a), & firma ſemper valetudine gaudens, in qvotidiana converſatione gravis qvidem, ſed placidus, affabilis, facilis, humanus, & popularis, tantæ modeſtiæ ac manſvetudinis, ut iratus nunqvam, ſed commotus vix unqvam videretur, unde æmuli & faſtuoſi ejus patientia ſæpius abutebantur, in rebus agendis lentus, erga miſeros & egenos beneficus, ſed rebus œconomicis parum deditus, cumqve etiam haberet œconomiæ Præfectum, qvi de talibus minus ſollicitus fuit, res domeſtica, ſi non ut ſub prædeceſſore, ſæpe tamen ita vacillavit, ut ſcholam ante juſtum tempus dimittere neceſſum eſſet,

(a) De Franciſco Theſtrup, qvi anno 1735 occubuit, notat *PONTOPPIDANUS* ut ſingulare qvid, qvod ultimus Epiſcoporum Daniæ & Norvegiæ barbam promiſerit, neſciens Steinonem Epiſcopum Holanum, qvi qvatuor annos Theſtrupio ſupervixit, etiam barbatum fuiſſe.

esset, qvod haud dubio, unacum parcitate Skalholtina, qvæ hoc tempore invaluit, subseqventis mutationis causa fuit. Cum Præfectis Islandiæ, ut & aliis magnatibus semper ei bene convenit, nam neminem unqvam læsit aut lacessivit, & aliorum commissa dissimulando prætermisit. Ingenio ad studia apto & satis capaci præditus fuit, omniaqve ejus scripta, sive soluta, sive ligata oratione concinnata sint, singularem spirant pietatem & patientiam (a).

§. 9.

Uxorem habuit Valgerdam Jonæ filiam, cum qva novem lustra in felici & fæcundo conjugio unanimiter consenuit, nam ex ea undecim liberorum pater exstitit, qvorum 5 ad maturam ætatem venerunt, sed duæ tantum filiæ parentibus superstites vixerunt. Filii ejus a loco nativitatis Setbergæ *Bergmannos* se vocabant, qvorum natu maximus, Jonas, Medicinæ Studiosus, ingenio præditus ad omnia apto, sed fluxo valde, ex peregrinatione literaria redux, repentina morte exstinctus est. Gudmundus Bergmann triennalis scholæ Holanæ Rector, anno 1723 unacum fratre natu minore Vigfuso Bergmann naufragio periit. Prædixerat sagax & pius senex, ultimo qvo vixit semestri, se brevi ex primo, qvi se afflicturus foret, morbo, ex hac vita decessurum, qvod etiam evenit, nam anno 1739 d. 29 Octobris ægrotare incipiens d. 2 Decembris vitam cum morte svaviter commutavit, anno ætatis 79, officii Episcopalis 28, in qvo 68 Sacerdotes initiavit, sed officiorum conjunctim 51.

(a) Scripsit autem varia, qvorum potissima sunt: 1) *Anthropologia Lassenii*, versio. 2) *Meditationes de tempore*, versio. 3) *Psalterium Triumphale*. 4) *Rachlowii Tárapressa*, versio. 5) *Olearii hymni matutini & vespertini*. 6) *Septies septem meditationes Lassenii*, versio. 7) *Hymni & cantilenæ sacræ*, sparsim editi.